

L.S.


Collection

April 17th. 1896.

H.Sch.
1686.



345



H
345
L.S.

TOMUS POSTERIOR
LECTIONUM MEMORABILIA ET
RECONDITARUM
JOANNIS VVOLFFII.

[Angeb.:]

Yoh. Jac. Linsius: Index

Lipsiae 1678

DOMUS POSTERIOR
LECTORIUM LIBRARIA
RECONDITARIUM
IOANNIS AVOLFI

UNIVERSITY LIBRARY
MCGRAW INSTITUTE

pag. 1.

NOBILITATE GENERIS, VIR- TUTE ET DOCTRI- NA PRÆSTANTI VIRO, DO- MINO JOACHIMO A SCHULEN- EURG, &c. Domino & fatori Tuo gratiissimo S.



STRÆAM virginem, quæ antiquis justitiae & pietatis est Patrona, auro seculo è cœlo in terram migraisse, & tandem mortaliū sceleribus offensam, cœlum repetivisse, sedemque inter Libram & Leonem fixisse: exorrecta autem manus ultra, caput intersidera, ne consiperetur, condidisse: Autores sunt Senecæ Tragicus, Gellius, Chrysippus, Alex. Aphrodisiensis, & Pierius. Qvod Cicero pulchre unica sententia expreſſis lib. 2. de natura Deorum, dicens: sublata aduersus Deos pietate, etiam Justitia, hoc est, fides & societas generis humani toluntur.

O pulchra igitur institutionis pars, quæ rebus vitiis ad virtutem impellit. Nam si laudamus Ethnicos, qvō ad probitatem & justitiam in omnibus respexit, & ad emendandam vitam classes vi- torum, ut illis medicina ex eventib. preteritis adhibeat, proponendas duxere: quanto magis convenient Christianis altamente infigere, quæ 2. ad Timothei cap. 1. à Paulo dicuntur, dum scribit: omnis scriptura utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corrigendum, ad erudiendum in justitia, ut perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus.

Habent autem & divina & prophana scripta multa utilia, vixq; humanæ varias mutationes, & rerum in ea conventiones, mundi instabilitatem, & Imperiorum præcipites casus, ac in his omnibus respiciunt præcipue ad emendationem vita hominum & propter hoc malorum perversa facta (quibus & Ecclesiæ & Politæ status evertuntur) optimorum rebus gestis annulerant, ut, quantum inter se boni & mali dissideant, à legentibus cognosci possit, qvō malorum exemplo à vitiis deterreantur, & bonorum factis ad virtutem impulsi, vitam ducant beatiorem, Platina. Legimus enim quædam, non ut teneamus, sed ut recordemus.

cam, &c. legimus 37. dist. Id qvod mihi præter alia multa, ut edixi superius, aniam a que occasiōem hoc congregandi opus præbuit.

Qaliter autem in priori libro demon- strari cœptum est, qvomodo abusibus de- foedatam Ecclesiæ, & ex hac dependentis Politæ, communiq; viræ conditionem semper pijs doloraverint, & meda ad re- purganda statuum deliquia ostenderint, idq; ipsum cœlum, rerumq; natura subinde inhoruerint, tali pariter modo hac altera parte ex scriptis variis piorum & do-ctorum virorum idem continabitur.

Licet autem unicus saltus annorum centenarius super sit, tamen cæteris nullo modo posthaberi debet: sed certe vel uni- co hoc maxime præciletere, qvōd in eo vera Evangelij lux, multis annis, qvæstu & dominandi libidine (heu deplorandum) oppressa, & à piis viris diu ardenter & ef- ficitim desiderata, tandem Dei gratia ite- rum fulgere cœpit.

Nam cum diutius connivere Deus ad miseriam hanc non posset (doluit enim Do- minus super miseriis, opuli sūt, Iud. 10.) suscitavit talem, qui, virtute & auxilio Spi- ritus sancti, Ecclesiæ falsas traditiones de- texit, & sic verbum veritatis, tot annos, gladio, igne & sangvine suppressum, in lucem vendicavit, & qvod cæci privatim fieri im- pediebant (concionibus gravi interdicto prohibitis) id Dei in pulsu & dispositione, publicè in amplissimo Imperii conuentu coram toto mundo, Regibus, Principibus, & ipsis Pontificiis præsentibus atque audi- entibus, ipsi et exeqvi debuerunt. Ex quo deinde in solo mundi spacio illa con- fessio in diversas, Latinam, Italicam, Gal- licam, Hispanicam, Græcam, & Sclavoni- cam qvæque, lingvas conversa, cunctis po- pulis divulgata innotuit.

Postulent nunc, ut solent, ab Evange- licis miracula, r̄ ejus vere illi de suis ne que- unt ostendere: nunquid enim virtutis & di- vini miraculi hoc facit est, qvōd unus ho- mo regnum hoc, id est, cororam & ven- tres monachorum (ut Erasmus interrogau- tus à principe Electore Saxonie, quid de Luthero sentiret, respondit) est adorsus feliciter, & oppugnavit, qvod ante cum tot Imperatores præstare non potuerunt, imò succubuerunt.

Abeant igitur hinc longè cum putidis (qvorum plaustra aliquot ex scala Cœli, Vincentii Speculis hist: historia Franco- rum, Regula canonicorum, Conformatum, & aliis libris educere quis posset) & qvæ ipsimet Iure suo Canonico, ut supra sol. 340. rejiciunt & prohibent, suorum

um; Gangulfi martyris, supra fol. 100. VVil-
nacensium sup. à 690. & aliorum multorum
impostorum miraculis, & ludent ac obtru-
dant Ecclesias suas blasphemias.

Quid autem inter alia multa (de quibus
in toto opere) magis turpe & execrandum
pag. 3. esse potest, quam hoc, quod lux partis homi-
nibus iuident, mandant ac impellunt, ut im-
terficiant [contra expressam verbi divini le-
gem] Reges & magistratus suos, & tales par-
ticipidas ob tale factum absolvunt ab omnibus
peccatis, sacram cœnam communicat,
affirmant, eos ideo certò consequi vitam æ-
ternam, & martyrib. similes fieri; & in ce-
titudinem hujus, se pro illis Deo oppigno-
raturos animas suas. Quæ certè pia & Ca-
tholica facta nec esse, nec nominari posse,
quilibet sanus facile deprehendere potest.

In primaverò præfatione dictum & pro-
batum, & in toto primo Operis voluntate
ex infinitis penè authoribus est demonstratum, quod ipsorum proprii Catholici & o-
ptimates, adeoq; ipsi summi Pontifice ante
hæc tempora passim apergit confessi fac-
tint, plenam esse virtutis & abusibus & vitam &
doctrinam suam, & reformationem omnino
necessarian. Quibus unum tantum atq;
alterū [infinita namq; similia opus hoc sub-
ministrat] hoc loco, & in primis illud Nicolai
Florentini, cujus ingenium Lipsius, vir
Catholicus, acre & ignacum esse dicit, addā,
ubi inquit:

Quod si hec tam diligens cura divini cul-
tus à Reipublicæ Christianæ principiis ob-
servata esset, secundum primam institu-
tionem, & præcepta ejus, qui illam nobis pri-
mù tradidit, longè majori felicitate ac pa-
ce in orbe Christiano frueremur. Nunc
cùm nūquam minus vel pietatis vel religi-
onis sit, quam in illis hominibus, qui Romæ
viciniores habitant, eaque Christianæ reli-
gionis caput censeatur, facile conjicere
potes, Christianum orbem magnopere pe-
riclitari. Quod quis etiam diligenter con-
sideret eum religionis cultum, qui nostra
ætate jam in usu est, cumque conferat cum
prima Christianæ religionis institutione, ac
veris fundamentis, is non potest illius inter-
itum non metuere, vel divinam ultionem
non formidare. Imò omnis Italiz infelici-
tas ex eo redundat, quia Romana Ecclesia
nequaquam secundum Christianæ religio-
nis præcepta vivit, sed ea adulterat atq; cor-
ruptit. Hæc Nicolaus.

Et plato in Epinomide, quem thesaurum
sapienzæ Marsilius Ficinus esse affirmat:
satorum corruptionem certò eversionem
Reipublicæ portendere, dicit.

Unde autem. & ex qua causa præcipue
corruptionis initium sumserit & hoc quo-
que loco aliquid opus est dicere; quod vir
Catholicus & doctissimus, Joannes Goropius

Beccanus, obmetum judiciorum aperte
dicere non ausus, sub B. anchidarum nomi-
ne sic expressit.

Illorum sacerdotes cùm olim viderent,
corruptos hominum animos ad supersticio-
nem, q. àm veram religionem; ad fabulas &
nugas, q. àn ad solidam veritatem pronic-
tes, rationem excogitaverunt, qua simul &
vulgo essent in admiratione, & sibi uberri-
mum ficerent quæstum. Deserta igitur No-
chi & Jani doctrina, ceu parum utili & lucro-
sa, mercatum mendaciorum aperuerunt, cō-
menti, Apollinem hominibus propitiū esse,
si donis placaretur. Huic impostura Caco-
dæmen, mendaciorum pater statim fa-
vit, subserviens huic sacerdotum avaritz,
huic consulentium vanitati. Nusquam cē-
nim liberalius sumptus fit, nusquam magis
prodigi sumus, quam ubi ha nux vendun-
tur, & nulla ad quæstum faciendum præ-
vior via est, quam ca, quæ per sacra religio-
nemque ducit.

Hoc modo ex scholis veritatis factum est
emporium mendaciorum, hæc ventum est à
vera religionis intelligentia & professione,
ad demoniacam superstitionem, & fidos
de divinis rebus errores. Mirum certè est
quam arctum sit vinculum Cacodemonis
& avari pastoris, quamq; faciles sint & præ-
cipites mortalium animi, ad perfugendum
è castis Dei ad Mammonz signa. Sed [proh
dolor] interim evenit, ut præfertim in re-
bus ad religionem spectantibus, à supersti-
tione in hominum animis confirmata, & di-
ra gravium pœnatum comminatione sancita,
tardissima fiat digressio. Quibus vir-
doctus innuit, etiam nostras Ecclesias per
avaritiam primum corruptas fuisse.

Alteram deinde causam superbiam & fa-
ustum recte sub imagine turris Babel esse di-
cit. Ut enim illi olim, cùm plus ad magni-
ficas structuras & terrestria, ut etiam hodie
fit, quam gloriam Dei respicerent, & super-
bi & splendidi operis talia fundamenta je-
ciscent, ut id jam portentosa sublimitate sua
ipsi cœlo astrisque minitaretur; Deus, cui
nihil magis quam arrogantia, & stolidus suis
ipsius amor displicet, dementes elatorum
hominum cogitationes, & vesana consilia,
solis humânis virib, innixa, momento tem-
poris dissipavit: & quod extaret memoria,
quam Deo omnis displiceat fastus, non mo-
dò ipsam cœpti operis molem dejecit; sed
ipsos etiam, qui stupida arrogancia inflati,
monstrosum arcis amplissimæ altitudinem
moliebantur, linguarum suarum oblivio-
ne, ceu apoplexia quadam percussit, & ioco
unitus varias multasque ipsis mox inspi-
ravit, quibus inter se, veluti ebræi aut men-
te capti, disfidentes, ruinam sibi acqui-
verunt.

Sic quecumque illi, & illi, & illi, & illi,

PAG. 5. dori, divitius & pompis infinitum; & impudenter, se in astris & Angelos in celo imperium habere; non homines, sed Deo planè similes; & se in terris, quod Deus in celo, esse: immo nec se, nec concilia errare posse, affirmant; obventurum, vir prudens & litteratus ostendit. Nam quanta confusione, & contrariis inter se sententias & rationibus, Papatus defensores, quasi seipso invicem oppugnantes, dissideant, cognoscere licet ex contradictionum doctorum Romanarum Ecclesiarum, libro doctissimi Theologi Joannis Pappi, Argentorati excuso. Et quantum etiam concilia & canones sibi adversentur, propter ipsum proptio tractatu demonstrabitur.

Licet autem in conventibus ac colloquiis, Vormatiz, Hagenoz, Ratisbone, & alibi, initio multa concesserint Evangelicis, attamen, cum postea intentius ponderarent, quod, si reformatio admitteretur, etiam tempora'ibus bonis eò, quod hæc sint causa corruptionis, & impedimenta spiritualium (solicitude enim seculisti, & fallacia divitiarum suffocat verbum, & sine fructu efficit, Matth. 13) dominisque ac illecebris mundi valedicendum, ac secundum normam vite Apostolice ad paupertatem redeundum foret, ibi demum tenuere, vacillare, & sententiis mutatis retro vestigia iegere cœperunt, noviq; cuiusdam ordinis homines subornarunt & excitarunt, qui ipsorum defœdata tam abusibus & traditionibus religione non defenderent, ac quibus cunque sophisticis technis pingerent atque munirent, ne sua dominia & mundanam gloriam non retinere, aut voluptatibus non vacare præcisis opibus posset.

Chrysostomus scriptum reliquit: sacerdotes cum viderent, se à Christo accusari, & vivente eo, sacerdotes esse, & lucra retinere non posse, eum ad mortem condemnarunt; sic fit & hodie: nam impii sacerdotes verbum veritatis dignum interitir judicant, & ejus amatores morte conficiunt, quia si retinerent, ipsi in sacerdotio constare, gloriam & avertitiam suam tueri, & sacerdotalia lucra & dominia percipere non possent.

Constat autem, ipsos omni tempore religiosorum multitudinem, ut destrucricem Ecclesiarum, fuisse detestatos: scribit enim Cranzius Canonicus Hamburgensis: sed quando erit finis, inquit, multiplicandarum religionum in uno magno Ecclesiarum monasterio, sub Abate Christo? Si enim regulam per Evangelia digestam strenue observaremus, nihil esset opus illis repertitiis, & novis religionibus: sed sistendus est sty-

lus, in primum, paraboles concendi, quam animum ad observantiam legis divinæ intendere.

Et Polydorus Virgilius: quam conducibile esset, ait, hasce hominum seces, tanquam membra Christianæ religionis agata, conterere, absindere, cremare, ne su-**PAG. 6.** is forribilis cultus divini nitorem & moribus diutius consputarent.

Unde in Lateranensi concilio, anno 1115, sub Innocentio 3, ut & in Lugdunensi anno 1173, sub Gregorio 10, decretum fuit, ne in futurum ullus novus ordo in Ecclesiarum institueretur. Hoc tamen non obstante, quot (quæsto) interea temporis ordines, hisce conciliariorum decretis plane contrarii eruperunt? De quib; partim in precedentibus, partim vero in hoc volume infta.

At de postremo prioribus suffecto certe excusandus omnino est Papa: quia enim vim vi repellere licet, cum videret, indos priores ordines non sufficere ad sui defensionem, novos hos hamularios, de quibus Plato in Dialogo de eo quod est, ad fulciendam labascentem Ecclesiam suam, literis operam dare jussit, ut erroribus & abusibus ex verbo Dei, toti jam mundo detestis, plausibilem saltem speciem aliquam orationis lenocinio inducerent, sicque illinirent, ut Hospinianus refert. Sed è contra Bernhardus, graviter, inquit, precepit nobis Deus, ut doceamus, & dicamus; non argutias Platonis, nec veritatis Aristotelis, sed doctrinam filii.

Nam si cupias veritatem Ecclesiarum clarè intueri, abstergas necesse est crassum nubē affectuum & Passionum, & mox clarissim luce meridiana depræhendes, quibus magis pro focis, ventribus, culina, dignitatibus, honoribus, & hujs mundi splendore, quam maris & Christo pugnare.

Sed qua occasione tum reformatio Evangelica, cum ordines novi incepérint, ubertum in hoc centenario traditur.

Laudabile tamen hoc unicum est in illis, quod juventutem ad humanas artes, bonasque literas industrie & fideliter erudiunt, si modò etiam ad veritatem divinam. Nam in eo imitantur primos & antiquissimos monasteriorum autores, qui ideo illa extraxerunt & considerunt, ut ibi juventus ad pietatem & studia educaretur.

Verum hoc ut durum, sic naturæ profus contrarium, multi vehementer mirantur.

naturale, quā si nūc libi procreare, & illud modis omnibus, quibus fieri potest, sōvere, sustentare & stabilire; tamen evenire, ut ex ordinib⁹ quidam, in religione & aliis partibus planē sibi similes loco pellant, confiant, & scipios in nūdum eorum constituant, Viperas, inquit, execratur natura, quōd latera pertumpunt occisa matre; laudat lupos, inter quos etiam dirissima hymne pax est, & nulli ab aliis devorantur: periculosa igitur instare tempora necesse esse, quibus lupus lupinam est, refert Claudius Minois Gallus. At quid hoc quālo aliud est, quām cornicem oculos configere &

pag. 7. *xpoζm* De quo proverbio Aristoph. in Pluto, Pericus. Sat. 5. Hieronymus in Epist. ad Rusticum Monachum, & Macrobius Sat. 7.

U. de piē & laudabiliter sit ab illis, qui ea h̄m inibus ociofis, ignavis, sed & factis ex oco in p̄is, expulsis, denūdū illorum bona, ad conservandas Ecclesiās, scholas, xenodochia, aliosque pietatis & necessitatis usus, utpote pro redēctione captivorum, liberatione oppresōrum, & quocunq; necessitas postulat, conferunt, i.e. q. 2. c. monemus, c. errulas sine exceptione, c. augum. & ibi D. D.

Habemus autem exemplum necessitatis in Ungaria ob oculos, ubi miseri Christiani viā patiuntur, ad crucem & mortem rapiuntur, necantur, in servitutem perpetuam abducuntur: ad quorum liberationem optimus Imperator omnia pro viribus confert; at quid faciat? quid & nos faciemus; quānam consilia salutaria ad hibebimus? nemo de his verbū profere audet: si enim quid salutare quis consulat, os in cœlum ponit, illicō Lutheranus & croce dignus est.

Vidēmus interim, adeō attenuatas esse vires & redditus Imperii, tote vultas pennas & q. illa à Romano clero, tot excusas gemmas coronas Cæsareas à Pontifice, de quo suprà & in sequentibus, ut omnino opus sit credidio. De hoc cū Lutherani nihil fari auſt, audiuntur ipsi Romanistæ: fuit enim iam dudum agitata h̄c quæſio, & in primis à Laurentio Valla, dum scribit; teneri Cæsarem & alios principes, sub pena æternæ damnationis, operam dente, ut reddantur politico ordini Roma, & omnia, quæ ab Imperio sunt ab alienata.

Constat enim, donationem Constantini fidam, ementiam & nullam esse; Papa Pius in dialogo, Antoninus, Raph. Volarrenus, Hieronymus Caſalensis, Renus Epis. Paduanus de vīcis Pontificis, Nicolaus de Caſa Cardinalis, Utricus ab Hütten, & alii plurimi, de quibus suprà: cuius eriam optimi historici, & deo si plurimi, Eusebius, Hieronymus, Augustinus, Ambrosius, Basilius, Chrysostomus, nec ipse Damasus Papa

nerunt; nam viros piōs hi jus mendaci p̄duxit. Negare enim nemo sanus potest, per plures quam 300. annos post Constantiū, Imperatores tenuisse gubernacula urbē Romæ & Italiz̄, per prefides & exarchos, usq; ad tempora Innocentii 2. de Justiniano vide l. 1. & 2. de off. p̄f. p̄t. Aphricz proœm. Instit. l. 1. c. de vet. jur. cnd. l. bene à Zenone: & notum est ex multis Chronicis.

Quia autem veritatem scripsit Valla, patritius Romanus, & Canonicus Eccles. D. Joannis Lateranensi, qui vixit anno 1420, quā illi homines certe nullo modo possunt, 248. 6 in exilium ejecctus, ab Alfonso, rege Neapolj, servatus fuit. Cr̄j s exemplio motus Lupoldus à Babenberg, sacerdos parasitus, ad sequeendum, Episcopatum Bambergensem, in libro de virtutib⁹ Regni & Imperii Romani, contra conscientiam scribit, se necire quorum opinio sit verior? Sed ad rem,

In libro Elizabetha virginis sancte extat quoq; admonitio, sic se habens tōmina, inquit, p̄xpotens rerum humanarum moderator Deus, legitime ac æquiter distribuit: cœlum cœlitibus, terram mortalibus habitudinem concescit, quæ partitio respectu proportionis seu mensuræ iusta est, cum nimis Ecclesiasticus sua bona, sua item politicus ordo tenet, ac neutra pars alteram prædas agendo dispoliat. Non enim precepit Deus, ut uni ex filiis soli & pallium & tunica detur, alter vero nudus dimittatur, sed hic tunicam, pallium ille accipiat porteret.

Sic etiam civilis magistratus, cum propter amplitudinem & magnitudinem aulæ, tum propter subinde crescentem sobolem, pallium ille obtineat: sacerdotalis vero chorus tunicam sibi retinere debet. ne aut ciborum, aut vestium indigentia labore. Ex hoc judicamus nos, ac decernimus, ut omnia prædicta bona ritè dividantur, & si qui sacerdotes cum tunica pallium quoque habuerint, auferendum illud, & tantum tribuendum statuimus, quantum necesse habent, ne propter egestatem miseriam persentiscant.

Ceterum qui primū se se huic æquitati opponunt, suprema erant capita Ecclesiæ, Papa videlicet Cardinalium, Episcoporum, & Abbatum caterua; nec non cetera Præsulū & Prælatorum turmis, priorib⁹ subiecta: qui omnes ac singuli hoc leāulō agēt, ut excommunicationis lux fulmine, ac dira comminatione, QVA COELUM SE PRÆCLUROZ FABULANTUR, Principes abstercent.

At vero cū animadverterint, se neq; ligandi aut solvendi potestate, nec c'emosyenis ac sacrificiis, nec armorum multitudine, nec deniq; ullis vel blādīs vel minis, cur-

pter divinum iudicium iis imponere, ac ier-
rorem incutere posse: tum deum manem
illum fastum ac superbiam, qua supra mo-
dum semper efferebantur, deponent: &
postquam in scipios descenderint, misera-
biles quesitus & lamentationem edent, di-
centes: Propterea, quod omnipotentem
Deum in officiis nostris, eorumque ordi-
natione rejicerimus, ideo turpitudo ac de-
decus omne nunc ad nos redundat: ut vi-
delicet ab iis jam suppressamur, erga quos
nos hactenus subintilos gerere dedeba-

g. 9. mut.

Et enim qui Principibus jam olim prepo-
iti etamus, ac hominem eorundem obedien-
tiā, cū subditorum expetiebantur; illi
jam servile iugum Deus detraxit, ac no-
bis imperare permisit. Iucirco praeclarare
intelligimus, justo nos Dei iudicio affligi,
siquidem alias universi Mundi regna nobis
subiectissimū, haud iter, atq; jam ipsi e-
jusdem Imperio subesse, & servitutis triste-
onus portare coguntur. Quin etiam justum
Dei iudicium praenuntiare opus habemus;
quia omnibus carnalium voluptatum leni-
ciniis dediti fueramus;

Eadem: In Ecclesia propter lupos ejus u-
niversum Christiani nominis Imperium la-
bascit, quin igitur auferimus illis: quae non
justis rationibus, sed propter suum nefas &
injuriam possident, expulso nefariis scle-
ribus innocentē Christo. Hec Elizabetha,

Ex quo eius sermone certe afflatus divi-
nus inter alia in eo quoq; conspicitur, dum
ub verbis proportionis & justæ mensura
ntelligit distributionem illam justitiae, sine
qua Rēpublicam salvam esse non posse, af-
firmant Plato & Aristoteles, & posthos Pau-
lus ab Eytzen & Hieronymus V Vildenbergi-
us. Unde Platoni familiare fuisse dicunt;
τα τοι διδ γεωμετρη, Deum geometrica-
les per tractare. De qua etiam Theognis di-
cit: nautam fluctibus opprimi necesse esse,
ubi proportio justa non observatur. Et A-
chilles (ut Homerus, Dicitus Cretensis, &
Dares Phrygius scribunt) statum, in quo
justitia distributiva negligitur, plane rejicit.

Et in primis celebris ille historicus Cran-
ius multis locis, ut & Theodorus à Niem
Paparum intimus Secretarius, conqueren-
tes referunt: habere multos Archiepisco-
pos & Episcopos terrarum, opum & redditu-
um plus, quam Imperatorem; hoc se non
posse laudare, quia deficientibus rerum fa-
cultatibus, & potentia seculari in Imperio,
Imperator impotentem defensare Christianum
populum non posse.

Quæ autem propria aut justa mensura
hodie sit inter Imperatorem & Papam, cu-
jusvis facile est cernere, & propediem de
Imperatorum & Paparum patrimonio pro-
dibit: status. Ac proinde non iniuria mi-

tari quis possit, ut & locis, & tem-
bus Reipublica & justitiae, ut sunt historici
& Jureconsulti, tractant, hactenus de hac
materia, cum utili tum necessaria, & sub
qua omnes status aut consistunt, aut cor-
respondunt; tam paucissima literis sunt con-
signata; causa a latens est, de qua alibi in
hoc Opere.

Nec non etiam frustra illicitis artib; papa-
tum sua corrississe, aut eadem pī: sū: a virgo
Elisabetha. Nam ut unico saltē omnium pag. 10.
exemplorū quorum plenū est hic liber, hoc
conclit; tam cœcos & famos homines redi-
diderunt, ut eum, quī testamento ilī is nihil
reliquisset, sepultura indignum, & qui in te-
stacū sic obiūset, fisco ejus reliqua bona ce-
dere decreverint, lexque ab ilī is constituta
fuerit, ut si quis inopinatō mortuus inisteret,
sacrificulus, Pontificis iussu, mortuo testa-
mentū pro placito condiderit, & ex defini-
tione bonis debetur enim Aesculapius gallus,
qui sicut postrema vox Socratis apud Platō-
nē in Phædone Ecclesia quæ velle attribu-
erit. Quib; ancubiliterē eo deduxerunt, ut
tantum in Gallia circa annū 1563, duode-
cim milliones in iuditib; & duos serie tri-
entes in agris, possessionibus & domini-
nis habuerint; quibus sola Gallia fuit pre-
gravata.

Sed quid quæso putas in aliis regnis, Ger-
mania, Italia, Hispania, Anglia, Scotia, Da-
nia, Suecia, Polonia factū? certe plus
quam tertiam partem terrarum, & reddituum
dimidiam acquisiverint. Quæ iniquitas sup-
remū magistratū movit, ut multa talium
fraudum à curia Parisina anno 1401. inflata
fuerint, & quoq; à senatu Veneto, ut etiam
Carolo V. Imp. in Belgio lege cantum sit, ne
in posterum possessiones, iurisq; Ecclesiasti-
co ordini attribuantur, quod testantur
Annales Gallici, Guicciardinus de rebus
Belgicis, & liber statutorum Venetorum c.
4. l. 56.

Talia igitur hac astate pro novo haberi
non possunt, cum pī: adcessorū exemplo
id fiat. Sic enim Manuelus Imp. cūm Eccle-
siasticos (propter possessiones & mundana
négotia) patrum religioni cultu, que divino
deditos esse videret, nullas eis vineas, nullos
agros, nullas possessiones ad signavit, sed ex
fisco tantum pendī justit, quantum ad su-
fficiationem vitæ satis esset. Et ex eadē
causa legē sanxit Nicephorus Phocas, dē nō
angendis monasteriorum latifundiis. O-
tho Frisingensis refert, quod Henricus Imp.
cernens, fratres Fulenses ob nimis tem-
poralia male ambulare, multa illis pī:
dia, tanquam luxuriae incitamenta, ade-
merit; opulentiam enīp facile Dei sui obli-
visci.

scere, sed ipsorum contagionem etiam ad alia bona permeare, atque ea juxta se posita [quod de aquilarum pennis Pierius, & ante eum multi alii tradiderunt] adurere & consumere. Deniq; Opt. Max. id cœrem exercrandam, vehementer punire. Id quod exen-
tem plis preceritis & quotidianis manifes-
tum satis est: liceat unicum talitem hic ex
chronis adducere.

Cum enim Henricus senior, Marchio Milniz & Iausatiz Ecclesiastica bona occu-
Pag. II. passet, & ob hoc præfuli Bennoni, qui illa re-
petuit, colaphum impiegisset; eo ipie die post
annū iubilanea morte extinctus est: Chron.
Milniz. His & Orofus annuit; referens: di-
vinz indignationis judicium accentum esse
ex eo, quod male utentibus ea bona, quæ
fructus misericordiæ esse decebat, nutrimenta
libidinum facta fuerint.

Non ergo aliò, quam jam dictum est, & i-
psum jus canonicum præcipit, convertere
talia bona licet: d. 22. q. 2. c. monemus, cū
sequentibus. Quæ autem major hodie ne-
cessitas eis posset, quam est misericordiæ Chri-
stianorum in Ungaria? Quid verò super eo
[p. 25] & cipuè verò de ociosis & superfluis ordinib;
& hactenus & hodie quoque plures
magno consilio pollentes viri, & Theologi
& politici, inter quos non postremi sunt Lu-
therus, & fortis ille heros Lazarus à Suendi,
sua scrint, ex hoc Opere & aliunde notū est.

Sic in sumtus belii olim etiam in necessi-
tate de bonis Ecclesiaz contributum fuisse,
refert Aventinus. Et in Constantiensi con-
cilio, ad sublevandas vires Imperatoris, an-
nata primū in bello contra infideles sunt
destinatz, quibus Ecclesiaz & monasteria per
universum orbem taxata (de quibus prope-
diem, Deo dante, inuenienter & seriatim ali-
bi) immensam argenti summā contulerunt;
sed abhinc interim à Papa retentæ, & non ad
Imperii; sed alios, nescitur quos usus colla-
ta. Illud cùm ante hæc tempora licuerit, cur
hodie quoq; ad liberandā patriā non liceat?

Et si Augustæ anno 1500, à Maximihano
Imp. & aliis Imperiis Statibus in comitiis u-
nanimiter & firmiter decretum fuit, prové-
etus & redditus illos Annatarū & Vacantiarū,
contra Turcos primitus institutos, à ponti-
ficiis repetere, cur sancta Imperiis decreta
tam frigidè execusur? cur, dum certos,
constitutos, deputatos, & sufficiētes ner-
vos contra Turcos habemus, aliunde patri-
am labefactamus, exhaustimus, & in nihilū
redigimus? Ex auctis Imperiis.

(Posse hinc salutaria plurima alia, ad
conservandam jamjamq; ruentem patriam,
coacervari & prodi, sed quid faciendū?
veritatē ferre non possumus; cœci in ex-
iūm ruimus.)

Idem scrit & suadet Paulus Langius, Mo-
nachus Zitizensis in Chronico, dum scribit;

si pontifices contra Turcam, ut debuerant,
officium facerent; dudu ipsum extra Euro-
pam fugatum conspiciebas; ast quia corū
incuria, fraude & avaritia quotidie ejus vires
accrescunt, habet Roma timore, ut, qui ho-
die detrectant modicū pro tuitione fidelū,
tandem totum sine amissuri. Sic olim quoq;
Senatus populusq; Romanus (quorum locū
& bona illi occuparunt) belli, & aliunde
parta pro aris, focis, & necessitatibus in me-
diū contulerunt. Livius lib. 9. Idem ergo
& ipsi (si quidē communis salutis sinceri af-
fertes esse velint, ut jaētant) similiter præ-
sent, aut Imperio reddant abiara; cujus etiā
suprà ex Laurentio Vallafacia est mentio.

Quo loco me continere non possum, quin
illud Goropii commemorē, ubi ait: Romu-
lum ideo lupinum lac suisse, quod domini
Romanæ urbis, qui ad unū omnes Romuli
dici possunt, totins orbis divitias, quæ gre-
gib, denotatur, haud secus ac lupus oves de-
voratur essent: & hoc antiquissimum oraculū
eo figmēto rectū fuisse, cuius significationē
successus omnīū rerū cunctis seculis hiūc à
primo Romulo dederit minimè obscuram.

Cūm igitur ex multorū vatum prædictio-
ne tanta, tamq; horrenda extent de impen-
dentibus malis vaticinia, de quibus in prio-
rib. & sequentibus; & Joan. Hilten mona-
chus prædixerit, ab an. 1600, regnaturū ho-
minem laevissimum in universa Europa; cùm
item duplice, literæ F. & in rotæ Joachimi su-
præ part. 1. fol. primo sub imagine bestiaz
Turcica tela evomenti, innuant, nos dupli-
FATO ad supplicium rapi; & per literam T.
quam Aquila ore gestat, crux & miseria si-
gnificantur, quibus non solum caput, sed etiā
membra tam immani dolore premen-
tur, & terrebuntur, ut nullo modo solvi ab
iis ante mortē possint; cumq; hoc mysterium
per conversionem literarū plus innotescat,
quia VAT est imperantis, & capitur pro ut-
ripe, & hoc intellectu omnes admoneantur,
ut crucem aripiant, eaq; se servet, & illa ceu-
fune firmissimo sese in salutis portu retin-
ant atq; figant: [ut author ait Angelus Cañi-
nius Angliensis, Antonius Chevallerius, A-
brahamus de Balmis, & Goropius Beccanus]
hi, de causis vellent pii & prudēte viri, mul-
tas imperii gazas in meliores usus converti,
constitui legiones militum, sustentari exer-
citū perpetuos, qui contra hostes ejus pugna-
rēt, ne adeō debilitarētur principes Christi-
ani, & nervi Imperii membris præciderētur.

In quo, proh dolor, etiam ab Ethniciis multum
superamur: qui, ut Graecorum historie docent, col-
lectos thesauros suos in templo Delphico, quas ab ini-
tio belli, quod factum vocabant, 60. tonnas aurū fuisse
scribunt Pausanias & Thucydides; non in alios usus,
quam pro liberatione patriæ ad alienos exercitus in-
sumserunt. Et Athenienses semper aliquot talenta
in arce seposita habebant, nunquam nisi in summa ne-
cessitate auscenda, qui securi secesserit. Illi capitale e-

nicz, quoniam contra conscientiam suam lucri ducas ad causam [ut etiam hodie fit] alabant, tandem pertuli, occasionem arripuerunt, qualiter, de moniaca frau de prodita & deserta; ad verum cultum redire; & templo suum cum thesauris Xerxi attribuerunt: Tirabo, Histarchus & Goropius. Deus Opt. Max. tandem similiter & cetero Papatui oculos Spiritu S. aperiat, ut in viam redeat, & abjectis mundanis fragilibus, celestia perpetua plus, quam hactenus, spectet.

Talia igitur antecessorum & majorum nostrorum fuerunt pia instituta, sapientia consilia, fortia facta. At quibus nos hodie consillis & mediis pericula propulsamus? Epimenidis somno, de quo Gellius, Diogenes, Lacinius, Plinius, & Lucianus in Timone.

Quia ergo, proh dolor, de his forsan apud malitos fructu, nunc ad te, Vir Nobilissime, Generosissime, orationem dirigo. Et hoc loco quidem impensis offerri possent plurima de tuis & ornatissima tuae familiae laudibus, virtutibus atq; præstantiis: ex te enim vere illucit illud, quod dicitur: fortes creantur fortibus & bonis; & consilat, maiores tuos fuisse viros consilios graves, manu fortes, in rebus gerendis industrios, atq; iustitia ac prudentia in administranda ac gubernanda tum patre, tum allorum regum atque principum vicinorum Republica, nemini secundos, adeoq; omni genis & bellicis & pacis virtutibus clarissimos. Requirit namque Plato in vitro forti & Comitarum & Tragicarum eternam notitiam: quam utramque in te quaque & luciendo & adverso tempore elucescere, ipse expertissimum, cum aliquando te in necessitate fidum Achates habem.

Vivit etiam ex tua familia laus pietatis Christophorus Schulerburg, qui cum pere trionum Racoburgensis Episcopus fuisset, tandem pertusus hodiernae religiosorum conditionis, & propriis contentus, pie sibi, quam splendide mundo vivere mavolens, munera renunciavit; teste Chron. Saxonie. Non minor est enim aliquando in contempnendis, quam consequendis magistratibus dignitas, ut Natalis Comes in Mythologicis fecit.

Sed & ex Chronicis cognita est excellens virtus, prudenter, & fortudo VVernerii de Schulerburg, Illustre, Ducum Pomeraniae olim virarum.

Item summis quoq; laudum atq; honorum emolumenandus est Alexander de Schulerburg, omnium corvorum superans, qui conditas ferè terras suo nomine, virtutibus politici & bellicis implevit. Res gestas & peregrinationes ejus descripsit in itinerario Joannes Fraxinetus: novit (videt enim) Gallia, Anglia, Italia, Melita, Egyptus, mons Sina, Palestina, Ethiopia, India, Serbia, Russia, Dania, Svecia, Germania & alia loca.

Habuit enim hic heros præ oculis antecessores nostros, veteres Germanos, qui ociosi & desides domi nunquam perfuerunt, sed militatum abierunt ad exteris & longinquas gentes. Sic enim cum Brenno Svevo Italiam ingressi sunt; Godefridus Viterbiensis. Sic Hispaniam occuparunt; Orosius. Sic bellis in Gallia, Syria, Egypto, & ad clausa Caspiarum interfuerunt. Insæ etiam sub Herode [de quo Josephus] Julio Caesar, & contra eum pro Arioisto stipendia meruerunt: Julius Caesar, Hircius, Cornelius Tacitus, & Eutropius. Sic memorabilis illius pugna Pharsalicae præcipui authores extiterunt; L. Florus. Sic Hadrianus faciem habuit Malorem Germanum, strenuum militem, ut amicum; Dion.

Fuerunt enim in exercitu perpetuo armorum, venationis & natariorum; Egypcius, Seneca de Iea, Pomponius Meta, Livinus Geographus, Symmachus, Herodianus, & Hanibaldus. Quod quid efficiat in virie strenua, ostendunt Vegetius de remilitari, Molius, & Onofander. Sed quid hodie? dolos referre,

Is si queras, quo pacto omnia hac perficeat homo mortalis, & qui variis fortunæ fluctibus subiectus est, poterit respondere; respexit vitæ fortis ad id, fortia agere & fortia pati, Romanum, & vici fortis esse; & ad illud Polybii: si quis in adversum aliquem casum inciderit, & in fortis & magno animo tolerat [ut & tu in similibus facis] certe fortunam suam in melius convertit. Unde Virgilium dicere coesrevisse refert Donatus in ejus vita; cum nulla tam aspera sit fortuna, quam prudenter patiente non vincas; ideo nullam virtutem homini magis necessariam esse patientia, ut idipsum testatur q. Aeneid.

Quicquid erit, superanda omnes fortuna ferendo est.

Sic etiam illum & patiendo, quia injuria semper melius evadit, nomen accepisse, refert Plinius. Et nullam rem in toto mundo plura tormenta quam illum pati, scribit Goropius; & tamen ad tantam perfectionem pervenire, ut etiam corpori nostro nichil proprium, quam indistinctum ex eo paratum constitutamus. Hos quia sit, cur quos in adversis non similes ad patientiam confugimus, inq; illa proximam spem & auxilium posimus, & cum Vate segno dicimus: Tu es patientia mea, Domine? Cur allerimus, eam in nosris ortis non crescere, cum certe propria non aliena culpa id fiat. Quomodo enim accrescat, quod non quam ferueat?

Tantum autem virum Magnates magnis sepe alliciebant promissis; ut in suis aulis perseveraret, & officio cuiusdam vacaret. Marchio etiam Elector's vicarium suum constitutere cupiebat; ad ille honeste semper abiuit, quod in tanto viro notabile atque misibile est. Motus enim eo, quo dicitur, si curiam curas, pareret tibi curia curas; & illo Pyndari; actidere viris de Republica benemeritis, ut pro beneficiis pessimam gratiam nonnumquam auferunt, quia antiqua dormit gratia, & homines sunt immemores; aulas fugit.

Hujus innumera possent adduci exempla: Farmentionis & Clyti apud Aleandom, Eusenidis apud Peolomatum, Panno ainsti apud Alcimenidem, Arati apud Philippum Macedonem, Atii apud Valentiniacum, Bellifarii apud Justinianum, Narfetis apud Justinum, Sejani apud Tyberium, Papuanji apud Rafianum, Pauliani apud Severum, Cleandri apud Commodum, Petri de Vinci apud Fredericum secundum & alioeum.

Herodotus canam esse dicit, quia etiam vie optimus quandoq; Is magna potentia corruptitur: hac multò fortiorem dixerim, quod in aulis τὰ πρῶτα ὁ κόλαξ, τὰ δευτέρα ὁ συκοφάντης sepe habent, quos peritos, calumniatores, lycophantas, invidos, malignos & præditoris. Plato in Scrt. apolog. ceu peleum fugiendos, & per hos multos bonos viros everlos fuisse, dicit.

Hic inquam (exceptis semper pio Josepho, Neshaman, & similibus) haet eos optimos tibi amicos esse putas, & proinde perfidos nebulones potius dixeris; tametsi in nocte rater vivas, & dominum æquum, Julianum, plium, & propinum habeas; tamen quia meliores se ferre non possunt, venenata tela in te conseruent, & calumnias ejuscent. Quo tametsi illi sanguinifugæ, vel potius aulifugæ, libidini fox omnino satisfactum existimant; certius tametsi illi salutem prospexisse; servitute, perverso sceleratoque eorum confortio & inferno eripiuerit te; seipso vero in inferni barathrum, nunquam inde reveruros, conjectisse.

Sed relinquamus hoc hominum genus, quod est, fuit, & erit sibi simile semper, & in aulis & aliis; donec (utinam hoc possibile esset) recostum ab aliqua Medea, integrati & virtuti restituatur, de quo scribunt Phæreclides, Simonides, & Lycophron.

Ob haec igitur (ut dictum) ab aulis abstinuit, exemplo motus David regis, cui etiam malebat se

committere manibus Dei, quam hominum: & non
eiusdem apud Aristophanem in Pluto dicto, qui ja-
canti, se habere nescip quem annulum magicum, in
quo inesset remedium adversus omne malorum ge-
nus, respondit: αλλ' οὐτε συκοφαγοῦ δῆ.

Pag. 16. γυατό. Verē enim si ad hoc malum respicias pe-
nitius, proh dolor, homo ipse homini sit dæmon; &
serē non reperitur hodie quisquam bonus & justus,
qui talium viperarum morsus atque calumnias non
sit expertus.

Sapienter igitur Plinius dixisse videtur, inqui-
ens: extera anima in suo genere prolis degere,
congregari, &flare contra dissimiliz; & leonum feri-
tatem inter se non dicicare; serpentum morsus non
petere serpentes; ac ne immates quidem beluas & pi-
ses; at hercule homini plurima ex homine perveni-
re mala, homine nihil esse miserius. & tamen nihil
superbius. Unde Lucianus in Dialogo de haresibus
refert: in homine desiderari, quod pectus non sene-
tratum habeat, ut sciri possit, quid in animo quisque
struat, num mentiatur, an verum dicat?

Pulchre etiam Demosthenes oratione prima
contra Arislog. inquit: neminem unquam vestrum
viperam momordit, neque phalangium; & absit, ut
mordeat unquam; sed tamen omnia ejusmodi anima-
lia ubi coaspereritis, mox interficitis; itidem igitur
& cum de laorem & calumniatorem videbitis, habe-
re viperinam naturam putate; nec expestate, dum ali-
quem vestrum mordat, sed cum primum occurrit,
tollite. Simile serē refert Quintus Calaber de Achil-
le, qui maledicentem Theristam occidit colapho. Sed
bone Deus, hoc si fieret, quansum expurgande fo-
rent nobis aula; de his igitur fatis.

Quia vero hoc malum non aliunde, quam ex
invidia provenit, dicamus cum Basilio Magno in ser-
mone de invidia: habent dæmones invidos sibi con-
formes, quibus pro libitu abutuntur; sognamus, fra-
tres, intolerabile malum; serpentis est preceptum,
diaboli inventum, inimici satio, punitionis arrabo-
pietas impedimentum, via ad gehennam, regni ce-
lorum privatio.

Verum enim vero fit tandem. Deo ita dispo-
nente, ut hi, multarum calamitatum cause, assentato-
res aulici & sycophantz, plerumque etiam penas
meritasferant; exemplo esse possunt duo sycophan-
ta, Theodosius & Stephanus apud Iustinum, con-
stantini Barbati filium, quos suinibus ad pedem alliga-
tis per urbem traxerunt & pollea combosserunt: sic
Sejanus apud Tyberium, Plautianus apud Severum,
Europius apud Theodosium minorem digna morte
perierunt; & Thuringus Verconium Alexander Severus
falso fuit sit, quia somum vendiderat; & in calumni-
atores ac eos, qui corrupti pecunia iniuste judicave-
runt, doriter animadvertit; sapere hunc versum reci-
tioni: ἀπόλλα καλέψας, καὶ ἀλίγα δους ἐκφέ-
ζεται. Poscent etiam recentiora exempla adduci,
sed de illis alio loco commodius.

Cum autem secundum Philosophorum doctri-
nam, ratius sit ad summum quam in summo, & habe-
at hoc natura, ut si quem ad summum cisiū adspira-
re velit, cisiū etiam deficiat: (hinc Alexander M.
cum aliis neutiquam ascendere posse gloria & po-
tentia, 32. annorum aetate vitam finiit: & Mauricius
Saxo, Germanorum Achilles, fortissimus & incom-
parabilis; et si Theristae illo Gallo, Germanicarum
laudum hoste, consumeliosè, sed mendaciter, car-
patur; etiam è vita est sublatus ea serē aetate: & pos-
sunt alii quoque strenui & eximii viri perplures reen-
fieri; inter quos etiam Arminius. Vari Quintili cele-
bris vitor, unus fuit; quibus idem vite immaturus
exitus erat) sic quoque præstantissimus iste he-
ros perficitur tam mature consecutus, quamvis

signes habuit, quos tu jam, tanquam novus Phoenix,
insequeris.

Sed quantum & tu quoque tum religione erga
Deum, cum erga homines virtute (quam solam pie-
satem Plato dixit in legum appendice) & integritate
præles, genusque tuum ornes, dicere non est opus,
res declarat, multa de his asserti possent documenta.
Non enim es, ut alii quidam, qui propter glori-
am majorum (quod turpe esse idem Plato in Menes-
xemo esse dicit) honorandos se exhibent; sed pro-
prie virtuti illud as incumbis, quod singulariter in
te admiratus sum sapere: ex multis unum hujus exem-
plum, & quod me saltem tangit, referam.

Cum eam, quæ olim Aurelii & Andegavii in
Gallia inter nos cœpit, amicitiam inter nos nolle;
sed per ea, quæ nobilis viri, VV Wolfgangus Ulricus
& Venningen ante haec Heidelbergi, deinde etiam
Joannes Ridolfi ab Eusenbach ex Ratisbona, & no-
viter ex itinere Danico Osvaldus Suave, viri certe &
generis & virtutis nobilitate eximii, iussu tuo retule-
runt; quæque nuperime quoque per te ipsum epistolis,
omnis humanitatis & officiorum plenis, imò etiam
liberalitate summa in meum affinem Gregorium Roll-
vagen, Juris Studiosum in Academia Helmstadiensi,
collata declarasti; omnino renovatam & redivivam
velles; ego, ut vicissim officio meo non dessem, com-
mittere non posui, quin hunc generosum, fortis &
consistantem animum tuum publicè proderem & com-
mandarem; & declarande gratitudinis ergo, meq;
in te summe observantiz (cum suavior animi cibos,
quam lectib historie, ut Nicolaus Perottus sentit of-
ferri non possit) hanc Secundam Lectionum Memo-
rabilium & reconditarum Partem tuis Auspiciis con-
secrarem.

Calles enim optimè veteres sapientum Philoso-
phorum leges, amicitias semper eternas esse debere, &
amicum non deserendum, etiam desperatis fructibus
ac emolumenis; referente Cicero, de legibus, qui &
In Latio suo, cum difficultem questionem esse alter
collocutorum diceret, num amici novi veteribus sint
anteponendi, ut eis uti possit teneros anteponere, lo-
lemus; indignam homine dubitationem esse, per al-
terius tñc personæ responsum inserit: non enim ami-
citiarum, ut aliarum rerum, satietatem; sed veteri-
ma quoque suavissima esse debere: ac proinde locum
hunc, insigni sententia & doctrina concludit, di-
cens: qui in amicitia constantem & stabilem se praefili-
terit, enim (ut certe tu facis) ex maximè raro homi-
num genere judicandum esse, & penè divino.

Sicut igitur initio amicitias non facile admittit:
ita constitutas constantissime tenet: quod etiam
Suetonius in Augusto summa operè extulit: & ex Gre-
co Antipatris epigrammate fit clarum, amicos tales
deligendos, qui nec temporum diuturnitate, nec lo-
corum distantia, sed ne quidem post mortem amare
definiant. Finem igitur nunc illius Poëtz versibus fa-
ciam, qui canit:


Et docet, Et certe vitam tibi semper amicus,


Nec tibi quæ moritur, definet esse tuus,

Ipse ego, quoscuid ero, cineres interg. fiduciarum,


Tunc quoque non potero non memor esse tuus.

Copies ergo benevolo animo, quod fidus tibi
& verus amicus servitorque, candido & sincero ani-
mo offert; Deum orans, ut una cum filiis, charis pli-
gnoribus, paternarumque & virtutum & honorum
hereditibus, incolmis feliciter Nesciores in annos vi-
vas, & post huc vitam aeternæ colorum hereditatis
feliciter conseqvaris. Cal. Februar. M. DC.











卷之二

卷之二


卷之二


卷之二

卷之二
































P. 878.



P. 878.



P. 878.



P. 880.



P. 880.



P. 883.



P. 922.



P. 959.



P. 959






P.



Ignorantia

Surpicio







Anno
Pag. L.

LECTIONUM MEMORABILIUM ET RECONDITARUM, CENTENARIUS DECIMUS

SEXTUS.

Anno

1501. *Pater Friderici Myconii.*



Larissimi viri & Theologi constans, Friderici Myconii patrem non tantum verè prius, sed & probè gnarum fuisse prius, oris religionis, facile exscriptio fuit, cui somnum nomen imposuit, certi potest. Unde panca hoc transcribam:

Instituerat me pater meus (inquit Fridericus Myconius) adhuc puerum, & infantem, Decalogi verba, orationem Dominicam, & Symbolum, & cogebat me frequenter orare: à solo enim Deo esse nobis gratis omnia, & illum nos gubernaturum, si diligenter orarem, persuadebat.

Item, sanguinem Christi esse precium pro peccatis mundi, & cuilibet Christiano esse necessariam hanc fidem. Quod si tantum tres homines debeat salvare per sanguinem Christi, tamen se certissime statuere debere, se esse unum ex illis tribus: contumeliam esse in sanguinem Christi, de hac re dubitare.

Indulgentias papales esse retia, quibus caperetur pecunia simplicium. Certe remissionem peccatorum & vitam æternam non posse emi pecunia: sed offendit sacerdotes, si ista dicerentur. Hæc ille.

Hinc apparet, illum vitum recte sensisse de justificatione, de vera ac non dubitate fide, qua omnia à Deo impetramus: de invocando solo Deo, & de indulgentiatum vanitate. Fuit hanc dubię aut Uvaldensium discipulus, aut alioqui Orobidae, mirabil modo à Deo veritatem edocitus: quales multi in omnibus locis fuerunt. Catal. Imp. Max. I. PP. Alex. 6. V. S.

1501. *Hieronymus Paulus Catalanus.*

Hieronymus Paulus Catalanus, Ale-

stantini donationem in sua practica vehementer improbat. Imp. Maximiliano I. Papa Alexandro 6.

Portentum.

Hoc anno circa principium Quadragesimæ, apparuit crux rubra magna cum corona regali manè circa Solem. Nam valde Turcus in propria persona debellaverat insulas Venetorum: & civitatem, Madoniam, spoliavit, & incineravit, Linturius, Imp. & PP. V. S.

Conradus Stifelius.

Michaël Stifelius dixit aliquando, se admodum sapè olim inter monachos sacrificios veritatem audivisse eos narrantes, esse veteres prophetias, secutam adhuc aliquando violentam sacrificiorum reformationem. Dixit etiam, patrem suum, Conradum Stifelium solitum esse crebris sermonibus repetere, id certò breviisque esse futurum. Et pro suo erga impietatem & impunitatem sacrificiorum odio, quendam suum amicum ac vicinum, nomine Petram Pirer, orare, ut, quandoquidem se mortuo ipse esset certò usque ad ea tempora vivitus, quibus dudum prædicta sacrificiorum cedes fieret, velit unum scorsim, in sui gratiam interficere, præter illos, quos sua sponte esset interficetus.

Apparet, fuisse multas Prophetias de sacrificiorum reformatione, quas homines non recte acceperunt de eorum cœde: propterea, quod & dignostali mercede judicarent, & nullam aliam tolerabilem reformationem facile reperiri aut fieri posse, existimarent. Cat. Imp. Maximiliano I. Papa Alexandro 6. ut supra.

1502.

pag. 2.

Memorabile.

*

Hujus temporis extat figura, in qua primum pictum est templum, cum turri contigua, intus vacuum, foribus undique patentibus. Ab hinc in extremo, seu remotissimo schematis angulo stant viri,

Episcopales, & apud eos alii Clerici, monachi, & moniales. Propius ad templum picta est effigies Cereris. Juxta illam pictus est quidam Bacchum representans: redimitus corona confecta ex pampinis & racemis vitium, & elevata manu ostentat simile fertum & uvas. Secus hos quidam indutus cucullo morionis, altero pede claudus, in cæteris divo Ethnico nō absimilis, incedit versus nos, ejusdemque alia imago, sed aversa facie, & tergum nobis obvertens, duas in humeris alas habens, altero poplite claudicans, ut prior, quoque. Huic picturæ addita erant pauca hæc, quæ sequuntur, à quodam pio ejus seculi viro verba: Sic ferè in Ecclesia comparatum esse, ut reliquo templo vacuo, sacerdotes multi attentiores sint ad Cererem & Bacchum, id est, voluptates, ventrem, & bona terrastria plus, quam Deum curent, & colant. Nam hoc significat imago Cereris, quæ Græcis Δημητρίᾳ quasi γυμνή vocatur. Bacchi verò effigies docet: quodd sacerdotes quidam Dei se filios & cultores, ut Bacchus ille quondam, jacent: sed nihil sint aliud, nisi Epicuri de grege porci, fruges consumere nati, qui Curios simulent & Bacchanalia vivant. Plutus accessu & recessu claudus, cæcus, alatus, & stultum representans inter alia ostendit, esse quosdam, qui officii pensa male expediant: iis claudicando suas opes & mundi gazas esse acquisitas: claudicando brevi iterum avolaturas, id quod Constantinus Manasses accidere plerumque solere dixit, ut possessiones non diu maneant apud illos, qui eas malo tñulo occuparunt, sed avolent citò, quaque aufugiant, tanquam si paulatim incipiunt dominos agnoscere. Sic cum Adam & Eva in Paradiſo omnia haberent superflua, cœperunt abuti prosperitate: quare ejecis & in paupertatem redactis Dominus dixit: spinas & tribulos germinabit tibi terra, hoc est, prius ad paupertatem redigendus es. August. in Genes. cap. ii. Item Ioachimus de flore, Merlinus, & Dandalus expresse affirmant, quod per concilium generale ordinabitur ut Clerus habeat tantum vistum & amictum, & naturæ necessaria, rejectis omnibus pompis & deliciis, & dabuntur pauperibus.

Wolfgangus Aitinger clericus
Augustanus.

Commentariis illustravit prophetias Methodii, ac non raro cum turpitudinē

proxima taxat, & ministrat oībam aliquod ejus verba.

Spirituales devorant labores pauperum, salutem animarum non curant: nec subditorum suorum notitiam habent, sed valorem proventuum ac reddituum subtilater ponderant: diu noctuque pro majoribus beneficiis Romæ, aut in curijs Principum & dominorum plus sollicitant, non contenti suis stipendiis: quod multò plus habent: quam scientia eorum se extendat. In vinea Domini nihil boni operantes, nec prædicant, neq; sacramenta ministrant: sed magnum absentes aut præsentes reservatum ex præbendis extorquent. Ignaros & idiotas sacerdotes in vicarios & mercenarios locant in suis pastoriis, qui populum Dei nesciunt docere. Quia parum in his sapiunt, de quibus Dominus in Evangelio dixit: Si cæuscæco ducatum præbet, nonne ambo in foveam cadunt?

Illi quoque memoratu dignum est, quod contendit, Antichristum non in corporeis, sed mystica Babylone nasciturum. Ea porrò, teste Petro, Roma est. De hoc autore etiam suprà in Methodio. Imp. Maximiliano I. Papa Alexandro 6. Biturigibus Gallorum hī versus lapidi fuerunt incisi in Ecclesia apud S. Stephanum.

Hic des devore, cœlestibus associote:
Mētes agros & per munera sunt tibi losa
Ergo venitote gentes à sede remore.
Qui datis, esto certi de divitè dore.
Te precor, accelerā, spargas hic, dum
potes, ara:

Et sic revera secūrè cœlica spera.
Ostiu scires, quantum data profibiles
Tu justa vires donares, quod dare
quires.

Te miser à pœna, dum tempus habes,
aliena. (n.

Ut tibi sit pœna venia, sis apertacrum
Consors cœlestis fabricæ, qui porrigit,
est is: (restis.

Ex hoc sum testis, hic vos mundare po-
Fratres, baurite de crunco pocula vite:
Hic aliquid finit, veri velut Israëlitæ.
Crede mihi, crede, cœli dominaberis ade.
Nam pro mercede, Christo dices; Mi-
hi cede.

Hic datur exponi paradisus venditionis,
Currant ergo boni, rapientes cubmina
throni.

polorum,
Hic si large des, in cœlo sit tua sedes,
Qui seret hic parce, parce comprehendet
in arce.

Cur tardas tantum: nummi mibi des
aliquantum, (mo,
Pro solo numero gaudebis in ethere sum.
Denos sume quater: unum semel: hac
sacra mater
Annos condonat, sanctus pater ista co-
ronat:
Tot quadragenas dat, & ablit hic tibi
penas.
Mil misis decies, socius, si des, ibi fies.

Et hoc expilationis genus Iengè olim
in V. T. præfiguratum fuit per Biliam, ut
ex numer. c. 22. constat hoc modo. Rex
Chanaan s oppugnans Israëlitas vinci-
tur: sed & Amoritorum Rex Schon &
Og Rex in Basan, inferentes bellum Is-
raëlitis, regna sua amittunt. Idem igi-
tur metuens Balac, Rex Moabiticus, mit-
tit ad Balaam Prophetam seniores & ma-
jores suos, habentes divinationis preci-
um in manibus, ut veniat & maledicat
populo Israëlitico. Cumque venissent
ad eum, respondit, manete hac nocte
hic, & inquiram, quid mihi manderet Do-
minus.

Dixitque Deus Balaamo: noli ire cum
eis, neque maledicas populo: quia bene-
dictus est. Qui mane consurgens dixit
ad Principes: Ite in terram velutam,
quia prohibuit me Dominus ire vobis-
cum.

Rursum Balac multò plures & nobili-
ores prioribus misit, nuncians: ne cun-
cteris venire ad me, paratis enim sum
honorare te, & quicquid volueris dare ti-
bit veni, & maledic populo isti. Balaam
igitur, et si in eo proposito persistere con-
sisteret debuisset, tamen ipse prædix, ob
promissos honores & præmii, hoc est,
ambitionem & avaritiam (propter quo
etiam Romanam Ecclesiam ab Apostolis
ca defecisse dubium non est) neglegit
mandato Dei. Itata asina sua, profectus
est cum illis.

Iratus igitur Deus misit Angelum su-
um, quem asina videns evaginato gladio
contra se stantem in via, avertiebat se de
itinere, & ibat per agrum. Eam igitur
cum verberaret Balaam, & vellet redu-
cere ad semitam, in angustum locum per-
venit: ubi nec ad dextram nec ad sinistram
poterat defleste, nec etiam proper ob-
vium Angelum procedere. Concidit igi-
tur sub pedibus sedentis: at ille iratus
vehementer, erubebat cum fuisse.

Aperuitque Dominus asinam, & lo-

am: quia commeruisti, & illusisti mihi:
utinam haberem gladium, ut te percu-
rem. Dixit asina: nonne animal tuum
sum, cui insidere consuevisti usque in
præsentem diem? Dic, quid simile un-
quam fecerim tibi? At ille ait: nunquam.

Protinus aperuit Dominus oculos Ba-
laam, & vidit Angelum stantem evagi-
nato gladio, adoravitque cum pronus in
terram. Cui Angelus, cur, inquir, ter-
tiæ verberas asinam tuam? Ego veni, ut
adversarer tibi, quis peruersa est via tua.
michiique contrariatur: & nisi asina declinai-
set de via, dans locum resistenti, te oc-
cidisset: & illa viveret.

Prefectus Balaam cum novo accepto
mando a Domino, ne populo Dei ma-
lediceret, incepit desistit. Commotus
Balac contra Balaam, comploris mani-
bus dixit: ad maledicendum inimicis pag. 41
meis vocavite, quibus & contrario bene-
dixisti: revertere igitur ad locum tuum.
Decreveram enim honorare te: sed nunc
nihil accipies. Cui Balaam: nihil ibi
dixi aliud, quam quod Dominus jussit:
veruntamen pergens ad populum meum
dabo consilium, quid populus tuus po-
pulo huic faciat extremo tempore.

Postea enim hoc consilium subiecit
Regi, ut Moabitæ non armis, sed blandi-
tis & deliciis perderent Israëlitas: ni-
mirum, ut Moabitæ cum Israëlitis amici-
tiam jungerent, unâ convivarentur.
& pulcherrimas Moabiticas feminas
conviviis adhiberent, per quas Israëlitæ
ad impudicitiam provocarentur: à qui-
bus deinde Israëlitæ definiti & persuasi.
Deo suo reliquo, alienis cultibus, & ido-
lolatricis sacrificiis Moabitarum se-
polluerent: quibus rebus exasperatus
Deus eos postea derelinqueret, & gravi-
ter puniret, defensioneque sua destitu-
ret. Sic enim futurum, ut populus, qui
alias insuperabilis sit, vinci à Moabitis
sine labore & sanguine possit.

Hoc hisce consilium Balaam, infræ c.
31. perspicue docetur: & quantum Moa-
bitæ hoc dolo effecerint, mox proximo
capite apparet.

Quam mortem tandem obierit Bile
am, ex eodem 31. capite conspicitur.

*Ioannes Hilten monachus Franc
iscanus, Yates.*

Philippus in Apologia, in capite de
votis monasticis narrat, fuisse monachū
quendam Isennaci in Turingia, nomine
Joann. Hilten, qui cib reprobens quos-
dam monasticos abusus, in carcerem
conjectus tuerit, ac tandem graviter la-
borans, ad se Guardianum conventum
reservavit, pati certaque fui mortificatio-

hil admodum contra monachatum docu-
isse: sed venturum anno 1516. qui sit mo-
nachos eversurus, ac cui repugnare pla-
nè non queant. Eo autem anno Lutherus
docere incepit.

Quæ fuerit porrò ejus doctrina, non
satis indicat, sed tamen innuit, eum de
aliis etiam quibusdam articulis satis re-
gē sensisse. Imperatore Maximiliano I.
PP. Alexandro 6. V. S.

Obiit in oppido Isenach in Thuringia,
in carcere. Inter multos autem bonos
libros, quos scripsit, etiam in Danielem
edidit commentaria: & prædictis varia,
quæ evenerunt in urbe Gotha. Scripsit
propria manu, brevi futuram esse muta-
tionem doctrinæ religionis: & doctrinæ
priorem abrogatum iti.

1503. *Ptolomeus Lucensis.*

Bonifacius octavus cùm aliquando in
Bavarum quendam incidisset, qui faci-
em ejus ita referebat, ut alterum diceret
Bonifacium; ex ipso per ludibrium quæ-
sivit, num mater ipsius unquam Romæ
fuisset? Bavarus scomma intelligens,
par pari refert, & patrem quidem suum
ibi fuisse assert, matrem vero nunquam.
Imp. Max. I. PP. 223, Julio 2.

Idem. Innocentius tertius affirmavit,
Papam esse membrum Christi, atque id
esse unum ex fidei articulis, sine quo ne-
mo animæ salutem consequi posset.

Idem in Rudimento Novitiorum. Im-
peri: Caroli quarti (coronati & electi in
Ach) decimo octavo anno Lubeci qui-
dam scholaris in quodam domus habita-
culo obdormivit, & totum septennium
dormivit continuè: postea expergefa-
ctus adhuc diu vixit. Idem refert Alb.
Krantz.

1503. *Vartmannus in Itinerario.*

Eo, inquit, tempore, quo Medinæ op-
pido Arabiæ fui, volebat capitaneus qui-
dam trecentorum aureorum jacturam
facere, modo cadaver Mahometis intue-
tri posset, cui ejusfanisacerdos respondit:
Quid tu homo profanus inspiceres tantū
Prophetæ corpus, cuius solius gratia De-
us cœlum & terram condidit? inquit
Capitaneus: quæso, fac, ut videoam pro-
phetam, non dubitabo deinde, meos eti-
am oculos in observantiam ejus eruere.
Sacerdos autem, ohe, inquit, Mahomet
quidem est mortuus, ut & nobis exem-
plum relinqueret, atque ad superos eve-
heret: verum minimè est sepultus, sed
ab angelis ad cœlos sublatus, ubi apud
Deum proximus sedet. Interrogat Ca-
pitaneus: ubi autem quæso Iesus Christus
est? Respondet Sacerdos: Incis in s. est

nd. Et quæ hæc est abominanda cœcitas
Turcarum? Imperatore Max. PP. 222.
Pio 3.

Signa.

Eo anno, ceciderunt cruces in superiō
Alimannia, in Noriberga, Ratisbona,
Lantshuta, & alibi, ad vestes virorum &
mulierum, plus tamen mulierum, ut opini-
nor, propter horribilem superbiam, hu-
xuriam, avaritiam, homicidia, intrinse-
ca bella, inobedientiam Ecclesiz Catho-
licæ, & erga ejus præcepta, & tribulatio-
nem cleri in eorum libertate, propter
viam laicorum tunc regentium, & ordi-
nem verum quasi in omni statu.

Fuerunt autem coloris fusciæ rube-
dinem declinantis, & secundum superbiam
diversos colores in togis & camisis: quæ
etiam in pauperibus tunc excellenter vi-
guit, & omne malum regimen, prout sup-
rà, anno 1500. & 1501. in inferiori Ale-
mannia, & Rheno factum est; ut isto loco
diximus. Qui etiam cruces extingue-
re conatis sunt, serpentes ad collum usq; ad
introitum habuerunt, ant qui maledixe-
runt ipsis saltæ.

Sic Bambergæ, Egræ, in Hof, Culm-
bach, Mistia, Bohemia, totoque penè
romano imperio eadem cruces vise sunt
in vestibus hominum variis formis, se-
cundum omnia arma passionum Christi.
Speratur inde tempus miserendi. Lintu-
rius. V. S.

Ex Chronico Ioannis Stelle, 1503.

Sacerdotis Veneti.

Marcellius Papa idolis thura obrulit.
& ea adoravit.

Liberius I. Papa sensit cum hereticis,
& Arianiis.

Damasus I. adulterii fuit accusatus.
Sixtus 3. de adulterio accusatus fuit.

Symmachus à Romanis maxima crimi-
na objeccta fuerunt.

Sylverius accusatus fuit, quod Romam
Gothis prodere voluerit, quare etiam in
Ponthum relegatus fuit.

Vigilius Papa dicitur causam præbui-
se, quod Prædecessor ejus Sylverius de
Papatu dejectus fuit: nimis ut, sede
vacante, sibi esset locus succedendi.

Gregorius primus Imperatorem Tra-
janum ab inferno liberavit. Mirum, quis
ex inferno hæc retulerit?

Sabinianus Papa, cùm pauperes cum
rogarent, ut sicut Gregorius antecessor,
illos sublevaret, noluit dicens, Gregori-
um patrimonium Ecclesiz nimis largiti-
one erga pauperes dissipasse. Et rapta
invidia erga eum arsit, ut cùm libros eius

codem in capite percussus expirarit, & e-
ius cadaver pro infami habitum fuerit.

- Donous Papa locum, quem Paradisum
vocant, in palatio Romano, in hac vita,
quasi de futuro dubitans, edificavit.

Constantinus 2. Papa corruptionibus
ex laico in Pontificem promotus iterum
dejectus, excexcatus, & ad perpetuos car-
ceres damnatus fuit.

Leo 3. multorum scelerum accusatus,
dejectus, lingua & oculis privatus, in car-
cerem conjectus fuit: sed a Carolo ma-
gno liberatus, & a Deo oculis & lingua
receptis, eum pro referenda gratia Impe-
ratorum creavit, & Imperium a Ge-
cis ad Germanos transfluit.

Eugenius 2. Papa excexcatus & interse-
ctus fuit.

Sergius Os porci dictus, primus no-
men, ob deformitatem, mutavit, unde
occasio mutandorum nominum inolevit.

Leo 4. muros Romæ refecit.

Joannem 8. Papam scemnam fuisse,
certò & indubitanter author affirmatis sed
de eo suprà.

Martinus Papa superbus, ambitiosus,
& malis artibus Pontificatum adeptus,
brevi mortuus est.

Formosus causa coniurationis, cur Jo-
annes Pontifex in vincula conjectus fu-
erat exticet, quare fugiens ex Roma ju-
ravit, se non amplius eam ingredi velle;
sed tamen rediit, & largitione sellam
iterum concendit.

Stephanus 6. à Formoso Papa Episco-
patum adeptus, adeò ingratus fuit, ut non
solum Formosi acta omnia abrogaverit,
sed & ejus corpore tumulo extracto, id
Pontificalibus exui, & secularibus indui,
abscissosque ei duos dextræ digitos,
& caput in Tyberim projici, fecerit, Ma-
gnum & inauditum scandalum hoc fuis-
se, ajunt, in Ecclesia.

Sed & Romanus primus scandala scan-
dalis addidit, & Stephani prædecessoris
acta destruxit. Horum nempe Pontifi-
cum intentio atque virtus tota in alteri-
us nominis aut dignitatis extinctione ea-
rat.

Theodorus 2. etiam in viis seditiono-
rum Pontificum ambulavit: qui nulla vir-
tute præditus, postposito Dei timore at-
que honore, vixit.

Ioannes X. Stephani acta rescidit, &
male eum judicasse, dixit, cum tamen
Papa nullatenus errare possint.

Sub benedicto 4. Papa accidit, ut illa
estate omnis virtus, tam in capite quam
in membris, e hominum, ignoravia, con-
sumpta fuerit.

Leo 5. à Christophoro familiari, in
furno multa beneficia.

Etus, miserabilis morte incarcertatus obiit

Sergius Papa Formosi acta quoq; re-
scidit, ejus corpus è sepulchro tractum,
ac si vivoret, capitali affocit suppicio;
postea etiam in Tyberim abjecit: ordi-
natosque ab eo iterum ordinari fecit.

Joannes XI. Bellator, Romam trium-
phator, ut veteres Imperatores, pom-
posè intravit: & superbia sua peregrini-
nas gentes in Italiam accivit, & multa-
rum misericordiarum causa, tandem in vincu-
la conjectus, enecatusque fuit.

Ioannes 13. homo fuit ab adolescentia
opprobrijs & omnibus sceleribus conta-
minatus, ac magis voluptatibus quam
orationibus deditus: Cardinales Otto-
nem ad corrigendum Papam vocant, qd
propterea duos Cardinales cepit, & hui
natum, alteri manu abscidit: & tandem
in adulterio confessus interiit.

Bonifacius 7. malis artibus, Pontifica-
tum adeptus male vixit. Ecclesiæ the-
sauros sacrilegus abstulit, & constanti-
nopolis vendidit: Romam autem rediens
Cardinalem excexcavit, & tandem turpi-
ter vitam finivit.

Ioannes 16. à Clero & omnibus odio
habitus, Ecclesiæ bona in cognatos tur-
piter, postposito Dei timore & honore,
contulit: quem certe errorem ad nostra
tempora pervenisse cernimus.

Ioannes 18. muneribus Pontificatum ob-
tinuit: sed quia ut fur & latro, non per
ostium in ovile intraverat, ideo post de-
cimum mensum, tanquam proditor & la-
tro, ignominiose interiit.

Sylvester se totum Diabolo mancis-
pans, Pontificatum obtinuit ea conditio-
ne: ut post obitum totus illius & corpo-
re & anima esset.

Ioannes 20. in ocio & voluptatibus
vixit.

Benedictus 9. ignavus & nullius pres-
cii vir, post mortem enim apparuit,
ut bestia sive monstrum, dicens, ut bestia
vixi, ut bestia mortuus sum.

Sylvester 3. Papa largitionibus ad ses-
dem pervenit. Nam eo tempore sic de
Pontificatu constitutum erat, ut qui plus
largitionibus aut ambitione valereret, is
Papatum obtineret. Non per ostium
in ovile intravit, ideoque ut fur & latro
merito pulsus est.

Per Damasum 8. adeò corruptela hæc
inoleverat, ut cuivis ambitioso litteris Pe-
tri sedem occupare: sed Deus malevolo
& ambitioso viro, in exemplum cetero-
rum, obstitit, quia tertio & vigesimo tge
rannidis suis die mortuus est.

Benedictus 10. per vim & largitiones
sedem occupat, ideo statim deſicitur.

convertebat.

Innocentius 2. Bellator in prælio caput fuit.

Alexander 3. Imperatorem humi prostratum pedibus conculcavit.

Ioannes 22. cùm scelongævum fore, omnibus predicaret, ecce, ludens in pretioso thalamo interiit, domo cum ipso corruebat.

Nicolaus tertius Venator fuit, in cognatos suos nimia contulit, & dum de duobus regibus ex domo sua Ursina, unum in Hetruria, & alium in Lombardia creandis cogitabat, apoplexia extinxerat.

Celestino 5. Bonifacius, vir callidus, & iureconsultus versutissimus, quædam subornavit, qui per vocem quasi divinitus datam nocte ei revelaret: Celestine, si salvus fieri cupis, Pontificatum fuge. Simplex igitur Celestinus, relicto Papatu, in eremum secessit. Sed metuens Bonifacius, ne iterum forsan ad Pontificatum revocaretur, ut certus de illo esset, eum in carcerem conjectit, ubi ex dolore animi brevi mortuus est. Tandem & ille, propter tytannidem & improbitatem, in carcerem projectus periit. De eo Prophetia extat: intravit ut vulpes, vixit ut leo, mortuus est ut canis.

Gregorii XI. Papæ tempore Avinionense palarium, nullo autore, incensum fuit, & totum fere conflagravit, magno schismate insecuto.

Urbanus 6. improbus & superbus vir, 5. Cardinales in mare demersit.

Bonifacius 9. Annatas instituit, ut quilibet primi dimidii anni ventus Papæ conferret. In cognatos quia per fas & nefas corrasa multa contulit, & indulgentiis nimium tribuit, ideo magna sibi infamia notam conquisivit.

Concludit Stella historiam suam his verbis: Fatus quidem, atque Deum meum testor, me non falsa scripsisse, cùm nihil tam contrarium sit historia, quam mendacium. Quia igitur Sacerdos fuit Stella, quis de veritate dubitabit?

Idem Stella, & Nicolaus Clemangis. Ioannes 24. patria Neapolitanus, Balzafar Costa antea vocatus, tituli Sancti Eustachii Cardinalis, Papistici juris peritus, ac militaris disciplinæ, quam religionis studior, Alexandro VI. ejus arte sublatæ, Papatum sceleribus comparavit. Illum autem ferunt Pontificum munus violenter potius usurpare, quam liberis assumpsisse suffragiis.

Cum enim Bononiæ potius ut dominus, quam legatus esset, magnoque exercitu imperaret. & patres pro nova Pontifice

probare voluit.

Quum vero obsecraretur, ut quem vellet, significare dignaretur: Date mihi, inquit, Petri chlamydem, & ego dabo Pontifici futuro. Quod cum factum esset, ille pallium suis humeris imponens: Papa, ait, sum ego. Quæ res quamvis patribus displicuerat, forte tamen sententiam abscondi, consultius fuit. Hominem videlicet terribilem atque armatum territare, non videbatur utile.

Hac igitur arte pontificatum obtinuit. Qui in Papam coronatus, statim in Germaniam misit, ut Sigismundum Hungariz regem in Cæsarem solito more constituerent. Revoeti compos effectus, Romæ synodum celebravit, ut imperiali diademate ipsum illicornaret. In cujus prima sessione, post Missam de Spiritu sancto, cùm ipse Ioannes in sublimiore cathedra præsideret, mox aderat bubo, qui supra templi trabem sedens, hortifica voce injetis in Papam oculis, ipsum monstrifico more salutavit. Adstantes autem vehementer admirari coepérunt: & quidam eorum submissa voto dicebant: En Spiritus sanctus adest: quem tam ardenter invocabant, ut illis expectatum ferat auxilium. Ceteri se mutuo spectantes, & Papam, vix risum contine-re poterant. Joannes ipse rubore suffusus, sudare, angustiari, atque intra se metipsum astuare coepit. Tandemque non inveniens quia posset alia ratione suam magnæ confusioni considerare, soluto concilio, surgens abscessit.

Secuta est deinde altera sessio, in qua similia rursum, sed majori cum verecundia passus est: nec poterat bubo aut clamoribus abigi, aut fustibus terreri: ita ut in ea synodo nihil prorsus actum sit. Tales ex hoc portento spirituales columbas, Ecclesiam illam longo tempore rexisse, crediderunt tunc multi.

Urbs Italæ Montefiascon ex Annalibus.

150

Vinum sapidissimum universæ Italiz nascitur in collibus urbis Montefiascon, cuius in laudem incolæ historiam narrant de Episcopo quodam, qui solitus erat id vini genus appellare propter excellentiam: EST EST. Accidit autem aliquando, ut Reverendus pater eum Bacchi liquorem avidius hauriret, atque ita accenso iecinore exspiraret. Fecit ergo Enitaphium illi:

Paulus secundus Papa totus ambitioni, luxuriae ac voluptati deditus, dies rotos aut gulz, aut nummis peositandis, aut veterum numismatis sive gemmis, sive imaginibus spectandis tradebat: ac si reseratis vitiorum omnium iannis, nonnumquidque scelus committere liceret, dum iactaret, jus fasque se habere in scrinio pectoris sui. Imp. Maxi. PP. Pio L. v. S.

Idem. Laurentius Valla contra religionem (papisticam) latravit: scriptis quoque probare conatus est, nullum jus sive munus imperii Pontifici concessionum, &c. Qui senator Romanus, & vir crudelissimus, prolixo opere fidam Constantini donationem, Papaz primatum, ambitionem, superbiam, celibatum sophisticum, mendacia, & alia magna scelerata coarguit. Fuit sane vir ille Ponficiæ impietas ac tyrannidis, aliorumque crimineum acerrimus hostis: & propterea in exilium ab eomissus fuit, sed à Rego Neapolitano honorifice exceptus.

Idem lib. 22. Anthrop. Nicolaus quintus hoc vitium habuit, quod nimio bisbendi studio artit, perquisitis undique vinorum generibus.

Idem. Ante annum Domini 654. Pontifices carceres habuisse, non legimus: sed primum Eugenium illos constituisse ut delicta Clericorum in iis plectenterentur. Ita sensim ad eum traxerunt utrumque gladium.

Idem de Papa sexto quarto. Conscio & adjuvante pontifice, conjurati Florentiam veniunt, & in eodem sanctæ Reparata manæ omnes ad missam & sacrificium conveniunt. Salviatus interim cum suis clâm armatis templo discedens, in curiam, ut vexilliferum alloquatur, alios simulato negotio, profiscitur, eotamen consilio, ut orta cæde in templo ipse præstò esset, qui curiam simul cum magistratu invaderet.

Igitur dato signo, cum Eucharistia tolleretur (nota insigne papalis pietatis testimonium: cum Eucharistia tolleretur) Bandinus Julianum Medicem, Laurentii fratrem, confudit. Antonius, qui primas sibi partes depoposcerat, Laurentium ex altera parte aggreditur post tergum: paululumque infra jugulum fecit. Cum ille statim ad clamorem conversus iustum vitaret, iterare vulnus violentem propere subterfugit in eisdem sacra- riuum proximum.

Tum legatus Papaz, (qui signum illud eisdem faciendæ considerat, dum Eucharistia tolleretur) a civibus comprehensus, & e templo in curiam ductus, ac custodiz traditus, pro viri dignitate tracta-

scopus, qui cum vexillifero de industria sermonem protrahebat, ut finem expectaret, statim comprehensus, eodem die ad curia fenestrâ suspensus fuit. Quonuncio Pontifex accepto, Laurentium Medicem (quem fuga salutem sibi quæsisse docuimus) sacrâ interdixit, quod Dei sacerdotes, legatumque attigisset, bellumque Florentinis aperie decrevit.

Idem. Concessionibus, quas Carolus Magnus, ejus filius, & sequentes Cæsares Papa fecerunt, Otto Imp. sub Ioa. 12. deinceps subscrivit his verbis: Ego Otto Imp. omnia supra dicta, pro animæ meæ, filiique ac parentum meorum salute, tibi, beate Petre, successoribusque tuis libenter concedo. Factum anno 900. Persuasi enim Cæsares, & alii fuerunt à Romanensibus, se aliter saluti animalium consulere non posse, nisi plurima Ecclesiæ conferant. Sed & ut ex Adriani epistola ad Carolum constat, ulterius persuaserunt omnibus, in aula Apostolica, ob delictorum veniam, sedulo à Papa, & cunctis Dei sacerdotibus precatio- nes fieri. Quibus aucupiis principatus & Regna sibi acquisiverunt.

Idem. Sub Pontifice Eugenio 4. Fran- pag. 2 cisco, Romana matrona claruit prodigiis & sanctitate. Nam voluptatem inviti coitus, ardente supra vulvam lardo posito, reprimebat. Quam Iulius 2. in sanctorum propterea catalogum retulit, anno 1500.

Idem. Cæsar Borgia, Alexandri Pontificis filius, quotidianis epulis ducentos aureos dicavit: parasitis quandoque vestes duorum millium donavit.

Idem. Petrus Cardinalis, ordinis Minorum, duobus annis, quibus sub Sexto 4. Pontifice in potentia, & auctoritate vivit, trecenta aureorum millia in luxu nusisque consumit: secundis familie tricliniis argentea vasæ, ac epulas principales quotidie adhibitas, voluit.

Idem. Paulus 2. Papa suo Francisco dilectissimo oppida nonnulla, urbi vicina, dedit, Laurentiique Medicis filiam, formosam puellam, matrimonio cœlocavit: alteram, Theodorinam Gerardo Usumario Gennensi nuptam, opibus perquam magnis ornavit. Cardinalem fecit Laurentium, antiquum ejus contubernalem.

Idem. Dantes Aligerius, vel Alepharius, poëta Florentinus opusculum scripsit de Monarchia: in quo fuitejus opinio, quod Imperium ab Ecclesia minimè dependeret. Cujus rei gratia tanquam hereticus post suum exitum damnatus est, Bartholi Saxoferratensi, & aliorum juris peritorum sententia.

Hinc scripto contra Lutherum affir-
mar: sacram Scripturam vim omnem,
& authoritatem accipere ab Ecclesia, &
Papa: qui contraria sentiat, aut Romanorum
Ecclesie doctrinam non sequatur, aut e-
jus deprimat potestatem, esse hereticum.
Et in alio libro, à Papa authoritate vim
Scripturæ omnem dependere, affirmat.
Imp. 116. Max. 1. Papa 223. Julio 2.

De eodem.

Primus hic contra Lutherum pro indul-
gentiis scriptus, & expresse posuit hanc
propositionem: indulgentiæ autoritate
Scripturæ non innotuere nobis, sed au-
toritate Ecclesiæ Romanae, & Romano-
rum Pontificum, quæ major est autoritas.
Addit autem & hanc propositionem:
Quicunque non innotuit doctrinæ
Romanæ Ecclesiæ, ac Romani Pontifi-
cis, tanquam regulæ Dei infallibili, à
qua etiam sacra Scriptura robur trahit &
autoritatem, hereticus est, &c.

Iulius Medicus Papa.

Hic Papa sedis Pontificia occupatio-
nem pluribus, quam octingentis milli-
bus aureorum, à diversis mercatus est.
Jean. Rebvitz.

*Iurgium inter Spirituales &
seculares.*

Hoc anno in conventu quodam dis-
sensio suborta fuit secularium aduersus
Spirituales, ut scilicet sedentes juxta Re-
gem Spirituales non ambas partes ejus
cingerent, sed tantummodo in dextra
parte sederent: & quia Spirituales plura
bona & terras, quam seculares, posside-
rent: ab bella etiam plura, quam illi,
conferrent, & ipsi irent. Micchovius.

Egidius Faber Monachus.

Scriptus Chronicon sui ordinis, & præ-
cepta virtutum religiosarum, orationesque ad
Clerum. Imp. Max. 1. Papa Iulio 2. V. S.

Ordo Indianorum.

Sub Iulio 2. Pontifice Romano, & Ma-
ximiliano 1. Cæsare hic ordo institutus
fuit. Vestitus est extra atricoler, interi-
us albus, utpote Carmelitarum proge-
nies: Francisco Modio auctore, qui in
hunc modum de iis canit:

*Arbitrium Auguste Rome alter Julius
babebat.*

*Imperii & Princeps Aemilianus erat
Tempore, quo nobis extremis inditum ab
India.*

Nomina.

Unde, sunt vasta ac oppida cuncta mari,
Debuit accessui fieri ad sacraria nostrum,
Qui regimus purâ pallia pulla toga.

*Ioannis Quintini Hedni I. C. de
Christianæ civitatu Aristo-
cratis.*

Hæc est illa plenitudo potestatis, tam
in datis clavibus, quam in commendatis
orbis, que solis & omnibus Christi vi-
cariis, Petri successoribus, haec tenus à fin-
ceris Christianis tributa est, & servatur
ab universa, quocunque se diffundit,
Ecclesia Christi, per quam plenitudinem
totum mundum pedibus habent supposi-
tum, de qua quidem scriptum legimus
xxij. dist. c. j. quod illud verbum, quo
constructum est cœlum & terra, beato
Petro, aeternæ virtutis clavigero, terreni, si-
mul & cœlestis imperii iura commisit.

Iura autem, non quæ si constant &
atrocitate, quæ tantum copiis, opibus
satellitiis defendantur, quibus infantes
opprimantur: Reges gentium dominan-
tur eis, vos autem non sic: Lucæ xxij. in
hujusmodi pompis & potestatibus non
Petro, (qui nec aurum nec argentum se
habere, gloriatus est) sed Constantino
succeserant Pontifices, ait Bernardus li-
bro de consideratione quarto, ad Euge-
nium Papam: sed iura, per quæ potens
est pontifex exhortari quemque in do-
ctrina sua, & eos qui contradicunt, ar-
guere, non, ut fidei nostræ, nostrisque
dominetur, ac solus omnia possit & pos-
siderat, unus est enim Christus, cuius
omnis terra est possessio, qui sibi totius
orbis Imperium vendicat, quippe cui da-
ta est omnis potestas in cœlo & terra
Matth. vult.

Curam duntaxat, & custodiam Ponti-
fex habet, non dominium, quem tunc
Dominus ille cœlestis constituit super
familiam suam, non ut ad libitum con-
servos percutiat, edat & bibat cum ebrios,
sed ut singulis cibum det in tempore,
Matth. xxijj. id est, non tam ut præsit,
quam ut proficit.

Exemplo fortè dicam facilitas id, quod
sentio. Quod est in villa villicus, quod
in ædibus inquilinus, quod puer pæ-
dagogus, domino seruus, hoc pontifex sum-
mus in orbe Christiano: villicus evellit
& plantat in agro, & inquilinus aperit &
obstruit limina domus, & ferula manu
gestat pedagogus, interdum verberans:
non alia conditione præfectus est
Domini sui famulitio Christi vicarius, &
Petri successor. Papa querit,

ore defendat, iij. Reg. xxj. qui se merum pro domo Israel opponat. Imp. Max. I. PP. Julio 2.

1506. *Ioannes Lintarius Sacerdos*

Hofensis.

Hoc anno, circa Nativitatis Christi festum, initio anni, ignis in quantitate dolii cecidit e celo ad montem patibuli. Desuper cecidit vir magnus, niger extensis brachiis ad ignem & combustus fuit: post cecidit stella ignita quasi super praetorium, & versa cecidit ad montem Plassenbergk, & citra montem castri in Culmbach. Imp. Max. I. PP. Julio 2. V. S.

Idem. Anno 1505. in die S. Erhardi, in noctis crepusculo, circa oppidum Pilis Bohemiz, muliere prætereunte, signum magnum crucifixi cum latronibus a late-re, ante oppida consuete positum, se inclinavit versus dextrum latronem, ita ut trabes crucis fragorem magnum facerent. Mulier audiens & videns, oppidanis narravit: qui exeuntes viderunt, signum Christi ad latronem, & latronem ad Christum versos esse, inferiori stipite non verso: & ita se imagines aspiciunt adhuc.

Idem, Anno 1502 oritur nova secta, & plurimorum confederatio in partibus Rheni, qui propria anthoritate & vi multos spoliarunt sacerdotes ditissimos, dividentes hæc bona inter pauperes sacerdotes, qui dicebant, omnia bona debe-re dividi & qualiter: volentes corrigeret, & occidere sacerdotes, & nobilitates. Sed excommunicantur, subjugantur, cremantur, ut haeretici, & occiduntur aliás multi: quorum capitaneus erat supremus dictus Joannes von Drath nobilis, habens plurima millia sua sectæ, more Bohemorum.

1507. *Factum detectandum, quatuor Monachorum Prædicatoris ordinis in civitate Helvetiorum,*

Bernæ.

Magna erat concertatio, multis jam annis agitata, ab anno scilicet Christi 1570. quo orta fuit, inter Monachos ordinis Prædicatorum & Minorum, seu Franciscanorum, de conceptione Mariæ virginis. Prædicatores asserabant, B. Mariam, ut alios homines, in peccato originali conceptam esse: Franciscani id negabant, & pernegabant. Tandem eò usque progressa est contentio, ut prædicatores ad solita arma conseruerent, & falsis miraculis suam opinionem stabili- te ac confirmare, statuerent.

Conveniunt igitur in capitulo Wim-

onis Bernæ Helvetiorum, placet, quod gens simplex, sed bellicosa, & propterea suæ opinioni armis & vi defendendz iudicent, si res postularet, in iis regionibus esset.

Quatuor igitur primarii ordinis in monasterio Prædicatorum Bernæ telam ordiebantur: & quoniam Supprior, unus ex his quatuor, artis magicæ peritus erat, adjinabat cacodæmonem, ut unâ cum ipsis consilium iniret, quo pacto rem commode possent confidere. Is specie Aethyopis apparens, omnem suam illis operari hac conditione promittebat, si se illi dederent: id quod non gravati fecerunt, datis ei chirographis proprio sanguine scriptis.

Opportune autem accidit, ut illis ipsis diebus Joannes Iezerus, homo simplicis, artificio farðor, in ordinem ipsorum cooptaretur, qui proposito ipsum commodus videbatur. Tentabant ipsum, jacientes lapides in ejus cubiculum, nocturno tempore, excitantes strepitum, simulantesque, se spiritus esse. Res ab initio non male eis cessura videbatur.

Die quodam veneris Supprior involvens se lincteo, unâ cum aliis spiritibus, quos ad hoc magicis artibus evocaverat, irrumpebat in cellam fraterculi illius, magno cum impetu & fragore, simulans, se oportere ab eo multa multis cum lachrymis petere: aquam verò lustralem, & reliquias Sanctorum illi jam ante in cellam illius reposuerant. Frater ille exterritus, negabat, se opem illi posse ferre, commendans ipsum servatori Christo, & matrì ipsius.

Spiritus respondit, in ipsis & fratum facultate positum esse, ut his malis liberetur, si per octiduum singulis diebus ad sanguinem usque se ipsum flagellaret, & octo Missas in facello D. Joannis celebrari in ipsis gratiam, curaret, & intereadum celebrarentur, brachiis extensis humili jaceret: significabatque illi, quod sequenti die Veneris, vel feria sexta ante intempestam noctem maximo cum impetu redditurus esset, monens ipsum, ne consternaretur: diabolos enim ipsi, quippe sancto viro, nihil posse obesse:

Stolidus ille postero die ipsi coryphais rem omnem detectit, obsecrans, ut sibi adessent, quod misera illa animula posset liberari. Res statim per totum oppidum divulgata est: publicè pro sug- gestu illis de rebus sermones à monachis habiti sunt: laudabant sanctitatem ordinis sui, cum vel ex hoc perficiere

Tempore constitutorumque
le, comitatus aliis malis spiritibus, ma-
gno cum tumultu, in fratri's cellam, qui
adjurans ipsum, de quibusdam rebus in-
terrogabat. Spiritus narrabat, quisnam
esset, & quas ob causas tam misere vexa-
retur. Gratias agebat cum ipsi, tum fra-
tribus ipsius, quod ejus cura tangerentur,
adiiciens: si adhuc missas 30. & 4. vigi-
lias celebrarent, & ipse adhuc semel ad
sanguinem usque virginis scipsum castiga-
ret, se ex maximis cruciatibus, quos an-
nis 160. jam continuatos perculisset, pro-
fus liberandum esse. De rebus quoque
aliis mirandis cum eo conferebat, quas
nihil attinet hoc loco referre.

Postea spiritus ille iterum fratrem appa-
ravit, & ordinem Prædicatorum aliis om-
nibus antetulit, significans, multos ex il-
lis, qui huic ordini adversati fuissent, in
purgatorio atroces poenas luere: Bernam
quoque funditus evertendam, nisi Fran-
ciscanos eiiceret, & ab annuis pensioni-
bus, quas à Rege Gallia accipiebant, sibi
deinceps caveret. Quidam etiam com-
pag.¹⁷ memorabat, quæ fratri evenissent: quæ
omnia ab ipso per confessionem auricu-
larem expiscati fuerant. Gratias si nul-
laegebat fratri pro beneficio liberationis,
significans ei, quod si in septimum Angel-
orum chorum receptus esset, se ibi Mis-
sus celebraturum pro benefactoribus
fuis.

Postea alia quadam nocte alius, habitu
mulieris, veniens, dicebat, se Barbaram
esse, cuius cultui additus fuisset, & si-
gnificabat, apparituram et divam virginem,
aqua ad questiones illas respondu-
ram, quæ unus ex monachis ei in scheda
quadam conscriperat. Hæc Barbara pro-
mittebat, se Mariæ virginis daturam fe-
d. m. habet, quam mox postea mirabili-
ter signatam in loco quodam sacro re-
perturissent.

Frater fuis patribus rem omnem dete-
xit, consisteri volens peccata sua, ut ap-
paritione divæ virginis dignus efficere-
retur. Jubebat eos schedam in loco sa-
cro querrete: tandem invenerunt eam in
ciborio, ut vocant, ubi eam ante repon-
suerant. Ferebant eam in summum alta-
re, dicentes, signatam esse Christi san-
guine, & lucernas sua sponte accensas
fuisse.

Mantino tempore apparebat Maria
fratri, multa referens, quæ filius ejus Je-
sus eam iussisset illi recitare: nempe, Ju-
lium Papam sanctum illum virum esse,
qui duos ordines inter se conciliare, &
testum pollutæ conceptionis Mariæ in-
stituere deberet. Se enim Papæ illi cru-
cem quatuor guttis sanguinis sui filii si-
guatagi, milluram in testimonium quod

crucem, quinque guttis sanguinis ligua-
tam, reperiendam in ciborio, quam Ro-
mam mittere debeant. Pontificem enim
largis indulgentiis eam confirmaturum
& Bernam remisitum: & alia hujus ge-
neris, de quibus multa ultra citroque di-
cebantur, & scribebantur.

Maria illa in testimonium prædicta-
rum rerum, clavum ferreum adegit per
manum fratris, dicens: Hoc vulnus die,
quo filius meus crucifixus est, & in festo
corporis mei renovabitur.

Deinde encausticam aquam magicis
artibus pararunt, qua sensum illi adi-
mentes, vulneta alia quatuor ei impres-
serunt: postea cum sibi restitueretur, di-
cebant, circa ipsum nescio quid sancti
apparuisse.

Quumque multi confluenter, ut no-
vum illum Christum videtent: instruc-
bant ipsum (agrestibus enim erat mori-
bus) quo pacto se gerere deberet. Cum
que potionem illi dedissent, quæ cum
sensi spoliabat, & efficiebat, ut spuma-
ret, dicebant, ipsam luctari cum morte,
Christus in monte oliveti.

Postea apparebat alius, ei multa re-
ferens, sed frater, agnita ejus voce, om-
nia suspecta habere cœpit, illumique &
se repulit.

Sequente nocte apparebat ei Prior, di-
cens, se Mariam esse, de qua antea dubitas-
set, & ad omnem suspicionem depellen-
dam, se hostiam corporis filii sui ipsi of-
ferre (offerebat autem ei hostiam tin-
ctam veneno ne deinceps putaret, se spi-
ritum malum videre: dicebat enim, se af-
ferre vitreum vasculum plenum sanguis
filii sui, quo & ipsum & monasterium
donareret.

Frater, qui hanc quoque appari-
tionem suspectam habebat, respondit:
Si non es malus spiritus, recita mecum
orationem Dominicam, & salutationem
Angelicam. Prior recitabat orationem
Dominicam: postea dicebat Ico Maria,
salutata ego sum Maria, gratia ple-
na, Dominis mecum, &c. Frater, co-
gnita voce Prioris at pro cultro vulnus
ei insixit, cumque ille se defenderet, fra-
ter fortiter illum repulit.

His peractis, sperans Supprior, se
illa, quæ illi duo perdidissent, restitu-
re posse, apparebat fratri, dicebatque, se
Catharinam Senensem esse, objurgabat
eum, quod tam inhumaniter divam vir-
ginem tractasset, adiiciens: Jussa sum
tibi indicare, quod vera vulnera Christi
in corpore tuo habeas, quæ neque ego
neque Franciscus habemus, idque mul-
tis verbis exaggerabat. Ceterum fe-
ter eum ita excipiebat, ut statim fuga fa-

us ludibrio ab eis haberet, anxi & perpe-
bati, habito consilio, dicebant ei, se qui-
dem liberè fateri, quòd aliquot appari-
tiones mentiti fuissent, non alio consilio,
quam ut in religione permaneret, sum-
mam tamen negotii veram esse, neque
debere eum dubitare, quin vulnera Chri-
sti in corpore suo gereret. Et quando-
quidem res jam invulgata esset, roga-
bant, ne tergiversaretur, alioquin igno-
minia afficiendum ordinem, & cum una
cum ipsis magnum periculum incursum:
fin vero constans esset, hoc sibi & illis u-
tilissimum fore: verbisque blandis ipsis
persuadebant, ut, deinceps se eis obtem-
peraturum, promitteret.

Post longam itaque institutionem,
imponebant eum altari divx Marix, ge-
nibus flexis, in facello quodam ante si-
mulachrum saetæ virginis. Unus ex mo-
nachis stabat post velum, & loquebatur
per cannam, ac si Christus esset, ad Ma-
riam, Mater cur lachrymaris? an non
promisi, quicquid volueris, id futurum
esse? Respondebat simulachrum, ideo
lachrymor, quòd huic negotio non im-
ponitur finis. Addebat simulachrum
Christi: Mihi crede, manifestabitur. Po-
stea monachus clam egressus, facellum
clausit.

Hæc cum ab aliquo aniculis per to-
tum oppidum diffusimarentur, statim
magnus factus est hominum concursus.
Quatuor monachi statim accurrebant,
simulantes, se nescire, quid ageretur,
mandabant aperire facellum, interroga-
bant Fratrem, quomodo illuc venisset.
Is respondebat, se raptum esse à spiritu.
Reserebat etiam, quid simulachrum di-
xisset, quodque non ante loco se movere
posset, quam venirent ad se 4. primarii
viri ordinis Senatorii, quibus quædam
indicanda haberet: adhuc, Sacramen-
tum Eucharistie sibi dari, postulabat. Se-
natores illi pauca dicebant. Monachi
statim hostiam veneno illitam illi affere-
bant, quam cum accipere recusaret, ali-
am ei afferebant, quam sumebat, simul
que cum pompa in chorum (ita vocant
templi supremam versus oreum Solis
partem) ducebatur,

Frater & quatuor monachi vocaban-
tur insenatum, ut, res illas ita se habe-
re, alloverarent. Quatuor vero illi me-
tuentes, ne Frater, qui suspectos eos ha-
bebat, aliquid effutiret, struebant ei in-
sidias, cibis veneno infectis, adigebant
que eum, ut hostiam veneno tintam de-
glutiret, quam per vomitum rejecit: mi-
serum variis modis ita excarnificabant,
ut ex ipsorum collegio effugeret, mul-
tisque rem detegret.

rum illarum à Pont. impetrarent, cui po-
stea contradicere nefas fuisset. Cumque
illi redirent, & sperarent, rem esse (ut
vulgò dici solet) in pottu, ampliè. sena-
tus quatuor monachos custodie manda-
vit: antea enim ex fratre, quem in vincu-
la conjecterant, rem omnem cognove-
rant.

Senatus neque laboribus neque sum-
tibus parcens, & ipse legationem Ro-
manam misit, ut, quid in hoc negotio agen-
dum esset, liquido constaret. Tandem
quatuor monachi & frater tormentis
subjecti rem omnem detexerunt: cum-
que convicti essent tot fraudum & sce-
lerum, permittente Papa, saecis fuerunt
exauthorati (vulgò degradationem vo-
cant) & exusti, anno Domini 1509, ulti-
mo Maii.

Ex illo autem tempore Monachi su-
am in Helvetiis autoritatem amiserunt,
& hominibus etiam cuncta illa suspecta
esse cœperunt, quibus ceu columnis Pa-
patus nititur. Nulli enim, vel præci ad-
modum, credere amplius voluerunt, ani-
mas defunctorum opem & auxilium ex-
petere, certas sua sponte accendi, ima-
gines loqui, lachrymari, ab uno loco in
alterum moveri: cruces sanguine Chri-
sti conspergi: item, quod hic vel alias in
ecstasia incidens, res mirandas in celo,
purgatorio, aut inferno viderit. Ad hæc
dubitare cœperunt de transsubstancia-
tione panis in verum corpus Christi: de
indulgentiis, purgatorio, aqua lustrali,
satisfactionibus, similibusque nugis.

Ac licet confirmationem summorum
Pontificum super his rebus impetrârint,
multi tamen credere noluerunt, rem ita
se habere: Vite Battren singen an die Sach
merden. Ac fuit sanè hæc impostura Mo-
nachorum non minima causa reforma-
tionis Ecclesiarum Helveticarum,

Anton. Benivenius cap. 68.

de Abditis.

1507.

Monachum vidimus atque curavi-
mus, qui ob zelum castitatis, sed indis-
cretum tamen, ac minimè secundum
Dei rationabile obsequium, colem sibi,
& quidem pubetenus(exemplum rarum)
proslius abscederat: ex quo cum sanguis
copiosus efflueret, ac propterea medica-
menta omnia vinceret & exuperaret, ar-
duum sanè ac laboriosum fuit. ejusmodi
profluvium sistere atque inhibere. O-
portuit enim singulas venas, quæ sanguis
sem fundebant, apprehendere, atque ita
deligare, ut ora preclusa coirent. Quo
facto, reliquum curæ genus haud admo-
dum difficile fuit, donec subvenientem

tatum, petitus, &c. V. S.

Papa Julio 2. V. S.

Guilhelmus de Maro.

Hic videns, ventrem, plumam, & venerem in Ecclesiasticum ordinem irrepsisse, confitum in Chymaram conscripsit: & alia multa. Imp. Max. 1. Papa Julio 2. V. S.

1507. Horrendum.

Mediolanensis quzdam prope portam Comensem puerum strangulavit, & devoravit. Cum super sceleris immanite torqueretur, ab ipsis Diis inferis sibi persuasum, ajebat, si trimum vel quadrimum puerum immolasset, omnia, quz cunque vellat, consecuturam. Proinde gravissimum de ea supplicium sumptum est, rotarumque radiis cancellatim infexam, & gregue collisis osibus defra&am, mors lenta & vacua confecit. Arturus in Hist. Mediol.

1509. Petermannus Etterlin, auctor vetustissimi Chronicorum Helvetiorum.

Anno 1417. cum Cesar Sigismundus Constantiam rediret ad concilium, inter alia comperit, Sacerdotes non obtemperasse commendatae reformationi: ideoque valde perturbatus constituerat, se non concessurum, eligi novum Pontificem, donec reformatio esset perfecta: at in hoc non admodum consentiebant, aut industrios se exhibebant sacerdotes: & si carentem esset pontificem, donec emendarentur clericis, sane in perpetuum carentem fore Papa. Imp. Max. 1. Papa Julio 2.

Inter memorabilia multa, alia quzdam scriptura in Chronicis illis Helvetiorum antiquis habetur, manu annotata, dicens: mirum esse, non quenquam beatorum Sanctorum per vitam suam invocasse alium aliquem Sanctum, præter unum Deum, suum cretorem & Servatorem: & tamen nos ejus recordiz & pertinaciam esse improbos, ut Deum nostrum derelinquentes, eos diuos subinde imploremus.

Idem. Monachum, qui Cesar Henrico propinaverat venenum in calice Sacramenti altaris, Papa magnis donavit bonis & thesauris; Cesar autem sentiens, ubi datam esse mortem, ingressus Sacristiam consuluit, Monacho, velit ocyus loco discedere, alias enim ipse pereundum fore per manus ministrorum suorum. Cum autem aperiret suis optimatib. calamitatem suam Cesar, & se venenum hauisse, maxima orta fuit querimonia, & miseria: & obsecabant cum medici,

ipso recessum toxicum: at illerent, inquiens: eum non ejiciam, quem asumi in solarium, & auxilium. Mortuus igitur post dies decem Paphiz, solenniter mandatus fuit sepulturæ. Imperatore & Papa ut sup.

D. Ioan Scheyringus.

Quanto Papatus seie altius evexit, tanto profundiuer iterum deiicitur: quod nisi propediem fiat, non poterimus amplius, illas conscientiam prædicare. Itaque Deus restauratorem Ecclesie suæ missus est, qui verbum suum in aperiâ luce proferat, atque è tenebris, quibus est involutum, eruat. Imp. Max. 1. Papa Julio 2.

1509. Bernardinus de Busto Mediolanensis. Ordinis Franciscano.

rum.

Possimus (inquit 2. part. quadr. Sermon. 11. per Babyloniam intelligere Romam. Unde super illud. 1. Pet. 5. Salutat vos Ecclesia in Babylone collecta, ait glossa: Romanum appellat Babyloniam, propter confusionem multiplicis idolatriæ. Ec nos dicere possumus, propter confusio&nen multiplicis malitiz: in qua forte nascetur Antichristus ex aliquo malo Pontifice, qui fuerit alicujus sanctæ religionis professor, sed inobscrvator & prævaricator regulæ suæ. Imperatore & Papa ut supra.

Idem in Marian lib. 1. cap. 3. Dominus fuit cum Mariæ & ipsa cum Domino in eodem labore, & in eodem opere redēctionis. Mater enim misericordiz adjuvit patrem misericordiarum, in opere nostro salutis.

Ibidem libro 1. cap. 2. Salomon dicit: turris fortissima nomen Domini: ad ipsam configuet justus & exaltabitur: Nobis autem dicendum est. Turris fortissima nomen Domini: ad ipsam configuet peccator, & salvabitur.

Ibidem. Sæpe quos filii justitia damnat, matris misericordia liberat.

Ibidem. Peccatores ad Matrem nomen configuant, ipsum enim solum ad medendum sufficit.

Jacobus Spiegelius commentator super Guntheri Poëta versus, qui extant libro 6.

Fuit hic Spiegelius Catholicus, Pa&gista, Consiliarius Cæsaris, sed quam pa&rū cum illis sentiat, illorumque & do&ctrinam & vitam, etiam ante Lutherum, taxet, scripta ejus monstrant,

Integritas, numerus, & rite vestigia, & cetera,
Jam non ferre cencem Dominis, sed tradere
regna

Gaudet & Augustus maxult, quām Petrus
baberi

Ecclesie pacem, gladius que ritē duobus
Utiuit, alterutro nunquābent firmare remoto,
Scindit, & in se se geminos exasperat enos:
Dumq; sacerdoti conatur jungere regem,
Non uno tantum contentus, ledit utrumq;
Quid volvēre duo gladii, quos Petrus in illis
Indicat esse globo totidem nisi nomina summi
Juris in Ecclesia: qua cūm sibi mutua quon.
dans,

Federis alterni nexus suffragia prestant,
Sunt divisa tamen, nec in unū posse videntur
Janeta coire caput: nec eodem sepè recurrent
Instituenda mo lo, licet unum utriq; sit auctor
A quo nomen habet sub cōsul queq; potestas:
Alter bonos cleri consensum postulat: alter
Arbitrio procerum, regniq; favore paratur.
Ergo quid ad summū de regni iure, quid, ero,
Pontificem spēlatē nullum caput ista super se
Aspicit, excepto cōlorm rege, potestas.
Ecclesiam regat ille suam, divināq; iura
Temperet, imperiū nobis fascesq; relinquat.
Addē, quād infandum tractantes pellere
verum,

Latores apicum, mandatorumq; sequestrī,
Divina spoliare domos, saera tollere vasa,
Excorsare crucē, abrumpere textib; autū
Omnia, que possent, avide corrādere sevis
Unguisq; & secum collectare referre parabant
Vt q; minūs cautos mendacib; angere possent
Ac terrere notū, &c.

Gladiis quā ritē duobus uritur) Sequi.
tur commēticiam Scholasticorū Theō.
logorum sententiam, qui Christi verba
de duobus gladiis, ut pleraque alia, quā
propriē ad Philosophiam cōlestē pertinebant, subverterunt, reclamantibus o.
mnibus Christi praeceptis, reclamante ro.
ta ipsius vita, reclamante doctrina apo.
stolica, refragantibus tot martyrum mil.
libus, repugnantib; verbiis interpretati.
bus. Paucis illis verbis, Ecce duo gla.
dii h̄c, Mundi gladium imperatori, & Ec.
clesi, si Christo placet, afferuerunt: quā.
vis ipse affirmet, Regnum suum non esē
de hoc mundo: & Apostolus: arma nostra
non sunt carnalia, sed potentia Dei. Sed
quid attinebat, hinc trahere publicam
magistratum functionem, quam neque
Christus, neq; Apostoli ademerant, quin,
eam etiam idololatriis incolūmem esse,
voluerunt, quād justicē divinā serviret.

Dumq; sacerdoti conatur jungere re.
gem) hoc est: dum superioritatem, ut vo.
cant, dominandi, sacerdotibus plane interdictam à Christo, usurpat.

In illo globo) id est, in cōsulē apostolico:

Summi iuris) Potestatis, quo vocabu.

lit ad Rom. c. 13.

Alter honos) scilicet pontificalis. Alter) scilicet Regalis.

Ergo quid ad summū) An nescis, Fri.
derice, Princeps Christianissime, dictum
Christi, inter vos non dominabimini, si
cūt subditis dominantur reges gentium,
hoc valere scilicet tu Petre, cum tuis suc.
cessoribus Romani Imperii, h̄eres esto
perpetuus? Item: Ego veni ministrare, &
non ministrari, esse: Imperatores & reges
terrārum tua, ac successorum tuorum, in
solio p̄l quām regio, venerabundi gem.
mata circulentur vestigia? Tum illud?
Qui primus voluerit esse inter vos c.
rit vester servus: & qui voluerit in.
ter vos fieri major, sit vester minister: ali.
ud significare nihil, quām, apud vos est
præcipiendi potestas, reliquam Ecclesi.
am manet parendi necessitas: constate.
nū, dicere solitum Benedictū XII. O.
mnem imperii potestatem suam esse: eo
quād Christi Iesu superni regis esset uni.
cūs in testis vicarius, & successor Petri.

Nullum caput ista super se) Hoc si quis
hodie constanter asseveraret, h̄eretici
nomen apud pontificios adulatores non
effugeret. Contraria tamen patem, ut
Veritati affinem, magni nominis viri: ce.
tati sunt: licet hactenus eorum vicerit
doctrina, qui universam prop̄ Scriptu.
ram divinam adulteriniis interpretatio.
nibus subverterant. A pud quos nata sunt pag. 15.
illa olim ignota penitus Sanctis vocabu.
la: Caput universalis Ecclesie: Genera.
lis vicarius, Deus terrenus. Pontifex Ma.
ximus. Suprema potestas. Legitima po.
testas. Habitus gladii, Usus gladii, & alia
multa hujusmodi. Quid pluribus? hodie
habet Imperator, ut eorum utar verbis,
recognoscere Papam in superiorē, &
expectare ab eo personā approbationē.

Ecclesiam regat ille suam) Juxta præ.
ceptum Pauli: Nemo militans Deo, im.
plicat se negotiis secularibus: sed hic in
promptu adeat duplex nobis solutio: una
Romanum Pontificem non alligari ver.
bis Apostoli: quoniam inferior non ha.
bet imperium in superiorē. Altera.
quād ipsius uterque sit gladius solius. I.
tem, omnia esse ejusdem, propter illum
Christi sermonem: Data est mihi omnis
potestas in cōsulē & in terra.

Latores apicum) id est, literarum apo.
stolicarum. Sequestrī signat legatos, si.
ve gestores negotiorum Papæ. Lavinus
in lib. quem scripsit de verbis sordidis.
Sequestrum dici, vult, quād ejus utraque
pars fidem sequatur. Idque etiam Aul.
Gellius probat, & Alciato non displicet:
licet Etymologia vocis hujus à Modesti.

Cardinalium, imprudentibus rerum pietatis prætextu imp onentium.

Idem in scholjis Gunth. lib.6. ad Regem Ferdin. Inv enias hodie, inquit, qui tam impudenti mendacio subscriptant, (D. Petrum omnia jura Romæ tenere solum) cùm à Nerone, sub quo Romæ Petrum passum esse credimus, usque ad Phocæ tempora & principatum, urbs Roma in Imperatoris potestate fuerit.

Nam Bonifacio non licuit, τὸ ταρθον (Pantheum. Cybelæ matri, & omnibus Diis commune) in honorem Mariæ Virginis transferre: nisi potestate ædificandi à Phocâ impetrata: adeò Pontifex (urbis non tam dominus, quām inquiline) omni ditione carebat: ut ne facellum quidem unum, sine Imperatoris iussu ædificare potuerit.

Ibidem. Cogit et antiquos primævis tempora annos

Præteritosq; dies, & secula prisca revolvat,
Num Petrus? aut Clemens? num ceteratur
ba piorum

Sceptra latina dabat i Romanus tempore
prisco

Pauper erat præsul, regali munere crevit:
Nec tamen ut fasces, & regni iura Latini
Vel dare præsumat, vel cuiquam tollere posset.
Excessere modum magnorum munera regnū.
Si tantum cuiquā ius in sua regna dederunt.
Sed nec tanta fuit largitio, nec dare quis
quam.

Quo caret ipse, potest: hujus collatio regni.
Autorem sortita DEV M. contingere nullus
Iure potest hominum: collator munieris hujus
Est D E U S, hoc summus regnum confertur
ab astris.

Hoc tamen arbitrium Romanus tempore
nostro

Vendicat antistes, documentaq; vana figuris
Exprimit, & chartis dat grandia verba su-
perbie.

Jamiam pictura, moneo, tollantur inanes:
Cauta verecundus mitescat: Epistola verbis,
Jam veris tractare liber, jam muta lequaxq;
Cedat, & è medio mendax tollatur ima-
go, &c.

Num Petrus, aut Clemens? Profecto
dolendum est, opus Lini, qui mox Petro
succedit, intercidisse, quo complexus est
tes gestas Petri. Quæ enim circumferrut
à Clemente conscripta Petri cum Simo-
ne mago concertatio, prorsus aliena est
à peccatore Apostolico. Receptum est,
Petrum Ecclesiaz Christi præfuisse annos
XXV, Antiochiaz VII. reliquos Ro-
mæ: præterea observatum id, quod rei
experimentum veritasque haecenus
edocuit, univerorum scilicet divi
Petri successorum, cujuscunque illi
fortis sumatur, neminem tot diebus in-

Christo Ecclesiaz Pontifex institutus, in ea
concedit. Et rursus, non tantum divi Pe-
tri dies nullus Romanorum Pontificum
suo in Pontificatu permensus attigit, sed
& ipsum quoque Petri nomen, quod ad
Christianæ Ecclesiaz solidissimam Petram
non immerito alludit, Romanorum Pon-
tificum obtinuisse, haecenus nemo visus
est, quod hoc disticho Bovillus cecinit:

Petri successor, concedit nemo diebus

Tantis, & nomen nemo secundus habet.

Clementis autem pietas, eruditio, atq;
modestia summa commendata est à scri-
ptoribus temporum, retumq; Romanoru
Pontificum. Hujus memini: Ille volunt D.
Paulum cap. ultimo ad Philippenses, e-
jusq; esse eam, quæ ad Hebreos nunc vul-
go inscripta est, Epistolam.

Nam catena turba priorum] scilicet pag. 16

Romanorum Pontificum, quos idem Bo-
villus non inscitè in triplicem ætatē di-
spartitus est: ut scilicet prima eorum sit,
qui in initio nascentis Ecclesiaz, sub cruci-
entis imperatoribus viventes, mortalem
corporis amictum proprii sanguinis effu-
sione, ad Christi imitationem, exuerunt:
de his fentit indubie Fridericus. Secun-
da eorum est ætas, qui quanquam pro
Christo sanguinem non fuderint, nec pal-
mam martyrii adepti sint: secundo tamē
loco per beatorum martyrum vestigia in-
cedentes, doctrinis, eleemosynis, & aliis
hujusmodi pietatis operibus eximiam a-
nimis mundiciem & puritatem consecuti,
templum Dei, & cohæredes Christi effe-
cti, in sanctorum contubernia translie-
runt. Tertia summorum Pontificum di-
stinctio eorum est, quorum quām plu: imi-
vel a prioris virtute sanctimonia paulatim
degeneres, animum genialibus deliciis
inflexerunt, aut magis dominandi libidi-
ne, quam pietatis studio, summi Pontifica-
tus dignitatem contentiosis ambitionib.
inierunt: qui neq; ut primi illi viciniores
Petro, martyrii palmam adepti sunt, neq;
ut mediorū syncera cohors, usquequaq;
virtute sanctimoniam coluerunt, ut piorum
confessorum catalogo publicè promere.
rentur inscribi.

Romanus præsul) id est, Episcopus.
Nam ab initio neque Papa, neque Ponti-
fices, sed Romani Episcopi vocabantur.
Nomen a vetustis temporib; deducunt.
Nam Athenienses, quos speculatum mit-
tebant, quid in unaquaque subditarum
civitatum boni malivé, & qui aut iniqui
ageretur, hos Episcopos, id est, speculato-
res vocabant, ut patet in cap. qui Epi-
scopatum. VIII. quæst. 1. Vnde verè, qua-
re Rom. Episcopo nomen hoc Papæ fue-
rit inditum, tradit Joan. Andr. in præfat.
Clement.

Constantini Magni, & Sylvesteri Papz.

Sed neque tanta fuit largitio) designat vulgatam illam Constantini jam dicti donationem, de qua apud nullos extat autores, præterquam in libro Decretorum idque in antiquis voluminibus minimè contineri, autor est Antoninus in Chronicis. Quanquam Isidores in historia sua scribit, eum urbe Roma Pontifici cessisse, relictis ornamentis & omnibus imperiis libus, diadematè videlicet, habituque & albo equo, quo vestabatur. Bæsilicas item dicitur nonnullas in urbe condidisse: sed quid hæc ad tam immensum Petri, ut ajunt, patrimonium, elephantis de Constantini, sanguine paerorum, & Sylvesteri baptismate partum? O beatas nugas, quæ tantum constitueré imperium.

In Laurentium Vallam, vitum propter veritatem odio habitum, & persecutio-nes passum est, quod probare conatus est eo libello, qui jam vulgo notissimus est, nullum jus sive munus imperii concessum esse Pontifici, hujusmodi distichum jactatum, legimus:

Obe, nr Vallam filiet, solitus qui percere nulli est?

Si queris, quid agat, nunc queque mor-der humum.

* Piæuræ tollantur inanes) Que Lo-
tharium Imp. adorantem pontificem ex-
primebat.

Quo nunquam) Taxat avaritiam Rom. curiæ, & aperit imposturam ad corradendum argentum à clero Germanico. Le-
ge totum authorem, videbis, cum fuisse Catholicum, sed non Romanum.

1507. Scala cœli Fratris Ioannis Mi- noris ordinis P. Predicotorum.

Clericus quidam hospitabatur in do-
mo militis, cuius uxor monachum habe-
bat amasium: ex quo gravis erat ipsi præ-
sentia clerici. Milite ergo recedente, vi-
num acetosum, panis durus clericu[m] mini-
stratur: & inducitur ad intrandum le-
ctorum. Cumque intrasset cameram, & a-
masius cum multis generibus ferculorum
venisset, & iam posuissent mensam, miles
rediens ad portam pulsavit. Tunc do-
mina monachum inclusit subetus scannu[m],
& vidente clericu[m], cibaria abscondit.

pa. 17. Inreditur dominus, vocatur clericus,
& cum comedenter, interrogatur clericus,
quam scientiam didicisset? tunc il-
le, nigromanticam, inquit, & cum roga-
retur de domina, ut aliquid experimen-
tum faceret, ait: Dabo vobis bonam cœ-
nam: & fictis incantationibus, dixit:
Volo, ut in tali loco sint talia & talia ci-
baria, & in tali talia: nec timeatis, quia

tz, & claudatis oculos vestros, & ego conjurabo eum, ut in figura monachi ex-
eat de domo ista: cumque omnia fuissent
completa, clamavit clericus: Dæmon,
qui es sub illa banca, exi statim. Tunc
monachus surgens velociter exivit ho-
spitium, sine aliqua confusione. Impe-
ratore & Papa ut supra.

Ibidem. Fuit quidam Episcopus, qui plus divitiis, delitiis, & vanis honoribus vacans, quam utilitati & bono exemplo subditorum suorum, dum semel ægrotaret, intravit cursor cum lancea dicens:
Citat te summus Papa, ut venias coram eo, ad reddendum rationem de ovibus tibi commissis, & de hereditate, quam ac-
quisivis sanguinis: Et facta citatione visum fuit Episcopo, quod traheretur ad judicium: & cum esset coram Christo, videbatur sibi, quod dæmones infinitas rationes adducebant suæ damnationis, & precipue quinque.

Prima fuit, quod spoliabat pauperes, & inducbat divites & meretrices. Secun-
da fuit, quod vestes sacerdotiales, & om-
nia ornamenta domus, & utensilia ca-
rant aurea & argentes. Tertia erat, quod de fimo rei temporalis optimè curavit:
sed de animarum informatione nihil, in-
finitas animas suo malo exemplo cor-
rupit: & ostenderunt sibi plus quam duo
millia animarum, quæ damnatae fuerant
sub regimine suo. Quarta fuit, quod stu-
dium vanitatum sumnum erat studium;
literarum nullum. Quinta erat, quod nolebat, nec permittebat, quod alii sal-
varentur.

Tunc summus Papa dixit: O maledi-
cte, quæ ego acquisivi sanguine, tu con-
sumisti, ut fulgeres in apparatu regio.
Ego acquisivi manibus crucifixis, & tu
expendisti manus ludo, & aleis per-
didisti: ego acquisivi coronam spinc-
am portando, sed tu expendisti molle
pulvinat capiti tuo supponendo: ego
acquisivi nudatus propriis indumentis,
& tu expendisti in sericis vestibus varie-
gatis, & in vestibus nimis vanitatis: ego
acquisivi cum opprobriis & flagellis, tu
columis in valis argenteis & escutellis: ego
acquisivi fel & acetum potando, sed tu ex-
pendisti delicatissimis cibariis vicitan-
do, vinumque & nectar potando: ego
flendo clamavi, ut oves ad ovile reduce-
rem, sed tu clamasti ad eas, ut tanquam
lupus maiores. Et ideo assigno talem diem,
ad audiendam sententiam diffinitivam.

Cum autem de his sollicitus & anxius
evigilasset, narravit familiæ, quidnam
vidisset? Qui volentes ei placere, & plus

penitentia, usque ad diem statutum. Et illo die, in illa hora sibi assignata venerunt Dæmones horribiles ad cameram suam, dicentes: Surge maledicte, & audiā sententiam diffinitivam à summo Pontifice de vita tua.

Tunc ipse clamabat ad scutiferos & ad familiam: Expellite illos, expellite illos. Cum autem neminem viderent, licet vocem audissent, Episcopus hoc videns volens in dæmones irruere, & eos de camera expellere, cum tanto impetu venit ad columnam, quæ erat in medio camere, quod fracto capite expiravit.

1508. Bonifacius Simoneta lib. 6. cap. II.

Chronicorum.

Anno 1287. mortuo Honorio 4. Cardinales, qui alterius Pontificis creandi causa convenerant, repentina lue affecti moriuntur: insuper terrremotus usque adeo magni invalidunt, ut fuga sibi consulentes, electionem in aliud tempus distulerint. Imp. & Papa ut sup.

Idem lib. 3. de Christianæ fidei persecuzione. Petrus, Christi minister & quis, sincerus, mandato Domini Pontifex summus, non è gentib. opes, non oppida congesit: non regnare avidus, orare, predicare, ac jejunare intentus: languores auferre, miraculis sanitatem conferre semper cogitavit.

Idem libro 5. cap. 11. de pontificibus. Ludovicus Imp. Nicolao Pontifici obviam ad mille passus procedens, ex equo descendit, & frenum equi Pontificis tenens, duxit eum cum pedes in castra sua.

1508. Annales Misnenses.

Hoc anno Præsul fuit Sextus Joannes, cui accessit vexatio ab exteris: nam indulgentiarii Livonienses, Romæ literis ab Alexandro & Julio Pont. impetratis, suas merces exponere cupiebant in ejus urbibus, nomine & autoritate Antistitis Magdeburgii, hoc ille planè reijciebat, & Iux Ecclesiæ ingenuæ obijciebat libertatem, id est ab omnibus locis suis dicens: si los nungendas severitate arcuit, & causam tandem obtinuit apud Julium II. Adversarius ejus erat Christianus Baumhauer, quasi dicas, arborum celator, aut eversor, qui exillis indulgentiis pecuniam faciebat, exhibitus duobus impostoribus Scirpio, & Hermanno quodam Sacerdote Hildeshemio.

Vix defunctus erat hoc negotio, ecce illi bellum imminebat à nobilitate, cuius multitudinis duces erant Alexander comes Leisnitus, & Joannes Kitlicius, item Ciceritii, familia antiqua & fortis. Accedebat direptio Verdæ episcopalis oppidi, scilicet levius.

prudentia sunt res compositæ, sed sine recompensatione sumtuum.

In rot simulatibus & turbis præsul sagacitate, & animi robore hostes superabat: nec erat in suo munere non maximè industrius. In superstitionem suorum temporum sepe iocabatur. Dixit aliquando, si sacra Biblia lego, aliam invasio religionem, quam quæ nostra hodie est: & illam nostris moribus, & institutiis valde dissimilem.

Cum videret multitudinem Joanni Tecelio Dominicanu, Theologis iniciato, & impostori astuto numerantem pro indulgentiis pecuniam, o cœcam plebam, ait, quæ mittit pecuniam in eam eistam, ad quam referandam non habet clavem. Dixit de eodem Tecelio, ipsum fore indulgentiarum institutum ultimum, quod nimia esset impudentia & temeritate præditus. Cum subjeceret ei Canonicus cruditus, Teceel lingua Turcica significare diabolum, effusæ risit, sed verbum nullum addidit.

Georgium Frichenhui sium Dominicum Lipsiensem, contra bullam, de esu butyri concionantem, defendit, & pro eo contra Canonicos Fibergios liberam tulit sententiam: nam quod Romæ palam & impune per totum anni tempus venditur, id Germanis sine ære permittere, aut sine pena edere non licebat.

Cum monachum videret, dicebat, nullum animal audaciū esse eo, quod ē cucullo prospiceret. In ejus mensa nullum esse monachum visum, non leves homines mihi affirmarunt. Sacerdotum mores egere correctione, & licentiam vitæ eorum nimis longè progressam, constanter profitebatur. Dedicationem quæ fundam templorum aut dissuasit, aut quoad potuit, distulit, cum videret, ultra modum superstitiones venales crescere. De fundatione sacri perpetui, quod Misnam nominant, exhibitus in consilium respondit, pulcherrimum quidem in e quo oculos esse membra, & id ad decorum spectare præcipue: sed si rotum e qui corpus nihil esset, præter oculos, id ipsum, quod ornamento fuerat, jam futurum prodigio: indicare volens, minuenda potius, quam augenda sacra nummaria.

Joannem Pfeuningum Theologum Erfurianum, qui habitum religiosum mutaverat, Fretensem suffraganeum, in Annzbergo pastorem, annos sex Varenn & Stolpenæ tenuit vincum, qui & in carcere, lumine non custodito, stramine ardente, fumo suffocatus est.

Ejus temporibus dux Georgius con-

duraturum, propter fumum e coctione metallorum: hoc vero propter auram Boemiam Hussiticam brevi interitum: quod præsul ioco dicens, divinator fuit nam rupis regis cænobium, vivente ad-huc Principe, deserebatur.

3509. Ex Epistola Helena, matris Regis Æthiopia ad Regem Emanuel Portugallie.

Haud equidem longe absimus ab illo tempore, de quo Dominus noster Jesus, & ejus dulcissima mater, B. Virgo Maria predixerunt, quod in temporibus ultimis in Francia nasciturus esset Rex, & per eum Dei omnes gentes, Deique ignaros & hostes eversurus. Si igitur V. D. consilium vixum fuerit, filios suos cum nostris filiabus connubio conjugare, in confirmationem mutuz & perpetuæ amicitiz „rogamus maximopere, illud acceleret. Ad extirpandos infideles promissime omnes nervos confemus, sed cum nostros minus sint apti ad bella navalia, oramus, ut vos ejusmodi conductatis milites: tunc illis nos nostris sumtibus, viæualibus, & omnibus necessariis nunquam deerimus.

3509. Carolus Borvillus Nicolao Hori, Episcopo Remensi, Gal. lo S. D.

Litteras tuas accepi, colendissime domine, ex quibus intellexi, quod intra seculi spatum ad hunc usque diem nihil ejusmodi, ut tibi de duobus illis Christi militibus superiori mea scriptione narravi, evenisse, statuas.

3510¹⁹ Ceterum aliud aperiam tibi, quo magis mirere, de sancto quodam nostro xatis Eremita, qui ante 20. annos in pace obiit. Appellant ipsum Nicolaum de Petriæ. Fuit autem Germanus, ex Helvetiæ oriundus: ipsi vero Helvetii superiorem Germaniz partem usque ad Alpes inhabitant.

Isthac cum iter facerem anno labente 1503. & non obscurè rumore populi adverterem, quod in vicinâ rara sanctitatis homo, Nicolaus ille, vitam egisset: protinus a loca viendi, remque omnem experiendi, incredibili desiderio tenebat. Ergo hanc multa moratus, arreptâ viâ, rectâ lucum Eremitæ versus contendit, ubi à Nicolaus filio adultiore hospitio excipiebar, qui tum mihi parentis sui vestimenta monstravit.

Alterâ luce nos ambo ad Eremitæ celam procedimus, in quipse per 22. an-

num nocturnum veritate, illius habet divini dicti: Non in solo pane homovivit, sed in quolibet verbo, quod per os Dei egreditur.

Helvetii quidem, Ecclesiastici pariter & politici, faciem subesse, rati, omnes illius sylvez semitas undique obledere, si forte aliquem cibos ipsi ferentem deprehenderent: at apparuit tandem ipsa rei veritas, quod nimis altius humano caput exeruerit ille, & quodammodo angelicum quiddam in carne ejus habitet, gratia cuius cœlesti rerum affluentia vivat, atque communibus hujus mundi infirmitatibus non sit obnoxius.

Hic Eremita Nicolaus, ut ajunt, & quod egomet in actis ejus legi, ante & postquam obiisset, insignis fuit miraculis.

Porrò proponam tibi visionem quandam, quæ illi precibus suis intento, noctu, cœlo fudo, in æthere comparuit.

Vidit autem humanum caput, horridum, minax, & iratum, cui triplex auro corona Pontificia fuit imposita: supra cujus apicem figura crucis, orbe circumducto, fulsit: horrida mento canities, & hac quidem tristis dependit.

Sex sine capulis enses è facie illius, oppositi invicem, emicucre: & unus quidem fronte nitens, superiore illam circulam cuspidem verberavit, eam quasi transacturus. Alii duo prodierunt ex oculis, apicibus in eos impressis, reliquo vero dependente nutaverunt.

Ex naribus etiam duo, demissis tamen aculeis, arreptâ superficie descendenterunt. Sextus denique, in os impatâ summate, à labiis ad inferiora porrectus, apparuit.

Hi simul omnes à Nicolaio, nullo temporis observato discrimine, visi sunt. Ipsumque totum caput, ut apparuerat, in spelæum sibi ad parietem obtutui proximum penicillo referri, curavit Eremita. Id quia paulò attentius conspiciebam, similem animo ideam concepi, memorique impressum.

Quoniam ergo, quid monstri hoc caput alat, ignoro, licet utcunque interim, nihil boni sanè ipsum portendere, metuam: existimo tamen, te accuratâ conieetur id consequuturum esse, quodcumq; Deus hac visione innutre voluerit: ut hac ratione mē trepidantē erigas, & tantarum rerum cognitione eruidias. Quod si vero ne tu quidem inde extricare te potueris: scribe tamen, ut, quæ mea sit de hoc sententia, percipias. Vale. Dat. ex nostra SanCuriâ. feriis Laurentii: A. 1508.

Magnam cepi voluptatem ex literis tuis, quas mihi familiaris tuus attulit. Ille enim dici non potest, quām mihi singularē erga me tuām benevolentiam comprehaveris: de quā si unquam aliās dubitassem, vel hoc unico argumento omnes dubitandi caussas sustulisses. Quod verò me rogas, ut tibi visionem illius Eremitæ, qui, posteaquām duos & viginti annos in deserto singulari pietate Deum coluissest, exutā mortalitate, tandem in cœlos migraverit, exponam: haut certè tantum tibi promittere possum, quantum ad tam ardua rai intellectionem videtur pertinere. Ita enim statuo, non id quemquam facile præstirum esse, nisi à Spiritu longè præstantissimo fuerit illuminatus.

Pag. 20 Quanquam autem, ut dixi, hæc & alia videantur ad hæc mysteria mihi aditum intercludere, ut qui nihil in his, aut parum sapiam: tamen, utcunque potuero, meām tibi sententiam communicabo.

Primum quidem judico, caput ipsum neminem alium, quām maximum quendam in Sacerdotio nostro significare, cum id Pontificio diadematē splendeat.

Quod verò caperatis superciliis, & candescente irata rubidine vultu, torvum spicit, haut dubito, quin illius summi Pontificis ingravescētē tyrannidem denotet.

Anne præterea me audire cupis? Ecce quidem ut iubet. Gladius in fronte, qui crucem pungit, declarat, Pontificem Antichristum esse: in oculis autem, unus quidem inexplicabilem illius avaritiam, sed alter abominandam fornicationem innuit: in naribus ostenditur ejus tyranus, & rerum spiritualium contemptus, & irrisio: Labia, quæ sunt postremo gladio transfixa, pigrum nebulonem, & mutum in Ecclesiā, verbumque Dei non docentem subinferunt.

Sed quid sibi volunt decussa manubria? hoc videlicet: quod, quemadmodum expertem capuli pugionem sine ligatione tangere non licet, ita maximum sit periculum, si coneris dominum illum redarguere, & gladios ab ejus faciei dimovere.

Quantum ad Barbam prolixam, horridam, & trifurcatam attinet: eam puto omnis generis infortunia & calamitates portendere. Nam quia Papa, quando homines barbam ejus mulcebant, eos quidvis agere, contra verbum Dei concessit: verisimile est, id ipsum haud impunc laturum esse.

Habes etiam sommum.

Hic videre licet, quid Episcopus iste, siveiente Papatu, de capite suo, & Pontifice Romano senserit.

Audiamus etiam Lutherum

Tom. 4. Ger. Ien. fol. 354. b.

Caput est Papa cum Ecclesia sua.

Vultus iratus est latrocinium animæ & corporis.

Gladius in fronte est humana traditio, bona opera, & ceteræ phantasie, quibus passioni Christi meritum derogant, & Evangelium pervertunt pontifici.

Gladius in dextrâ nare Ius est Canniculum illud, irâ plenum. Nasus enim iram denotat, Psalm. 78.

Gladius in sinistra nare est affectata Politix gubernatio, ferox, inquieta, arrepta sine verbo Dei. Et quemadmodum aliās humores cerebri & sordes ad nares defluunt: ita traditio quædam humana est, & cerebri Romani rheuma, quod Papa regibus terræ dominatur.

Gladius in ore est Verbum Dei, quod Antichristi faudes, & mendacia coarctavit.

Gladius in oculo dextro est Verbum Dei, quod Spirituales ordines, & hypocritas, jura, decreta, fabulas, idolatrias, & omnes Papæ illecebras ē fundo subruit.

Gladius in oculo sinistro est Verbum Dei, quod Politicum imperium & sceptrum Papæ ē manibus extorquet.

Ceterum, quod hoc caput avulsum est ab humoris, & corpore caret: indicum est ipsum non esse caput Ecclesiæ.

Tripartita barba designat tres ordines & sectas à mento Pontificio pendentes: 1. est turba Hypocrita, rasa, 2. est turba Doctorum, ut sunt Jureconsulti, Theologici, Magistri, 3. est turba Potentium, ut sunt Cæsares, Reges, Principes, & domini hujus mundi. Hæc tria genera hominum sunt illa barba, quæ quia neque humeros, neque præcordia tangit, id est, Ecclesiæ: ideo neque illa membra sunt Ecclesiæ.

Gladii capulorum expertes innuunt, pro & contra Papam decertatum iri testimoniis Sacratum literarum. Nam Papistæ utuntur quidem enibus, id est, dictis Scripturæ, sed inversis & depravatis: & hoc ipso tamen se jugulant: perinde, ac si quis, mucrone contra se directo, digladiare conetur, & adversarius, impacto incorpus ejus apice, vincat: ita Papistæ contra veram Ecclesiam Catho-

ipides acutissimas in ore & oculis suis
habeant.

De eadem visione alia sententia.

Pestilentes Papæ errores & tyranni-
des, quibus Ecclesiam Christi vastat, per
gladios 3: egredientes ex facie ejus: & ca-
lamitates eiusdem, quibus eum Deus
perdet, per gladios 3. in ipsum tenden-
tes significantur.

Portentosa.

1509. Anno Salut. 1509. decima quarta Se-
ptembris, terræmotus gravissimus, die-
bus decem & octo continuis murnm Con-
stantinopolitanæ urbis, quâ mare spe-
rat, cum omnibus adiacentibus domi-
bus dissecit, fossatumque ruderibus im-
pedit, ac terra æquavit. Arcem, in qua
gazophylacium Imperatoris quinque
turribus munitissimis custoditur, & insi-
gnis est domus, qua leones nutruntur,
tanquam in vivario, destruxit. Cunicu-
los, qui per montes ac longa itinera è
Danubio aquas in urbem devchunt, ma-
ximis & laboribus & impensis fabrica-
toros, concussit. Sinus autem maris inter
Constantinopolim & Param, violentia
terræmotus adeo intremuit, ut in utram-
que civitatem ultra muros aquam injec-
ceret. Domus tributaria juxta muros
Constantinopolis in martota decidit,
ut nullum illic appareret vestigium.
Maxima item pars turris plumbeæ in
Pera corruit. Calliopoli munitissima
arx penitus rupta est. Nec ulla domus
illic integra mansit, totamque Græciam
ad danubium usque hic terræmotus lon-
ge lateque pervagatus est. Ferrur, Con-
stantinopoli tredecim milia hominum
interisse: & nisi Baiazetes Imp. monitus
fuisset à quodam Caligero Monacho Gra-
co, sene, quem familiariter dilexit, se-
cumque crebro detinebat, ut in hortos
descenderet, ruina oppressus fuisset Ba-
iazetes. Cyprianus.

Zoppinus.

Scriptit hic tractatum de Romanis me-
tricibus. Fuit autem olim Leno, po-
stea Cardinalis cuiusdam famulus, de-
mum vero fraterculus: nihilque, ipso met-
tete, non bene compertum narrat. Imp.
& Papa ut sup.

1509. Ioan. Menardus.

Refert hic in lib. de Regula Francisci
omni execratione dignam hanc histori-
am: quod nonnullæ feminæ in habitu
monachi cum monachis pila ludentes,
præmium hoc sibi proposuerint, nempe,
ut ultra pars vicerit, si optio data sit con-
cubitus.

postolorum, ex quodam veter-
e codice.

Roma vale, vidi satis est vidisse, revertar,
Es leno, meretriz, scurra, cynæsus ero.
Aliud.
O, Roma à Roma quādū mutata verūstā est?
Nunc caput est scelerum, que caput orbis
erat.

Ex veteri quodam Miscellaneo rum libro.

Roma manus rodit, nil dante criminè prodit.
Curia Romana, quasi febris quotidiana,
Clerum corredit corruscum spemnit & odit.

In Commentario magistrorum 1509. Parisensium.

Legitur in hoc Commentario de Julio
secundo Papa, quod duobus nobilissimi
generis adolescentibus, quos Anna Gal-
liarum Regina Nanetensi Cardinali in-
formandos commiserat, & aliis multis
diabolice rabie (proh facinus) stuprum
intulerit. Simile quiddam ab alio scri-
ptore narratur, cui Gerbelius hoc addi-
dit distichon:

Venit in Italiam spectabilis indole varâ
Germanus: redit de puto mulier.

Imp. Max. 1. Papa Julio 2. ut sup.

Distichon Roma legitur, ubi S. 1510.

Petrus in urbe pictus ut pista-
tor dicit.

Ecclesiæ pro nave gero, mihi climata mundi
Sunt mare, Scriptura ressa, piscis homo,

Iacobus Wimpelingus in Chron. 1510.

Argentinensem Episcoporum.

Argentinenses Episcopi, qui ab exor-
dio ad hæc usque tempora floruerunt,
septem & quadraginta, alium sibi titulum
non desumserunt, nisi sub hac humili
formâ: Ego N. divina favente clementia,
Argentinensis Ecclesiæ pastor indignus;
Quenam est laudis aut gloriæ excellen-
tia, tam præclaro & digno Præfusatusti-
tulo, terrarumque dominatu non esse
contentum: & à Ducatu seculari, in quo
neque prædium neque ovile quisquam
possidet, vanum aut vacuum usurpare ful-
gorem? Imp. Max. 1. Papa Julio 2. ut
sup.

P. Rastericus D. Iacobo Wim- phelingo, divisarum literarum Li- centiato S. D.

Remitto ad te, vir ornatus, fido
cum hoc commensali meo, medullam illam
Pragmaticæ, per quam scite, sincere
que abs te excerptam, una cum pruden-

Deus Opt. &c. spectissima oculatissimaque ipsam summo culmine (perinde ut Liliatus Princeps) eripiat conservetque, ne scilicet polthac beneficiorum isti harpagines universam hanc nobilem Germaniam medullitus exenterent, enerventque.

Negotium ipsum, mehercile commodissimum atque divinum, summo per re commendo: nec non cum tuam ea in re diligentiam, tum Cæsar. Majest. ad Remp. Germaniæ zelum, haud immerito maximi facio, mirificeque laudo. Nihil prorsus demandū in ipso facto, adiiciendumve (hac præsertim pestifera tempestate, proindeque nobis inquietissima) operæ præcium duximus.

Æneam Sylvium de Germaniæ situ propediem aut ipse reducam, aut fiducum tabellione ad suum remittam authorem. Vale faustissime, Ræsterisco-
que tuo, tametsi scabro & inculto, utare pro tua sinceritate, ut voles. Datum fe-
stinanter & extempore, urgente contu-
bernali hoc meo, probatæ vitæ viro, quæ
tuz humanitati commendo. Calendar.
Decembbris anno Christi M. D. XI.

Idem Wimpelingus. Credibile est, multos comites olim filios suos tradidisse vel monastico, vel Ecclesiastico statui, ne paterna hereditatis cohæredes essent, & filii reliqui seculares exaltarentur, & familiæ propagarentur. Quod si genitores Deo Universalis provisori consilient, & filios suos frugaliter vivere instituissent: hodie forsitan ipsorum progenies subsisterent, nec essent prorsus ex-
tinguitæ.

Idem. Hentzelo cupiens similiter, ut prædecessor suus, cultum amplificare diuinum, residuas sex Ecclesiæ sancti Petri Junioris præbendas erexit, atque fundavit. Sicut autem venerandus hic Hentzelo & Guillelmus, suus prædecessor, spectaverunt, Canonicos in præbendis à se fundatis personaliter residentes, perpetuo Deum laudatores: sic & alii (qui cunque fuerint) qui in aliis collegiis sufficietes præbendas instituerunt, aut distributiones quotidianas auxerunt, volere, ab earum futuris possessoribus (haud evacuatis stallis) Deo & Ecclesiæ, animabusque servitum iti: & id Deo gratias, animabus jucundius, rebusque publicis magis salutare fore: immo & Episcopis plus honoris allaturum. Quo enim plures in Episcopatu fuerint Ecclesiastici, vel docti, vel devoti, tanto Episcoporum gloria major, & salus reipublice Christianæ.

Idem. Utinam vel una domus in uni-

& Lothardorium, anorūque secunda, & mansiones.

Idem. Hermannus in Chronico, quod Flores temporum inscribitur, de cœnobio Erestheim sic scribit: Proh dolor, tanta moderno tempore in eodem cœnobia facta est mutatio non dexteræ excelsi, sed potius sinistræ diaboli maledicti, in tantum quod potius posset dici prostibulum lascivit carnalis, quam monasterium continentia regularis. Hec Hermannus. Quid si hodie superstes es-
set? De similibus forsitan locis, pro fe-
mineo sexu fundatis, in quibus choreas, pigi-
stupra, adulteria (sacris etiam noctibus)
in multorum scandalum atque ruinam,
exerceri, adulteros, sibi que junctos feu-
dis Ecclesiasticis & secularibus, pro vence-
re præmiari, publica vox & fama est: pro-
cul dubio flebilius lamentaretur.

Idem. Falluntur nostræ ætatis milita-
res, & ordinis equestris viri, existimantes, cœnobia esse filiorum suorum xenodochia, tanquam sui majores sibi illa fundarint. Ecclesiæ enim & monasteria ab Imperatoribus, à Regibus, à Ducibus, ab Episcopis, & à ceteris præclarissimis vi-
ris olim erecta atque fundata sunt, non pro venatoribus, non pro lascivis, non pro ociosis, alex, veneri, & gulæ deditis: sed pro his, qui dies & noctes, sedulè & enixè, conditori, redemptori que nostro, pro nobis crucifixo (apud quem non est personarum acceptio) famularentur, ac debitum obsequiu præstarent. Nectamen infi-
citor, procerum filios, literis & virtu-
tibus deditos, & ad Deo serviendum idoneos, ceteris posse præferri.

Tacito de collegiis pro femineo sexu (quem Gregorius magnus devotum ap-
pellavit) institutis: utinam sexus ille Deo dicatus, qui de Christi patrimonio delicate pascitur, seipsum non aliquando de stupro, & adulterio, proli-
que partu, suspectum redderet, atque infamem. Utinam non herbis, non qua-
rundam incisione venarum, non luridis potionibus non lotionibus pedum ex-
quisitis vel abortum procuraret, vel fæ-
tum præfocaret.

Scandala multa, & horronda flagitia è medio tollerentur, si Episcopi officio sua pastorali satisfacerent: qui meritò ter-
ribi possent, si crederent, sanguinem & vi-
cia, quæ sua negligentí dissimulatione propagantur, de manibus suis tandem requiri, seq; de subditorum vita, coram supremo tribunali, rationem justissimo Deo reddituros. Neque enim frustra in-
ter duodecim seculi abusiones Episcopus

sceperunt, undecima Junii die, anno post millesimum & trecentesimum sexagesimo sexto.

Fuit Joannes iste Gallicus, homo dulcis, mansuetus, blandus, & simplex, & corpore formosus: sed lurco, gule ebrietatis deditus: cui nihil tam assiduum, tamque preciosum erat, quam delicatis epulis, vinique potionibus vacare. Nec enim manè cujquam adventanti faciliè responsa dabant, nisi tentaculo prius sumato: nimò nisi gallinam ante elixam devorasset. Permittebat majorem regiminis & administrationis partem praefectis & officialibus suis. scilicet

Rerum enim est, ut ab homine nunquam sobrio postulanda sit prudentia. Quod nisi Magnatum & autistitum officiati Deum timeant, avariciam oderint, ac minera spreverint, ius Ireditur, Respublicæ perennit, imò regnabunt.

Gaudet tamen illum Gallum fuisse, non Germanum, ne solis nostratisbus virni cupiditas ab alienigenis impropetari possit. Adeò siquidem Gallus iste ventri & gule deditus fuit, ut à vulgo capivorax, lingua sua Cappeneret appelletur.

Maximilianus, divinâ favente clementia, Romanorum Imperator semper Augustus, &c. honorabilis, deus, nobis dilecto, Iacobo V Fimpelungo Selestadiensi, sacra Theologia Professor, familiari no-
stro.

Honorabilis, devote, dilecte: mittimus in presentiarum ad te Secretarium nostrum, cum prachmaticâ sanctione regni Francie: commissimisque eitibi nostro nomine nonnulla referenda. Quia cum ex mente nostra proficiscantur, cùpiamusque, omnino, interveniente opera & industria tua, in talibus nobis satisfieri: ideo hortamur te, & per tuam in nos & sacrum Romanum Imperium observanciam (quam opusculis & lucubrationibus tuis jamdudum habuimus compertam) requirimus, ut non modo Secretario nostro indubitate adhibeas fidem, sed te eum in his, quem etiam non requiritus a nobis præstitisti, exhibeas. Cupimus autem, dictum Secretarium nostrum (quoniam ejus opera diutius carere non possumus) cum hoc voto nostro atque expeditum, quam primum ad nos remitti. Datum in oppido nostro Imperiali Überlingen, die 18. mensis Septembris, anno Domini M.D.X. Regni nostri Rom. XXV.

lestadiensis humilitam commendationem.

Vidotissime Cesar, lecta Cesarez tuz Majestatis epistolæ, moxque accepta à Secretario instructione, totis ad id visitibus me accinxii, ut id, quod Cesarea tua Majestas desiderat (quoniam cum Deo, & absque conscientiæ vulnere fieri potest) efficiam.

Ab incunte enim aetate omnem operam meam Cesareæ primum tuz Majestati, deinde Germanice nationis & facti Romani Imperii amplificationi devovi atque dedicavi. Quamvis me voto tuo & instituto longè imparem sciam, & multi sint in aula tua, qui hoc manus absoluissime implere valeant: quibus magis que rerum istarum communium experientia. Sunt & apud reliquos Principes, & apud Senatus Rerum publicorum optimi doctissimique viri, qui Germaniam exornare, & ad pacem concordiamque universalis Ecclesiæ, atque totius cleri ad Christianam disciplinam reducendis amicis & gloriam persuadere possent: in qua re non modo tua Majestas, sed & tui in Imperio prædecessores, Carolus Magnus, ejusque filius Ludovicus Pius, Orthones denique, Conradi, Friderici, & Henrici, novissime autem Sigismundus, summa industria operam navarunt, impellente ipsis indubie zelo & charitate in Deum Opt. Max. & gratitudine in Christum, pro ipsis in humanum genus beneficiis, præcipue autem amarissimæ passionis.

Neque enim Christus pauper pro nobis factus est, ut nos in omni rerum opulentia & luxu, de ipsis patrimonio cupiditatem nostram & ambitionem prodamus: neque famem pertulit, ut nos ingurgitemur: neque labores, castitatem, & dira tormenta subiit, ut nos in ocio, in lascivia, inque omnibus deliciis & voluptatibus versemur.

Neque hi, quibus res Ecclesiastica sua debet incrementa, quantum ad ditionem temporalem attinet, huc respexisse videantur, ut in ocio tantum clerici degarent, omnibus rebus ad vota fruentes, citra tamen laborem. Alia certè causa fuit, cur illi seque suosque nonnunquam spoliantes, Ecclesiam ditandam censuerint: nimirum, ut commodius divinis officiis vacare possent, absque solicitude defuturi vietus, quem ex agris, nemoribus, pratis, ac aquis facile colligere liceret. Et ut pauperibus Christi, viduis, orphanis, & senibus, quos subur

Pag. 24

tibus, eleemosyua libetius impetrant.

Sic enim in institutionibus canonice professionis, quas auspicio Imp. Ludovici Pii conscriptas putamus, & ab episcoporum concilio comprobatas, sic inquam legitur: Res Ecclesie (sicut à sanctis Patribus traditur, & in superioribus capitulis continetur) vota sunt fidelium, precia peccatorum, & patrimonia pauperum. Fideles namque, fidei ardore & Christi amore succensi, ob animatum suatum remedium, & cœlestis patriæ defiderit, suis propriis facultatibus sanctam locupletem fecerunt Ecclesiam, ut iis & milites Christi alerentur, Ecclesie exornarentur, pauperes recrearentur, & captivi pro temporum opportunitate redimerentur. Quapropter vigilanti ac solerti cura providendum est his, qui ejus facultates administrant, ne eos in suos solummodo usus convertant: sed magis (juxta possibiliter rerum) Christo famulantim, imo eorum, in quibus Christus pascitur & vestitur, curam gerere penitus non negligant.

Subscribit huic sententiae Prosper, assertens, viros sanctos res Ecclesie non vendicasse in usus suos, ut proprias, sed ut commendatas pauperibus divisisse. Nam hoc esse possidendo contemnere, non sibi, sed aliis posidere: nec habendi cupiditate Ecclesie facultates ambire, sed eas pietate subveniendi suscipere. Quod habet (inquit) Ecclesia, cum omnibus nihil habentibus habet commune: nec aliquid inde eis, qui sibi de suo sufficiunt, erogare debet: quando nihil aliud est habentibus dare, quam perdere. Hactenus aliena retulimus.

Proinde cum, omnes Christi religionem professos eidem Servatori nostro gratios esse, expediat, magis tamen id peculiares ejus ministros, hoc est, sacerdotes, sacris initatos, & de liberalitate tanta Imperatorum & procerum, ceterorumque fidelium affatim provisos, ut ab aratro & manuum laboribus alieni simus tantorum beneficiorum decet minimis, quo nostra vita populo bilem non moveat, nec ad oblocutionem & odium praebeat ansam: sed ut edificantur laici, amicitia mutua floreat, offendicula & sentes evellantur, reverendi antistites cum suo clero pietati dedito sint in sua veneratione, & in ipsum quoque summum Pontificem, sacrosanctamque Romanam Ecclesiam universorum filialis affectus, & in spiritualibus obedientia fulciatur.

Quapropter, serenissime Cæsar, celsitudini tuæ, quæ tâ honesto & sancto negotio Christianissimè afficitur, non potu-

diversas Ecclesias, & in conventibus præstantium virorum partim vidi, partim ex fide dignis audivi, quæ mihi si tollantur, ad Germaniæ commodum, & ad divini cultus amplificationem plurimum conducere videntur.

Et eò ad id absolvendum, tuæque Majestati in omnibus obsequendum, promtior fui, primum, quod nepotem meum Jacobum Spiegel, tuæ Majestatis Secretarium, ex labore meo majorem tuam in se benignitatem assecuturum, confisus sum: deinde, quod sub Imperio Rom. natus & alitus, merito, uti natura, subditus tuæ inservio voluntati: postremo, ut hac opera patriam meam Majestatis tuæ patrocinio commendationem facerem.

Selestadium enim natale mihi oppidum, omnibus terris charius, in Alsatia meditullio situm, provinciæ Austriæ conditionis parvo sane intervallo cingitur. Quantum enim Brisages absunt? quantum Sungavii? quantum vallis Albertica in Vosego? ut de minutioribus locis taceam. Si igitur Selestadium vel à Gallo, vel ab aliis hostibus (quod absit) premi contingat, quis illi melius subvenire posse, quam Princeps Austriacus? si quidem vicinus vicino Deus est. Etsi let nonnunquam ingentis beneficij esse causa paruum obsequium in tempore exhibitum. Ex Argentorato, Calend. Novemb. M. D. X.

Epitome in Proæmium Pragmaticæ sanctionis.

In proæmio Pragmaticæ sanctionis narratur, quod ab exordio nascentis Ecclesie Reges Francie, Prelati & Proceres in Regno & Delphinatu, exerceant & doceaverint Ecclesias, cœnobia, & alia loca sacra, ad gloriam Dei, & ad augmentum divini cultus. Item, quod instituerint in illis locis ministros idoneos ad propagandam fidem, bonos mores, & exempla virtutum. Item, quod à sanctis Patribus conditi sunt canones, pro felici regimine status Ecclesiastici. Item, quod, quam diu canones illi observati fuerunt, floruit in Ecclesia Dei honestas, disciplina, religio, pietas & pax.

Additio ad Pragmaticæ proæmium.

Similia narrare possit Cæsarea maestas, quomodo Ecclesie cathedrales & collegiatæ in Germania erexit, & amplissimis possessionibus dotatæ sunt à Romanis Imperatoribus, ab Illustrissimis Ducibus, & ceteris Principibus: si-

Ciencias & Causis magis
fare eretas & dotatas: Spirensen à Du-
cibus Sveviz & Austriz locupletatam, &c.
Argentinensem à Dagoberto Rege Au-
stris exaltatam. Sicque de aliis Eccle-
siis & cœnobis Germanicæ nationis, in
Austria, Saxoniam, utraque Burgundia, &
terisque Germanorum Principum regio-
nibus, erectis atque dotatis.

Consequenter exordium Pragmaticæ
narrat, quod ex ambitione & avaricia
(quæ patrum decreta contemnit) subse-
cutæ sunt morum corruptiones atq; de-
formationes: status Ecclesiastici deho-
nestationes: usurpationes gravissimæ:
præsertim hæc fieri per placitatum &
dignitatum, aliorumq; beneficiorum ec-
clesiasticorū reservationes, & per gratia-
rum ad vacatura beneficia expectativa-
rum à jure valde exorbitantium, multi-
plicationes, & per innumerabiles con-
cessiones, gravissimaq; & importabilia
onera, quibus Ecclesiz, & personæ Eccle-
siz & regni afflictæ, oppressæ & quasi ad
internacionem redactæ his diebus con-
spiciuntur.

Nam Ecclesiarum & beneficiorum pe-
cunias indigni exterique occupant. Ma-
iores dignitates opulentioraque beni-
ficia personis conferuntur incognitis, &
non probatis. Pauci in Ecclesiis resident:
quia cum sint plurales, ubique residere &
præsentias deservire non possunt, vultus
que commissi sibi gregis non agnos-
cunt.

Animarum cura neglecta, temporalia
lucra solummodo queruntur. Christi
cultus diminuitur. Animarum cura ne-
glitur. Subtrahitur hospitalitas, Ec-
clesiarum jura depereunt. Ruunt ædi-
ficia. Populi devotio attenuatur. Cle-
rici regni nostri scientiæ & virtutibus ef-
folgentes, qui in ædificationem plebis
nostræ vacare possent, & qui pro Regiis
& Ecclesiz publici consiliis forent op-
portuni, divinatum humanatumque sci-
entiarum studia deserunt, propter pro-
motionis ad beneficia spem eis ablatam.
Votum alienz mortis oritur. Lites infi-
nitæ, contentiones & rixæ, rancores &
odia inter Christi ministros suscitantur,
narrantur atque foventur. Pluralitatis
beneficiorum execrabilis ambitio fove-
tur. Pauperes clerici cum rerum suarum
discrimine per calumpniosos cavilloso-
que opprimuntur. Beneficia inofficiata
relinquuntur. Beneficia simoniæ ac-
quiruntur. Juvenibus bouz indolis e-
vagandi licentia praebetur, qui literis &
virtutibus intendere deberent. Präla-
tis & clericis

tionem perpetrantur. Sicque jura coro-
næ nostre depereunt, atque thesauri re-
gni nostri in externas regiones depors-
tantur.

Præmissa hæc Carolus VII. Rex Fran-
corum, ceterique Prälati Ecclesiastum
cognoscentes, talia, stimulantibus eo-
sum conscientiis, absque gravissima Dei
offensa, diutius dissimulare non potu-
runt. Itaque, decreta hæc Basiliensis syn-
odi, partim ut jacent, partim cum qui-
busdam moderaminibus, aut *Amendans*
recipienda, consenserunt.

Additio ad primum Prag- maticæ.

Ut ad oculum hæc omnia vera esse de-
monstrantur, discernant boni & quæ juri
dices (qui saltæ diligentè considera-
runt) si non floreat diligentior divinus
cultus, ordinarior cantus: si non sicut
pauciores in choro confusiones: si non
sunt minores factiones, minores lites, mi-
nor pecuniarum effusio, minora offendici-
ula seu scandala, minor concubinarum
pompa & luxus, in illis collegiis & Eccle-
siis, ad quæ per gratias Apostolicas non
patet aditus?

Exemplum sumatur de Ecclesia paro-
chiali Friburgensi, de collegio Badensi,
Heidelbergensi, & Novæ civitatis Spi-
rensis & cœcis, ubi licet parva sint col-
legia, mediocresque præbendæ, quasdam
tamen alias (quas insatiabiles Curtisanii
occupare, & in quibus post crebras lites
patrimoniorumque dissipations, præ-
bendas pinguiores possidere possunt) in
omnibus divinis officiis, in omni Eccle-
siastica disciplina, & in personarum con-
cordia, pace & tranquillitate excellere
videntur. Ignoscant mihi multi opti-
mi sacerdotes, qui in cathedralibus & in
collegiatis devote Deo serviunt, quibus
contentiones, lites, levitates, evaginatio-
nes, confabulationes, & ceteræ disso-
lutiones admodum displicent.

Exemplum denique sumatur ab Ec-
clesiis parochialibus, ad quas gratiæ A-
postolicæ se se non extendunt, quibus de
idoneo Rectore seu curato ciuiis provi-
detur, quam his, quæ sub gratiis cadunt:
quippe quæ interdum propter diversos
colligantes, variisque ipsorum astuti-
as, ad biennium aut triennium certo &
idoneo pastore caverunt. Et cum vi-
tandem aliquis Curtisanorum viator a-
liorum in parochia aliqua utcumque e-
vaserit, vel in ea non residet, vel si resi-

ad Deum preces a populo neri, exhortetur.

Non sic contingit de Ecclesiis parochialibus, ad quas Curtiani seu curiales per gratias Apostolicas non admittuntur. Exemplum sumatur de Ecclesia parochiali Friburgensi, Heidelbergensi, Basdensi, Ulmensi, Francofurdenisi, ad quas, cum vacant, è vestigio de idoneis Rectribus salubriter, absque omni lite, multa pecuniarum effusione providendas, vel Universitates, vel Senatus, jus presentandi habentes, mature & statim deliberant, & ad Dei honorem, animarumque salutem, bonos atque doctos viros eis absq; controversia præficiunt: qui personaliter residenter, per seipso prædicant, populum verbo & exemplo edificant, ac suas oves in viam salutis (ut veri pastores) dirigunt, de quo summis Pontificibus, pastoribusque nostris gaudendum & exultandum esset: qui & recte agerent, si ad similes quoque curatos in aliis locis fidei populo præficiendos, sint cooperaturi.

Ipsi enim de animabus omnium Christianorum fidelium, precioso ejus sanguine redemptorum, exactissimam Domino Deo, in extremo iudicio rationem sunt reddituri: sicut Julius secundus summus Pontifex noster, in exordio Bullæ sua contra Joannem Bentivolum, sponte & humillimè consitetur. Et Platina in Celestino V. eidem reverendissimos dominos Cardinales affirmasse, narrat, omnia mala, tum accidentia, in die judicii sibi imputatum iri.

De Electione.

Generalis reservatio omnium Ecclesiæ, monasteriorum, & dignitatem electivarum, per Romanum Pontificem fieri non debet: neque factis est utendum, præterquam in terris Ecclesiæ Romanæ subjectis.

Quod omnibus illis ecclesiis per electionem & confirmationem canonicam, secundum juris communis dispositionem, provideatur.

Quod privilegiis & consuetudinibus rationabilibus per hoc nomen derogatur.

Nec summus Pontifex contraveniat, nisi ex legitimis causis in bullis nominati expressis.

Papa in assumptione sua juret, haec se observaturum.

Electione Prælati vel Episcopi facta, confirmator non solum (ratione confirmationis) aliquid quantumcunque parvum non exigat, sed etiam gratis oblata sub nomine subventionis, subsidii, gra-

Qui his contravenerit, ipso jure confirmationis perpetuò sit privatus.

Nec summus quidem Pontifex aliquid pro confirmatione accipiat: alioquin futuro concilio deferatur.

De reservationibus.

Omnes reservationes revocantur, exceptis illis, quæ vel in corpore juris expressæ sunt, vel in terris Ecclesiæ Romanæ subjectis sunt.

De Collationibus.

Præter damna, quæ in procœmio narrata sunt, alia etiam incommoda oriuntur ex multiplicatione gratiarum expectativarum.

Primò, quod clerici in gratiis patrimonium & parentum opes exhausti sunt.

Secundò, quod hi, quibus aut major proximum circumveniendi astutia, aut ad litigandum facultas suppetit uberior, beneficia sibi vendicant.

Tertiò, quod sub involutionibus prærogativarum, aut antelationum, & aliorum hujusmodi gratias concomitantium, plurimæ fraudes committuntur.

Propter istas & alias in procœmio expressas causas statuit sancta Baillensis synodus: quod summus Pontifex gratias expectativas aut nominationes amodo nulla ex causa concedat.

Potest tamen disponere Papa de uno beneficiio ad collationem, in qua decem: & de duobus ad collationem, in qua fuerint quinquaginta & ultra beneficia.

Locus est præventioni, si ordinarii sint negligentes.

Ordinarii hunc ordinem in conferendis beneficiis & dignitatibus servent.

In omnibus Metropolitanis & cathedralibus Ecclesiis sit Theologus. Tertia pars præbendarum conferatur gradua- tis, præcipue Theologis: nisi forte esset, qui duas prius obtineret præbendas, quarum una ad estimationem valeret ducen- torum florenorum Cameræ, hoc est du- catorum.

De parochialibus Ecclesiis sic provideant ordinarii.

In Ecclesiis parochialibus, qui in ci- vitatibus aut villis muratis existunt, instituantur personæ idoneæ, quæ ad tres annos in Theologia, vel altero Jurium stu- dierint, seu magistri in artibus sint.

De numero Cardinalium.

Ecclesiæ Romanæ Cardinales sint nu- mero tantum viginti quatuor: nec a

quarta pars de imaginis aut incertis
Theologiz. Paulus vero ex eis sicut filii,
fratres, aut nepotes Regum & magnorum
Principum. Reliqui, ut nimis prolixo,
omisi: videat Lector authorem ipsum.
Habet etiam Robertus Gaguinus quodam
de Prag: sanctione, de quo Anno
1494.

Nicolaus Kus.

Nicolaus Kus, sacerdos Rostochiensis,
magister & baccalaureus (ut vocant) for-
matus Theologiz, reliquit prolixum li-
brum, impressum Saxonica lingua, titulo
de Triplici funiculo. Est autem expo-
situs Symboli, Decalogi, & orationis
Dominicæ, in qua multa contra Papam
disputat, præcipue autem hæc: Indulgen-
tias esse meram deceptionem priorum,
& quæcumque: veras Indulgentias contin-
gere à solo Deo gratis, propter Chris-
tum, omnibus vere pœnitentibus: Pa-
pam non eam potestatem habere, quam
ei multi tribuant: nec audiendum, nisi
recta præcipiat. Sanctorum osia non es-
se adoranda: Sanctos non esse invoca-
dos: Spirituales debere dare censum, &
subesse magistris.

Reprehendit quoque traditiones hu-
manas, varios abusus, & superstitiones.
In primis vero gravissime insegnans est
spiritualium turpissimam vitam, & offi-
cii neglectionem. Dicit, eos Antichri-
sti ministros esse. Habuit etiam suos au-
ditores, eosque non paucos. Soliti e-
nim sunt Rostochium ex Bohemia veni-
re certi homines, haud dubie Waldensi-
um concionatores, qui cum ipso & aliis
sua doctrina hominibus proprios con-
ventus habuerunt.

Sed excitata est ab impiis contra per-
secutio, multique cives sunt propterea
expulsi. Nam præter alia, etiam illud
contra eos commenti sunt: solere illos
nō eum convenire, & in illis suis conventi-
culis promiscuas libidines exercere. Qua-
re vulgo dicitur, id est, oscularum cellario.

Ipsius Nicolaus Kus primum ob persecu-
tionem coactus est Rostochio Westma-
riam secedere, ubi circiter sesquiannum
vixit. Unde reversus denuo Rostochi-
um, rursus ob novam persecutionem in
Livoniam abiit, ibique diem suum abiit.

Scipit harmonias Evangeliorum.
Apparet, suisse hominem doctum & dili-
gentem. Eius in humanioribus studiis
discipuli fuerunt hi duo prii & docti vivi,
D. M. Conradus Pegellius, & D. M. Vi-
tus, fidelis Christi minister ad sanctum
Ioannem in urbe Rostochiana.

Liber ipsius an ante mortem vel post
sit impressus, ignoratur: certum tamen
est, quod in libro eius

bona conseruari, & pleraque exsiste.
Bonus quidam vir unam arcum plenam
illis exemplaribus in terram defoderat,
quæ usque ad Lutheri tempora sub terra
fuerunt. Quare & pleraque computru-
erunt, eoque paucissima extant, non
illæsa tamen à putredine. Cat. Imp.
Maximiliano 1. P.P. Julio 2.

Edictum Maximiliani I.

Summum Ecclesiaz Pastorem, & om-
nem clerum, exemplo charissimi patris
nostræ Friderici Romariorum Imperato-
ris tertii, hancenus venerari, non parvos
dignitatum & Ecclesiæ parochialium
proventus exterrarum nostrarum fini-
bus, clericis & prælatis absentiis, in-
ferri, clementer permisimus: quos &
clam pro humana fragilitate delinquen-
tes, cum Constantino prædecessore no-
stro, chlamyde operire non dediguar-
mur. Verum cum ex nostra largitate
ini cultus decrementum profluat, unde
divinæ laudis, Psalmorum & Missa-
rum amplificatio debuerat profici: :
nostra interest (qui absque meritis in so-
lium Romani Imperii electi sumus) ut in-
ter ceteras maximas pacis & belli occu-
pationes, vigilanter quoque circumspic-
iamus, ne Ecclesiæ pereant; ne religio
labascat, ne divinus cultus diminuitur,
& ne animabus defunctorum (qui Ecce-
siis & sacerdotibus de suo patrimonio
beneficerunt) contrâ ultimas ipsorum
voluntas tardius succurratur: quod
manifestissime experti sumus, & indies
experimur, ex incessibili atque à nullo d-
spensabili quorundam avaritia proveni-
re, qui in beneficiis assequendis nullum
finem constituunt: per quorum absentia-
m (cum in uno solo personaliter residua-
ant, & distributiones deserviant) divi-
nus cultus diminuitur, ultimæ benefac-
torum voluntates cassantur, defunctoru-
m animæ tardius ex igne purgatorio eripi-
untur, edificia labant, Ecclesiæ decres-
cent, Ecclesiastica libertas luditur, &
monumenta perduntur, hospitalitas &
eleemosynæ minorantur, patrimonia
parentum & nervi Rerum publicarum ex
crebris hujusmodi auerorum colligati-
omibus evanescunt: clerici pro doctrina
sua & virtute beneficiis digni, suaque pru-
dentia Ecclesiæ in temporalibus & spi-
ritualibus utilis, à præbendis repelluntur,
impeditiuntur, indigne vexantur, injuste
eis lites moventur, scandala laicis præ-
bentur, ipsorumque odium & mutmut
in reliquos honestos sacerdotes excita-
tur atque augetur.

Eas ob res ex officio Cæsarez Majesta-
tis, ei amore incrementi cultus divini-

civitate, canoniciatum aut vicariam pos-
sident, in altera ejusdem civitatis Eccle-
sia aliam præbendam occupet, nisi pri-
mam infra spatum anni in personam i-
doneam ac Ecclesiæ utilem sit dimissurum:
neque alium in beneficiis assequendis
per injustas lites aut ambages indignè ve-
xer, aut circumveniat, nec quemcunque,
qui non sit de numero descriptorum fa-
miliarium, juxta concordata Principum
& paœta nationis Germanicæ, falso, fami-
liarem fuisse, fingat, in ordinatorium
collatorum præjudicinm.

Nec Laicis jus patronatus auferre ten-
tet, nec exiles præbendas, potissimum
verò curatas Ecclesiæ, pensionibus gra-
vet. Nec adipiscendis beneficiis & bul-
lis quacunque fraude, dolo, falsis instru-
mentis, corruptis testibus, simonia, et
iam palliata utatur. Neque regressum
aut alia sacris canonibus inimica, contra
jus, & equum, honestum, & rectam ratio-
nem impetrare præsumat, sub poena cri-
minis læsæ majestatis, & gravissimæ no-
stræ offensæ: quam non solum ipsos, sic
contra Deum & honestatem omnem ex-
orbitantes, sed & omnes eorum factores,
auxiliū, consilium, hospitium, & mu-
tuuum eis dantes, omnesq; nuncios, cur-
sores, sollicitatores, notarios, procurato-
res, fideiussores, & reliquos amicos inci-
disse volumus, condignam pro tantis ini-
quitatibus & nostri hujusmodi mandati
contemptu, pœnam accepturus. Ex Oeni-
pone.

De eodem-

Hic magnanimus Cæsar cum Augustæ
Vindelicorum D. Martinum Lutherum
conficeret, compellavit ipsum, ac de-
mulcis eius humeris ad circumstantes,
Hem prob Deum, inquit, finite nobis,
quælo. hunc monachum mures capere.
Hedio. in Ecc. hist.

1511. *Ringmannus Philesius in descript.
Europæ, & Guillelmus Caxtonius in
Chron. parte 6.*

Anno millesimo primo, ajunt, septem
Imperiales Electores constitutos esse,
cum ordinatione quadam in perpetuum
duratura: sc: ut deinceps autoritatem
omnem à Romana bestia caperet Cæsar.
Hac occasione plumas nonnullas amisit
Aquila, quæ & tandem relinquetur nuda.
Imp. Max. 1. Papa Julio 2. V.S.

1511. *Antonius Rosellus I.V.D.*

Vir prudens iste & bonus, ut quidam
historici testantur, doctus certè, ut ejus
scripta indicant, scripsit librum titulo

Illi. 1511. Imp. 1. Iulio 2. V. S.
Gloria Cæsari. In patre, nec omnius ne-
bulo gladium temporalem. Affert quoq;
multas rationes, cur Papa non sit superi-
or aliis Episcopis. Imp. Max. 1. PP. Iu-
lio 2. V. S.

Idem. Christus plerumque & multo-
ties non est cum Papa.

1511. *Marquardus Grater, Patricius
Biberacensis, Suevus.*

Hic, arreptis Bibliis, acerrimè contras
sacrificulos disputavit, & Papam magnū
Pfaffum vocavit. Et certe nulla urbs im-
perialis est, quæ non habuerit, in medio
Papatu, viros animose contra illum intra
mœnia pugnantes. Pantal. prosop. part.
3. Imp. Max. 1. PP. Iulio 2. V.S.

1511. *Iulius 2. PP. Ex annalibus
Galliarum.*

Neque verò prætereunda hoc loco vi-
detur exsecratio, quia Rex Galliarum Ludo-
vicus XII. unā cum Ioanne Navarro Re-
ge, cognato ac populari suo proscriptus
est. Nam anno 1511. quo tempore bel-
lum illud inter papam Iulium secundum
& Regem Galliarum Ludovicum XII. patriæ
suae parentem appellatum, vehementissi-
me exarserat, ac tyrannus ille furiosus
eundem regem brutis suis fulminib⁹ ter-
rere conabatur, ejusq; regnum prædz ac
direptioni exposuerat, regnabat in Na-
varris Ioannes hujus Henrici 4. proavus.
Iscum & in Galliae regno natus esset, &
Galliarum regi propinquus, & propter magna-
quæ in ipius regno possidebat feuda, ejus-
dē cliens ac vasallus, rogarat a rege Ludov.
est, pro senioris jure, & clientelarum feu-
dalium institutis, ut sibi adversus hostem
suum auxilium adduceret. Navarrus sui
erga regem officii non immemor, mature
coactis in regno suo peditum equitumq;
copiis, tantum in Galliarum fines adduxit
exercitum, ut regnum suum viris propè
nudatum ac destitutum telinqueret.

Qua re cognita, Papa Iulius confessim
cum Hispanorum rege Ferdinandō (cui
tum primum catholici cognomentum a.
1492. imposuit) per internuncios agere
instituit, ut celeriter copias compararet,
Regisque Navarræ absentis ditionem in-
vaderet: polliceturq; se & Navarrum pro
hæretico ac schismatico proscripturum,
& ipsius regnū eidem pro præmio addi-
eturum.

Ferdinandus tantam rei gerendæ oc-
casione natus, sibi non deesse voluit.
Promulgata in Navarrum regem ex-
ecratione, manus cogit: atq; in vicini re-
gis absentis fines ingressus, primum urbē
primarum

occupat auctor eque dictum est / Papa Iulio, bono, & sine illa dubitatione idoneo: si modo in regula juris, qua dicitur, cum iustè possidere, qui pretore auctore, scriptum esset, Papa auctore. Imp. Maximiliano I.

Bellicosus hic Iul. 2. Papa obsidioni Mirandulæ interfuit, & tormenta ipse collocavit, & displosit. Unde Wicelius in Chron. Marti eum, quam Deo deditorem fuisse, scribit.

Papales iuxætias.

Anno Christi 1512. Papa Julius 2. bellicosus clericus. 27. Martii ipso S. Pascatis die signa contulit Ravennæ cum exercitu Regis Galliæ: ubi ex utraque parte acriter dimicatum fuit. Pugna tamen cecidit Pontificis miles, & Victoria amissa succubuit. Devoravit acies plures, quam sedecim millia hominum. Et tum, cum hoc nuncium deferretur ad Pontificem, sedebat ad quendam caminum ignis, legens in quodam libro precum: auditio autem malo, quod fecisset contra se Dominus, indignatus abiecit librum in flammam & balsphemare capi solemnitatem Deum, in hæc verba erumpens: *Sis ergo Gallus in omnium Diabolorum nomine, &c.*

Quidam dicunt, eum, coniecto in igne volumine, addidisse: preceatur igitur porto Diabolus.

Impiissimus fuit Papa, nihil omnino curans religionem: sive ipsius ire in castra, & ad milites, & ad milites, ac armamentaria consueverat, quam ad tempora: dixisse fuit, se librum S. Pauli clausurum, & usum gladio Petri. Præcipue delectabatur ganeonibus, & illis, qui rapaces & gula exercitiis dediti erat maxime. De quo vide Poponem de Lapide, Chro. Plat. Hedonis 4. par. & colloq. Luth.

De codem.

Eodem circiter tempore in quadragesima, Iulius 2. Rom. Pontifex Jubili gratiam profabrica Basilicæ S. Petri Romæ, in Polonium destinavit. Ea res initio non successerat: ne vero frustrâ tentata esset, Reip. due & Pontifici una pecuniam summæ partes, seu tertie admisit: duæ partes integræ in Reipubl. defensionem contra Tartaros erogatz, tertias Fuggari mercatores, summi Pontificis ius, perceperunt, cessit in haec gratiam summa non modica. At magis forte rebus exusu erat, arces in confiniis gentilium pro Reip. Christianæ defensione extrucere, quam pecunias Romanum mittere, & ut diri Petritemplum (postea nunquam ædificandum forte) diueretur, occasionem præbera. Hoc mihi

nudum. Mercator.

Ioannes Syringus.

Vixit Magdeburgæ docttor Theologiz. 1512.

& summi templi canonicus, & concionator, nomine Jo. Syringus, clarissimi viri D. Joannis Syringi jucis prudentis patru.

Docuit amplius 30 annos. Multi testantur, eum crebro iudicatum etiam in concionibus dicere: *Das der Pfaffen thun nit rechte wer/ sie müsstē fallen/ eorum religione non esse sincera/ necessario ruituram: multaq; in eam sententiam spē discri- te solitum.*

Dicitur etiam pasim in suis Theologicis libris in margine adscriptis, ubia liqua parum vere sententia in textu fuit, hæc verba: sic nunc sentit communiter Ecclesia, sed contrarium ex scriptura probari potest.

Alioquin eum admodum piè ac religiosè vixisse, multi affirmant. Sed adscribam aliquot ejus dicta.

pag. 70

Zum Ersten hat er also pflegen zu sagen zu seinem Bruder Emmeran Scheyrinh: wenn er mit ihm redete: Lieber Bruder, du bist ein rechter Pfaffenfeind, als ich wol vermerkt und aus deinen reden wider sie verstanden: Aber das sei dir gesagt: das die Pfaffen (welches ich nicht, sondern du wol erleben und mit der Zeit erfahren wirst) welche ich so hoch hab, solchen Anhang an ihnen haben und so gross vor der Welt geachtet seyn, so hoch sie jetzt geachtet und geachtet seyn, so veracht werden sein, so hoch sie ist geachtet und gehext sein. Doch Gott mög sie straffen. Und wann ihr Wesen und Abgötterey welches doch nicht recht, sondern ein Teufelsch und Abgöttersch wesen ist noch lenger stunde, und zunehme, und Gott seine Macht an ihnen nicht bewiese, und strafete, und sie weidlich angriFFE: so würden sie mit ihrer Abgötterey und falschem Gottesdienst die ganz Welt verführen, und unter sich bringen. Aber ich weis fürwar, und bin des sicher und gewiss, sie müssen fallen, und einen grossen Anstoß erleiden: darumb, das ihr wesen nicht recht, noch Gott gefällig ist.

Zum andern, hat er unter andern auch also gesagt: Es ist ein solches böses und giftiges Kräulein umb die Gotteslästerlichen Pfaffen, das, wann einer mit einem Pfaffen zu thun, oder zu kriegen hat, des Sachen schwerlich mit ihm kan vereinigen, und zum guten Ende gebracht werden, dann sie lassen nicht ab von ihren bösen Zücken und Stücken, es sey denn das man den Pfaffen die Köpfe verschlage, und so ganz und gat aufröte, das man von ihnen weder zu reden noch zu singen weiß.

nem Ort zum andern / aus einem Buch zum andern / so finde ich nichts / denn das an allen Orten vom einen hie / von andern dort / die Wahrheit eigentlich hämmerlich verschäfster ist worden: Und daß der böse und arge Feind der Teuffel / an allen Orten seinen Dreck auch mit untergemenget und gesetzt hat: Das mir so schwer unnd angst darüber wird / das / so ein Mäuslein oder Vogelein in der Stuben ein geraspel oder gekritzelt hat (welches ich nicht wol leiden könnte) ist mirs schon entfallen / was ich studirt und zusammen gelesen habe: So schwere und so grosse Arbeit kost es auff das man die Göttliche Schrift recht verstehe / unnd von dem Teuffels Dreck / und Abgötterey / damit sie von vielen verschäfster / und sein aufgespicket wird / recht und rein absege und unterscheide.

Zu dem/ hat er auch oft gesage: wenn der liebe getreue fromme Gott / keinen aus gnaden erwecken würde/ der uns die Heilige Schrift klar an den Tag gebe/ so würde auch keiner mit freyem Hergen und guten Gewissen eine rechte Predig thun. Der halben werde er nicht wissen/ was recht oder unrecht ist. Aber Gott wird die Lästerung seines Nahmens nicht leiden/ und sein Göttlich Wort an den Tag geben. Hat auch pflegen das Volk zuermahnien / das sie nicht recht daran thun / das sie einen Heiligen hies den andern dort für einen GOTT anbeten / welche doch ohne den rechten Gott / Schöpfer alles das/ so im Himmel und auf Erden lebt und schwebet/ nicht ein Augenblick ihr Leben erhalten können/ und sollen andern helfen?

Hat auch die Pfaffen mit predigen / lesen / und an allen Orten sehr heftig gestrafft: Das ihr thun und Leben nicht rechtes / und stracks wieder Gott und sein Gebot schen. Darvon er der Pfaffen ungünst auff sich laden/ und sind ihm selbige nicht gut gewesen.

Clarissimus vir D. D. Ioannes Syringus, ejus nepos, morienti affuit, ac dixerit affirmat: illum ante integrum quadrū diem & horam mortis suae prædixisse: quo toto tempore diligenter se promissionibus divinis de gratuita misericordia per Christum, neglectis omnibus humanis meritis & præfidiis, sit consolatus: atque ita tandem eum ter repetito dicto, In manus tuas commendo &c. fidentem Deo, læto ac constanti animo expirasse. Unde clarissime apparet, cum cum de aliis tunc & de justificationis articulo rectissime nobiscum sensisse: quin & propheticō spiritu futura prævidisse. Cat. Imp. Maximiliano I. PP. Julio 2. V.S.

Pag. 31. *Ioannes Multivallis, Et Pe-*

num ac avis caput, vultus ergo, et utrumque, in medio pectore ypsilonon, & crucis effigiem habebat.

Aliqui interpretati sunt, cornua superbiā & ambitionē: alas levitatem, & mentis inconstantiam: carentiam brachiorum, defecum virtutum & bonorum operum, oblivionemque Dei: pedem rā pacem rapinam, usuram, & omnimodam insatiabilem avaritiam: oculum in genu solum ad res terrenas mentis defectionē, & apparentiam: utrumque sexum Sodomiam denotare, & propter haec vitia Italiā sic bellicis contritionibus quat, Regem autem Franciæ non sua virtute id facere, sed solum esse Dei flagellum: Ypsilonon vero & crucem signa esse salutis (nam Y figura est virtutis) ideo si ad virtutem recurrent, & ad Christi crucem se convertant, ab his pressuris & tribulationibus respirationem, & pacem, conquassationibus desiderabiliorē esse habituros. Idem Hedio & alii Imp. Max. I. PP. Julio 2. V.S.

Petrus Boaistea, Launaeus, Et 1511.

Claudius de Tesserans, Galli.

Hi scripserunt Historias prodigiosas, ex quibus multa ad nostrum propositum essent aptissimæ: quæ tamen brevitas studio omittendæ fuerunt.

Ioam. Keisersberg.

1511.

Argentinæ magna in eximatione apud Cæsarem Maximilianum Ioannes iste flourit. Septimo autem ante anno, quam à Lutherò Pontificiæ fortes ab Ecclesia removerentur, qualem ille virum avidissime semper exspectabat, percipiens eō vita pertingere, uti coram futuram illam Reformationem cerneret, humanis rebus est exemptus.

Hic porro in flagitia clericorum, quæ tunc pasim inveteraverant, acerrimè est inventus, asinam eorum ruditatem, negligenciam atque intolerabilem impietatem sacra detestatione perstringens, sēpenumero dicendo: quod, cum olim lignei fuissent calices, ac aurei sacerdotes, hodie aurei calices, lignei sacerdotes in Ecclesia viderentur.

In primis autem mirum in modum Monachis infestus erat, & qui inter eos nigræ camisia ordinem assumerant, appellare solebat Diabolos: qui vero alium induerant cucullum, hos Diaboli matrem esse, dicebat: qui medii tandem coloris erant, & cineracea toga incedebant, istos progeniem illorum superiorum, ac sobolem esse, afferebat, hoc ipso numerus.

Idem scripsit libros variis titulis: Sacrum fidei, catellum Zeli divini, Calceum virtutum, pecuniam tribulationum, pileum patientia, pallium charitatis, colum apertissimam, Baculum imperii, Chirothecas indulgentiarum.

Non male alijs sensit de religione: abusus taxavit multis in locis, patres indulgentiis nullis usos, dixit, & quare nam Indulgentiis niti esse, propriis satisfactionibus neglectis, impiè agere. Non enim opus esse Romam ire, sed domi suz pie & bene agere, & alia.

Invehitur autem subinde in suis scriptis, in corruptissimum prælatorum statum: accusat eos, quod sint indocti & dishonesti, sintque causa omnis mali in populo. Dicit, eos pravos successisse prioribus prælatis, qui olim boni & veluti se pes quædam Ecclesiz fuerunt. Quare jam ipsorum culpa prodi & dissipari Eccliam. Monachos parùm & quos habuit. Arguit & Romanam Ecclesiam erroris non segniter. Est quoq; solitus in publicis concionibus hanc questionem proponere: Eja, Qui sunt illi homines, qui incedunt rati, sicut moriones: testa facie, sicut infames: & fune vincti, sicut fures? & postea sibi ipsi subjecere: Sunt monachi Franciscani, nudipedes. Improbavit damnationem Vesalii, dicitq; invidia monachorum damnatum. Habeo plura alia utilia dicta & scripta hujus viri, sed omittenda fuerunt.

pag. 32. D. Andreas Proles, Augustinianorum provincialis.

Hennigus monachus Augustinianus, in porta cœli sic de D. Andrea Prole Lipsensi narrat: Me vivente, erat Prior nostri monasterii D. Andreas Proles Lipsensis, vir doctus & magnianimi, bonumque pro Christiano populo zelum habens. Ab ipso sepe audivi, inter prælegendum, hæc verba:

Auditis, fratres, testimonium Scripturarum sanctarum, quod gratia sumus, quicquid sumus: & ejus gratia habemus, quicquid habemus. Unde igitur tantæ tenebræ, & horrendæ superstitiones? O fratres, res Christiana opus habet fortis & magna reformatione, quam quidem jam prope instare video.

Quarentibus fratribus, quare ipse non inciperet reformationem, ac erroribus se seOpponet, respondebat: Videbis, fratres, me esse tate grandevum, corpori & viribus debilem: & agnosco, me non esse præditum tanta doctrina, industria & eloquentia, quantum hæc res postulat: sed excitabit Dominus heros.

cere ausit: & ipsius ministerium salutare, Dei beneficio, conperietis.

Solitus est etiam sepe dicere inter prælegendum: Regnum Papæ magnam minatur ruinam, quia nimis alte & nimis citato crevit. Hæc restatur prædictus frater Hennigus, se sepe ex ore D. Andreae Proles audivisse. Hunc ipsum D. Problem, jam decrepitum, vidit & audivit D. Martinus Lutherus, ad modum tamen juvenis, Magdeburgæ.

Testatur & sequentia Hennigus, vocatum esse prædictum D. Problem paulo ante mortem ad synodum quandam, ut potè jam provinciale, cuius locum ac nomen ipse ignorat: quidam suspicuntur, esse eam, quæ primo fuit Pisis indicata, post Mediolani acta, & demum in Laterano circa 1510. an. absolta. Ibi cum ageretur de indicendo nescio quo novo festo, omnesque id probarent, solus iste D. Proles contradixit, & usque infinitem contradictrum se, affirmavit quod populus Christianus sanguine Christi liberatus, alioqui nimis effter traditionibus oneratus. Tentavit Papa unà cum concilii patribus, seu potius suis adulacoribus, Problem à sententia sua dedecere, & ut revocaret, persuadere: sed frustra. Quare Papa eum excommunicavit.

Proles, contemta excommunicatione, ad suos confugit. In hac fuga, ut ipsi met postea narrat: est solitus, persuasus à comite, emit arcum & sagittas: quemcumque diebus aliquot gestasset, tandem secum cogitans, causam eam non suam, sed Dei esse, quæ nec opprimi potius mundi armis, nec defendi possit, quanto minus à decrepito & debili fene: arcu unâ cum pharetra ex curru in itinere projectit, seq; Domino commendavit.

Affirmavit quoque, sepe in eo itinere in maximis fuisse periculis, quod ei Papa insidiatores subornarat: ex quibus, si non fuisset divinitus protectus, nequaquam evadere potuisset.

Demum reversus, narravit fratribus omnia ordinis, qui pietate & gravitate viri moti, cooperunt primum contemnere excommunicationem: ac fuit anno integro in excommunicatione: quo tempore etiam gravius, quam antea, errores ac superstitiones Papæ reprehendit.

Verum tam multum tandem actum ac laboratum est ab Archiepiscopo Magdeburgensi Ernesto, Duce Saxonie (qui cum eo, quod in suo Episcopatu ageret Proles, tum quod Lipsiae erat natus, de eo homine & causa erat solicitus) ut tandem Proles à Papa absolvatur.

quodam sui ordinis monacho, obviam ipsi missum, immittere sibi Romæ à Papa certum exitium. denuo in Germaniam cœpit fugere. In qua fuga, ob extremum senium parùm ja&ationis patiens, incidit in morbum: ac vix usque Ciclenbachium perlatus est, ubi in Domino obiit, & in Augustinianorum monasterio sepultus est. &c. Illyr. Imp. Maximiliano I. PP. Julie 2.

1511. *Bernhardus Liblinensis.*

Bernhardus scriba magnifici domini Pilecii, in quadam epistola an. 1515. Dominica Lætare scripta, satis clare subindicit, se plurimos Papæ errores damnare. Inter alia dicit: Extra Evangelium nullas planè hominum constitutiones curandas, quia sine illis salus hominum constare bene possit: quo traditiones humanas reiicit. De primatu Papæ dicit: impossibile planè esse, totum mundum uni parere: satis esse, si Christo solum credatur. Salvari etiam eos, qui nihil de Papa sciunt: nec ab eo ullam autoritatem petant, aut accipient. Ait, miserissimam esse Christianorum sortem, quibus etiam manifestè veritati, propter decreta hominum, assentiri non liceat. Affirmat, Papas adeo non idem sentire, ut, quæ alter approbaret, alter damnet, & contrà, &c. Scribit, adulatores Papatum nihil non Papis tribuere: & non ferre, ut quisquam quicquam, etiam pio zelo, de Papis dicat, cum illi interea contra Deum multa dicere & blattere non vereantur. Omnibus seculis, & fermè in omnibus Christianitatis locis, fuerunt aliqui rectius in multis sentientes, sed non omnia dicere audentes. Cat. Imp. Maximiliano I. PP. Julio 2. V. S.

1512. *Ioannes Matthesius in suis de Lutheri Concionibus.*

Lutherus cum Roma rediret Wittembergam, anno Christi 1512. etatis sua 29. eo ipso die, quo ante decennium Schola ibi aperiebatur. Sacra Theologiz Doctor creatus fuit, insinu & suau Eleitoris Saxoniz, Ordinisque Augustini, & Academiz ibidem: quorum omnium voluntatem cum D. Staupitzius ei, ut Doctoratum assumeret, declararet, recusavit vehementer, & petiit, ut aptior diligeretur: cui Staupitzius subridens respondit: Apparet, præ foribus esse, quod Deus in celo & in terra multa negotia tractaturus, ad quæ doctorum hominum opera utetur, ideoque & tuo Deus labore utetur. Imp. & PP. V. S.

pag. 33.

Mirandula & Concordia, ad Leonem X. Pont. Max. & Concil. Lateran. de formandis moribus,
oratio habita anno

D. 1512.

Siquis fortasse cuperet, in sacratissimo N. Christianæ Republicæ conventu, atque consensu, de ferendis legibus ad frenandam malorum hominum audaciam, ut verba fierent: ipse secum cogitet prius, quo pacto sit opus eos plebi, qui eas quæ à majoribus nostris rite posizæ, maximoque habitæ in precio sunt, & habuere contemtui, & nunc maximè habeant. Nec dubitat de moribus hominum, qui tamdiu collapsi jacent, initaurandis, & ad normam positarum jam legum redigendis, orationem ante omnia haberi oportere.

Nam tametsi quidem duxerim, controversiam referri debere ad sacrosanctâ istam synodus de legibus quibusdam ferendis, præstare tamen existimo, ut è principibus viris, ut à Cardinibus ipsis, quibus tota nostræ Christianæ Republicæ moles vertique regique convenit, sanctissima antiquorum decretorum patrum, & honestissima instituta custodiantur, quod si fiat, populi facilè Antistites ipsos tanquam animatas & vivas leges sequentur, atque ad normam pietatis & veræ disciplinæ revocabuntur.

Novâ consulta atque decreta neutram aspernior, sed veterum custodiam sanctionū in primis duco necessaria jam ad ea, quæ jam prolapsa desluxerunt, piis primū instauranda moribus, sicutis deinde legibus vincienda: adeo ut, Censoribus, ut vindicibus legum ipsarum atque assertoribus magis, quam legislatoribus opus esse, non negem.

Et quanquam hac de re differendi manus esse onus, quam ut ferre facilè queam, non sum nescius, (nam valentioribus egeret humeris, & vires robustiores expliceret) tamen quod suapte natura pertinet ad omnes, id à me alienum esse. non cogito. Quod si ad hanc diem in tanta eruditissimorum hominum turba, vel unum quempiam conspexisset, qui hoc item exakte sibi ascivisset, nihil omnino cessandum putasset.

Sed cum de statuendis legibus sepenso sermonem habitum nōrim: de legum custodia vel tenuem, ut sunt hominum varia judicia, variis rerum occasiobus motu: non abs te mihi visum est fore, si quæpiam afferam, ut facilius ad memoriam revocarentur sanctissima priorum instituta, quibus observatis, nostra Christiana Republica tranquilla est semper.

calamitatis proliplia fuisse, ut fructu nunc, Pater sanctissime, Leo decime, & vos Ecclesie Cardines, & Antistites, con ventum haberetis, ut in meliorem statum redigi quiret.

Optabam certe, ut ex doctissimo rum hominum numero aliquis hanc sibi provinciam desumisset, ut majorem & autoritatem, & potestatem in audientium animis habitura esset oratio, sed nulla fortassis veritas, puraque simplicitas viribus non carebit.

De luxu, de libidine, de avaritia vitanda, positas esse leges ab antiquis Patribus, nemo est, qui nescitat. De pietate, de justitia, caterisque virtutibus traditas esse normas, vel merudici novare, eas partim negligi, partim jacere, plus etiam quam volumus, experimur.

Multi nostræ Principes Reipublicæ priscam simplicitatem in astutiam, castitatem in nequitiam, liberalitatem & parsimoniam in luxum & avaritiam convertere.

Apud plerosque religionis nostræ primores, ad quorum exemplum componi atque formari plebs ignara debuisset, aut nullus, aut certe exiguis Dei cultus: nulla benè vivendi ratio atque institutio: nullus pudor, nulla modestia: justitia vel in odium, vel in gratiam declinavit: pietas in superstitionem penè procubuit: palamque omnibus in hominem ordinibus peccatur sic, ut sepen merò virtus probis viris vicio vertatur, virtù loco virtutum honorati solesent ab his, qui suorum criminum quasi septa, & tanquam mœnia, & inauditam perulatiam, & diuturnam impunitatem esse, putaverunt.

Hi tibi morbi, hæc tibi vulnera sananda sunt, Maxime Pontifex: alioqui si mederi (quoniam id ad te multis de causis potissimum spectat) recusaveris: ve reor, ne non fomentis jam, sed igne ferroque īs, cuius vices geris in terris, membra ipsa affecta dissecet, atque disperdat: signa jam dedisse illum ejus futuræ medicinæ, planè crediderim. An puellæ Deo dicatæ, in Brixiana direptione à religiosissimis abstraetæ templis, cesserunt militibus loco prædz? An in Ravennati excidio sacerdotes trucidati? An in Prætensi clade sanctimonia olim celebratæ Virgines prostitutæ? Quid aliud, Pater sanctissime: quidnam aliud nobis intelligi dedere, quam sacras ædes & templa Lenonibus & Catamyris commissa, quam nefariis lapis optimi pastoris ovilia demandata: quæ dicata Virginibus olim sepe, plerisque in urbibus.

a perditis nostræ religionis desertoribus potionis amaræ, & luctuosæ, ni bonis eam moribus avertamus, ni precibus & supplicationibus, non ex summis labbris, sed intimis ex animi penetralibus, iratum placemos Deum, cujus ad hæc monita, & tanquam cœlestia rouriua non aures modò arrigere visi non sumus, ut resipiscamus: sed deprimere visi & tanquam Æthiopes ad prolabentis Nili strepitum obsurdescere, prava consuetudine affecti sic, ut audiamus suadentibus vitiis, obaudiamus in onenti Deo optimo, maximo, sapientissimo, qui, se contemni amplius à nostro seculo nolle, satis, arbitrator, indicavit signis atque portentis non parum multis, pestilentia, famæ, cruentissimis paulò ante præliis.

Quid enim aliud? ave si quid aliud, cur hoc tamen nostri insinuatum mentibus plane non tecum? per tot cœforum hominum millia, quorum cadaveribus & contexti sunt campi, & remorati fluviorum cursus, eorumque cruentæ superum mare, & inferum quasi quadam purpura infectum, nisi ut memoriam subeat, innumeræ in nos collata beneficia nobis non debere esse ludibrio: scilicet, Christus ille servator humani generis tantum sanguinis effuderit, ut qui eo sanguine non redivivi solum facti, sed dñtati etiam sunt, delicientur in plurimis? Quid plammarum feci mentionem, & scotorum præterii catervas, & greges exuletorum? & coemta & diventa fæcunda fæcunda?

Sperare poteram, Pater sanctissime, postquam ad supremum sacerdotii culmen evectus, non malis artibus, non pudendis, ut plerique olim, passionibus & mercionibus, qui per summum decus appetivæ, tua (ita mihi, ita non parum multis visum) gravissima humanitate fore aliquando, uti meliorem in statum reformaretur Christiana Respublica: sed nec omnino despararim, si adniti volueris, & tuz illi humaniti, lenitati, facilitati, aliquid supercilii, aliquid rigoris, non nihil pœnarum admiscere.

Danda est opera, Maxime Pontifex, ne quid detrimenti nostra Respubl. capiatatur. Bellum enim tibi cum multis: bellum inquam intestinum, periculosum, grave, quod avertendum est se veritate disciplinæ. Luxum cohibe cujuscunque ordinis: modum pone ambitioni, compescere indomitos & effrenatos libidinis obscenæ furores: suspectis sacerdotum (quod & legibus Fæcisit can-

illis & devorata piorum virorum patrimonia vindica, & effice, ut in bonos dipertiantur usus: ne amplius ab impuris heluonibus, ab omnium scelerum gurgitibus absorbeantur. Qui auctoribus sacrorum, pudendisque licitationibus invigilaverint, dent peñas temerariae mereantur. Qui non prospexerint commisso gregi, qui vanitati studuerint innumeræ, superstitionibus, commestationibus, pudendis exercitiis, & familiaribus oblectati, vel corrigantur omnino, vel amoveantur à sacris: quandoquidem omnia sedant exemplo, & pravæ consuetudine vitæ eos, qui bene morati, & egregiè instituti sunt, planè corrupti: ut hinc non plebis modò, sed omnis ordinis fiat lapsus in criminis.

Nec sanè mirum, quando, malum omne prodire de templo, Ioannes Chrysostomus censet, & Hieronymus scribit: se invenisse neminem, qui seduxerit populos, præterquam sacerdotes, quos quidem si probè institueris volentes, vel nolentes coercueris, universo Christiano orbi, ad bene de omni reformatione sperandum, quasi signum aliquid sustulisse videbere.

Potes, summe Pontifex, nec in terris aliis potest: & cum possit, debes: & cum debes, nisi volueris, & curaveris, ut fiat, quid sit periculi, ex probatissimis eisdemque divinis exemplis animadverte.

Succurrat, quæso, tibi vetustus ille sacerdos, in quem filiorum non vindicata scelera magna ex parte reciderunt. Etenim, qui præfunt aliis, non modò est opus, ut sint innocentes ipsi, sed ut & resistant nocentibus, eorumque mala facinora compescant.

Et tum quidem ex Lebere carnes tridenti fuscinula subtrahebantur ab illis: quod peccatum sacra Regum testatur historia nimis grande fuisse, quia homines à Dei sacrificio retraheret: nunc autem malorum cateruis exemplorum plumbignara, & à divino cultu, & ab omnī pietate deterretur.

Illi cum mulieribus ea tempestate dormiebant ad ostium tabernaculi, nostræ verò & in sacras ædes fit irruptio, & ab illis etiam (propter pudor) fœminæ abiguntur ad eorum libidines explendas, & meritorii pueri à parentibus commodauntur, & condonantur his, qui ab omni corporis, etiam concessa, voluptate sese immaculatos custodire deberent: hi postea ad sacerdotiorum gradus promoventur, statim flore transfacto, jam exoleti.

novere. Ac memini, puerum quendam in episcopi locum ascitum, quoniam litteras penitus ignorabat, per iocum, dum rogaretur, an magnos fecisset progressus in disciplinis, respondisse ingenuè: nondum se didicisse exordium eius orationis, quam de more sacerdotes prefari solent, divina facturi.

Novi &, qui annuas sacerdotii pecunias, commendatas eorum fidei, spuciosissimis voluptatibus & impendant, & impendisse glorientur. Hæc tu monstra, LEO Decime, tolerabis? Hæc & videbis, & patiens, inquam, ut ignari literarum, ut ad omnia magis apti, quam adtractanda sacra, per ignominiam & contumeliam abutantur divinis: & opes ad templam vel tuenda, vel instauranda paratas, ad sublevandam pauperum miseriam, à piiis hominibus, qui jam vita sunt functi, destinatas, in alienos & profanos usus convertant?

Scribit Hieronymus, eos, qui rebus Ecclesiæ abutuntur, similes scribarum esse, & phariseorum, & sacerdotum, Christi servatoris sanguinem mendacio redimentum.

Evidem nec Dionysii mysticam Theologiam, & divinorum dogmatano- minum, neque subtilitates hypotheseon, notionum, originum, & ceterarum disceptationum, quæ in Litera Parisiorum exagitatae ad nos manarunt, ab omnibus exquo sacerdotibus: si se tamen dedarent sacerdis literis, & præcellentium nostræ religionis Antistitum doctrinis navarent operam, multa sanè commoda ad bene bestisque vivendum consequi posse, non eò solum, quod multa disserent, & pro se magna, & ipsis utilia: sed quoniam eiusmodi studiis præstarentur, uti facilius illecebris sensuum nuntium remitterent, cum honestissimo in officio occupati, tum ab ipsis studiis admoniti, ad meliorem vitam nos esse natos & hanc, quam vivimus, plenam esse ignorationis, tenebris, si sensum, si humana solum placita sectari volumus: plenam ærumnarum, plenam calamitatum, si humanis fidere votis velimus: cuius etiam vitæ incommodis, & tanquam stimulis invitamus, ut ad eam, quæ futura est, libenter properemus.

Quis, quæso, mente paulum vegetierenon advertat, prima hac in vita magis ad dolorem homines, quam ad voluptatem natos? Tanto enim spatio nunquam aut bibere, aut comedere, aut vacare proliquisquam potuit: quanto aut sitiunt febientes, aut mendici & obsec-

poris, & humana tantum intuentibus oculis apparent, exigua videntur oculis spiritualibus, & æterna contemplationibus. Idque ipsum jure optimo, quandoquidem terra moles collata cœlo, instar est puncti, raris habitata locis, sterili arena, noxiis serpentibus, sive deserta, vastis invia paludibus, altissimis intersecta montibus, profundissimis interpolata fluctibus.

In hac exigua naturæ portione tumultuantur genus humanum, brevis & incertæ vitæ, etiam si diurna, si longissima, si stabili nixa fundamento videatur. Quid enim diurnum mortalibus? si æternitati futuræ, & immortalis vitæ id ipsum conferatur. Quid certum & stabile in homine, in quo nutant omnia? in quo, ut externas taceam & circumjacentes molestiarum moles, ipse conflictus pugnatum inter se qualitatum corporei temperamenti, bellum intestinum illi ipsi ciet identidem, & confecto bello minatur excidium.

Addetenebras, quibus humana mens sibi relata circumfunditur, unde & variarum opinionum prælia cooruntur & vororum sibi succendentium, subindeq; fluctuantum æstus planè continui. Addet impetus hostiles, dolos, fraudes, injurias. Adde & superiorum mentium & insultus & astus: ut verissimum sit illud elogium: Vita hominis militia super terram. Militia dubio procul: sed qua & vittoriam, & coronam, & regnum nobis in celo comparare possumus eiusmodi, ut ne animo capere, nec concupiscere vocis planè queamus: quando & animi & corporis felicitas, quæ illic reposita Dei amicis eiusque legis custodibus post huius vitæ cursum afferatur, omnino supererat captum humanæ mentis, nec, nisi Deo docente, hominibus patefiat: nihilque omnino sint, si eiconferantur felicitati, quæ vanæ vetustatis illustratores, poëtæ atque Philosophi commenti sunt de fortunatis insulis, de fluminibus negotiis, de via lactea, de credito ad compates stellas, & cæteris, quæ ad veritatem hallucinantes suis lucubrationibus infuerent.

Hæc illi, & similia de sacro literarum ocio nancisci facile possent: sed ea non ab omnibus extorquentur fæderotibus; at ne literas omnino ignorent, ne salis evanidi, ne lucis extinctæ notam gerant, & noscant, quæ ad eorum pertinent officium, hoc exposco, hoc exigo, & ni prætent, plane detestor. Inprimis autem & vitæ innocentiam

bus, nec crepidas hydaspeis gemmis exornent.

Neque etiam postulaverim, ut Hilarionis mediz assuecant, sed ne Sybaritarum cœnas aut æmulentur, aut suparent.

Minus etiam efflagitaverim, ut in spinis & nive volentur, more Francisci & Benedicti: sed cum mollem Cygnorum plumam ingenti pecunia mereantur, aut redimendis captivis, aut virginibus nuptiis tradendis jure optimo dedicata, id plane damnaverim. Medioeritatem suadeo, præcellentiam illam virtutum, quam demirari facilius, quam imitari plurimi possunt: si sequi etiam maluerint, & laudabo & prædicabo.

Sed neque ita rem ad vivum resecço, ut, cum eos & largos & faciles esse ad tribuendum moneo, ita moneam, ut velim, eos omnino imitari egregium illud Martini, & celebratissimum facinus scandenda vestis, uti mendicus, & frigore tremebundus pauper amicetur: verum eos, quibus abundant acerbi pecuniarium monitos velim, Martini exemplo, nudis veltes tristibus portius, quam coccineis atque purpureis pannis cooperienda jumenta.

Neque item exigo, in sacrarum somtibus ædium censum ut omnem dispersiant, æmulentur; aut Sibyllina Cumis olim extructa delubra, aut Simandri & Artemisæ præruptas murorum moles & minas, aut Salomonica templæ, aut etiam nostræ tempestatis Iulia ædificia: sed libenter postulaverim, ne finant corrue, quæ ab illis exstructa sunt, tempora, à quibus ipsi opes tantas naæ sunt, ut multo auro dicantur Salmacidas noctes coemere: postulaverim, ne facella à prisca olim frequentata patribus, permittant histricum latibula constitui, fædeque adeo haberi & negligenter, ut sit sepe numero videre, ferarum lustra equorumque præspia & mundiūs & honestiūs aservari: cum nihilominus ipsorum cubicula interim auro splendeant, & substrata etiam purpura longè preciosissima sint: mensarum vero & coquinarum instrumenta opere cælato resulgeant.

His incommodis cum aliarum beneficio sanctionum, cum illius maxime custodia legis consideres. Maxime Pontifex, quæ sanctissime cavetur, ne multa ab uno fæderotia, quibus annexæ sit animalium cura possideantur. Dispensatio, ita solet appellari, efficit, ut iam non

dissipationem non ego, sed Bernardus tot antea seculis appellavit.

Opponete huic petulantia. Pater beatissime, & unum hoc inter alia negotium & munus egregie suscipe, ut, qui luxuriam diffundunt, qui ambitione defervent, qui vel coemis vel ejusmodi dissipationibus paratis sacerdotiis lasciviant, qui leges denique ritè positas non observant, sentiant tuus vim iustitiae, atque intrepidæ virtutis, ut, et si aliqua culpa teneantur erroris humani, ab ejusmodi tamen scelerum immanitate liberentur. Liceat bonis & modestis vivere, quibus nec otiosis in communi ocio jam sit esse, illis ipsis omniarum arripientibus, & servitorem indigentibus maximam his, qui eorum indigent opera, ad famem tolerandam.

Hoc si non egeris, Antistitium summe, si malis hominibus frena laxaveris, si jam diu multumque laxata non cohibueris, vereor, ne te Pontifice decidat eò nostra Religio, ut dici non falso possit, a libidine pudorem: ab audacia timorem: ab amentia rationem penitus esse devictam: & in te bellum à nostris religionis hostibus ante audias geri, quam parari.

Siegeris, & utilitatem omnibus, & tibi etiam gloriam; non hanc solum momentaneam & caducam, qua patrum temporis angustiis coercetur, sed & stabilem & perpetuam, non in terris modo, sed in celesti sede comparabis: & non modo timendum tibi ab exteris non erit: sed intrepide sperandum, venturos nostras religionis hostes ad nostræ fidei disciplinam, bonis exemplis facilius, quam vi & armis invitatos.

Redatque olim ad nostræ pietatis institutæ terrarum orbem per Apostolos efficacius sanctissimis eorum vita moribus, quam non modo Constantini Caesaris legibus, præliis, atque triumphis, sed etiam peractis ipso Apostolorum ministerio supra vim naturæ miraculis, præclarissimi nostræ fidei assertores judicare. Et quis rogo nobis assentiretur bonaos mores suadentibus, si pravis ipsis abuteremur? Quis religioni, quam collimus, initiati per nos cuperet, quos videtur, quod ore afferimus, factis pernegare? Præstat itaque in reducendis hostibus & desertoribus ad nostræ fidei pietatem, ut collapsos mores ad normam prætorum virtutis instaremus: quam, quod multi ambiunt, ut classe petamus Euxinum, & exposito in continentem milite, conuersaque maximis confessis præliis Colchica Trapezunte, cruentata vexilla inferamus Armeniæ.

Eia igitur, Pater sanctissime, & naturæ lege non scripta, sed nata, & rever-

sancissimum in desertores & impios, saluberrimumque furorem: quo discant pœnatum agere formidine, quod virtutis amore deberent.

Moses ille legislator quanquam mitissimus, terrifica tamen percitus est ira, cum posthaberi Deum agnovit, & severam in desertores pœnam exercuit.

Deus & homo Christus Iesus, omnium virtutum exemplar, irrogatas in se contumelias patientissime tulit: non tulit paterni honoris notam, cum sacrilegos venditores emtoresque ex templo expulit, & flagello discussit. Et ille quidem vituli unius aurei cultores maxima est cæde persecutus: & hic columbas vanales & turture e templo voluit ejandas.

Tu vero earum cultores vitularum, pag. 17
qua maximo numero in urbe non stabulantur modo, sed dominantur, & auro, purpura, margaritis, more regio, incessunt ornata, ut ad earum aspectum, ne dum congressum, plurimi & obbrutescant, & pereant, exilio saltet, & honoriū omnium multa non compescet? Tu sacras ædes sceleribus omnifariam prophanari, & in eis tot monstra Circeo grunniere, permiseris? Tot Sirenes, & verius tot Sirenum millia, patieris, naticula tibi divinitus commissa, quantum in ipsis est, procurare naufragium? Tu Dei Opt. Max. templorum, Tu Christi sanguinis mercatum sustinueris? cuius supremum sacerdotium nullis mercimonij es consecutus.

Si clemens videris Pontifex, id placiderati facile adscriberetur: si nimis placidus, naturæ tuæ consuetudini & corporis temperamento. Sed si posthaberi Deum eiusque legem patieris, & immanis sceleræ passim & nulli protervus verecundus peragi: nullus est tam Injustus rerum estimator, qui vereatur id tribuere vel malitiae, vel negligentie.

Quapropter, si attendere diligenter & estimare hac omni de re, de qua differuum, volueris, Pater sanctissime, sic, ni fallor, plane constituies, ut leges jam ritè posita, pœnz saltē formidine custodiāntur, dabisque operam exemplo non solum & innocentia vita, sed animadversionis in alios, ne, quicquid collibitum fuerit, impune fecisse audiant improbi: atque ita & tibi simul & omnibus consules, & collabentem jam ac propè intermorituram Christianam Rem publicam ab interiti vindicabis.

Hoc omnis ordo, hoc consensio bonorum omnium exposcit & obsecrat. Quæ ubi per re acta fuerint, ubi pessima vita monstravel edomueris, vel extinxeris, ne postea

strumenti recognoscendz, & cum anti-
quis & castigatis primz originis exem-
plaribus conferendz, ut ab erratis, quz
vitio temporum & libratorum incuria
in illas irreperunt, omnino purgentur.
solennes ceremoniz, de quibus olim fue-
re quzpiam difficultates, prioribus ob-
latz synodis, statuendz firmandzque
sunt: quotidianz in statum & probatum
ordinatum ordinem: & verz historiz ab
apoclyphis augis segregandz: præscri-
benda principibus viris officia: ut selec-
tata illa & nostrz Reipub. deletrix op-
nio, licere quz placeant, & à vulgi ani-
mis omnino amoveatur, & penitus exu-
let. Sit inter ipsos principes pax & dis-
cordiarum finis, ut à diuturnis dissensio-
nibus aliquando quiescamus: datur iope-
ram eis officiis, quz mortales evehunt ad
immortalem vitam, & excedentem ani-
mantum omnium vota felicitatem. Imp.
Max. 1, Papa Leone 10.

*Eiusdem in duos libros de injustâ
excommunicatione, pro Hieronymi Sa-
vazarola innocentia, ad illustrem vi-
rum Herculem Aëstensem, Pro-
emium.*

Opusculum de injustâ excommuni-
cationis sententiâ, in Hieronymi prophe-
tz nostri defensionem, ut tibi, Hercules
Aëstensis, datam fidem veluti ex diario
reluam, jam aggredior.

Eflagitasti enim, dum hac dere si-
mul verba faceremus, ut, quz coram pro-
tutanda illius innocentia adversus calu-
miatores attuleram, literis aliquanto
latius exararem: promisi (quod nunc
exsolvo) me facturum, & quidem tam li-
benter, quam videbam, me unicâ operâ
& tibi, nec non propheta nostro, ac veri-
tati ipsi debitam rem faeturum: illi, ne
commentitium & subdole fictum crimen
tot prætarissima eius gesta ad tempus ali-
quod obnubilareret, lucidissimz quoque
veritatitenebras fortasse allaturum cibi,
ne falsa hac impostura atque præstigio
forfitan movereris. Sed & alia causa se-
his immiscebatur, quando ansula hec dun-
taxat, solaque gartiendi occasio relicta,
videbatur malevolis, benè sibi affectum pu-
tantibus, si sautoribus divini viri obtre-
ctari possent, defendi ab eis hominem,
qui esset ab Ecclesiâ corpore, cœu marci-

Prophetias jam publicatas doctrinamqz
fulcirent, ab ipsomet allatz, magna ex
parte maledicorum rabiem compescue-
rant.

In eandem quoque sententiam cum
Dominicus Benivenius, tum alii pleriq;
scriperant, modo verum astuentes, mo-
do falso resistentes: quod etiam à nobis &
sparsum per lucubratiunculas nostras, &
dicatis etiam apologeticis, factitatum
est. Quare post hujus calumniz diluti-
onem nihil putabâ residui, quod blatte-
rarent, et si dementibus desirandi materia
nunquam desit.

Duos igitur libros institui: Primo
generalia quzdam explicabuntur, quo-
rum ope tam multifarie, quam facile pre-
defendendo ipso sumus muniti: Secundo
dehinc sumus declaraturi, cum neque
culpz ueque crimini confinem.

Et sane potuisse, hoc officii exe-
quens, ingens volumen efficere: cum a-
deo multa ab iis, qui de hujuscemodi ne-
gotiis tractavere, præsertim pontificii
juris Interpretibus, effusa sint, tantaque
diversitate & contentione, ut ne legi qui-
dem ab otiosissimis possint, nedum nar-
rari ab occupatissimis. Delibauî, quz
mihi maturiora sunt visa, eorum more in
commentando posthabito: & à crebris
illis allegationibus, quz triduum & mo-
ram lectori plerunque afferunt, consulto
ratus, commodius & optabilius tibi fa-
tis factum iri, si, quz ipsi subobscure &
peculiaribus quibusdam notis, idem se-
pius repetentes, innuunt, & facile & la-
tine, aut saltem minus barbare, quoad
fieri hac in re à me potuerit, recensem-
rem.

Eam aurem præfari veniam non tibi, pag. 38.
qui nos apprime novisti, sed apud igno-
tos, si nostra hæc forte lecturi sunt, con-
venit: nihil me unquam voluisse assertum,
nec in posterum velle, quod Ecclesiâ Ca-
tholicz dogmatis diffonaret, cum, cu-
jusvis recte definientis decreto semper ac-
quieturum me, ut Christianum hominem
decet, libere prohtear, nedum sanctio-
nibus Ecclesiâ & eius legitimorum præ-
sidum assentiri.

Rationibus igitur rem agemus, ni-
tentis divinis eloquis, ac Pontificiis Im-
peratoriisque legibus, necnon eorum
interpretes, atque in primis Theologos,
in testimonium citantes,

CAPVT I.

Nullum esse in terris iudicium, quod errare quandoque non possit.

 **L**lud autem communuisse in pri-
mis expediet, solum D E V M.,
qui à seipso est, omninoque in-
dependens, ab omni errore & falsitate
protus immunem: ab eoque, utpote pri-
maria veritate & suprema regula, qua-
rumlibet functionum universam substi-
tiam interdum defletere & labi, nisi eius
ope fulta & directa fuerit.

Hominis namque naturam ab ado-
lescentia pronam ad malum, cum sacrae
literæ docent, tum frequens testatur ex-
perientia: sed & inter separatas mentes,
quas vocamus angelos, error olim pecca-
tumque irrepit, & ad infernas mundi
partes eorum non parvam marum praeci-
pitem jecit.

Et quanquam præter virginem Chri-
sti matrem, quæ nullum unquam pecca-
tum fecit, mortalium nonnulli à peccatis
eis, quæ aeterno igne puniuntur, divino
beneficio exempti fuerint: non adeo tamē
confirmati erant, quin quoquo modo
posse à vero excidere, censerentur. Sed
per paucorum etiamnum hoc privilegi-
um: illi namque innumerí, qui latè via
gradientes tripli offendiculo cespita-
tant, tametsi beneficentissimi Dei assidua
gratia influentia resipiscere common-
antur,

Verum, cum Ecclesiam uti spon-
sam sibi Christus copulaverit, ob conti-
nuas Dæmonum insidias & aperta bella,
quibus, dum militar in terris, asidue
quatitur: decuit, ut ei iudicium relinqueret,
quo sit deciperet aut decipi non
posset in eis maxime decernendis, quæ &
fidei substantiam concernerent, & ad mo-
res pertinerent. Christianis ad beatitu-
nem adipiscendam necessarios: eam nam-
que sibi in fide & justitia aeternum de-
sponsandam, Hoc Prophætæ Vaticinio
fanxit.

Merito igitur statuerunt Theologi,
& legum Iurisque periti, ipsam universa-
lem Ecclesiam, cum de hujusmodi cau-
sis agitur, non nisi quemad sententi-
am ferre posse, Christo opem feren-
te: qui & pro eius fide oravit: & cum ea
ad consumationem usque seculi se per-
mansurum, spoondit: quod irritum fo-
ret, nisi in iudicium condonasset, quo
repudiata falsitate, veritas eligeretur.

At animadversione dignum, locu-
tos nos duntaxat de fidei substantia, &
mortales ad scelus.

riis: atqui id non abs re aut de nihilo di-
cunt, siquidem eam in reliquis errare
aliquando, sententia doctorum est, atq;
ipsiusmet Ecclesiaz consensus, ut ex e-
pistola Innocentii tertii ejus nominis
Pontificis manifeste indicatur, quæ po-
stea à Gregorio nono inter decretales re-
lata est, libro videlicet quinto, ubi de
sententia excommunicationis agitur. Ita
namque scriptum legimus:

Judicium Dei veritati, quæ non sal-
lit neque fallitur, semper innititur: iu-
dicium autem Ecclesiaz nonnunquam o-
pinionem sequitur, quam & fallere sepe
contingit & falli: quod liquido constare
videmus, dum, vi excommunicationis,
interdum quempiam cum aliqua feminis
thori inire consortia jubet, qui nihilomi-
nis vero apud Deum matrimonio alteri
erit astrictus, utpote cum secunda nupti-
ali lege palam conjunctus, cum prima
clam, omnibusque semotis arbitris, per-
petuoque Ecclesiaz sanctionibus compel-
letur hærente secundæ: de cuius commer-
cio idoneis restibus apparebit.

Mitto quæ multi Doctorum super
huiuscmodi iudicis elucubraverunt: ne
superflue nimis & ambitione faciliū à no-
bis judices, in re admodum nota verba
prodigere. Porro ex his consequens fiet
reliqua & conciliorum & Pontificis iudic-
ia errori ignorantiaeque subiecta: quan-
do universalis Ecclesia à decipulis ejus-
modi exempta est.

Hinc plerique cum Theologorum,
tum Iuris Interpretum afficerantissime
voluerunt, Pontificem conciliumque in
dirimendis controversiis hallucinari
posse, pro vero fallum pronunciantes,
praterque rationes afferunt exemplia:
quandoquidem & Ariminense, & Ephe-
sinum secundum, & Aquisgranense, alia-
que nonnulla aberraverunt. Et summo-
rum Pontificum aliis Arrianæ pravitati
subscripsit: aliis aliter devia sectatus est:
quanquam sunt qui velint, tam Pontifex-
ces summos, quam concilia legitime con-
gregata vero semper nisi, in iis dijudi-
candis, in quibus universalem Ecclesiam
falli posse negavimus.

Sed hac à susceptra disputatione se-
questrabimus: cum quia propositæ qua-
stionis limites prætergredieremur: cum
quod & ab aliis multis fariam, & à nobis
etiam nonnihil in theorematis nostris de-

ris judicium, quod errare, labi, decipi non possit: ut magna ex parte allusione veritati Thebanum Cebetem cogiteamus. singularem, à muliere illa, cui nomen Apaten, id est, fraudem esse voluit, mortales omnes seductos parque errore & ignorantia potatos.

CAPUT II.

*Multis modis contingere, ut ex-
communicationis sententia ab Ecclesia
Prelatus inficta, irrita & ineffi-
cax reddatur.*

Ex his facile colligi datur, eos, qui Ecclesiz presunt, in absolvendis puniendis, que subditis multifariam posse delinquerere. Fit enim plerumque, (quod à Gregorio homilia 15. prolatum est, & à Gratiano in decretis repetitum) ut j. dicis locum teneat, cuius ad locum vita minime concordet: ac Ispè agitur, ut vel damnnet immitteritos, vel ipse alios ligatus solvat, & Ispè in ligandis subditis atque solvendis, suz voluntatis motus, non autem causarum merita, sequatur: atq; ob id ligandi, solvendiique potestate se privet, mortificando animas, quæ non moriuntur, & vivificando, quæ non vivunt, quod à Michea legitimus exprobatum.

Perpetuo pontificio iure decretum in-
venimus , multis modis contingere, pa-
nas, quæ à Prælatis infliguntur, inanes es-
se, ipsamque excommunicatiōnis sen-
tentiam, qua nulla in Ecclesia major, ir-
ritatam & in efficacem reddi. Namque
in Decretorum volumine causa 24. &
quest. 1. Alexandrum ejus nominis se-
cundum pontificem Valeriano episcopo
& martyri scriptisse , legimus , ab eo, qui
aut hereticus, aut excommunicatus fue-
rit, excommunicatiōnis sententiā ne-
quicquam in aliū interrogari.

Ex libro primo epistolarii decretalium, titulo de consuetudine, exstat Innocentii Pontificis ejus nominis quarti sanctio: qua edicitur, sententiam, quae à judice non suo lata fuerit, Nullam obtinere firmitatem.

Decreverit quoque Gregorius ejus nominis nonus, archiepiscopo Bracharensi scribens, irritas esse & inanes eas ex communicationis sententias, quæ à jndice violatore interdicti proruperant: ut est videre in libro eius operis quinto, titulo de Prælatorum excessibus. Vbi etiam num Clemens tenuis decernit, eas non tenere sententias, quæ promulgata fuerint in subditos ob denegatam Prælatis procurationis exactiōnem, cum Ecclesiis visitant. si numerum personarum in i-

Item monit, excommunicationis ientem
tizm in aliquem contra sui privilegii te-
norem nequaquam promulgandam. Ibi-
dem & Honorius, severitate debita eos,
& Episcopos & Archiepiscopos, castigan-
dos, pronuntiat: qui ejusmodi sententi-
as in fraudem privilegiorum ferunt.

Caterum Gregorius nonus, quem dum citavimus, diffinit vaciam & ini-
nem excommunicationem, quam effun-
minaveritis, quem consistet in eque-
natio officio limites ejus, quod in mandatis à
superiore habuerat, prætergressum :
quemadmodum apparet libro tertio de-
cretalium, titulo De præbendis & digni-
tatibus, capite ult.


Libro item sexto ejusdem operis Bonifacius octavus ejus nominis Pontifex edixit, pœnas eas in vanum jaſtari, quæ ferantur a Praetatis in ſubditos, inſinuantes inquisitoribus, vel Apoſtolicæ ſedis legatis ſtatutum Ecclesiastum, monachiorumve, quæ corrigi per eos & reformati oportet.

Ex epistola quoque Innocentii tertii
ad Archiepiscopum Sennonensem, quæ
quinto libro decretalium sita est, titulo
de sententia excommunicationis, colligi-
tur, sententiam eam, quæ vel post legitimi-
mam appellationem infligitur, vel intol-
lerabilem errorem continet, viribus
cassam esse: cui Innocentius quartus in
concilio Langdunensi adstipulatus est:
quod licet videre libro sexto, ubi per sen-
tentiam excommunicationis pariter agi-
tur, capitibus secundo & septimo.

Ecclesiam in concilio trahitum fuit, ex communicationis sententiam in collegium non interrogandam: atque illam nihil habere virium, quam iudex tulerit in participantes cum excommunicatis locutione & aliis, quibus minor excommunicatione incurritur: nisi eos prius canonicè monnerit: ut liquido appetet tertio & quinto capite tituli ejusdem.

*Studii Nicolai Abbas Panormitanus
libro decretalium primo, titulo de re-
scriptis, cap. 41. & libro tertio, titulo de
censib. cap. cap. 6. & etiam alibi docet,
excommunicationem nullam esse : cum
ob causam notoriè injustam fuerit irro-
gata.*

hujusmodi censuræ sunt inefficaces; etiamen consulto prætereo, cum ne moro-
sior evadam, tunc quia celebres Iuris pen-
itentie interpretes eas recenserent; & illi
promtu sunt eorum libros lectantibus.



Aliquos esse ex supra memoratis casibus, quibus summorum etiam Pontificum sententia irritantur: inter quos est error intolerabilis: & qui sit, & quomodo debeat intelligi, declaratur.

cum igitur omnis excommunicatio, quæ in ejusmodi casibus inficta fuerit, langueat prorsus, & vires amittat & judicandum enim de futuris omnibus per ea, quæ jam diffinita sunt, ut est Gregorii ejus nom inis noni Pontificis editum, ab universalis Ecclesia receptum in ipsa Decretalium epistolarum publicatione) bene actum nobis fuerit, si aliquem invenerimus, quo Hieronymum Savonarolam à falsa suspicione & calumnia vindicemus,

Et quanquam hi, quos memoravimus, modi summorum Pontificum sententias non omnes retundant: aliqui tamen sunt, quibus ipsæ omnino infringuntur. Ac ut alios omittamus, ille, qui error intolerabilis nuncupatur, nobis desumendus erit: sed primò, quid sibi velit, quoque modo intelligendus, pro virili explicabimus.

Innocentius tertius, ut constat libro sexto Decretaliū, titulo de sententia excommunicationis, cap. 7. et rorem intolerabilem definit in sententia patenter expressum: cum aliquid sub vi p̄cepti vel mandati aperte in ea continetur, quod communiter vel in genere suo peccatum est;

Consentiantur in hoc interpres, tā hunc locum pertractantes, quām ejusdem pontificis ad Archiepiscopum Sennensem Epistolam, quam paulo ante memoravimus. Additur ab aliquibus, quoties quid contra jus scriptum pronunciatur, pari erroris nomine debere censeri. Item, dum aliquid aut turpe aut impossibile p̄cipitut. Namque eorum, quæ fieri nequeunt, nullam esse obligationem tam canonicæ leges in sexto libro Decretalium, titulo de regul. Juris, quam civiles, eodem titulo in Digestorum volume, astruunt. Cujus operis libro 41. titulo quæ sententie sine appellatione rescindantur, lege ultima, ex Pauli Jurisconsulti autoritate pariter decretum est, impossibile p̄ceptum judicis nullius esse momenti: qui etiamnum rescripsit, ab ea sententia, cui pareri per rerum naturam non poterat, sine causa appellari.

Sed tam remotas authoritates confessari non est necesse: cum nobis, Dei maximi & optimi clementiā, consertum indictumque sit, nec in necessaria declinari.

optabilius esse hac vita excedere, quam turpe quicquam operari: ut omittantur, quid sacræ literæ p̄ceperint.

CAPUT IV.

Quid deinceps agendum. Item, quid propriè sit excommunicatio: & de causis, ob quas infligenda est.

Enimvero, priusquam ipsam defensionem aggrediamur (quod secundo libro agendum nobis est) fecisse operæ premium videbimus, si de causis, ob quas ferenda est excommunicationis sententia, paucula delibemus. Ecce cùm multifatiam exorbitare Prælatos, monuerimus: ne inde occasio pravis hominibus contemendi eorum p̄cepta daretur: de obedientia quoque nonnulla proloqui opportūnum fuerit. Deinde, cum satis constet, vulgatum illud dictum, Sententia pastoris, sive justa sive injusta fuerit, timenda est, perperam vulgo usurpari solere: quomodo intelligi debeat, declarare præribus enitemur. Primum igitur primitus exequamur.

Theologorum, Turisque interpretum omnium, cum veterum tum novorum, sententia est, nemine temere, levibusque de causis, anathematis mucrone ferendum: siquidem, nullam atrociorē pœnam ipsa excommunicationē majori, de qua nobis in toto opere sermo, & quæ proprie hac nomenclatura censetur, in Ecclesia reperi, contingit. Est enim separatio ab Ecclesiæ communione, quoad fructum & generalia suffragia, seu à qualibet licita communicatione fideliū segregatio.

Quare in Agathensi concilio statutum legimus, Episcopos non debere eos, qui minimis causis culpabiles essent, excommunicare, Sanctorum profecto decretum, & sacræ literæ mirifice consonans, quando in eis reperi, non datur, quenquam, nisi pro enormis celere, anathemate damnatum, atque id etiam pertarò.

Frequentior autem erat postea usus in Ecclesia: quem moleste admodum fert & damnat Ioannes Scorus, Theologus insignis, distinctione decima nona, & vigesima quinta quarti libri sententiarum, ibi fatuam ad ferendas sententias pronitatem carpens, hic maximum numerum earum, quæ à jure infliguntur, excommunicationum detestans.

In concilio quoque Alvernensi determinatum est, à nullo sacerdote quenquam

Verum quas ab eis causas id fieri iuratum esset, concilii Meldensis canone colligitur: quo promulgatum est, ab Episcoporum nomine sine causa & manifesta peccati causa quenquam à communione Ecclesiastica privandum: neque sub anathemate absque conscientia. Archiepiscopi aut coepiscoporum nullum esse posse nendum, nisi canonica doceret authoritas: cum anathema & tunc sit mortis damnatio: neque debeat infligi, nisi pro mortali crimen: atque illis praesertim, qui aliter corrigi non potuerunt.

Propterea crediderim, plerisque doctribus in quartum Theologicarum sententiarum librum, distinc. 18. & Thoma in primis Aquinate, divini ingenii viro, binas has causas excommunicandi hominis assignatas: peccatum & gnum aeterna morte, & contumacia. Cum enim, qui ecclesia praest, per excommunicationis gladium subditos quodammodo à ecclesiastici regno præscindat: in eodem sunt id perpetrandum, qui indigni sunt superna patria: quia omnes, qui charitatis erunt compotes, donabuntur: privabunturque, qui peccato mortali infesti fuerint. Quare, quos labefactatos eo crimen constituerit: ejusmodi pena potuerunt mulierari.

At quia nihil atrocius ab Ecclesia contumere potest, penasque comparatione medicinarum tropinat, & rotis debere, Aristoteles XI. Ethicorum libro edidicit: quas, si prudens fuerit medicus, nec violentias, nec graves, nisi cum necessitas postular, exhibitus est: idcirco in eum etiam, qui crimen morte digno obvolutus erit, nisi idem fuerit contumax, minime adigenda.

Afflentit Scotus 25. distinctione mox citata, inquiens: neque à judice debere infligi pro quounque peccato mortali, sed gravi, cui annexa sit contumacia. Nam quam diu paratus quispiam est audire Ecclesiam, Publicanus & Ethnicus non est habendus: quandoquidem ex Christi dogmate pena ejusmodi servanda est extreme contumacibus.

Qui autem contumaciz notam censeantur: tam in decretis pluribus ex locis, quam in decretalibus licet deprehendere.

Exstat inter alia concilii Triburiensis sanctio, quae tria contumaciz genera, ob quae dubio procul infligi excommunicatione poterat, recenserat: cum videlicet quis ad synodum canonice vocatus vel venire contemnit, vel si, postquam illuc venerit sacerdotalibus respuit obedire præceptis, vel si ante finitam causam suę examinationem synodo abire refusatur.

Decretarium, ubi recordatur, teneat non constata meritò admittendos: si is, in quem fuit actio dirigenda, aut peremptoria citatione recepta venire contemnit, aut seipsum malitiose occultavit, aut impedivit, ne posset ad eum ciratio pervenire. Et libro quinto ejusdem voluminis, titulo de verborum significacionibus, cap. 23. cum contramactem judicandum, apparet, qui iusius, emendare maleficium noluit.

CAPUT V.

De obedientia subditorum erga.

Prælatos.

Ceterum, ne omnis inobedientia contumacia judicaretur: quoniam, qui præcipienti iniuste non parat, tantum absit, ut penam mereatur & dedecus, ut etiam gloria & premio sit provehendus: de obedientia subditorum erga Prælatos consequenti ordine quæpiam tractabimus.

Cum ita, qui aliis præfunt, quantum ad hoc attinet, vice Dei fungantur in terris: omnis siquidem potestas est à Deo: præceptis corum obaudire convenit. Propterea Princeps Apostolorum secundo capite Epistole prime inquit: Subjecti estote omni humano creatura propter DEVm, sive Regi quasi præcellenti, sive Ducibus tanquam ab eo missis. Et magister Gentium Tito præcipiebat, ut, quos instruendos suscepereat, admoneret, Principibus & potestatibus (quamquam Ethnicis) subditos esse.

Neque enim (ut Thomas docet) fides Christi justiziam ordinem aufert, quæ exigitur, ut superioribus suis inferiores obediant: aliquoquin rerum humanarum statutis corrueret. Verum, scire oportet, quantum hæc obedientia extendenda. Namque omnibus parere imperii, nec necessarium, nec consentaneum rationi.

Fieri enim posset, ut vel delita vel no. pag. 42 cuia vel divinitate legi adversa præcipetur: ut rectissime scripsisse Gregorium deprehendamus, admonentem, subditos plus, quam expedit, non adstringi superiorem mandatis: ne, cum stuperent plus, quam necesse est, hominibus subjici, compellerentur eorum vitia venerari: ni forte, quia alios regunt, supra humanam naturam collocatos existimemus, variisq; affectionum moribus non repelli.

At dum ira inflammantur, invidia roduntur, damno moventur, effunduntur genio, & flammant libidine: & quod est exitia. lius Circeis (ut sic loquar) poulis deformantur in bruta, aliosque etiam & sibi

corumque, quibus subsunt, metiendam
authoritatem. Etsi illud jubeatis, quod
facere non debeas, contemnendam esse
potestatem: quod Augustinus inter alios
asseveravit.

Scripsit quoque Hieronymus, Paulice
episkolam ad Epheseos enarrans, subjici-
endum esse Domino servum: si ea, quae
adversa non essent sanctis Scripturis, prae-
cipierentur. Si verò mandarentur con-
traria: magis spiritus Domino, quam
corporis, obediendum.

Rursus, ipsos humanarum legum gra-
dus advertendos, Augustinus censet: à
quibus si diversa manaverint iusta, majori
serviendum, illudque semper ante oculos
habendum: ne aut minis aut illece-
bris hominum iusta Dei mandatis præ-
ponamus: quod Christianos illos mili-
tes, qui sub Juliano Imperatore nequis-
simo stipendia merebant, observasse, tam
ipse, quam Ambrosius, scribunt.

Possent mille hujusmodi sententiaz
afferti, quas brevitatis gratia dimittam:
cùm lumen divini vultus super nos signa-
tum, binas has Apostoli sententias vero
veriores esse demonstrat: & omnem ani-
mam potestatis sublimioribus subdi-
tam esse, & Deo magis, quam hominibus,
obedire opotere.

Illud autem minimè prætereundum,
quod Thomas Aquinas, & doctrina, &
judicio, & vita perfectione mirabilis,
multis in locis lucubrationum suarum,
præsertim postrema parte secundi volu-
minis Theologicæ summæ, docuit: non
quenquam. s. ad obediendum superiori
obligari, nisi in quibus ei subditur: pro-
pterea nec quoad interiorem voluntatis
motum (quod & Seneca voluit) nec quo-
ad naturam corporis, homini hominem
subjici: sed in his duntaxat, quæ ad actū,
rerumq; humanarum dispositionem per-
tinent: atque in hoc etiam secundum ra-
tionem superioritatis: sicut miles Duci
exercitus in his, quæ spectent ad bellum:
serv⁹ Domino, quo ad servilia opera ex-
equenda: filius patri in his, quæ concer-
nunt vitæ disciplinam, curamque rei do-
mesticæ. At eis, qui in seculo degunt,
spiritualibus Prælatis obtemperandum
in his virtutum operibus, quæ necessario
à Christianis omnibus patrari debent.
Illos vero, qui religionum votis manci-
pati sunt, ipsis obnoxios reddi, quantum
ad illa, quæ possunt ad regularem con-
versationem pertinere, secundum quam
subjectos se profertur.

Trifariam quoq; eorum obedientiam
partitus est, ut sit, quæ ad salutem conse-
quendam sufficiat: qualis ea, quæ neces-
sitatem ostendit.

tur: quæ indifferet, ob quam sine dilectu
passim quicunque iusta capessant: in his
etiam, quæ aut divinitate legi, aut regulæ,
quæ sunt professi, refragantur, obedientes

Ceterum memoriz est proditum à ple-
risque, (quod hinc forte sumis exordi-
um) esse, quæ supra, quæ contra, quæ præ-
ter, quæ secundum regulam præciperen-
tur: & ei duntaxat, cuius postremo facta
mentio est, necessariò obediendum: re-
liquis adstringi neminem. Nam contra
eam cùm quid jubetur, non teneri quen-
quam præcepto, docet Decretalium glo-
sa super 43. cap. tituli de symonia. Quod
Innocentius ibidem & confirmat & auget.

Arnoldus quoq; in summa sua, ut re-
fert Io, Beetes in sermonibus de decem
præceptis, obedientiaz quempiam non
obligari, narravit, nisi dum juxta suam
cujusquam vivendi normam aliquid præ-
cipiebatur: ab ea autem eximi. si contra
mandabatur: ac præsertim, si vita laxior
indiceretur.

Ægidius item Romanus in secunda
sententiarum librum distinctione 44. de-
cernit, subeundam potius mortem, quam
præceptis illicitis obtemperandum: at-
que ipsi Pontifici, non modò contra jus
divinum, sed etiam naturale imperanti,
nullo pacto parendum: nec subditos ul-
lo modo Prælatis obsequi debere, si aut
quicquam eorum, quæ supradiximus, aut
regulæ, quam sunt professi, adversans ju-
beantur.

Scribit & Innocentius super 42. capi-
te, tituli de sententia excommunicatio-
nis, libro 5. non solum mandato Papæ,
quod contineret heresim, obediendum
non esse: sed nec præcepto injusto, quo
vehementer præsumeretur Ecclesiæ status
perturbari, vel etiam forte alia mala in-
de ventura. Malum autem, juxta dogma
Dominici de sancto Germiniano in 7.
caput de sententia excommunicationis,
libro 6. dicitur, quod tale est ex suo ge-
nere, & prima fronte malum: appetit: li-
cet aliqua latenti causa possit excusari.

Pari pacto nec præcepto injusto, aut
inhonesto, aut in commodo acquiescendū
docet Decretorum glossa super tertio
questione undecimæ causæ & confirmari
facile potest per ea, quæ à Nicolao Abba-
te Panormitano super 42. cap. tituli de
sententia excommunicationis, libro 5. pag.
Decretalium, afferuntur. Per ea item,
quæ legi conveniunt, ut inter alia sit iusta,
honesta, atque possibilis. Quæ con-
ditio omni mandato subaudienda est:
quemadmodū præter id, quod supra do-
cuimus, colligi detur tam ex epistol: Ale-
xian. & Innocentii.

& 17. quanta & 5. cap. in 2. cap. in 1. cap.

libro 3.

Dubitatum autem cum à Theologis, tum ab interpretibus pontificii juris esset anné his, qui præsumunt, parendum, cum eorum præcepta, utrum sint illicita, sub dubio versantur: decretum est, quām dī ambiguitatē, utrum regē sint imperata, necnē, charitatively consonant, an adver- sentur, jugum lubeundum esse: cum obe- dientia, quæ non mediocre bonum est, digna sit præmio: nec, ullum temere le- vibusque de causis perperam mandavisse quicquam, existimandū. At si fortis con- jectura moveamur: & in finistram partem vergar rationis libra, ab exequendo offi- cio supersedendum, donec de iussionis vel equitate vel iniunctate constiterit. Fieri enim facile potest, ut vel militia propria, vel falsis suggestionibus moti, qui præsident, subjectis aut quæ fieri li- cet, prohibeant, aut non committenda demandent. Quare minimè obeundum id officii subditō est: & quare non obtem- peraverit Praelato, significandum.

Propterea Alexander tertius ejus no- minis pontifex Ravennati Archiepisco- pos scripsit, si quando ei dirigebat aliqua, quæ ipsius animū exasperare viderentur, turbari non debere, sed qualitatem nego- tii, pro qua scribebatur, diligenter consi- derando, aut mandatū reverenter adim- pleret, aut per literas, quare adimplere non posset, rationabilem causā pretende- ret: cum patienter sustineret, si dī minime fecisset, quod suisset sibi prava insinua- ne suggestum: ut traditur primo Decre- talium libro, titulo de rescriptis, cap. 5.

Quod pertractans Abbas Panormitanus, affirmat: Si quicquam obeundum cuiquam mandatur, etiam sub excommu- nicationis pena statim, nisi paruerit, in- cutenda: & ob præcepti executionem ti- metur maximum scandalum: vel de men- te Præcipit ambiguitatē, licere illi ab im- plendo iussu continere se, atque scribere. Illud etiam adjectit, si contingat, ut ei, cui præcipitur soli, notū sit, in mandato con- tineti peccatum, tametsi Princeps ex ju- stitia agere se credit, a navanda opera abstinentem: nitens pro fundamento tertio decimo capiti de restitutione ex- poliatorum secundo Decretalium episo- larum libro: ubi Innocentius tertius ar- chidiaco Bituriensi scribit, Mulierem eam, quæ concia est, se matrimonium contraxisse in gradibus consanguinitatis, divina lepe prohibitis, potius ex- communicationē sustinere debere, quam viro ad judicis imperium conjungi.

Idem Abbas tertio libro super capite

titulo Si contra jus vel utilitatem publi- cam, 1, 3. & in authenticō volumine, ti- tulo de mandatis Principum reperita, arguens miseros Praelatos, qui metu ini- quis jussis obtemperantes, veritatem mi- nimē sequuntur: cum secus agentes, & Deo & Papz magis obsequenterentur.

Hec velint in transcurso, de obedien- tia subditorum in Praelatos enarrasse fu- ficiat. Nam, meo iudicio, non est quic- quam asserre, cujus ope, qui subest præ- fidis imperium declinare queat: quod aut non recensuerimus, aut sub quopiam eorum capitum, que memoravimus, col- locari non possit.

Illud in calce monendum, quod si ali- quid mandetur, quo non obligetur quip- piā, neque etiam excommunicatione ob id inficta obligari. Nam si præcep- tum non tenet, non tenet excommuni- catio: ut docet Baldus in sextum Iustini- ni codicis librum, titulo de testam. l. 25.

CAPUT VI.

Notum illud dictum, Sententia

*Pastoris sive justa sive iniusta timenda
est, perperam vulgo usurpatā.*

Hinc opportunitate explicandum occur- rit, non adeo (ut vulgus autumat) ab ini- quis sententiis formidandum. Invaluit enim apud multitudinem consuetudo, ut majori cum celebritate proteratur. Me- tuendam esse sententiam Pastoris, sive ju- sta sive iniulta fuerit, quām, ex duobus charitatis mandatis pendere legem & prophetas: atque utinam, quid Pastor, quid sententia, quid injustum, ab illis di- gnosceretus. Nam uti sensu aliquo vero quid effantur, ita & aliquo falso explo- fa ignorantia judicarent.

Primo etenim satis constat, non om- nem excommunicationis sententiam (id enim ipsi intelligunt) timendam esse: al- loquin fateri oportet, eam, quæ cui- am ob adoratum Christum infligeretur, pariter metuendam.

At inquiet fortasse, à Pastore ullo e- rumpere non posse ejusmodi facinus; nec si eruperit, sententia appellatione di- gnandum. Respondebo vicissim: Quan- tum me dubitate licet de quopiam, Pa- stor ne sit, an lupus, tantum de sententiis ipsius ambigere: cum extra controversi- am sit, nullum, qui verē & propriē sit pa- stor, oves & armenta disperdere, & feris immanibus dilaceranda committere: sed cum, sub ovium vestimentis rapaces la- titare lupos, à Christo D E O nostro edocim̄us, eosque ex ipsorummet os-

penitentia ponuntur. & propter sententias
corum sententiis nequaquam acquiescendum: siquidem refutare eas quandoque, nedum aut non timere aut non recipere, consentaneum.

Angelus Clauasinus in summa sua quindecim enumeratis modis, quibus excommunicationis sententia labefactatur, subdit, In omnibus illis sententiam nullo modo timendam esse, quoad DEVM, aut quoad Ecclesiam: si notoriè de ipsisorum quopiam constiterit: & rectè quidem. Si enim secundum civiles leges non est metuendum filii à quacunque exhortatione, sed quæ legitimè facta fuerit, submoveri se à bonorum possessione contra tabulas, ut scribitur libro 36. Digestorum octava lege: quanto minus nobis formidandum erit, ut injuste vexati, aut ab æterna hereditate in ipsa justitia stabilita dimoveamur, aut de matris Ecclesiaz gremio, quæ cultrix & auxtrix est justitiaz, deturbemur.

Porrò excommunicationis sententia vires ex justitia sumit: qua destituta, languet & emoritur. Rursus cum multæ earum sint, quæ omnium Doctorum consensu nullæ appellantur, eas itidem non esse, verè ac propriè colligere possumus. Quod verò non est, nec vim potestatemque ullam habere, nec cuiuspiam effectus causam esse posse, adeò patet, ut probationis luce non egat: quanquam suffragatur tam Alexander de Hales in ultima parte Theologicæ summæ, docens injustam excommunicationem nequaquam, nisi secundum inanem vocem, excommunicationis appellatione censendam: quam Thomas Aquinas, distinct. 18. in quartum sententiarum librum scribens, eam excommunicationis sententiam quæ ejusmodi errorem claudit, quo nullo redatur neque effectum parere, neque excommunicationem esse.

Quid? quod Gelasius Pontifex Orientalibus episcopis scribit, excommunicationem injustam ex eo curari non debere, quod neque apud Deum, neque apud Ecclesiam, quisquā potest iniqua sententia gravari, ut in Decretis est videre, ubi etiam scribitur, aliud esse terrenam sellam, aliud tribunal cœlestis, ab inferiori accipi sententiam, à superiori coronam. Item, si quisquam fidelium fuerit anathematizatus injuste, potius ei obesse, qui facit, quam qui hanc patitur injuriam.

Et Solomon priùs in hanc sententiam locutus, sanxit, maledictum frustra prolatum super eum venire, à quo misum fuerat,

stianissimus Theologus, in libello de excommunicationibus & irregularitatibz, excommunicationes injustas aliquando non repellere, fatuo timori, asinæque patientia adscribendum esse.

Idem in quendam Pontificis vices gentem, peculiari tractatu invehitur, qui in suis scriptis clausulam hanc apposuerat: Sententiaz nostræ etiamsi essent injustæ, sunt tenendæ & timendæ.

Glossa quoque Decretorum super tertia quæstiōne undecimæ causæ cap. 65. afferit, posse eum iudici violenter resistere, cui constiterit, sententiam judicis iniquam esse.

Et Ioannes de Baccone in quartum librum sententiarū, distinct. 17. quæstiōne & articulo tertio, tradit, eum, qui excommunicatus fuerit ob justam causam, modò id sit occultum, posse omnium Ecclesiæ ordinum officio fungi.

CAPVT VII.

Quomodo debeat intelligi.

Ostendimus, sententias excommunicationis injustas quandoque non timendas: nunc eas & aliquando formidandas fore & quomodo elogium illud Gregorii intelligi debeat, pro virili declarabimus: quod facturis nobis, res ipsa altius reperenda est.

Tripli cit sententia excommunicationis injusta censetur à Theologis & canonum interpretibus, & cum juris prætermittitur ordo, & cum de pravo animo promittur, fallave & iniqua causa pronunciatur.

Pravus animus in causa esse non potest, ut timeri non debeat, si is, in quem promulgatur, alioquin sit anathematis ferendus. Iuste enim tum subditus patitur, tametsi iudex agat injuste, posthabito quoque ordine, si sententia feratur, non usquequa parvipendenda, nisi ob aliquid eorum, quæ supra memoravimus, viribus effecta reddetur.

At propter falsam & iniquā causam jam minime timenda est, nisi forte ob scandalum, in quod inde rudes impingerent. Est enim magnopere ratio proximi habēda, quod unicuique DEUS mandavit, ut scribitur in sacris literis, abstinentiumque vigilii cura, ne aliquod ei offendiculum nostis operibus præbeamus. Propterea, tametsi quispiam conscientius sit, contra jus fasque anathematis se mulctatum, nihilominus, si aut falsitas hæc & iniqitas palam non est, & timere & observare eam debet.

& auferenda scandali fulpicio, quantum ad nos attinet, & adversus illam agere oportet.

Præterea glossa Decretorum timendum astruit, nisi aut intolerabilem errorum contineat, aut post legitimam appellationem feratur, aut pro exactioribus indebitis effulmineatur.

Alii metuendam dicunt, modo non sit invalida: alioquin sententia nomine non dignandam. Quibus autem modis id fiat, supra ex parte narravimus.

Carere quoque eius metu num debemus, dum juste fuerit allata, necne, in dubio versatur: alioquin metu quoque dicitur carere nos posse, modo ex superbia minime contemnatur.

Ceterum, ex his, quæ subduntur à Gregorio, intentionis eius notitiam capimus: siquidem, ut recte ab Hilario, quarto de Trinitate libro definitum est, &

Subiectum etiam itatum, ne is, cui infligitur, eam ex alia causa mereatur: dans intelligere, eatenus injustam sententiam timeri debere ab aliquo, quatenus ei ambigendum, ne quopiam occulto criminis ipsa pena digna sit, vel tacite innitens, eam, quæ suæ natura injusta esset, justam ex contemptu reddi posse. Injustam igitur sententiam per se metuendam nequam statuit, sed ob aliud, quæsique dixeris, ex accedenti.

Et in hanc sententiam loquens Petrus de Plaude, distincti. 18 quarti libri sententiarum, prodit, excommunicationem injustam propter culpam ratione scandali, ut supra monuimus, metuendam. Sed nullo pacto ob juris penam, cum in nullam incidat pœn. m., qui sententiam irritam minime custodit, si veritati ipsi nisi voluerimus.

LIBER SECUNDVS.

GAPVT I.

Quid superiori libro actum, & quid deinceps agendum.

Nunc tempus postulat, ut defensionem ipsam cominus aggredi, amur. Iactis enim superiori libro Doctorum sententiis, instar fundamentorum veritatis, sequens est ædificium ejus erigere. Ex requippe fecisse nos, credimus, de judiciorum infirmitate in primis pertractare, deqne speciebus excommunicationis injustæ nonnulla recensere, & quam ob causam ipsa sententia ferenda esset. De subditorum item obedientia erga Pizlatos, atque de timore ipsius excommunicationis injustæ, non solum ob id, quod hæc per se cognitu utilia & digna sint, verum, quia his perspectis & in memoriam revocatis, commodius exactiusque prophetam nostrum ab injuria interrogare calumnæ contradicæque suspicionis assertemus.

Namque, ut Aristoteles sapienter libro primo Physicæ Auscultationis monet, à communibus exordiendum est: qui & tertio Princeps Philosophiz docet, veritatis cognitionem eorum, quæ in dubium revocantur, solutionem esse. Facilius us etenim constabit, potuisse in eum perperam infligi sententiam, cum prius, & omne mortalium judicium quandoque falli. & non raro.

palam sit, quæ irriter & inefficaces suæ natura reddantur.

Demum expeditius monstrabimus, eum ab omni credita culpa alienum, & quia jure mandato rescripsit, & quia falsa ex causa vexatus est, & quia id, quod nec fieri poterat, neb debebat, tanquam & redum, & facile factu, hostibus veritatis ita Pontifici Maximo suggesteribus in mandatis habuit.

Monstrabimus hæc, inquam, postquam luce clarius ostensum jam est, & à præceptis implendis abstinere, atque rescribere unumquemque posse, qui ea injusta & nocua crediderit, pœnasque non nisi pro causa idonea, non autem commenticia & falsa, infligendas: justisque tantum iustis, & quæ obire sit in facultate nostra, acquisendum, nec ab omni excommunicatione, quæ injusta sit, formidandum.

Exequi ergo, quod polliciti sumus, exordiemur, si prius causam, ob quam multi prophetam nostrum excommunicatum autemarint paucis subjecerimus.

Ob quam causam plerique Hieronymum Savanarolam excommunicatum autumârint.

Epistola quædam ex eorum numero, quæ brevia vocant, sub Pontificis nomine Florentiam delata est, cuius erat summa: Hieronymum ipsum pernitosam doctrinam in eâ urbe seminasse, monitum, non cessasse. Ceterum, præcepto ei sub poena excommunicationis latæ sententiaz dato, ut conventum sancti Marci Florentiaz situm congregationi cuidam, quæ vocabatur Romanæ & Thuscianæ provinciaz, copularer, non paruisse, Ecclesiasticam censuram sprevisse, in eâ pertinaciter perseverare, ob id mandari Ecclesiastarum ministris sub eadem poena, Hieronymum excommunicatum declararent. Subditosque monerent, ei nullo pacto communicandum, sed tanquam ab Ecclesia præcismum atque suspectum criminis hereticos, evitandum.

CAPUT III.

Ex ipsâ causâ elici argumenta de defensione. Et primò, quod male cognita res fuit Pontifici, ut pote subdole ab inquis sug gesta.

Ex sententia hujus epistolæ tantum aberit, ut prophetam spirituali laqueo irritum credamus, quod etiam inde protutanda ipsis innocentia validas rationes sumemus.

Primo namque male cognita causa est Pontifici, ob quam profeti anathema veritatis hostes procuraverunt: cum tamen in eo infligendo requiri ordinem, causæque cognitionem, & ratio convincat, & decretales multæ glossæ, atque ipsa etiam decretorum glossa adstruat in primum caput 3. questionis, undecimæ causæ.

Quis enim ambigat, aliunde, quam malo zelo, quanquam ignoratione causa, provenire, ut enuntietur, Hieronymum Savanarolam, qui nil docet præter Christi verba, falsam in animarum perniciem doctrinam sevisse? Hoc omnibus notum, qui aut illius videre scripta, aut sermones ad populum habitos audire. Hoc vel pueri norunt, quod & hostes veritatis quanquam ore diffimulant, pectore tamen non diffidentur.

Suggesta Pontifici sunt à perfidis hominibus hujusmodi contra innocentissimum virum nugamenta, quæ credita facere ut in ea

rejuice quippe nullæ personæ nis gratia pravis consiliis auctoratum est, ex re esse religionis, fratres eos, qui sub Hieronymo degebant, alii, quos reformatos dicebant, copulari: idque in ipsis arbitrio situm, qui dum de confiendo negocio tentatus, rei, ut pernitosæ, abnuisset, incaluit ardor salvandi, effecitque, ut pena pontificio mandato nececeretur: quod cum & ratione ducet, & patrocinante jure declinasset. nihilominus effera luporum rabies, sub ovina pelle delitescens, potens adeo fuit, ut contemtor Ecclesiasticæ majestatis insimularetur, & extorta è palatio epistola, ut contumax, anathemat percussus, & harassos suspectus publicaretur.

Vide, quam parvo è fonte mendacij ingentia falsitatis flumina eruperint, & sane (ut de me fatear) postquam certior essem factus promulgata hujusce excommunicationis, quanquam sciebam Hieronymum & doctrinam cumulatissimum, & sanctis moribus clarum, atque in primis obedientissimum, minime tamen credebam, è loco tam celebre prodire sententiam, quæ latem verisimilitudine non faciliteretur. At legens diplomaticis exemplum, & prima fronte falso cum doctrinæ insimulatum, offendens, quem certius certitudine compereram, nunquam ne latum quidem unguem à Catholicœ dogmate recessisse, causam diligentius examinandam suscepit, ubi, præter id, quod diximus, trifariam defendi cum posse ab omni criminis suspicione, deprehendimus.

CAPUT IV.

Quod mandatum fuit impossibile.

Reuocandum profecto in dubium non est, supra vires proprias, supraque autoritatem agere posse neminem, & ob id pœnam, si mandato adjungitur, incallum profetri, nec effectum aliquem parituram, probavimus hoc superiore libro præter naturæ dictamen etiam auctoritate juris civilis & pontificii.

Potuerit autem, necne Hieronymus, urbis illius advena, unico vicarianus officio fungens, vertere tot religiosorum fratum voluntates, ut in id concederent cui ex professo adversabantur: nullus puto sapiens judicabit. Repugnarunt namque non minus ipsi Hieronymo, unionem illam, quæ tunc proponebatur publicis literis, ut pestiferam detestantes, addentes, se male extrema pati, quam fratri-

jam speluncæ latronum evaluerant, penitus destruerentur.

Eos autem, qui secundum sanctorum Patrum decreta & probatas ab Ecclesia Catholica sanctionis vivere enuntiantur, inducere, ut velint latronum speluncas habitare, & deformatis inquinatisque hominibus se immiscere, factu impossibile est. Quid ergo fuit causa, ut communis haec repugnantia in solum Hieronymum reiiceretur?

At fortè inquiet, nihil esset amaruum, tam difficile, quod non libenter fratres reliqui Hieronymi gratia subissent? At hoc fundo hix vana argumentatione deluduntur. cum palam sit, nec plus dictionis habere eum in ipsis, quam jura sibi permittant officii, nec (quoniam haberet) adstringi posse, ut cauteretur.

Suprà 11. probavimus, nullum reddi præcipienti Prælato obnoxium, nisi ex ratione, qua præsidet. At ipse Hieronymus Pontifici hoc in negocio non subditur, nisi quatenus ex prædicatorum ordine, & congregationis eius, quæ sancti Marci nominatur, præses ad tempus est. Eatenus autem procuratam hanc ferrum nationem confidere potis non est, ut dum ostendimus.

An ridiculum non judicaretur, si aliis fratrum vicariis, qui de observantia dicuntur (ita enim appellari consuetum) iussum foret, ut, quos sub imperio habarent, eis, qui conventuales nominantur, miscerent, maxime repugnantibus illis, & rem talem nequam se laturos, protestantibus? Sanè quenquam extare non puto, modò rationis capax sit, qui præceptum id vires & hominis & officii excedere, non arbitretur.

Ceterum dato etiamnum hoc atq; concessio, ut iussus factu facilis judicetur, & qui in eis congregationibus sunt vivant sanctissimè, si fratum tamen suorum collegio id non videatur, poterit nequis, quam (quod Dei solius est prærogative) eos cogere, ut id velint & amplectantur? At, si hoc supra illius facultatem erit, qui fieri poterit, ut eosdem compellere, queat, perpetua deformatorum fratum iniuria confortia.

CAPUT V.

Quod exequendum non erat.

Videmus præceptum impleri non posuisse: nunc, an sua natura esse im-

cunque reformandis religionibus, congregationibusque jam collapsis, & divini amoris igne destitutis, operam dede- runt, tantum absuit, ut cum pravis & deformatis monachis fratribusue, diuturnis commerciis implicarentur, ut etiam se ab eis sequestrarent, conarenturque calorem penè emortuum, additis sibi pauculis, qui idem vellent nollentque, ve- luti fomitibus reparare: ut tandem ferè extincta flamma revocaretur, & solido fulgore splenderet.

Scimus, hoc ducentorum annorum decursu, & eo etiam minus à plerisque factitatum. Nisi enim à malis boni sejungentur, pax religiosis maximè expeten- da, incassum queretur. Inter bonos si quidem & malos semper bellum: his ar- qui metuentibus, & odio habentibus lu- cem, illis Ecclesiam malignantium pe- rotis, & cum impiis non sedentibus, quos facilius est probos corrumpere, quia in contrà ab illis eos sanari & integratos redi: quandoquidem pomorum acervus ab unius marci contagio maculatur, unde que conspectalivorem dicit ab una,

Et sanè, cum rei huiusmerita perpenduntur, tolerabilibus malum, quod ex hac mixtione, qui jam reforma- ti sunt, patuerentur, videretur esse infamia, quam ex deformatorum commercio con- traherent: quæ quanti facienda sit, & ora- culo sapientis ediscimus, qui docuit, habendam curam de bono nomine, & Ecclesiæ traditione, qui contentores e- jus crueles appellavit: quibus facile pater, & noxiū esse religioni, probos im- probiscopulari. Quod ipsi Hierony- mus peculiari demonstravit apologetico: & illud præceprum Pontificis tametsi po- tuisset impleri, nihilominus non de- buisse.

Namque iussi, qui malum cleudar, obtemperare non convenit, neque regu- liz, quam professus est quispiam, fas est moribus adversari, quemadmodum su- præ probavimus. Vnde errorem tolera- ta indignum in mandato deprehendi- mus, quando id, quod & factu impossibili- bile, & quod minimè honestum & salu- bre, sed & turpe & nocuum esset, com- pleteretur.

CAPUT VI.

pag.48

Quod jure rescripti. Item, lique- re, cum nunquam censuram in- currisse.

Ex parte nostram de faucibus obloquium eripere. Quantò enim particularius acta eius negotii examinaverimus: tandem colliquebit apertius, ab re prorsus fuisse, in eum quicquam esse adstratum.

Recepto namque diplomate, quo pœnam statim incurrendam, nisi pareret mandato, Pontifex minabatur, hoc est, nisi congregationem, quæ sancti Marci dicitur, cui præterat, illi, quam Thuscianæ & Romanæ provinciæ vocabant, conglutinaret: rescripsit, ejusmodi unionem subdola mente à quibusdam Pontifici oblatam, cum in ea simul & se persequi co[n]narentur, quem ex suscep[ta] afferendæ veritatis causa acerrimo odio infectabantur rem perniciolam ferere, qua scandalum exoriretur.

Confectoque libello, cujus antè meminimus, dedit etiam Epistolas, quibus significabat, eam, quæ procurabatur, ferruminationem tam divino honoris contraria, quam animarum saluti pestilenter. Demum ab eo peti, quo præstare non poterat. Consensu etenim Universorum fratrum opus fore. Rogarentur ipsi: consentientibus enim repugnare non posse, compellere invitos, & contranitentes, sui arbitrii non esse.

Quæ cùm ita sint: quis revocabit in dubium, virum hunc ab omni culpa insimulati criminis immunem? Siquidem suprà, cùm de obedientia ageremus, multis modis ostendimus, licet subditis à Prælati mandatis, quæ excommunicationem annexam gererent, abstinerere, atque rescribere. Hoc clamant jura: hoc eorum interpres asseverantissime volunt, monentque, secundam iussionem expectandam: si aut de mente Principis ambigatur, aut in exequendo præcepto scandalum malique aliquid formidetur. Et præter ea, quæ ibi allata sunt, in eandem sententiam loquitur Baldus in Iustiniani Principis codicem, titulo de Usuris. Et Petrus de Ancharano consilio 235. docet, cùm res aliter se habeat, quæ scribentis mens præsupponat, supersedendum esse licet mandato excommunicationis latæ sententiaz pœna misceatur.

Ac perfidi homines, mandari aliud Hieronymo, non procurarunt, scientes, ei, qui iure à primo belli insultu se defenderat, secundo etiam & tertio non defutura propugnacula: sed epistolam extorserunt, cujus vi posse ostendere rudibus ipsius negocii, justa cum pena mulctatum, quam & caruisse justitia & virtus & illi in iure.

cùm ex epistola nil aliud colligatur, quæ cùm ob inobedientiam censuradæmnatum, & parte alia iuste Jureque non obedivisse, à nobis monstratum sit, omnis excommunicationis scrupulus & suspicio cum omni metu prorsus eliminanda est.

CAPUT VII.

*Neque ei necessariam absoluti-
nem, neque ab eius communione
abstinendum esse.*

Ab his consequens est declarata: nullam ei necessariam solutionem fore, nec ab illius communione ullo pacto abstinendum esse. Et sane, quanquam ob reverentiam Apostolo & sedis, sententiam ipsam petierit aboleri: id tamen, quantum ad se attinet, minime oportuit, ut ex verbis Gelasii pontificis in lib. Decret. satis abunde edocemur.

Postquam enim scripsit ad episcopos Orientales, eam sententiam, quæ injusta esset, ex eo curari non debere, ex quo, nec apud Deum, nec eius Ecclesiam, nemo poterat iniqua sententia gravati: hæc subdit. Ita ergo easc absolvæ non defideraret, quæ se nullatenus percipit obligatum. Cui mirifice consentit ratio. Nam solutione sibi opus non fore, manifestum est, ubi non est nodus & ligamentum. Eos amorem non alligari, qui sunt insolentes, divus Hieronymus censet.

Nec Augustinus dissentit, docens, injusta vincula à justitia disrumpi: qui alibi quoque testatus est, non obesse homini, quod ex illa tabula velit cum dele re humana ignorantia, si de libro viventium non debeat iniqua conscientia.

Præterea Io. Gerson in libello de excommunicationibus & irregularitatibus affirmit, nequaquam ligari eum, qui à quopiam aut Theologo aut juris interprete responsum habuerit, sententiam in fejactatam tenendam timendamue non esse, præfertim dum habita fuerit ratio, ne ignari simplicesque offendantur.

At non unus modò juris aut divinorum eloquiorum consultus: sed multi in hanc sententiam cateruatum inierunt, perperam & injuria prophetam nostrum lacessitum atque vexatum, nec quicquam ei ob id metuendum: quibus admodum suffragatur Decretorum glossa, ut alia omittam, dum in xi. causa, 65. caput tertii questionis retractans, satis innu-

lententiam injuriam probat quod ille ex
pistolis, tam latino quam materno ser-
mone conscriptis, factitavit, & rationi-
bus credens, & superiore lumine exquisi-
tissimam, se ab omni vinculo exem-
tum.

Ceterum ut scrupulus omnis men-
tibus ambigentium trepidantiumque
extrudatur, scire convenit, argui eos a
divinis eloquiis, qui, ubi timor non est,
tripidaverunt. Nequaquam enim me-
tuendum ei communicare, quem non so-
lum emaculata sceleribus vita, & veris
milibus suspicionibus illibata, Deo ac
Ecclesiae minimie contumacem, sed etiam
cum rationibus mulris, tum autorita-
tibus ab omni calumniade falsa opinio-
ne vindicatum constat.

Succurrant ad exemplum trecenti
aut circiter eiusdem ordinis fratres inte-
gerimꝝ vitæ, & sanctæ conversationis;
& eorum aliquot doctrina clari, & iam
diu probati, nonnullique a pueris ad de-
crepitam usque senectam in collegio
Prædicatorum fratrum magna cum lau-
de viventes, qui omnes eum alloquun-
tur, honorant, reverentur, obseruant, ipsi
ea imponentes charitatis obsequia, quæ
Prælati ab his, qui gubernantur, debi-
ta sunt.

Crediderimusne, forsitan eos aut
mente captos, aut salutis propriæ con-
temtores, unicaque collatione cum illo
habita, dignos effici velle æterna morte:
quam ut effugerent, alii maxima patri-
monia reliquerunt, alii dignitates & ec-
clesiastica beneficia, alii triginta, alii
quadraginta, atque etiam quinquaginta
annos religiosæ vitæ mancipati expen-
derunt.

Succurrant & alii quam plurimi;
cum in urbe Florentia, tum alibi degen-
tes, quibus (quanquam in cœnobio non
vivunt) sua salus plurimum est cordi, ac
Christum diligunt, in eum transformari
cupientes, ac jam solitos ad nomen as-
mathematis exhortere, quos nec pravo-
rum commenitiz minæ, nec subdolæ
blanditez deterruerunt ab eius commer-
cio, quem uti hominem & doctrina & bo-
nitate prudentiaque refertum observant;
uti parentem diligunt, uti prophetam
divinum honorant.

Hi profectò in propriæ conscientiæ
Iudee viderunt, nullo eum spirituali la-
quo irretitur, quod ipsum præterquam,
quod hinc & vita ipsius & conversatio-
inde persequentium mores & fama per-
vasit, ex ipsa etiam causa, ob quam ex-
communicatio est publicata, plane con-
firmarum est.

autem locutione, causæ, que interrogata
fuerit, sententiam non tenendam; quan-
tò magis non ligabitur, qui obstantibus
tot præjudiciis tantum communicaverit;
& maximè fauentibus Pontificum decre-
tis & eorum interpretibus. Ita enim in
capite 65, questione tertia causæ undeci-
mæ scriptum vidimus:

Non ergo ab eius communione ab-
stinendum est, nec ei ab officio cessandum
in quem cognoscitur inique prolatæ sen-
tentia. Et Innocentius in secundum cap.
tituli de sententia excommunicationis
lib 6. docet, ei communicandum, quem
manifestum est in justa sententia vexa-
tum, posseque aliquem, qui jus commu-
nicationis contra habeat; in justa sententia
peti.

Quid, quod nono capite Evangelii
Ioannis legimus, cæcum illum abortu
naturæ donati vius miraculo prelatum,
quem Iudei maledicentes ob Christi no-
men eliminaverant, ab eo suscepimus;
& nihilominus satis constat, legem Moy-
sis non adeo emortuam, quin & servari
posset & deberet, quam etiam ipse Iesus
servandam præcipiebat, inquiens: Super
cathedra Moyssi sedebunt scriba & Phari-
sei, quæ vobis dicunt; facite, quæ autem
faciunt; nolite facere; dans intelligere;
nullo pacto eorum vitam, quæ mala erat,
trahi in exemplum debere: attamen do-
ctrinam servandam; si eos aperte non
contingeret à vero deviare, tum eis nul-
lo pacto acquiescendum, nec ab injustis
excommunicationibus metuendum, ut in
suscipiendo, quem illuminaverat, cæco
faciendum monstravit. Et alibi, cum
palam discipulis edixit, prædicti quæ
futurum, ut absque synagogis fie-
rent.

*Caput ultimum, in quo nonnulla
in defensi Propheta laudem afferuntur;
quibus fusuris persecutionibus
resistentium:*

Ab eis, quæ attulimus, innocentia
æm virtù propheta tibi arbitror manife-
stam, atque etiam his; qui opusculum
legerint, si qui tamen futuri sint, quives-
rum defecata sceleribus vita investiga-
verint.

Plerumque enim quorundam mens
adeo malitia obtenebratur, ut, qui suapte
natura vel in controversiarum crepuscu-
lo veritatem exquisitè ceruerent, quan-
doque interdiu, Soleque meridiano illue
cescente, errorum nebulis caligent, quos
erroris sui causam sibi, non aliis adseri-

et lunt corde.

Quare, divino lumini non obstante-
rint, hæc puto satis superque futura, si
autem & claudere oculos, & obdere au-
ribus ceras maluerint, quæcumque aut dia-
cta unquam in veritatis hujuscce probati-
onem, aut in posterum dicenda, incassum,
quantum ad eos spectet, proferentur, quæ
scripta erunt ad fideles confirmandos,
atque ad pravorum veritatis & detegen-
das & impugnandas.

Sed cum hæc simulachra sint bellis,
pugnæque ludicræ, atrocis comparatio-
ne prælii, quod ei pro Christo ineundum
est (siquidem futorum sibi prædictis cer-
tamen ingens, de quo omnino sit trium-
phanturus, se adversus duplēm potentia-
m, sapientiam, atque malitiam instru-
cta prius acie, dimicandum) paratos in
stationibus stare convenire eos, qui vitam
istam deserere, quam veritatem, malunt,
atque armis confertos, bellicisque instru-
mentis stipatos classici sonum expe-
ctare.

Hæ profectò militum copiæ, quibus
exercitus mendacii profligabitur; hæ bel-
licæ machinæ, quarum vi falsitatis & tre-
pidorum mœnia corrident, pensari Pro-
phetam ipsum, quantum humana fert
infirmitas, IESVM Dominum imitari, ea-
que insistere semita, quæ fuerit priorum
Prophetarum & martyrum calcata vesti-
giis, divini honoris ardentissimum, sa-
lutis animarum sitibundum, intrepidum
præterea, atque omnis pravoris exper-
tem.

Nihil profectò in eius vita, quod
à probata illa, quam professus est, viven-
di norma deliret, nihil in doctrina, præter
veritatem fidei, puritatem Christiani ri-
tus, rerumque futurarum prænotiones,
adèo constanter tenet, prædicat & asse-
verat, ut ipsa Roma, Italiaque pene uni-
versa ab incepto revocate illum procu-
rans, ne quicquam laboraverit, cundemq;
sæ penumerò aggressa modò cæsim truncas-
re, modò punctim confodere, viribus
cassæ fuerint.

Vnde cerni, nisi exoculatis, datum est,
fuisse hunc Dei ministrum, rerum futura-
rum præconem, Christianæ fidei & pro-
mulgatorem & propagatorem eorumq;
omnium, qui ad sepiernam Hierusalem
suspirant, peritissimum ducem.

Triz, olim mecum ipse cogitans, fidem
Christi doctrinamque & gignere & auge-
re, sum contemplat: Lumen superne de-
missum, quo ea intueamur, ad quæ cernen-
da in limitibus nostræ naturæ jam infidae
de reliqui cœcutiremus: Efficacissimæ ra-
tiones ex effectibus desumus: Miranda

dum deprehendas interpretarem.

Lumen quippe cœlitus missum in cas-
ta est, cur illi assentiamur: quandoqui-
dam statim à plerisque subscribi ei vidi-
mus, nulla ratione percepta, nullo viso
prodigio, mere narrationi acquiescenti-
bus, qui tamen & prudentia cumulati, &
doctrina referti: nonnullos contra pro-
tinus refragari, nec rationum molibus ec-
dere nec prodigiis flecti.

Quales autem sint, & quantæ rationes
adstipulentur: cum aliunde, tum ex Do-
minici Benivenii, doctissimi & integerrimi
viri, lucubrationibus huic muneri de-
dicatis colligere licet.

Prodigia verò cum multa tum magna,
dignissimorū hominum relatu, prædi-
catones illius & vitæ reætitudinem robo-
rare extollereque, factus sum certior. A
meipso quoque perpetratum ab eo vidi,
quod in naturæ fieri nullo pacto posse ju-
dicavi, & plerique mecum, quibus explo-
rata naturæ potestas, eandem sententiam
tulerunt, ut tibi olim me nastasse memi-
ni.

Hæc & similia, vero (ut dici solet) veri-
ora, quamquam nec diffusius tractata, nec
exactis probata, utpote qui tibi & mihi
ei us uiromicis & domesticis scribo,
habere ad manum oportet, quibus & bel-
lare possimus, & vincere.

Eam enim doctrinam, quæ Christianæ
omni ex parte sit consona, immo similima,
immò eadem, licet aliquando particulari-
us pro temporum conditione explicata,
uti lucidissimum jubar effulgens huic no-
stræ tempestati, qua rerum potiuntur vi-
tia, virtutes in universum exulant, refri-
guit charitas, dejecta est spes, fides elan-
git: Eam, inquam, doctrinam, quæ
omnibus his damnis affore opem occes-
pit, Deique maximi, & optimi provi-
dencia, atque clementia universo jam or-
bi monstrata: ut eius deturpata facies,
depositis larualibus simulachris, scad
ipsam affingens, ad exemplar veram in-
duat speciem, non sequi, non magnifica-
renon extollere, omnique conatu tue-
ri, non sanis esse hominis, non sanus ju-
ret Orestes,

In Epistola quadam hic idem Miran-
dulanus adhortatur Imp. Maximilianum
ad reformationem Ecclesiæ, hisce verbis:
Reliquum est, maxime Cæsar, ut, quæ te
fide & pietate possim, deprecer, ut san-
ctissimum illud propositum tuum, ven-
dicande in pristinam libertatem Christi-
anæ Reipublicæ, quam citius fieri do-

multò perperum est, indeisque patitur à lupis, magis sub ovina, quam propria pelle grasiatibus. Agegitur iam, optimo, & excitis, qua ratione potes, Christianis Regibus, te Christo regum omnium Regi, oves suas tam ab hostibus, quam à perfidis pastoribus jamjam liberaturo, fidum ministrum exhibe. Mirandus, Calend. Decemb. Anno Christi 1500.

pag. 51. *Antonius Mancinellus.*

1512. Quidam celebris vir hanc narravit historiam, Mancinellus in solenni quodam festo Romæ sub processione, more solito, albo insidens equo, publicè coram omni populo eleganter habuit orationem contra Alexandrum sextum Pontificem: ubi omnes Papistarum & Antichristi regni abusus, impios mores, spuriissimam vitam, inaudita sceleta & scandala reprehendit, ac valde acriter in easdem abominationes est invectus: & in fine, postquam peroraverat, orationem scriptam inter populum astante sparsit. Comotus hac oratione Pontifex, illum comprehendi, & utramque ei manum abscondi, jussit.

Sed cōvalescens Antonius, paulò post iterum in alio quodam festo, simili modo multò graviorem & vehementiorem habuit contra Pontificem orationem, qua ita accensus ille Satana minister Alexander, linguam Antonio excindi curavit: quo dolore aggravato, pius vir interiit. Hujus rei fides sit penes authorem, Illyr. Imp. & PP. V.S.

8512. *Georgius Tansteter.*

Maximiliano I. Imperatori à Mathematico Georgio Tansteter mors prædicta fuit, sex annis ante, quam ei contigit, propter solis Eclipsin, quæ ante mortem ipsius accidit anno 1518. Septimo die Junii, cum ille Ianuarii die 12. obiit. Imp. Max. I. PP. Iul. z.

1512. *Pisanum Concilium.*

Actum fuit in hoc concilio inter alia, de reformatis Ecclesiæ moribus: item de immortalitate animæ, quoniam id iudicium Romæ venerat. Imp. Max. I. PP. Iulio 1. V.S.

1512. *Lilias Gregorius Gyraldus historia Deorum syntagma XVII.*

Sacerdos in omnibus sacrificiis celebrandis, antequam deis immolaret, auctrem divinam faciet, quibusdam se prius sacrificis preparabat. Unde Græcis verbum frequens ἔξοριάζειν, quod est, ad cultum sacrorum se expiate. Inter haec

Legimus, Numam Pompilium, cum pro frugibus sacra faceret, esu carnium & venere abstinuisse: & Julianum Cæsarem, & si Procopio credimus, Iustinianum oleribus leguminibusque contentum se pectoritasse, ob religionem: eos item, qui initiandi essent Isidis sacris, dies X. parcere carnibus & vino. Quin & Aegyptios festis quibusdam diebus junia servasse: id quod & Hebreos adhuc observare animadvertisimus.

Aquæ quidem asperitione corporis labem tolli, & castimoniam præstari, putabant: præterque Myros & Esaos, aliosque, qui ob religionem animantibus abstinebant, ut s. prædictum est, cælibemque vitam agebant, qui Abii & Annymphi dicti fuere, constat, sacerdotes matris deum Samia testa sibi virilia amputasse, atque illos, qui maxima sacra obibant, ut in casta religione manerent, & procul à mulierum contagio vitam agerent, herbis quibusdam evirati, & virilitatem amittere: utque nulla nisi sacrorum maneret cura, nudique & vacui pietati & religioni intenderent, cunctarum se terum dominio abdicare, quod juire pontificio veteri caveri: quidam putant, illis verbis: Ad divos adeunto castè, pietatem adhibento, opes amovendo: qui secus faxit, Dens ipse vindex erit.

Quam castimoniam apud exterios quoque servari, notavimus. Quippe in Thesmophoriis matronæ Athenienses ut Venerem eohiberent, foliis viticis cubilia substernebant: nonnulli garo ex pīsciculis, qui squamam non haberent, (quod incendia libidinum reprimere fertuntur, & irritos conatur facere veneros) in sacrificiis usi fuere: quod Agesilaus putabat, deos non minus religiosis operibus, quam sacrificiis castis delectari: quod & Rex & Poëta Iudeus ante illū monuerat.

Legimus præterea, hierophantas Atheniensium, postquam in sacerdotium co-optaverant, ut castè sancteque sacra facerent, cicut sorbitione se castravisse: Aegyptios vero sacerdotes, negotiis omnibus, mulieribus nunquam induluisse, carnibusq; & vino abstinuisse. Itemq; Gymnosopistas adeo abstinentiæ studiosos fuisse: ut pomis solum, oryza, & tarina aterentur.

In Creta quoque, Enipides testatur, quos vocabant Iovis Prophetas, non modò non carnibus, sed ne coctis quidem vesci solitos fuisse: & Indorum Magos proditum est, qui ad Solis sacerdotium promotifuerant, carnibus abstinuisse, & tunc fuisse, ut sacerdotiis.

esser, ad suas levandas culpas, se in primis rerum dicere solitum, & noxē pœnituisse, & admissa fassum, rultusque summisse, & ad omnem modestiam finxisse: quod utinam & hodie perseveraret in nostris, inter quos plerique nulla reverentia sacra obeunt.

1512. *Egidius Viterbiensis in oratione ad Iulium Pont.*

Egidius Vitebiensis Augustiniani ordinis praefectus, in Oratione ad Iulium 2. habita inter alia sic ait: Principio quis non videt, rerum alias divinas, alias cœlestes, alias humanas? Ac divinæ quidem, quod sunt motus ac mutationis expertes, emendatione non egerint: cœlestes vero atque humanæ, agitationi obnoxiae, instaurationem desiderant.

At quemadmodum si pratis imbres, si hortis aquam aut pœtos, si agris cultum, si vineis putationem, si denique viventibus alimenta subduxeris. illa arescent brevi, silvescentque, hæc viveredebissent, atque emorientur: ita ferè post Constantini Magni tempora (quæ ut saeculis rebus multum adieccere splendoris & ornamenti, ita morum & vitæ sanctitatem non parum enervarunt) vidimus malas cupiditates, diram autem atque habendi sitim: vidimus, multos adeò ad functiones sacras vocatos, partim bella & serentes & alentes, partim deditos corporis gaudüs, per luxum atque ignaviam ætatem agere: vidimus, inquam, vim, rapinas, adulteria, incæstus, omnem denique scelerum pestem ita sacra profanaque miscere omnia, ita in sanctum naviolum impetum facere: ut penè scelerum fluib[us] illa latus dederit, ac propè mersa & pessundata sit.

Et circa finem: Quæ quidem omnia (nisi ferrei sumus) quidnam aliud, quam cœlitus missæ sunt voces monentis Dei, ac præcipientis, ut synodus habeas? ut Ecclesiam emendes? ut Sponsæ tuæ undique lacefitæ pacem utramque restituas? ut gladios avertas, urbis & Italiz jugulis imminentes? ut nostram frenes vivendi licentiam, Ecclesiæ viscera majoribus vulneribus ferientem? Non enim multum referr, quantum agri possideamus, sed quam pii, quam divinitatum rerum studiosi sumus. Imp. Maximiliano 1. PP. Julio 2.

1512. *Arnoldus Ferronus Burdegalensis de Julio 2.*

* Arnoldus hic Galliz historicus, & Burdegalensis quondam Parlamenti Senator, itemque alii complures memoriz

urbe per Tyberis pontem educeret, multis hominum millibus audientibus, hæc pronunciârit: Quando nobis claves Petri nihil prosunt: age, gladium Pauli disstringamus: simulq; claves, quas secum attulerat, in Tyberim projecit, gladiumque vaginali eduxit, quæ de re notum illud vetus carmen est Gilberti Ducherii Vuttonis Poëta:

In Gallum, ut fama est, bellum gesturu a cerbum.

Armatam educit Iulus urbe manum.

Accinctus gladio, claves in Tyberidio amnem

Proicit, & sevus talia verba facit:

Cum Petri nihil efficiant ad pretia claves,

Auxilio Pauli forsitan ensis erit,

Pontifex Romanus unde habeat

claves pro insignibus.

Janus, antiquissimus Italiz Deus & Latii Rex, claviger dictus est ideò, quod cum clave & virga formaretur. Clavis præterea Ianus, & Patulcius, à claudendis & patefaciendis portis. Vnde Naso in Faſt.

Nominari debet, modè namque Patulcius idem.

Et modo sacrifico Clusim ore vocer.

Ex quo patet, Romanenses Ianos sua insignia cum Regno & divinitate non à Petro Apostolo, qui nulla unquam habuit, sed à jano Ethnico accepisse in iure hereditario. Clavis est Plutonis insigne apud Pausaniam in El. 1. s. fol. 596. ea proditum ratione, quod inferorum sedes ita clausa est, ut nemini indereditus patet. Girald. lib. 4. Suid. Ovidius, Virgilius 6. Æncid.

Idem Arnol. Ferr. lib. 4. de rebus Gestis Gallorum. Iulus 2. Papa ea fuit perfidia, ut Federicum Sanseverinum, unum è purpuratis, qui ad regem Galliz transferant, blandis literis ad redditum pelliceret: alteris maximè petebat & Francisco Gonzaga Mantuano, & Iacobo Trivulcio, darent operam, ut quacunque ratione interceptum deprehenderent: item ut, ut dum per legatos pacis conditiones scribuntur cum rege, aliis legatis Helvetios summis invitatos stipendiis uno eodemq; tempore in Regem armaret: Gallos vero in universum, novo nomine augens Romanam supellectilem, Midurivinos vocaret, quasi immodicos viñi portores, quod mox emittendum esset: quo vitio ipse maximè laborabat. Neque hisce maledictis abstinebat, quæ in ipsum duplice re videbant. Vnde factum est, ut Gallici poëta palam in eum, his affixis undique versiculis, luderetur:

habet.

1513. *Guilielmus Budensis lib. 5.
de Affe.*

Clerim magister sanguinarius, effactis
timoris divini repagulis, feras nationes
in Domini populum immittebat, & Gal-
lorum partes, eorumque factores diris
exsecrationibus devovens, scelere plus-
quam Tragico totum penè orbem religiose
solutum, in devotos concitabat.

An ejus temporis status in mentem
non venit, cum Divus Petrus Paulusq;
& eorum sequaces, Ecclesiaz Architecti,
non armorum splendentium fiducia in-
fecti ad prælia grassabantur, sed in-
nocentia frati, cetera inertes, ad castra
Christi tuenta in tumultu flagrantissime
charitatis classico ciebantur? Nunc in-
ania tantum ipsi nomina tanto intervallo
facti, eti eorum demum majestate apud
populos sacrosancti sacerdotum ordi-
nes primarii fastus suos obumbrant.

O duram portentosamque recordiam
sacrosanctæ porestatis? Quis enim un-
quam tantum animo concepit nefas, ut
sacerdotum culmen, ut clerici magister,
ut sacerorum summus opifex manus inau-
guratrices, ab altaris operata adhuc ca-
lentes, in familiam Domini armare su-
stineret? ut animo plusquam gladiato-
rio grassaretur ad Christiani nominis cul-
men, nempe Christianissimum mundo
stupore delendum, & nunc mysticum
illumensem etiam punctumque irato, ut
credimus, proposito vibrarer, nunc à
Marte sanguinariam frameam mutare-
tur, & consternatos diris exsecrationi-
bus, quæ fortasse in eum ipsis vertendæ
erant, ad internacionem quoque com-
mittetur?

En quos pedes, quas manus lubens ex-
osculare, unde vel os cruentum, atq; pol-
latum referres.

Miserum verò te cum, Iuli, qui usque
ad eo iræ cæcæ indulgendum putaris, rute
ut transverso velana animi exitate rapere?
& nec decorum majestatis beatissi-
me prædio respicere, sed ordinem am-
plissimum, sed senatum illum purpureum
cum principia veneratione insignem, sed
Libani gloriam tecum rapiens invitum
bona ex parte, & musitante, arcis Ec-
clesiaz ruinanos obruere, teq; adeo ipsum,
cuperes? orbem etiam penè totum im-
mutares, fulminibus ciendis intorquen-
disque collabescum, ut nos odio & in-
vidia flagrantes, igneque deinde arden-
tes torvis istis oculis inspiceret nec jam
recusares, quia in regem nostrum flam-
mantem. Vot: compos insilires?

que præcipitem? ut vel corpus animatum
que in busto inimicorum properaret ne
perditum.

Non fuit iræ efferaffissimæ satis, retro
nos in fine fulmine perterritos egisse,
Italiz perditz nobis adamatz possessio-
ne cedentes cum fremitu gemituque; ni-
si de artis insuper & focis dimicare extre-
maque deinde exempla timere coegeret?
cum interim sub ipso L. nilla sanguina-
rio totus propemodum hic o: bis nobis
cum pariter digladiaretur animo infe-
rius.

Vbi nam erat igitur ille zelus Domini,
q: z est ira justa, Izla aut immunitz vin-
dex d: vinæ majestatis? hoc enim denum
significo in aciem prodire sacris cokos-
tibus fas est, si quando prodire fas est.
Num tandem gitur ex illa a: ce charita-
tis, aut fidei scello auxilia promicerat,
& signa cruciata?

Ecquid igitur cum pudebat Servum pag. 54
servorum Dei se vocare, cum Franciam,
Christianorum decus semper, & Pontificem
cum zdem religione asylum, bullis
ipse Gallicis insignire gestiret? Cum sa-
cerdos septuagenarius Christi, pacis
conditoris & parentis legatus, Bellonæ
sacris operaretur, cui cum generis hu-
mani luculento dispendio luctare conten-
debat. Idque tum, cum profanum vul-
gus ad deubra pacis & concordiz milera-
bili specie supplicationes inibat.

Enī vero visendum spectaculum. Pa-
trem non modo sanctissimum, sed etiam
senio & canitie spectabilem, quasi ad tu-
multum Gallicum Bellonæ fama siros e-
vacuatos cidentem: non trabea, non au-
gustis insignibus venerandus, non pon-
tificeis gestaminibus sacrosanctum: sed
paludamento & cultu barbarico conspi-
cum, sed suriali, ut ita dicam, confiden-
tia succinatum, & fulminibus illis brutis
& inanibus lucidum, eminente in truci-
vultu cultuq; spirituum atrocitate

Profecto nos vidimus in paucis annis
multa, quæ prorsus majora fide posteris
videbuntur. Hoc turbide, hac procel-
la laxata Ecclesiastice authoritatis ac di-
sciplinz compage, quoniam modo fides
recta, nisi clavis crabibus & sternis fa-
za, sacrisque monumentis semel affig-
mata constabilitaque fuisset? Imp. Maxi-
m. PP. Julio 2. & Leone 10.

Idem, testatur Decretales & Extra-
gantes nihil aliud esse, nisi fraudulentos
quosdam laqueos, & insidiosa retia, qui-
bus Papæ, eorumque Prelati omnes for-
tunas ac dignitates laicorum, cum publicas,
tum privatas, ad se rapiunt ac pete-

Iudicium de legibus, homines stolidissimos & infantissimos in Gallis Episcopos fieri, dicit.

Georgius Simlerus in prefat.

1513.

in Rabanum.

Saltē parvulae cuidam lectioni aliquid operz impenderent, non tam propensē pyrgo imminentēs: aleā quādā festiva & honesta lūsītarent, ne in numerū suffici viderentur, quorum Babtista meminit, cui Pio cognomentum est in Rudente Plauti: Tales, inquiens, sacerdotes esse debent, qui sicuti templi sunt antistites, ita probitatum sint præfides.

Nunc meri sunt gulones, cuppediz, ganeique voraginibus impliciti, & mulierositati, ut cum illos videas, vultum & pallium videre possis, sacerdotem desideres: iis pulchellis coma gradatim scanſilis: omnes valgii, calceos follicantes respūunt, colobia indignantur, manuleatas tunicas appetunt, pætis & incastigatis oculis, quos cūm videas, non presbyteros censeas, sed procos, & quibus in solo vivendi causa palato est, verbis Aristidæis, operibus Sardanapaliciis, ut id verum sit, sacerdotium orbi religiōnem & advexisse & abstulisse.

Recolligant tandem mentem, & A pollinaris id aureum dictum memoria teneant. Nam sacerdotis pater filiusq; Pontificis, nisi sanctus est, rubo similis efficitur, quem de rosis natum, rosasque patientem, & genitis gignentibusque floribus medium, pungentibus comparanda punctis dumorum vallat asperitas. Imp. Maximiliano I. PP. Leone II. V.S.

1513. Guido de fonte Nayo de rerum humanarum varietate.

Caracallus Papinianum I. C. occidi præcepit: quia prohibuerat cum Novaca matrimonium.

Idem. Anastasius I. Papa cūm esset in latrina, nulla neque morbi, neque alia (quod mirum est) quæ videri posset, antecedente causa, repentina morte correptus est.

Incantationes Turcarum.

Habent quoddam genus Incantationis Turcæ, quo invitos retrahunt. Nomen servi in schedula scriptum suspenditur in tabernaculo, vel domicilio servi, deinde divis verbis & devotionibus illius caput impetunt: deinde fit vi dæmoniaca, ut fugiens putet, sibi in itinere vel leones, vel dracones incurtere, vel mare vel fluminis contra se exundare, vel omnia tenebris nigrescere, iisque terriculis repulſus ad hæc.

Bemelanorum, primi ac ultimi annorum calamitatibus, deinde de sua gentis interitu, ex Persica lingua in Latinum sermonem conversum, Autore Bartholomæo Georgievits.

Ad reverendissimum Principem, & Dominum, D. Othonem, ex illustri prosapia Baronum Waltburgens. oriundum, sacrosanctæ Romanæ Curie Cardinalem, & Episcopum Augustanum, Cæsareæ Majestatis apud Vanigones in Comitus Ordinum Imperii vicem locumque tenentem, Dominum, Mæcenatemque suum, Bartholomæus Georgievits clientum deditissimus.

Vt nautæ post naufragia libenter recitant sua pericula, hic Scyllam latrare, illic Symplegades concursu suo in medio interceptas naves collidere, alibi Syrtes quotidie vadum mutare, alibi submersa saxa latere, alibi immanibus cetibus mara obsideri, alibi Anthropophagos de humanis artibus epulas instruere, alibi piratas, quicquid vehit mare, in suas prædas convertere, alibi voragini subſidentium aquarum circumrotatas naves in abyssum absorbere: ita mihi dulce est, Princeps Illustrissime, in memoriam revocare exantata in in bello Hungarico pericula, durissima vincula, captivitatem plus quam Babyloniam, servitutem omnium acerbitate suppliciorum referam, & cum multiplices mei mutato domino nundinationes, tum varios in mea fuga casus.

Cæterum, cum mala ejus servitutis editis commentariis evulgâtim, simulque perscripserim, qui apud quamque gentem ritus, & ceremonia habeantur, quaque disciplina in pace & in bello vivant, quæque item in singulis locis cum Asia, tum Europæ, vel majestate visenda sunt, vel religione veneranda, vel novitate admittanda. Omnia enim perigravi, neque id cur sim, sed cum longa mora, adeò, ut rerum indagationi spaciū temporis non defuerit, qua in re Platонem, Pythagoramque sum imitatus, quantum nostræ tenuitati licuit.

Superest nunc, ut de Prophetia quoddam inter Mehemetanos celebratissima mentionem faciam. Illa enim gens ut ab initio à Christianis derivata est, (nihil enim à principio, nisi se & a quoddam & heresi fuit) ita multa adhuc habent non abludentia à rebus Christianis.

minimis piante lucem videtur, ut illa
Iacrum quoddam lex ne in felie consipi-
as, in rubeta crocodili, in simia hominis,
quamquam indole, magnitudine, imo
moribus factisque in immensum diffe-
rant.

Habent igitur nostrum immorem mul-
ta vaticinia, obambulantque ubique fa-
tidici & fanatici prophetæ: sed tamen ni-
hil tam certum & exploratum habent,
quam hoc genus prophetæ, qua nume-
rosæ istæ de nostra gente vistoriz, ac tan-
dem ipsorum interitus describitur: id
quia haec tenus verum deprehenderunt, ad
alios quoque adhuc futuros casus verissi-
mum fœc, existimant, adeò, ut publicè
in ploratum effundantur, quotiescunque
Enem istius prophetæ legunt, non ali-
ter, quam si in futurum denunciata cala-
mitas, jam in præsentia corum cervici-
bus incumberet.

Mihi ut non libet, nec licet quicquam
de istius oraculi fide adstruere, ita dulce
est versari in iis, quæ in fine istius oracu-
li continentur, opto quoque exitium sceleratissime
gentis vero augurio ab ipsis præ-
dici, & ut propheta, qui haec tenus contra
nos verus deprehenditur, etiam pro no-
bis verus reperiatur.

pag. 55. Etiam extra Israël Balaam verus Pro-
pheta fuit: inter gentes multæ sunt Si-
byllæ inventæ, quæ vera canerent:
quid verat, quod minus extra Christianos
aliquis sit, qui Spiritu propheticō
utatur: verum ut dixi, nihil afflvero,
sed tantummodo quia tristia nostra (ut
pronunciatum ibi fuit) evenire, ita leta
quoque evenire vellem. Quod si nostri
mores corrigerentur, ac non potius in
deterius omnia quotidie pessum irent,
omnino sperarem, in proximo esse illud
tempus, in quo Christus calamitates suæ
gentis respiceret, quod quidem & ipsi
Turcz iam adesse putant: quia multi ex-
istimant, easdem vices rerum Christianis
fore, quæ judzis olim fuerunt.

Abductæ sunt decem tribus Israël in
captivitatem, salva adhuc & aliquandiu
postea florente Iudea: jam plerique ex
eorum fatidicis afferunt, decem istas tri-
bus Arabiam, Syriam, Chaldæam, Ar-
meniam, Phrygiam, Thraciam, Græci-
am, Hungariam, Ægyptum, & Africam
esse: & id quod supereft in Europa, esse u-
nicam tribum Iudea, cum reliquis Benja-
min, atque proinde illam aliquandiu in
imperio fore, & multis invicem cladi-
bus inter Turcas nostrosqne variatum
iri.

Alii credunt, tenorem vicitiorum

recuperantibus, dominante & siveiente
Christianorum gladio, quem aut Pro-
phetam, aut Principem aliquem Chri-
stianorum fortissimum interpretantur,
qui nos subjungando ad veram fidem Chri-
sti revocabit: quæ res melius ex vatici-
nio intelligetur.

Verum ego postquam usū cognovissem,
illusterrimos eruditissimosque viros ob
excellentissimas tuas in Ecclesia Dei, ac
Reipublicæ administratione virtutes, tè
Reverend. Princeps venerati, & in sum-
mo honore habere, in primis Reverendissi-
mum Heroem, dominum Christopho-
rum Madruicum, sacro sanctæ Romanæ
curiæ Cardinalem, Episcopumque Tri-
dentinum, virum animi magnitudine, n-
ad sapientia præstantissimum, Ferdinandi
regis Hungariz, Bohemiz &c. & Ca-
roli Romanorum Imperatoris amicum
fidelissimum, qui cum nuper post cladem
Carinai acceptam cum tota Lombardia
in periculum venisset, ne inditionem
Gallorum recideret, fratre cum subiuncto
milite missio, suis opibus & viribus rem
illie nutabundam sustentavit: dominum
item Granvellanum, intimum Cæsaris
consiliarium, & ejus filium Episcopum
Atrebatensem, in quo cum omnes doles
animi emineant, maxime tamen eluet
humanitas, ut qui illud Titi Vespasianus
sibi videretur simulationi habere, ne ouem
tristem a se dimitat: item & clarissimum
Principem D. Wolfgangum, Episcopum
Patavensem, virum summa eruditione,
pietate, & omni laude sublimem: Reve-
rendiss. item Præsidem Constantinen-
sem, D. Ioannem Veza, robore animi
& corporis, sanctitatèque & pietate, er-
uditioneqne excellentissimum, multis
in Cæsariis rebus felicissime obitis lega-
tionibus: ut interim omniam Cornelium
Sceperum, multatum lioguarum peri-
tum, Cæsarez Majestatis non solam inter
Christianos, sed etiam apud Turcarum
Imperatores legatum incomparabilem,
cujus fidem an felicitatem magis miroris
in tractandis negotiis, in dubio est. O-
mittam quoque omnes Electores Roma-
ni Imperii, Satrapas, Consiliarios, &
summi Pontificis proceres, qui omnes in
te honorando, & venerando mirifice
consentunt. Imò ipse Carolus Rom:
Imperator tanti te habet, eaque venera-
tione & charitate amplectitur, ut te su-
um vicarium, locumque tenentem in Co-
munitiis ordinum Imperii in Germania fe-
cerit.

Iam igitur cum & ego devotionem a-

ramethi nugatus & vanus erit, quam tuæ magnitudini inscribi debeat: tuz ramen humanitatis benignitate fatus, id ausus sum facere. Cum enim cœlum post tot luminaria stellarum, etiam lucernarum tenuem illam lucem non reliquit, certissimè mihi persuadeo, id quod tenuis cliens offert, quantumcunque sit tecum, tuz Celitidini cum summa humanitate conjuncte odiosum non fore. Vale Præsul Reverendissime, diuq; Christiano populo, & studiosis omnibus in columnis, & salvus. Lovani 6. Cal. April. anno 1545.

Cæterum ne vana habeantur, aut à me facta, quæ hinc adfero, ipsa Turcica verba subieci, quæ statim ejus lingua peritus agnosceret, & ea esse, quæ ibi vulgo jactentur, confitebitur. Postmodum subjunxi Romanae lingua interpretationem unam cum brevi commentariolo.

Incipit lingua Turcica Vaticinum.

Patissahomoz ghelur Csiäferun memleketi alur, Keuzul almai alur, kapzeiler, iedi yladegh Gyaur keleci cfikmasse, on iki yladegh onlarum beghligheder: eufi iapar, baghi diker, bahcsai baghlar, ogli kezi olur: on iki yldenssora Hristianon keleci cfikar, ol Turki gheressine tuskure.

Interpretatio ejusdem quoad sententiam.

Imperator noster veniet, ethnici Principis regnum, & rubrum quoque pomum capiet, in suam potestatem rediget: quod si ad septimum usque annum Christianorum gladius non insurrexerit, usque ad duodecimum annum eis dominabitur: domos ædificabit, vineas plantabit, horros sepiibus monier, liberos procreabit: post duodecimum annum, ex quo rubrum pomum in illius potestatem redatum fuit, apparebit Christianorum gladius, qui Turcam quaqua versum infagat.

Sed quia prophetiz in singulis verbis magna momenta futurarum rerum claudunt, visum est mihi, pro virium tenuitate in vicem commentarii singulas divisiones Turcici sermonis excutere.

Sequitur Commentarius.

Patissahomoz) est nomen dignitatis, compositum cum pronomine pluralis numeri, & significat rex noster, sive Imperator noster: solent enim eodem nomine dignitatis Romanum Cæsarem simuli & reliquos reges Christianorum appellare, ut Vrum Patissahomoz, id est

iu, Galus rex. Quæc non trahuntur inferioris conditionis magnatibus post Imperatorem & Regem.

Præterea & Rex Persarum eodem nomine ab ipsis solet appellari, sed sibi fit, ut vocetur Sultan, quod nomen designat Principem, ut Sahi Sultan Zmail, quia hic modernus rex Persarum Sophi, habet proprium nomen Zmail, quod significat Ismaëlem.

Habent & aliud nomen dignitatis regum, Hunker, sed hoc nomine nullum audivi unquam, vel ex Christianorum, vel infidelium regibus, appellari, præterquam ipsum Suleimannum eorum regem qui nunc rerum potitur: quod tamen nescio, an significet Hunnorum dominum: id enim Germanica propcmodum vox indicare videtur, Hunch heer, id est, Hunnorum dominus.

Chelur) est verbum, & significat venient. Csiäferun) est nomen quod significat gentilem sive ethnicum: solent enim omnes Christianos hoc nomine appellare, quamvis etiam alia habeant vocabula ad interpellandos Christianos, ut sunt Gyaur, & Kaur: sed Gyaur unum significat hominem, si non addas lat terminacionem, quæ apposita fit pluralis, ut Gyaur sive Kaur, id est, Christianus: Gauilar sive Kauilar, id est, Christiani. Sed Csiäfer, etiam sine illa terminacione, quæ plurali attribuitur numero, multitudinem nationum designat: sed quod texr9 habet Csiäferus, est genitivi casus per additionem un, ut sit Csiäfer, id est, gentilis, in nominativo: Csiäferun, id est, gentilis, in genitivo, quasi dicenter, gentilis regis.

Memlek) significat regnum, quan-

vis & alia habeant diversa vocabula, ad significandum regnum, ut Istan: quia cum Italiz, sive Franciæ, aut etiam Hispaniæ regnorum mentionem faciunt, tunc dicunt, Frank istan quod significat tam Italorum, Gallorum, quam Hispanorum regna.

Frank significat hominem harum regionum, ut, Frank Gyaur, id est, Italus, Gallus, vel Hispanus Christianus.

Cæterum cum Græciam nominare volunt, mutant vocabulum, dicentes: Vrum elli, id est, Græcia, & non Vrum i Stan, id est, Græcum regnum.

Solent interdum & Vrum memlek-

care loci, quam regum ap-

tiones.

Alur) est verbum, & significat, capiet, sive accipiet.

Kuzul almai) est nomen, quod si-
gnificat rubrum pomum, quia Kuzul si-
gnificat colorem rubrum, & almai po-
mum: & dicunt, esse urbem aliquam for-
tissimam, & amplissimam imperialem.

Et interdum oritur questio inter do-
& iores hanc ob causam, quia alii volunt
interpretari illud vocabulum urbem Con-
stantinopolitanam, eò quod in nonnullis
eorum volumibus duplum legitur,
videlicet, Kuzul almai, & Vrum papai, id
est, rubrum pomum, sive Græcum sacer-
dotem, vel patriarcham: quia, ut jam di-
ximus, Vrum significat Græcum, eò,
quod olim erat sub Imperio Romano to-
ta Græcia, & est corruptum peradjectio-
nem viterz in principio, & mutatione
o in u, quia huic nomini Vrum, si demas
primum u, & medium mutetur in o, erit
Rom. Itaque multi sunt hujus opinionis,
quod significet Imperium Constantino-
politanum, cuius differentiam suo loco
prolixius declarabimus.

pag. 58 Kapzeiler) est verbum, & significat
opprimere jugo servitutis, & ne mo-
ditar, illorum tyrannicam afflictionem
esse crudelem oppressionem, quod facile
probabunt ii, qui eorum captivitatem,
& tributi exactionem experti sunt, quem
admodum Græci, Armenii, Thraces, &
prout facilè poterunt intelligere hi, qui
legerunt nostrum libellum de afflictionib-
us, Latina, Gallica, Teutonica & Bo-
hemica linguis divulgatum.

Iedi yladegh) septimum ad annum
usque, post captionem eius loci supra
dicti.

Gyaur keleci cshimasse) id est, eth-
nicus sive gentilis gladius si non appa-
ruerit, & contra illum non inseruixerit.
Putant, huc fata anni septimi in potesta-
te Christianorum esse: qui si vellent com-
muni opera contra ipsos gladium strin-
gere, haud dubie essent plena victoria
potituri: verum quod minus id fiat, no-
stram ignorantiam in culpa esse, dum mu-
tuò inter nos bello civili digladiamur, vel
turpi ocio consenescimus.

Onikiyledegh) hoc est usque ad an-
num duodecimum.

Onlatum beghligheder) id est, eo-
rum (videlicet ethni corum) dominab-
erit. Verum quia neque post septimum,
neque post duodecimum annum (capro
Imperio Constantinopolitano) Christia-
norum contra ipsos gladius prævaluit:
jam enim fere ad centum annos tota

teris sacris hebdomada dietum septem
annos significat, quem numerum & ma-
gnitudinem temporis statuimus in ipso
anno? Quamobrem sunt inter eos, qui
singulos annos computant pro singulis
annis Iubileis, qui quinquaginta annis
olim constabant: ali, singulos annos si-
gnificare singulas centurias annorum
credunt. Nec desunt, qui unum annum
trecentos quinquaginta sex annos conti-
nere existimant, quot dñi natus dies ha-
bet aunc solaris. Ceterum, quemad-
modum oracula non nisi ex eventis recte
intelliguntur, ita certum & diffinitum
temporis spacium intelligatur, cum res
extiterit.

Esi iapar) id est, domum ædificabit.
Per ædificationem domus signifi-
cat, putant, quod tempia nostra suo Me-
hemeto sit dedicatur: ut autem j. m. to-
tius Asiae, ubi olim erant Christiani, s. q;
in Hierosolymam imo ipsum tempium
Domini, quod est Hierosolymæ, pro-
phauarent: ita quoque maiorem partem
Europæ, videlicet Græcie, Thracie, s. q;
Austriam, totius fere Hungariae, Scavo-
niae & Ilyriæ.

Ac nescio, an nos ista indignitate
iram divinam provocamus, dum alius
cum canibus tanquam venator in templo
obambulat, alius de fœnore, alius de
scoto garriat, alius ad templum nunc
urinam, nunc oletum faciat, qualia ne-
que inter infideles qui quam videre po-
tent. Credibile est, quod propter hinc
irreverentiam Dei ipse malit, nostra
tempia sub Mahometo, quam sub nobis
est.

Baghidiker) id est, vineam plan-
abit: per vineæ plantationem novas col-
rias, & gentium e suis scđibus emigra-
tiones intelligunt, & dilatationem
imperii.

Bahcsai, id est, hortos, sive illas
plantationes vinearum.

Baglat) id est, muniet, subintelli-
gunt novas provincias undecunque mu-
niet, ut recuperatu sit difficillime. & hoc
est mirum, quod à tot annis, postquam
incepit savire, ita munivit omnia, ut ne
pagum quidem ab eo recuperare potue-
rimus.

Oglu kezi olur) id est, filium & fi-
liam habebit. Hic per procreationem
liberorum interpretantur propagatio-
nem Mahometanæ gentis, prout mani-
festum est omnibus, illam esse in tantum
propagatam & multiplicatam, ut nihil
supra. Itaque iam nihil aliud restat, ni-
si interitus & dimunatio eorum.

apud illos in controvertia eit, utrum
gladius ille, quo Christianorum natio in
libertatem vindicabitur, talionemque
Mehemetanis reddet, si rex aliquis Chri-
stianus, magnis copiis totum imperium
Turcarum expugnaturus, an sit proph-
eta aliquis Christianus, sua doctrina
Mehemetanos conversurus ad nostram reli-
gionem. Quamobrem (ut dixi) ultima
verba hujus oraculi viri cum gemitu, pu-
eri cum fletu, mulierculæ cum planctu &
ciulatione excipiunt.

Vtinam tandem Itali suas pilas, Hi-
spani suas lanceas, Galli sua gæsa, Angli
suas balistas, Germani & Hungari suas
strameas contra istos canes fidei, ipsis
(ut ita dicam) fatis damnatos, distrin-
gere velint, & discordia, quæ solummo-
dò moratur nostras victorias, à nostris
rebus auferre studeant. Sed redeamus
ad verba vaticinii de interitu eorum.

Turki) id est, Turcam ipsum haec-
nus regnantem.

Gheressine) id est, retrorsum unde
egressus est, adeò, ut vel ad latebras Bi-
chyniz, unde primum erupit, vel in Scy-
thiam, unde originem traxit, repel-
latur.

Tuskure) id est, pellat, sive profili-
gabit. Cæterum quia ille gladius vin-
dex nescitur, unde oriturus sit: certè Tur-
ci, hinc sive aliunde metu concepto, non
permittunt Christianis ullum usum gla-
diorum & armorum.

Et quanquam jam magnoperè de-
generarunt à Christiana fide, in bellis ta-
men plerique eorum pro amuleto certis-
simo Evangelium Ioannis sub axillis
portant, videlicet, ἐπ χινῷ λόγῳ,
id est, In principio erat verbum, totum
usque ad finem græcè scriptum: putantq.,
ea re ita se tutos esse, quasi aliqua panop-
lia communiti essent, quod genus scri-
pti sua lingua Hamaili solent appellare.
Vnde cùm sint tantæ reliquæ nostræ
religionis, spes est, eos aliquando non
difficulter ad Christi cultum revocari
posse.

Quamobrem, cùm omnia suspecta
habeant, interdictum est Christianis (ut
jam diximus) qui apud illos degunt, o-
mni usu armorum, adeò, ut præter rusti-
ca instrumenta nihil ferreum eis habere
liceat, quanquam ne sic quidem tui-
funt à Christianis servitiis, quæ nunc do-
minos dentali, nunc vomere, nunc ligo-
ne, aut stipite tractant. Quod si forin-
secus arma Christianorum illata viderent
illicè quicquid est ibi mancipiorum, in
bellum consurgeret, quorum ibi tantus
numerus, ut omnes cuiusque regionis

Vtinam Christiani principes his
fatalibus victoriis se præpararent, & ob-
sistenter, ne ulterius vires Mahometano-
rū crescant, quæ jam plus nimio invalu-
verunt. Amisimus Africam & Asiam,
extincta est Græcia, & grota est usque ad
mortem Hungaria, debilitas est Austria,
vis mali illius jam Germanorum cervici-
bus, velint nolint, incumbit, atque uni-
versæ Christianitati imminet, adeo, ut
nemo ab hoc periculo tutus videatur:
posthac ergo non alienam, sed suam rem
agent pro suis limitibus adversus hostem
depugnat, nisi velint pro principibus
servi fieri, vel potius magari. Nam
Turci plebeis parcunt, in servitatem, no-
bilibus vitam cripunt, ut plebeii capite
careant. Quod si singuli unum emenda-
rent, hoc est, quisque seipsum, ita, ut
plebeii magistratus non minus ament,
quam timeant, magistratus plebeis pa-
rentes se exhibeant, docti idiotis viam
virtutum & veritatis commonent, idi-
otæ suam imperitiam agnoscent, neque
scabiosos jactent in illis artibus, ubi ni-
hil didicerunt: miles pro victoria mili-
tet, dux pro honore, Ecclesiastici luxum
omittant, mercator usuram, campo le-
nocinium: & in commune, omissis erro-
ribus, & pertinacia defendendorum er-
rorum, in unitatem fidei, & concordiam
Ecclesiaz conspirarent Principes, omissis
principibus Christianis, vires in Turcas
convertentes, quis dubitat, quin ut Israë-
litis ob peccata in servitatem redactis,
tandem de sceleribus suis penitentiam
agentibus, servatorem Deus miserit, &
in libertatem restituerit, ita quoque no-
bis brevi cœlitus auxilium sic mitten-
dum?

Quod si fieret, quis non speraret,
quin brevi futurum sit, ut Imperator
Romanus non minus Constantinopolita-
no, quam Romano imperio insignis sit
futurus? Ferdinandus non minus in Hun-
garia, quam apud Getas, Dacos, Scythas
regnatorus: atque itidem tex Franciaz suis
ditionibus Asiam minorem additurus:
Lusitani Ægypto potituri, Hispani tota
Afraca: Itali omnia littora, quæcumque
habet mare mediterraneum, in sua pote-
state habituri. Angli quoque inter Tur-
cas suum imperium amplificaturi.

Nunc digladiamur pro uno & al-
tero oppidulo, & post acerrimas prælio-
rum confitaciones, post exhaustas
opes, nihil imperio auctiores effici-
mur.

Hec quantum pelagi portavit, terræq;
parati

Hec, quem cœrulei fuderunt sanguina

ter sese consentiunt, spes est, eos occa-
tionibus temporum, & fatorum mutati-
onibus uti velle, neque permisuros, ut
reliquæ Hungaricæ ditionis, quæ adhuc
superfunt, & adjunctæ aliorum viribus
plurimum possunt, in ditionem & pot-
estate Turcarum veniant: quorum no-
mina, et si non omnium, infra subjici, ut
qui omnia amissa putant in Hungaria, a-
liquid consolationis accipiant, cum
videant, tantum in eo regno adhuc inco-
lume superstes.

Alii rursus doleant, si modò do-
lere possunt, magis ac magis suum ap-
propinquans periculum sentire, tam te-
nues portiunculas Hungarici imperii
(olim à mari Baltheo usque ad paludes
Mæotidis extortæ) in tantas angustias
redactæ esse. Quanquam, ut hoc obi-
ter dicam, ipsi nos Hungari maximè
nobis hanc causam mali dedimus, dum
Germanos ferè ita exosos habemus ut
Turcas, dum omnia in duos reges distra-
himus, dum alii Turcam accersunt, alii
propellunt: nec nisi serò didicimus, omne
regnum in se divisum collabescere, &
domum supra domum cadere, ac maxi-
mas res discordia comminui. Sed feræ
sunt querimoniz, malo opinicia, vel tri-
umphum canere, saltem latiora ominari
volo. Quamobrem carptim Hungaro-
rum nominæ, quæ nuper ab eorum lega-
tis, egregio viro Georgio Eustero Sena-
tore Cremonensi, & Christophoro Hoff-
kircher, viris doctissimis, ad Majesta-
tem reginæ Mariz missis, pro petendis
præsidis, conscripta habui, qui etiam
fatebantur, reliquias Hungaricæ posse
præstare exercitatissimos equites, si tan-
tum, Rom. Imperatoris ac cæterorum
Principum Christianorum copias adesse,
viderent. Quapropter in quibus ali-
quid virium est, nunc subiiciam, nullo
ne hic quidem servato ordine: sed ut
quisque se nostræ memoriaz ingerit, ita
prius ponetur. Magnifice sperandum
est de Reverendiss. D. Paulo de Varda,
Archiepiscopo Strigoniensti, cuius opes
adhuc prævalidæ, & tantum prudentiaz,
in eius animo est, ut eius sine opibus ma-
gna in eo fiducia collocanda esset, quam-
vis etiam amiserit majorem partem do-
minii, ex quo captum est Strigoniū.
Læta quoque ac magna Nicolai Olahi,
Episcopi Zagrabiensis, & vicecancellarii
regni Hungaricæ authoritas, rerum peri-
zia, & multiplex eruditio, corporis, a-
nimique robur de se promittit.

Egregios item Spiritus gerit Re-
verendiss. D. Martinus de Kecheth, Epis-

copus Bathoreo, qui avita indole præ-
diti, armis animisque infestissimi sunt P. 60.

Turcicogeneti. Nec magnifici viri Tho-
mas Nadasdi, Franciscus Batyani, Ba-
lassa domus illustrissimæ dignitatis suo
officio deerunt, inter quos facilè primus
Melchior Balassia.

Atque adeò nuper in gratiam regis
Ferdinandi recepti Barones incliti, egre-
giæ spem de se præbent Raphaël & Io-
annes Apodamian, quibus meritò adjun-
gitur Franciscus Revai vicepalatinus re-
gni Hungarici, de cuius confilio, pru-
dentia, & fide quidvis sperare licet: ut
omittam Nyari Franciscum, Bartholo-
mœum Horuat, qui sa pius cum victoria,
multis occisis, multisque captis, ad re-
gem Ferdinandum redierunt.

Frater quoque Georgius, Episco-
pus Vradiensis, nuac tutor regi pueri
& uxoris Ioannis Vaiuodæ, ducis
Transiluanæ, & qui, si firma subdia-
contra Turcas videret, descendere feci-
le, & promte, ut nunc de co certa per-
persuasio est, cum prædictis Baronibus
Hungaricæ, ad minus quadraginta millia
equorum in re bellica expeditissimos Pro-
ducerent, quibus haecenus perpetua bel-
la cum Turcis fuere.

Itaque isti omnes, quoniam jam
pertæ sunt Turcarum serviciem, potius
cupient unanimiter studere, pro patriæ
salute mori, quam eorum jugo tyrannico
subiici: id quod constat ex multorum le-
gationibus. Tantas & tam prævalidas
reliquias regni Hungarici confirmabim⁹
sit tandem bellum moverimus: aut
omnino amitteremus, si, ut haecenus, ceſia-
tores fuerimus.

Advertendum est, istud oraculum
in Alchorano non legi, sed in aliis li-
bris, quibus magnam autoritatem &
reverentiam deferunt. Habent enim &
omnes nostros Prophetas, & sui generis
complures.

Oraculi ejusdem declaratio per Paschalium Regisel- lum.

Vulgò nota historia fertur, quæ ad
hujus oraculi explicandam obscuritatem
primas partes tenet, eiusmodi illa
est.

Mahometi secundo, Othomanor-

somnium.

Videbatur huic dormienti, tentorum patulum hinc inde fieri, cœlum aperiri, ex eoque descendere senem venerabili aspe&tu, reverenda facie, angustiori habitu, quam humano, & excelsiori flatu corporis. Simulque ex cœlo annulus demitrebatur, filo appensus, quem senex, apprehensa Mehemetis dextram manu, septies per omnes digitos circumdauit, hoc ordine.

Prima vice maximum se percipere gaudium, sentiebat Mehemetes, quod secunda, tertia, & sequentibus usque ad septimam, juxta mutationis modum, immixtus erat: idque etiam ipso dolente, & dolore, quoties mutabatur annulus, crescente. Tandem ad septimam in cœlum sublatus est annulus, & illico senex evanuit, tanto Mehemetis dolore, ut ingenitem emiserit clamorem, ad quem Eunuchi, juxta morem gentis, tentorum & lectum Principis custodientes, accurrerent. Hique ipsius jussu, ad illum, quos Visiros, Basas, Bellerbeios dicunt, ceterosque consiliarios convocant, narrat somnium: exsurgit a Christi fide Apostata magnus Visir, Constantinopoli capienda interpretatur, incitat hominem, mos geritur, urbsq; capitur.

Hanc vero hoc oraculo intelligi, deprehendent curiosi, si septem septies multiplici numeratione efferentes, Caroli Octavi tempora notabunt, quibus fama erat, Gallum Regem victorem in Graciam contra Turcas trajecturum, & hac de causa Roma in Galliam Turcarum Principis fratrem, qui Romæ in custodia asservabatur, duxit, ut eo duce, & facto re contra Turcas uteretur. Quo Rege mortuo, & Turcarum terror desit, & Christianorum spes lapsa est. Ex eoque semper Turcici Principes Gallorum Regis amicitiam coluere, cum etiamnum persuasum habeant, ex Gallico regno sibi cladem impendere.

Sic autem praesentis oraculi in septimo anno dubetas sepulta hucusque jacuit, & ad haec tempora jacet, quibus à Constantinopoli capta duodecim numeri duodecies in se circum duci explicatio nis finis instat.

Nec mirum cuiquam sit, quod Turcæ & omnes orientales, Ægyptii præser tim, & Syri, in nonagesimum secundum annum Orthomanicæ familæ fata refer vant, quod Solimanno quoque ab Arabe prædictum, clarissimus vir Stephanus Theupolis, dum Constantinopoli pro augustiniana Veneta Republica legatum apud ipsum Solimanum ageret, disertissimis verbis, se munus suum, &

arbore Turcica quindecim tamori vulgo circumferuntur: verum haec & alia modo reticenda sunt, alias uberioris dicimus.

Evidem apertissimus hic locus est, in quo numerorum in divinatione hac potestatem demonstraremus, & quam conveniat illi Philosophorum Arabum opinioni, afferentium, omnes generationes, mutationesque, species rerum naturalium, & earum, quæ supra natu ram sunt, certis numeris distingui, per eos earum affectus cognosci, quibus veteres Theologi omnes, & Cabalistæ subscribunt.

Colligiturque simul ex scriptis O. Paganini, Hieronymi, Augustini, Hilarii, Basilii, Gregorii Nysseni, Rabanique, numerorum vim per maximam esse: in rerumque universitate constituenda leptenarium numerum primas tulisse, fastentur cuncti: & sapientes, in Duodenario Christianissimi firmitatem & innovationem esse, censem, quod in eius cubo & superficie explorant, dum M. D C C. XXVII. ex tota eius perfectione constituant, & id aliud non est, quam cum duodenarium (qui primus fecunditatis numerus duob. senariis componitur, priusorque perfectionis numerus existit) duodecies, ad duodecies usque in sua superficie & cubo revolvimus, & inde superiorem numerum conficimus.

Eo in numero & Pius Mirandulanus seculi durationem statuit, nos vero Christianæ religionis amplificationem, & reliquiarum Israëlis salutem ponimus, Veteri, & reconditæ harum rerum scientiæ, per traditionem hucusque demonstratæ, achærenres, & Intelligentiarum universum regentium cursum, & temporum spacia magni facientes, quæ ita nos radiis sui splendoris illuminent, ut purioribus studiis, & sanctioribus sacratum literarum obsequiis Deum Opt. Max. dignem colamus, nobis placemus & rite cognoscere, contemplari, & possidere valeamus.

F. A. F. Poëta regii libellus de obitu Iulii 2. Pontificis Maximiani.

Interlocutores.

Iulus, Genius, & S. Petrus.

Iulus H. P. M. Quid hoc reies? non aperiuntur fores: opinor, aut mutatam, aut certe turbatam seram. Gen. Quin potius vide, ne tu non attuleris clamorem, quam oportet: neq; enim eadem aperitur hoc ostium, qua arca nummaria: atq; adeo, cur non urasq; attulisti nam

quod interim excludimur.

Iul. Effervescit mihi bilis. Pulsabo fores, Heus heus, aperite hoc aetatum aquam osium. Quid hoc rei est? nemo prodis. Quid ita cessat hic ianitor? Stertit, opinor, adprobe potus. Gen. Ut hic ex se metitur omnes. Petrus. Bene est, quod portam habemus adamantinam: alioqui, quisquis est, perfregisset: Gigantem aliquem, aut satrapam, Urbium eversorem adesse oportet. Sed o Deum immortalē, quam hic cloacam olfacio? Non statim aperiam osium: sed hinc & fenestra cancellata prospexans, quid portentis cognoscam. Quis es? aut quid tibi vis?

Iul. Quin tu fores aperis, quantum potes: quem, si tuo fungi voluisses officio, obviam oportebat venisse, vel cum universa cœlitum pompa. Pet. Satis imperiose. At tu mihi prius exponito, quisnam sis. Iul. Quasi verò ipse non rideas. Pet. Videas? Ego verò novum & haec tenus non vistum spectaculum video, ne dicam monstrum. Iul. At ni plane caecus es, agnoscis, opinor, clavem hanc, si quidem argenteam, si querum auream, ignoras: & vides triplicem coronam, nec non undique gemmis & auro lucentem pallam.

Pet. equidem argenteam clavem utcunque agnosco, licet & solamnet, & multo dissimilem sis, quas olim mihi datus ille pastor Ecclesie tradidit Christus. Porro coronam istam tam superbam qui, quiso, possim agnoscere? quam nec barbarus unquam Tyrannus ausus est gestare, nedum is, qui huc admitti posuit. Nam palla ista nihil me movet, qui gemmas & aurum perinde ut rudera calcaria atque contemserim. Sed quid est hoc? Video passim & in clavi, & in corona, & in palla notas sceleratissimi caponis & imposteris, mei quidem prænominis, sed non instituti, Simonis, quem ego quondam Christi præsidio dejeci.

Iul. Mitte nugas istas, si sapis. Nam ego, si nescis, sum Iulius ille Ligur, & agnoscis, nifallor, duas literas, P. M. nisi omnino literas non didicisti. Pet. Significant, opinor, Pestem Maximam. Gen. ha ha he: ut hic divinator rem acutet. Iul. Imo Pontificem Maximum. Pet. Ut ter maximus sis, ac magis etiam, quam optimus, hoc est, sanqus? Iul. Atque adeo, si quid ad rem pertinet, appellari me sanctum. Nimirum impudens es, qui mihi cunctis aperire fores: cum ut tot jam seculis tantummodo sanctus dicaris, me nullus unquam vocarit nisi sanctissimum: extant sex millia Bullarum. Gen. Verè Bullarum illud. In quibus

met. Gen. Vel temuendo. Iul. Id sanctatem sanctissimi Domini Iulii dicerent fecisse. Pet. Quintu igitur ab istis adulatoribus cœlum postulato, qui sanctissimum fecerunt, & ijdem tribuant felicitatem, qui dederunt sanctitatem. Quanquam usque adeo nihil interesse censes, dicaris sanctus, an sis. Iul. Irritor: si modo vivere licuisset, ego tibi istam nec sanctitatem invididerem, nec felicitatem. Pet. O vocem sanctissime mentis indicem: quanquam & alioqui jam dudum oculis rotum collustrans, multam impietatis, nullam in te sanctimonie notam animadverto. Quid enim fibi vult nō vobis iste comitatus, tam non Pontificius? Nam viginti fermè millia recum adducis, nec ullum in tanta conspicio turba, cui vel vultus sit Christianus: video teterim hominum colluviem, nihil praeter fornices, temerum, ac pulverem bombardicum olentium. Latrones conducti mihi videntur, vel larvae potius tartareae, hoc ab inferis eruisse, ut bella cœlo moveant. iam te ipsum quo magis ac magis contemplor, hoc minus video Apostolici viri vestigium. Principio, quid hoc monstri est, quod cum superne fæterotis ornatus geras, idem intus armis cruentatis torus horres crepasque? Adhac, quam truces oculi, quam contumax os, quam minax frons, quam elatum & arrogans supercilium? Nam pudet dicere: ac piget interim videre, nullam corporis partem non conspurcatam notis prodigiis & abominandis libidinis. Ut ne dicam, quod etiamnum totus & ructas & oles crapulam & temeratum: ac mihi quidem modo evomuisse video. Denique is est totius habitus corporis, ut non tam stete morbisue, quam crapula quietus marcidus ac fractus videaris. Gen. Ut graphicè hunc suis pinxit coloribus? Pet. Tametsi video te jam dudum mihi superculo minantem: tamen haud queo reticere, quod sentio: suspicor, pestilentissimum illum Iulium Ethnicum ab inferis rediisse personatum, ut me videat, adeo tibi cum illo conveniunt omnia. Iul. Madis. Pet. Quid dixit? Gen. Iratus est, ad hanc vocem nemo Cardinalium non fugitabat: alios quin fuisse illum sanctissimum sensatus præfertim à convivio. Pet. Tu mihi videre probe callere sensum hominis: proinde dic mihi, quis es? Gen. Ego sum magnus ille Iulii Genius. Pet. Imo, manus, opinor. Gen. Qualisunque sum, Julianus sum. Iul. Quin tu nugas istas missas facis, ac fores aperis? nisi mavis effringi: quid multis opus est? Vides, cuiusmodi duces comites? Pet. Secundis

nicationis fulmen vel in te torquebo, qui summos aliquando reges, ac adeo regna terrui: bullam vides jam in hæc paratam? Pet. Quod malem fulmen? quod tonitru, quas bullas, quas ampullas mihi narras, obsecro? Nam istorum nihil unquam audivimus à Christo. Iul. At senties, nisi pares. Pet. Si quos olim istis fumis territasti: nihil ad hunc locum: non hic vi res agas oportet: benefactis, non maledicis hæc arx expugnatur. Sed quæsote, tu mihi fulmen excommunicationis minitaris, dic quæso, quo jure? Iul. Optimo: quando jam privatus es, nec aliud, quam quilibet plebeius sacerdos, imò ne sacerdos quidem, ut consecrandi impotens. Pet. Nempe quidem mortuus opinor. Iul. Videlicet. Pet. Atista quidem ratione nihilo mihi præstas, plus quam mortuus. Iul. Imo quanam diu Cardinales de novo Pontifice subrogando ligant, mea est administratio. Gen. Ut adhuc vita somnia somniat? Iul. Sed jam aperi, inquaro. Pet. Ni merita narras, inquam, nihil agis. Inl. quæ merita? Pet. Dicam: excellisti doctrina sacra? Iul. minime: nec hoc vacabat, tot occupato bellis. Verum abunde latis est fratum, si quid hoc ad rem pertinet. Pet. Ergo vicæ sanctimonia multos Christo lucrificasti? Gen. Tartaro quam plurimos. Pet. Clariisti miraculis? Iul. Obsoleta loqueris. Pet. Pure orasti & assidue? Iul. Quas nugas hic gannit? Pet. Iejunii vigillisque macerasti corpus? Gen. Desine quæso frustra hæc apud hunc, ne ludas operam. Pet. Ego alias egregii Pontificis dotes non novi: si is magis apostolicas noverit, narret ipse. Iul. Quanquam indignares est. Iulium illum, omnibus antehac invictum, nunc Petro cedere, ut ne quid aliud dicam, piscatori, ac pene mendico: tamen uti cognoscas, cuiusmodi contemnas Principem, audi jam paucis. Principio, Ligur sum, non ut tu Iudeus, cum quo mihi vel hoc esse commune doleo, quod navicularor fuerim. Gen. Nihil est, quod id graviter feras. Nam hic quoque permultum interest, quod is vixus parandi gratia piscabatur, tu ad stipem exiguum scalmum remis subigebas. Iul. Deinde Sixti Pontificis vere maximi. Gen. De vitiis sentit. Iul. E sorore nepos, hujus singulari favore, meaque industria, primum ad Ecclesiasticas opes, deinde ad gradus Cardinalitii galeri fastigium sum evesus, post multis fortunæ procellis exercitus, ac durissimis casibus sursum iactatus ac deorsum, ac præter alios morbos comitiali quoque obnoxius: denique

tus. Tamei ipse de lumine apice Pontificio spem nunquam abjeci: ea erat animi fortitudo, cum tu mulierculæ voce territus statim cesseris: tibi mulier animum ademerat: mihi mulier quædam futidica sive fortilega fiduciam hanc addiderat, quæ quondam tot merito malis, clam insuravit in aurem: perdura Iuliane: nihil te pigeat vel facere vel pati tripli olim corona decoraberis: Rex pagi Regi, & Dominus dominantiū. Neq; verò me fecellit vel meas pes, vel illius victiminum: huc quoque præter omnem spem sum eluctatus, partim ope Galorum: qui rejectum soverunt, partim inestimabili vi pecuniarum, multo confitata fœnore, nec id absque ingenio tamen meo. Pet. Quod tu ingenium narras? Iul. Hoc est, non absque promissis ex padio sacerdotiis, atque in hoc repertis arte fiduciis: aliquando quidem tam in gentem pecuniam vix Crassus ipse, pectori totam, numerasset. Verum hæc frustra tibi narro, quæ nec omnes intelligunt mensarii: habes, quomodo per venerim. Iam in Pontificatu me ita gessi, ut nemo sit, non dicam priscorum illorum Pontificum, qui solo titulo mihi vindicentur esse pontifices, sed nec recentiorum, cui tantum Ecclesia, tantum Christus ipse debeat, quantum mihi. Gen. Ut thrasonem agit belua. Pet. Expego, quorsum evadas. Iul. Nam multis officiis (sic enim vocant) novis repertis, non mediocriter auxi fiscum pontificium. Tum rationem inveni, ut citra Simoniz vitium Episcopatus emerentur. Nimirum constitutum est à majoribus meis, ut, cui contigerit Episcopatus, is deponeat officium: id ita sum interpretatus, Deponere juberis: at non deponitur, quod non habes. Emendum igitur, quod deponas. Hac arte singuli Episcopatus sena statim aut septena ducatorum milia adferebant, præter illa, quæ ex more probullis extorquentur. Quin ex nova moneta (qua totam explevi Italiam) non exiguum emolumentum confavi, necula cessavi parte in accumulandis pecuniis: nimirum intelligens, absque iis, nihil restat geri, neque sacrum, neque profanum. Et ut ad majora veniam, Bononiæ à Bentivolis occupatam Rom. sed restitui. Venetos ante invictos omnibus Marce contudi. Ferrariæ ducem dimale vexatum bello, propemodum innassam illexeram. Conciliabulum schismaticum simulato contra concilio feliciter elusi, & clavum (quod dici solet) clavo pepuli. Postremo Gallos tunc orbis formidabilis, ut se in secessu s

victum præstiterim animum, vide: Gallis
Superioribus latebras circumspectare
cepit: canam alebam barbam: rebus pro-
pemodum in desperationem adductis,
cum repente nuncius affertur anteus, a-
pud Ravennam aliquot Gallorum millia
trucidata, ibi, revixit Julius. Ad hoc,
triduum fermè pro mortuo habebat et-
iam mihi. Atq; hic quoque rursum præ-
ter omnium, atq; adeò meam etiam spem
revixi. Tantum igitur valet mea vel au-
thoritas vel astutia, ut hodie nemo sit Re-
gum Christianorū, quē non ad arma con-
citataverim, ruptis, discisis, discussis fede-
ribus, quibus inter se fuerant arctissime
conciliati, proximo quoq; fædere, quod
Camerac inter me & Gallorum & Rom.
Regem, aliosq; colerat principes) ita a-
bolito, ut ejus ne mentio quidem unquam
sit facta. Super hæc omnia, cum tantum
alverum exercitum, tot splendidissimos
triumphos adornarim, tot exhibuerim
ludos, tot locis adificaverim: tamen
moriēs reliqui quinquagies centena mil-
lia ducatorum, majora gesturus, si Iude-
us ille Medicus, qui diu mihi vitam arte
sua prorogārat, amplius proferre potuiss-
et. Atq; utinam nunc quoque Magus a-
liquis me in vitam restituat, quo ege-
giis cæptis meis colophonem liceat im-
ponere: tametsi id moriens sedulò cura-
vi, ne bella per me concitata compone-
rentur, dedique operam, ut pecunie in
eum duntaxat usum essent incolumes:
hæc erat suprema vox anima exhalantis.
Nunc sic de Christo, sic de Ecclesia merito
Pontifici gravare Christi fortes aperire,
Atque hæc magis mirabitur, qui perpen-
det, me hoc solum animi virtute perpe-
trasse, nullis alijs adjutum adminiculis,
quib; alijs ferè solent: Non natalibus, cùm
nec ipse patrem noverim, quod quidem
ad gloriam meam dixerim: non forma, cù
laruale in faciem omnes horruerint: non
literis, quas nunquam artigi: non cor-
poris virtibus, quod mihi tale quidē con-
tigit, quale superius descripsi: non zta-
ris favore, senex hæc gessi: non popula-
ritate, nam nemo non oderat: non cle-
mentia, qui adeò fuerim inexorabilis, ut
in eos quoq; sacerdotem, quibus alii solent
omnia permittere. Pet. Quid hoc rei est?
Iul. Sed relugante fortuna, ztate, cor-
pore, breviter, Diis atq; hominibus, solo
tamen meo fratre ingenio & pecuniis,
hæc tam paucis annis gessi, tanta relictæ
materia posteris, ut sit, quod agant, vel in
decimum annum. Hæc de meipso verissi-
mè quidem, sed modestissimè dixi, que
si quis eorum, qui Romæ solebant apud
medicere, suis phaleris eximasset. De-

manu hanc in eo Gesta caput, ut impa-
rit, ne molestem sit trassis de singulis
percunctanti respondere. Qui sunt isti
candidi comatulique? Iul. Hos quidem
animi causa alebam. Pet. Qui nigri isti
& cicatricosi? Iul. Milites sunt ac duces:
qui mea & Ecclesiæ cauta fortiter in bel-
lo mortem oppetierunt, partim in expu-
gnanda Bononia, complures in præl. o
adversus Venetos, pleriq; apud Raven-
nam, quib; omnibus vel ex pægo indul-
gentiarum debetur cœlum: siquidē jam
pridem magnis bullis sum pollicitus, re-
cta in cœlum evolaturos, quicunque Iu-
lii auspiciis pugnarent, etiam quæcunq;
vita præcessisset. Pet. Proinde quantum
conjectura consequor, ex istis etiā, qui
mihi sèpius ante tuum adventum molesti
fuerunt (cum hue tamē non vi conaten-
tur irrumperet) plumbeas quædam bul-
las ostentantes. Iul. Ergo non admisi, quan-
tum audio? Pet. Ego ne unum qui-
dem istius generis. Non ita me docuit
Christus, has foras aperiendas his, qui
plumbo graves adducunt bullas, sed qui
nudos vestierunt, esurientes paverunt,
sisterb; potum dederunt, captivos invi-
runt, peregrinos collegunt. Etenim si
eos quoq; voluit excludere, qui in nomi-
ne suo prophetarunt, quidam monia ejece-
runt, qui signa fecerunt, ut censes admir-
tendos, qui tantummodo huc bullam effe-
runt Iulii nomine? Iul. Quid si scismem?
Pet. Si quis ab inferis reversus catibi nun-
ciasset, bellum indixisse mihi. Iul. Quin
& excommunicasset. Pet. Sed perge,
cur armatus ipse? Iul. Quasi nescias, sum
mo Pontifici utrumque esse gladium, aut
nisi velis bellare nudum. Pet. Ego sanè cū
istum tenerem locum, nullum novi gla-
dium, nisi gladium Spiritus, quod est ver-
bum Dei. Iul. At non idem prædicat Mai-
chus, cuius auriculam absque gladio
credo amputasti. Pet. Memini & a-
gnosco: sed tunc pro magistro Christo
pugnabam, non pro me: pro vita domini,
non pro nummis, aut ditione seculari pag. 64
tunc pugnabam nondum Pontifex, pro-
missis duntaxat clavib; non acceptis: no-
dum accepto Spiritu sancto: & tamen ju-
sus sum recordere, & palam admonitus,
hoc pugnæ genus non convenire sacerdo-
tibus, Imò ne Christianis quidem: verum
hæc alias. Cur te tam accurate Ligurē esse
prædicas, quasi quicquam hoc ad Christi
vicarium pertineat, qua gente sit orin-
dus? Iul. Imò summam existimo pietas-
tem, gentem nostram nobilitare. Proinde
titulum hunc numismatis, statuis, forni-
cib; & parietibus omnib; inscribo. Pet.

Sed addis Sixti ex sorore nepotem: quem quidem hominem demiror nunquam huc accessisse, præsertim cum & summus fuerit Pontifex, & tibi tanto duci cognatus. Quare dic obsecro, quid hominis fuit, sacerdosne? Iul. Imò miles egregius, tum eximix religionis, nempe Franciscanus. Pet. Equidem Franciscum vidi quendam virum inter laicos optimum, opum, voluptatis, ambitionis summum contentorem. An pauperculus ille tales nunc habet satrapas? Iul. Quantum video, nolis quempiam ad meliora proficere: pauper erat & Benedictus, & ramen hujus posteri nunc adeò divites sunt, ut nos etiam illis invideamus. Pet. pulchre: sed ad rem redito de Sixti nepote. Iul. Consultò hoc feci, nempè ut obturem os illis, qui me ex illo prognatum affirmant, nimium liberè. Pet. Liberè, sed num & verè? Iul. Atqui non est istud è pontificia dignitate, cuius ubique habenda est ratio, Pet. At ipsa sui rationem ita demum rectissimè videtur habitura, si nihil admittat, quod jure possit opprobrari: sed per pontificiam majestatem, dic mihi bona fidei ista, cùm nejam via vulgaris ac solennis ad summum pontificium, perveniendi, quam modo depinaberas? Iul. Aliquot jam secula haud fuit alia, nisi fortè, qui mihi successurus est, alia creabitur via. Nam ipse summum assecutus potificatum, statim certà formidabili bullâ cavi, ne quis simili ratione penetraret, eam bullam & paulò ante mortem renovavi: quantum sit valitura, viderint alii. Pet. Oportet, neminem rectius id malum describere potuisse: sed illud miror, quenquam inveniri, qui munus hoc velit suscipere, præsertim cum tot occupationibus sit obnoxium, & tanto negotio ad id sit eluctandum. Nam me Pontifice vix quisquam vi poterat adigi, ut presbyteri aut diaconi susciperet honorem. Iul. Neque mirum adeò: nam illis temporib. status Episcoporum & patrum nihil aliud erat quam labores, vigiliz; jes junia, doctrina, sè penumero mors: Nunc regnum est ac tyrannis: & quis pro regno, si spes sit, non dimicer? Pet. Sed age, quid Bononia, num à fide desiverat, ut fuerit sedi Romanæ restituenda? Iul. Bona verba, non hoc agebat. Pet. Fortasse Bentivolo male administrante marcebat Resp. Iul. Imò maxime florebat: at civitas ea multis ædificiis aucta & illustrata, & ob eam rem impensius inhiabam. Pet. Intelligo, Præ-

cauiz? Iul. Nempe quod ille sic administrabat, ut ex immensa pecunia, quam à civitate collegerat, vix paucula illius ad nostrum redirent fiscum. Præterea sic expediebat ad id, quod tum agitabam a nimo. Itaque Gallis operam navantibus & nonnullis meo fulmine territis, profligatis Bentivolis, Cardinales & Episcopos urbi præfeci, ut nulla paraclimentorum non rediret ad usum Rom. Ecclesiaz. Adhuc, titulus & Imp. dignitas illis esse videbatur: nunc undique nostræ visuntur statuz, nostri leguntur tituli, nostra adorantur tropheæ: ideo passim Iulius æneus stat & saxeus. Denique si spectasse, quam regali triumpho Bononiam sum ingressus, fortasse contemneras omnes Octaviorum ac Scipionum triumphos, & intelligeres, me non absque causa tam strenue pro Bononia dimicasse: vereq; spectasse eodem tempore, & militantem & triumphantem Ecclesiam. Pet. Ergo te regnante, quantum audio, contigit illud, orare quod nos iusserat Christus: Adveniat regnum tuum. Iam vero Veneti quid admirerant? Iul. Primum græcisabarit, & me propromendum pro deliramento habebant, nihil non convictiorum in me jacientes. Pet. Verorum an falsorum? Iul. Quid refert: sacrilegium est, de Rom. Pontifice vel mutire, nisi in laudem. Denique sacerdotia luò conferebant arbitratu: nullas lites huc transferti patiebantur. Nullas jam mercabantur dispensationes. Quid multis opus est: intolerabili jactura Romanam sedem affligebant, quippe qui non exiguum insuper patrimonii tui partem occuparant. Pet. Mei patrimonii? quod obsecro mihi narras patrimoniu, qui relictis omnibus nudum Christum nudus sum secutus? Iul. Aliquot inquam oppida, sedi Rom. debita: sic enim pecularem illam possessionum suarum partem, sanctissimis patribus placuit appellare. Pet. Mea quidem infamia probe vestris lucris consulitis. Hanc igitur appellas jacturam intolerabilem? Iul. Quidni? Pet. Vtrum corrupti mores: refrixerat pietas? Iul. Apage, de nugis agis, imo detrahebantur nobis infinita ducatorum millia, quotque vel legionis militum alendæ sufficiebant. Pet. Magna sane jactura fœnectori. At Ferrarensis ille quid tandem designarat? Iul. Quid ille homo hominum omnium ingratissimus, huic honorem cum habuerat ille Christi vicarius Alexander, ut alteram filiam illi daret uxorem, addi-

trans, & insuper vestigalia nonnulla ven-
dicabat, non illa quidem maxima, ta-
men haudquam aspernanda diligen-
ti pastori. Gen. Imo negotiatori. Iul.
Adhuc, quod verius ad rem pertinet,
expediebat hoc ad id, quod parabam,
hac Imperii mei ditioni copulari, pro-
pter situs opportunitatem. Proinde
conatus sum, hoc deturbato, ditionem
meam cognato meo conferre, viro strenuo,
& quidvis pro dignitate Ecclesie
ausufo, ut qui nuper suapte manu Car-
dinalem Pampensem in nostram grati-
am confoderit. Nam filiæ marius sua
forte contentus est. Pet. Quid audio?
Uxores & liberos habent summi Pont.
Iul. Vxores quidem non habent: libe-
ros autem eos habere, quid monstri est:
qui viri sunt, non eunuchi? Pet. Sed quæ
tandem res coegerat schismaticum con-
ciliabulum? Iul. Perlongum fuerit,
rem à prima repetere origine. Dicam
summatim. Jam quosdam tñdere cœpe-
rat Romanæ curia. Aiebant, turpi
quæstu, prodigiosis ac nefandis libidi-
nibus, beneficiis, sacrilegiis, cædibus,
simoniaciis nundinis, inquinata esse o-
mnia: meipsum aiebant simoniacum,
temulentum, spurcum, mundano tur-
gidum spiritu, & omnibus modis eum,
qui locum illum indignus, cum summa
Chr istianæ Reipublicæ pernicie occupa-
rim. Itaque generali concilio succurren-
dum esse rebus tam afflitis. Addeabant,
adjuratum me, ut post acceptum hono-
rem intrabiennium, generale concilium
indicerem, hac lege crearum pontifi-
cem. Pet. atque id verè dictum. Iul. Imo
& factum. At ipse me ab eo jurejurando,
cum visum est, absolvi. Quis autem du-
bitet vel quidvis decierare, cum de regno
agitur? in aliis colenda pietas, ut ele-
ganter ille Julius dixit, alter ego. Sed
audaciam hominum specta: vide quorsū
evadant: desciscunt novem Cardinales:
denunciant mihi concilium: invitant, or-
rant, ut præsideam: cuni non impetrant,
inducent universis authore Maximilia-
no tanquam Imperatore (quod histo-
riæ testantur, olim ab Imperatoribus
Romanis concilium indici solere) au-
thore item Gallorum Rege Ludovico,
ejus nominis duodecimo (horresco re-
ferens) ac tunicam illam Christi incon-
sutilem conantur discindere, quam hi
quoq; reliquerunt integrum, qui Chris-
tum crucifixerunt. Pet. Eras homini,
qualem illi prædicabant, similis? Iul.
Quid ad rem? summum etiam Pontif-
icem finge vel Cercopibus sceleratiorem,
vel Mercede?

spicere. Pet. Etiam aperte malum? Jul.
Vel apertissime. Quid non ferendum est,
ut is qui Dei vicem agens in terris, omni-
nō Deum quendam inter homines præ-
stat, à quopiam homuncione reprehenda-
tur, aut convitiis violetur. Pet. Arqui
reclamat sensus communis, ut bene sen-
tiamus de eo, quem palam scelerosum
cernimus: aut bene loquamus de eo, de
quo male sentimus. Jul. Cogiter quisque,
quod volet, modò bene loquatur, aut
certè sileat. Porro reprehendi non po-
test Romanus Pontifex, nec à concilio
generali. Pet. Unum scio. Qui Christi
vicem instinet in terris, debere quam pos-
test, illi similimum esse, atque ita vitam
omnem peragere, ne quid in eo possit re-
prehendi, neve quisquam merito de illo
male loqui queat. Male vero cum Ponti-
ficibus agitur, si ut bene de se loquunt
homines, minis extorquent potius, quam
benefactis impetrant, quos nisi mentien-
do laudare non possis, quorum summa
gloria sit hominum male sentientium co-
actum silentium. Verum illud mihi re-
ponde, nulla ratione potest summoveri
scelerosus ac pestilens pontifex? Jul. Ri-
diculum. A quo amoveretur, qui sum-
mus est? Pet. Atqui ob id ipsum maxime
debebat amoveri, qui summus est. Nam
quo major, eo perniciosior. Si huma-
nas leges Imperatorem, male rem admi-
nistrantem, non solum abdicant, verum
etiam capitum afficiunt supplicio: quænam
est tam infelix Ecclesie conditio; ut Ro-
manum Pontificem, omnia subverten-
tem, ferre cogatur, nec ullo pacto possit
publicam pestem depellere? Jul. Atqui si
corrigendum est Romanus Pontifex: per
concilium corrigeretur oportet. Porro
concilium cogi non potest, invito Pon-
tifice: alioqui conciliabulum fit, non con-
cilium. Quod si maxime cogatur: nec sta-
tui quicquam potest, refragante Pon-
tifice. Denique restat extremum prædi-
um, absoluta potestas, quæ longe jam su-
perior est unus Pontifex universo conci-
lio. Ceterum summoveri sacerdotio
non potest, ob quodvis crimen. Pet.
Num ob homicidium? Iul. Non ob parti-
cidium. Pet. Non ob fornicationem? Iul.
Bona verba: heu ne ob incestum qui-
dem. Pet. Non ob simoniacam impieta-
tem? Iul. Non ob sexcentas. Pet. Non ob
veneficum? Iul. Ne ob sacrilegium
quidem. Pet. Non ob blasphemiam? Iul.
Non inquam. Pet. Non ob
hæc omnia simul, in unam ceu lacu-
nam conflata? Iul. Adde, si liber,
sexcenta flagitiorum nomina, his quoq;

inum. Qui magis nova invenientia et
clefia, si tale portentū nulla via queat ex-
cutere, talemque cogatur adorare pōtifi-
cē, cujusmodi nemo toleraret stabulariū.
Iul. Quidam ob unum duntaxat amove-
ri dicunt. Pet. Ob quod obsecro benefac-
tum? quandoquidem ob malefacta non
potest, si ob hēc, quæ dixisti, non potest.
Iul. Ob crimen hæreſeos: & ita demum,
si publice sit convictus: verū id quoque
frivolum est. Neq; vel tantillum officit
pontificis majestati. Primum illi in ma-
nu est legem ipsam abrogare, si minus
placeat. Deinde quis ausit summum
Pontificem in crimen vocare, præsertim
tot armatum præſidiis. Adhæc, si for-
te prematur concilio: facilis est palino-
dia, si inficiari non liceat. Postremo,
mille sunt cuniculi, quibus facile possit
elabi, ni proſus ſtipes fit, non homo.
Pet. Sed dic mihi per pontificam dignita-
tem, quis leges istas tam præclaras con-
didit? Iul. Quis aliis, niſi fons legum
omnium, Rom. Pontifex? Atqui ejus-
dem est legem abrogare, interpretari,
dilatare, utcunque viſum est suis expedi-
re commodis. Pet. felicem profecto pon-
tificem, si legem ferre possit, qua Chri-
ſtum etiam eludat, nedum concilium:
quāquam aduersus hujusmodi pontificem,
cujusmodi tu modò descripſisti, pa-
lam scelerosum, temulentum, homici-
dam, ſimoniacum, veneficum, perjurum,
rapacem, portentofis libidinum generi-
bus undique conſpurcatum, idque pro-
palam, non tam optandum generale con-
cilium, quamut plebs armata ſaxis, ut
publicam orbis pestem è medio tollat.
Verū age, dic mihi, cur Rom. Pont.
tantopere horreat generale concilium?
Iul. Quin idem à monarchis queris, cur
ſenatum & celebres conſeffiſus odetint,
nempe quod turba tot excellentium vi-
rorum nonnihil obſcuraretur regia di-
gnitas. Qui docti ſunt, hiſ literæ fidu-
ciam reddunt: qui bona conſciencia fre-
ti liberiū loquuntur, quam nobis expe-
dit. Qui dignitate prædicti, authorita-
te utuntur ſuā. Accedunt & inter hos
nonnulli, quæ invident gloriæ: & hunc
animum ſecum afferunt, ut minuant Pon-
tificis & opes & authoritatem. Præte-
rea nullus hīc affideret, quin putet ſibi ali-
quid aduersus Pontificem licere, concilii
titulo: nimirum aliaſ inviātum. Proin-
de vix ullum concilium tam feliciter ces-
ſit, quin ſummus ille Pontifex non ali-
quāmajest. ſuę jacturam ſenſerit, mi-
nusq; ſummus diſceſſet: cujus rei vel
ipſe certis eſſe poteris, niſi proſuſer-

cationem exceperit, & ſanguinem & idolo-
thyrum, veluti corrigenſ tuam ſententi-
am, ut hodie ſint, qui hac re comoti, non
tibi, ſed Iacobō putent fuſſe ſummi Pon-
tificis autoritatem. Pet. Vnum igitur
ſpectandum existimas, ut ſalva ſit regia
ſummi Ponſificis majestas, ac non magis
publica utilitas rei Christianæ? Iul. Ad ſu-
mum quisq; negocium ſpeciet: nos noſtrū
agimus negocium. Pet. Atqui ſi Christus
idem feciſſet: jam non eſſet Eccleſia, cu-
juſ te Monarcham jaſtitas eſſe. Et non vi-
deo, qui conveniat, ut qui Christi Vicarii
us appellari gaudeat, Christo diversa ſe-
quatur: ſed illud jam expedi, quanam
arte ſchismaticum illud, uti vocas, con-
ciliū diſcuſſeris? Iul. Dicame quidem:
aſſequere, ſi potes. Primum Imp. Maxi-
milianum, cum per ſolennes nuncios con-
ciliū indixerat, per non dicendos mo-
dos ab iſtituto ſubduxī. Præterea
Cardinales aliquot arte ſimiſi persua-
ſi, ut quod publicatis iam instrumentis
ſtatuerant, rurſum acciſis notariis & te-
ſtibus negarent. Pet. An iſtud liceat? Iul.
Quidni liceat, approbante ſummo Pone-
tifice? Pet. igitur ſi voleret, juſjurandum
non eſſet, ut à quo paſſim, quos vult, li-
berar? Iul. Sed tamen ut ingenuè dicam,
erat id paulo quidē impudentius, verū
non patebat via commodiſtor. Deinde
cum videbam futurum, ut nonnullorum
ividia concilio premeret, maxiſe
quod ſic eſſet indictum, ut non exclude-
ret, ſed ſuppliciter invitarer rogarer quo
præſidere. Vide, quam jam technam re-
pererim, ſuperiorum ſecutus exemplum.
Ipſe vicifim Pifie ad concilium provo-
cavi, cauſans, nec tempus, nec locum
ſatis eſſe idoneum, quem quidem illi
præſtituiffent, & Romæ ſubito conciliū
indixi, quo neminem venturum ar-
bitrabor, Iulio non amicum, aut certe
non obsequium daturum. Sic n. multis
exemplis docueram. Ac protinus in hūc
uſum complures Cardinales creavi, meis
iſtitutis aecommodos. Gen. Hoc cit, fa-
cioroſiſſimos. Iul. Rurſum hoc conciliū
niſi indixiſsem, concilium non fuſſeret:
& tamen haudquaquam expediebat reb.
meis, tantam Epifcoporum & Abbatum
turbam huc confluere, inter quos fieri
non potest, quin aliquot probi piisque
ſuerint futuri. Itaque monui, ut ſumtib.
parcerent, & ſingulæ regiones unum aut
alterum duntaxat mitterent. Deinde
cum hoc quidem ſatis tutum viderem, ac
paucos ex tot provinciis ad magnū redi-

scripsiteram diem Romæ concilium institui cum his duntaxat, quos ad id paraveram: inter quos etiam si qui fuerant, qui dissidenter à me: tamen illud certum habebant, Iulio neminem refragaturum, tantis armis & satellitib. stipato. Jam ad hunc modum ingentem invidiam movi Gallicano illi cōcilio: dimissis quoque versum literis, in quib. de nostro sacro-sancto concilio faciebam mentionem, concilium illorum execrans, conventiculum Sathanz, conciliabum Diaboli, schismaticam conspirationem subinde nominans. Pet. Oportet sceleratissimos fuisse Cardinales, autores ac principes concilii. Iul. De moribus nihil queror: sed caput hujus negotiū fuit Cardinalis Rothomagensis, qui nescio qua sanctimonia semper hoc spectavit, ut Ecclesiam redderet amendmentem. Idque fecit locis aliquot. Hunc mors eripuit, mihi tum rem faciens omnium gratissimam Successit huic Cardinalis titulo sanctæ crucis, Hilpænus, vitz quidem inculpatz, sed rigidus senex ac Theologus. Quod quidem genus hominum fermè solet esse infestum Rom. Pontificib. Pet. Atqui Theologus hujusmodi nihil habebat, quod suo factis probabiliter obixeret? Iul. Per multa: ajebat, nulla fuisse tempora inquinatoria, quam tunc essent: nunquam Ecclesiaz morbos magis intolerandos. Itaque generali concilio succurrendum. Me, cum ad summum pontificium admitterer, sacramentis adaptum, ut secundo ab inito pontificatu anno concilium indicarem, & id additum, ut nec à Cardinalium consensu possem absolvī. Deinde s̄ p̄ a fratribus Cardinalibus meis admonitum, & rogatum: interpellatum à principibus, quidvis potius hoc in aorem admisisse, ita ut palam appareat, Iulio vivo, nutiquam futurum concilium. Citabant exempla superiorum conciliorum. Citabant leges aliquot poticias, quibus ostendebant, me cum meis detrectante concilium: ad te jus indicendi devolutum. Ceteris item principibus conniventerbus, indicendi munus ad Imperatorem Rom. qui olim solus indicebat: & ad Gallorum Regem, qui præcipuus esset, pertinere. Pet. Num interim in tenebranda dictu scribebant? Iul. Imò turcif. ri hic plus sapiebant, quam volebam. Rem odiosissimam mira modestiā trahabant: & non solum temperabant à maledictis, sed me nonquam nisi cum honoris præfatione nominabant: rogantes & obsecrantes, pet omnia facia piaque, ut quod me dignum erat.

tom hæc temperantia mihi constarit invideb, præsertim cum omnia sua sacris literis condirent. Nam apparet, eru- ditos aliquot ad id adhibitos. Adde- bant interim jejunia, orationes, misera vitæ frugalitatem, ut magis etiam me ptemerent opinione sanctitatis. Pet. Tu contra, quo titulo concilium indi- xeras? Iul. Longè splendidissimo. Os- tendebam, mihi in animo esse primum corriger caput Ecclesiaz, hoc est, me ipsum: Deinde principes Christianos: Postremò plebem universam. Pet. Bellati audio comediam: sed jam ex- pecto catastrophē. Iuvat audire, quid Theologi illi in Saranæ conciliabulo statuerint. Iul. Indigna, abominan- da, refugit animis commémorare. Pet. Obscro, nefanda? Iul. prius im- pia, sacrilega, plus quam hæretica, quibus nisi manitus obstituisse, imo ar- mis pariter atque ingenio, & cum erat de dignitate Ecclesiaz Christianar. Pet. Tan- tò magis expecto, quæ sint ista. Iul. Horresco referens, Id agebant scelesti, ut Ecclesiam, tot opibus ac tantâ ditione florentem, ad veteres illas fordes ac mi- feram frugalitatem revocarent: ut Cardi- nales, qui nonne vix strepitu quo suis anteceiliunt tyranos, ad paupertatem redi- gerentur: ut Episcopi multo contra- ius viverent, minus satellitum, minus a- lerent equorum. Decreverant, ne paucim Cardinales absorberent Episcopatus. I- flos, qui per fas (ut aiebant) nefasque sex- centa, si possent, cumularent sacerdotia, coercendos censebant, ut iis essent con- tenti censib. qui frugali sacerdoti satis essent. Ne quisquam crearetur summus Pontifex, aut Episcopus, aut sacerdos in- terventu munerum, aut respectu favoris aut turpis obsequi, sed duntaxat ex vi- tæ meritis. Quod si compertum esset, il- licè submoveretur: ut liceret, Rom. Pont. palam facinorosum ab honore depelle- re: ut Episcopi scortatores ac temulentí privarentur administratione: ut sacer- dotes, palam facinorosi, non solum sacer- dotio, verùm membro corporis mutila- rentur: aliaque id genus permulta! Nam omnia refrenare piger, quæ prius eō tenu- debant, ut nos onerarent sanctimonia, divitiis & imperio spoliarent. Pet. Quid contra hæc statuebant in illo sacro-sancto concilio Romano? Iul. Iam videris mihi oblitus, quod dixi, meni aliud agere voluisse concilii prætextu, nisi ut clavū clavo pellerem. Primus ille conventus consumtus solennibus quis- busdam

S. cruce, alterum de S. Spiritu, tanquam
hujus afflatus res ageretur. Deinde reci-
tata oratio, plena laudum mearum. Pro-
ximo confessu, quantā vi potui, torsi ful-
mē in schismaticos illos Cardinales, plus
quam impium, plus quam sacrilegum,
plus quam hæreticum pronuncians, quic-
quid illud esset, quod jam statuerint, aut
statuere pararent. Tertio confessu, co-
detur fulmine terrui Galliam, nundinis
à Lngduno translatis, quibusdam Gal-
lie partibus nominatim exceptis, quo
magis alienarem à Rege plebis animos,
& aliquam inter ipsos seditionem exci-
tarem. Atque hæc statim acta, quod plus
haberent authoritatis, bullis prodiota, ad
omnes misi principes, præsertim ad hos
quos videbam in nostram factionem
propensiōres. Pet. At præterea nihil a-
ctum? Iul. actum est, quod volebam.
Vici, si modò nostra valent decreta.
Tres illos Cardinales, qui perstiterunt
in cœptis, Cardinalitii dignitate publi-
cis ceremoniis spoliavi: sacerdotiorum
census aliis contuli, ne facile possent re-
stitui. Ipsos tradidi Satanz, libentius
tamen igni traditurus, si manus meas
incidissent. Pet. Attamen si vera nar-
ras, non paulò sanctiora videntur illius
schismatici conciliabuli decreta, quam
tui sacrofanci concilii, unde adhuc ni-
hil video prodijste, nisi minas tyranni-
cas, execrationes, & astu mixtam cru-
delitatem. Si Satanas fuit author illius
conciliabuli: proprius videtur ad
Christum accedere, quam Spiritus ille
nescio quis, qui modò vestrum moderatus
est concilium. Iul. Quin tu, quid loquaris,
etiam atque etiam vide. Nam omnibus
bullis meis execratus sum omnes, qui
cunque illi conciliabulo quounque mo-
do faverunt. Pet. Miser ut adhuc ve-
terem spirat Iulium: sed quis tandem
hujus exitus negotii? Iul. Hoc euidem
in statu reliqui: quorsum evasorum sit,
viderit fortuna? Pet. Nimirum schis-
ma manet. Iul. Manet euidem pericu-
losissimum. Pet. Ecce Christi vicarius
schisma maluisti, quam verum conci-
lium? Iul. Potius trecenta, quam me
velim in ordinem cogi, & ad totius vi-
te reddendam rationem adigi. Pet. Ita
tibi conscius? Iul. Quid id tua? Pet.
Intelligo. Non expediebat eam mo-
vere camatinam: sed penes utros erit
victoria? Iul. Istud fortunæ est in ma-
nu. Quanquam à nobis plus est pecu-
niarum. Gallus exhaustus est diutini-
jam bellis. Anglus auti montes ha-
bet intactos adhuc. Illud indubitate
possum vaticinari: si Gallus vicerit id

um, Satanæ conciliabulu erit: ego
idolum pontificis, non pontifex: penes il-
los Spiritus sanctus erit, nos spiritu Sar-
anz fecerimus omnia. Verū ingens mihi
fiducia est in reliquias pecuniis. Pet. At
quid rei tangent incident adversus Gallos,
& horum regem? quem vestri majores
Christianissimi titulo decorarunt, præ-
sertim cum illorum præsidis fatearis, &
vixisse te, & ad istam plus quam imperia-
lem coronam elevet: denique Bononiæ &
reliquas urbes recipisse, domuisse Vene-
tos omnib⁹ invictos? Quomodo totam
recentiū meritorū abolita memoria? Iul.
Istam explicare fabulam, per longū fuerit:
verū ut summari dicā, nihil à me no-
vatum est. Sed quod jam olim atimo par-
turieram, tum patere coepi: quod antea
rebus ita poscentibus, dissimilaram, runc
aperui. Gallis nunquam ex animo bene
volui, hoc tibi de tripte dictum puta:
nec ullus Italus ex animo bene volt bar-
baris, non herculè magis, quam lupus a-
gnis. Sed ego non Italus modò, verū
etiam Genuensis, tantis per illis uterbar a-
mīcis, dum op⁹ esset illorum ministerio.
Quandoquidem haecenū utendum ope
Barbarorum. Interea multa tuli, multa
dissimulavi, multa finxi, denique passus
sum, & feci. Verum ubi jam res in euna
propè locum deducuntur, in quem vo-
lebam: supererat, ut vere Iulium agerem,
totamque illam Barbararum fecem Ita-
liā summo verem. Pet. Cujusmodi belua-
sunt isti, quos vocas barbaros? Iul. Ho-
mines sunt. Pet. Homines igitur, at non
Christianī? Iul. Et Christiani: sed quid
hoc ad rem pertinet? Pet. Ergo Christia-
ni quidem, sed absque legib⁹, absque li-
teris, agrestem degentes vitam? Iul. Im-
rebus istis maxime florent illi: quin inlu-
per, id quod illis imprimis invidemus, o-
pibus. Pet. Quid igitur sibi vult Barbari
cognomen? Quid mussas? Gen. Di-
cam hujus vice. Itali cum sint ex o-
mni barbarissimarum nationum collu-
uvie conflati confusique, non aliter
quam sentina quædam: tamen è gentili-
um literis hanc imbiberunt insaniam, ut
extra Italiam natos Barbaros appellant.
Quod quidem cognominis apud illos
contumeliosissim⁹ est, quam si parricidam
dicas, aut sacrilegium. Pet. Ita vide-
tur. Atqui, cùm pro omnibus homi-
nibus mortuus sit Christus, nec apud I-
lum sit ullius personæ respectus, cumq;
te Christi vicarium profitereris: cur
non omnes eodem complebatatis ani-
mo, quos nunquam deseruit ipse Chri-
stus. Iul. Euidem & Indos & Afros &
Æthiopes, & Græcos, complecti cupi-

recedimus digne, ut proxime Gr̄cos, quod homines nimium tenaces parum agnoscerent Rom. pontificis majestatem. Pet. Ergo Rom. sed est totius orbis veluti horreum est? Iul. Magnum vero id videatur, si omnium metamus carnalia, cum omnibus nostra spiritualia seminemus? Pet. Quæ narras spiritualia? Nam adhuc quidem præter mundana audio nihil: fortasse doctrina sacra trahas ad Christū? Iul. Sunt, qui concionentur, si velint: nec eis prohibemus, modo ne dicant adversus majestatem nostram. Pet. Quid igitur? Cur regib. datur, quicquid exegerint, nisi quia his accepsum referunt, quicquid possident, etiam si nihil acceperunt? Ita quicquid est sacrum unquam, nobis imputandum est, et iam si totam stertamus vitam. Quanquam præter ista largissime donamus indulgentias exigua pecunio- la, dispensationem in rebus gravissimis non maxima summa, paucim omnibus ob viis benedicimus, idque gratis. Pet. Equidem nihil horum intelligo: sed redi ad id, quod institutum erat. Quamobrem tua sanctissima maiestas tantopere barbaros horreat, ut cœlum terræ miscendum duixeris, quo illos ab Italia depelleas? Iul. Dicam. Superstitionem est cum omne barbarorum genit, tum præcipue Gallorum. Nam cum Hispanis non perfime nobis convenit, sive lingnam sive species sive mores. Quanquam hos quoque submotos volebam, quo prorsus liceret more nostro a gere. Pet. Colunt præter Christum & alios Deos? Iul. Imò Christum ipsum nimis anxie colunt. Antiquis quibusdam & jam pridem obsoletis vocabulis mirum est, quam adhuc homines stultissimi permoveantur. Pet. Forte magicis? Iul. Nugatis, imo simonia, blasphemia, sodomia, veneficio, sortilegio. Pet. Bona verba. Jul. Itidem, ut tu nunc abominaris, & isti. Pet. Omitto nomina: at res sunt apud vos, ut ne dicam apud ullos Christianos. Jul. Sanè barbari non ipsi vacant vitiis, sed cum diversis laborarent, nostra execrarentur, suis blandiuntur. Nos contra nostris blandimur. Nos abominandum probrum ducimus, ac per fas, nefasque fugiendum, paupertatem: illi vix esse Christianum existimat opib. frui, vel sine fraude qua sitis. Nos ebrietatem nec nominare audeamus (quanquam hac in parte non ita vehementer ab illis dissentiamus, si cetera convenient) at Germani leve putant eratum, & festivum magis, quam sceleratum. Usuram vehementer execrantur illi. At apud nos nullum hominum genus æ, que necessarium Ecclesiaz Christi. Ven-

bis longè sententia diversa est. Item simoniam, jam olim à rerum natura sublatum vocabulum, velut umbrā formidant illi, & antiquatas jam veterum leges mordicus tenent. Nos aliò spectamus, Atque hujusmodi permulta sunt alia, in quibus dissimili ritus instituto procul arcendi sunt à nostris mysteriis, magis suspecti, si nesciant. Nam si semel intellexerint arcana curiae nostræ, protinus evulgant. Et nescio, quo pacto ad vitia reprehendenda sunt oculatissimi. Scribunt maledicentissimas ad suos literas. Clamitant passim, apud nos non esse secundum Christi, sed sententiam Satanz. De me disputant, num sim asecutus pontificatum sic vivens: num pro pontifice sim habendus? At ita primum minuerant nostram apud ignotos sanctitatis opinionē, simul & autoritatem, qui adhuc de nobis nihil audierant, nisi quod Christi vicem gereremus, & proximam, atque adeo parrem potestatem teneremus. Atqui hi è rebus intolerabilis Ecclesiaz Christianaz jactura nascitur. Dispensationes & paucioris & minoris vendimus. Minor census reddit ex Episcopatibus, & sacerdotiis & abbatiis. Vulgus, si quid exigitur, malignius dat; breviter, undecunq; paucior quæstus, & faciliiores nundinz. Postremo fulmina quoque nostra minus ac minus horrent. Quod si semel eò processerit audacia, ut dicant, sceleratum pontificem nihil agere, ac fulmen minasque contemnerint: nobis ad famam plane redierit res. Quod si procul absuerint, ita ingenium est barbarorum, impensis. venerabuntur, nostrisque literis comodo scriptis ex animi sententia rem gerem. Pet. Non optimè nobiscum agitur, si hinc pendet authoritas apostolica, ut vitam ignoretur, nesciantur technæ. Nos nihil aliud optabamus, nisi ut universis esset cognitum, quicquid vel in cubiculis ageremus. Atque ita demum plurimi siebamus, si vere innotuissemus. Verum illud expedit, adeo religiosos principes nunc habet mundus, tantaque est apud illos sacerdotum reverentia, ut ad unius atque adeo talis nutum, ad arma descendenter universi. Nam meis quidem temporibus hos infestissimos hostes patiebamur. Iul. Quantum ad vitam attinet, non sunt admodum superstitionis Christiani. Nos plane contemnit ac pro nugamentis habent: nisi quod aliquot ex his infirmiores nonnulli metuant terrificum illud fulmen excommunicationis. Nec hī tamen perinde re atque opinione commove-

persuasum, ingens aliquod infortunium manere hos, qui sacerdotibus qualibuscunque negotium faciesunt. Omnes fermè ut sunt civiliter educati, non nihil tribuunt ceremoniis, præsertim à nobis provocati. Nam ceremoniaæ ceu fabula quædam vulgo dantur. Cæterum res interim seriò agitur. Nos illos magnificis titulis decoramus, etiam si sint fecieratisimi: hunc Catholicū appellantes, illum serenissimum, alinn, illustrissimum alium augustum, omnes dilectos filios nominamus. Illi vicissim nos sanctissimos patres in suis literis vocant, & aliquoties ad oscala pedum se submittunt. Et ubi non multum negocii vertitur, cedunt nonnunquam autoritati nostræ, quò sibi pietatis opinionem apud vulgus parent. Nos illis rosas mittimus consecratas, tiaras, gladios, & illorum dignitatem maximis bullis confirmamus. Illi vicissim mittunt equos, milites pecuniam, nonnunquam pueros, atque ita munuum (quod ajunt) muli scabunt. Pet. Si tales sunt, nondum intelligo, quo pæcto potueris summos Reges ad gravissima bella concitare, præsertim ruptis tot fœderibus. Iul. Atqui si nunc assequi possis ea, quæ dicam, intelliges ingenium plus quam Apostolicum. Pet. Adhuc equidem, quoad potero. Iul. Illud in primis mihi studio fuit, omnium gentium, præcipue principum ingenia, mores, affectus, opes & conatus pernoscere, cui cum quo conveniat, cui cum quo dissidium sit. Deinde his omnibus ad nostram commoditatem uti. Principiò Gallos facile concitavimus in Venetos, quod inter hos intercederet fœdus atque antiqua similitas. Deinde sciebamus, eam gentem avidam Imperii prorogandi. Et Veneti illorum quoque nonnullas urbes occuparant. Itaque meum negocium cum illorum negocio miscui. Tunc Imp. quanquam non admodum amicus Gallo, tamen quia non erat alia spes à Venetis recipiendi, quæ tenebant [tenebant n. urbes aliquot egregias] pro tempore se huic bello adjunxit. Deinde cum non placeret, Gallos supra modum crescere (res enim successerat felicius, quam volebam) primùm Hispaniarum Regem in eos extimulavi, primùm hominem fidei non admodum adamantinæ: deinde cuius magnopere referebat, ut cunque premi Gallorum potentiam, cum ob alia multa, tum præcipue, ne quando ditione Neapolitana excluderetur. Adhuc Venetos tametsi non probarem, si & tamen in gratiam recepi, ut hos quoque recentis cladis dolore exacerbatos in-

Pag. 66

tim nunciis, renovato veteri in Gallos odio. Iam Anglis sciebam genuino odio esse Gallorum gentem & his conjunctissimos Scotos. Adhuc intelligebam, nationem esse præferocem, & belli cupidam: idque potissimum prædandi spe. Tum etiam superstitionem aliquantulum quod longissime absit à Roma. Postrem id temporis, nova libertate (quæ tandem illis morte regis omnium severissimi contigerat) insolentes ac penè tumultuantes, ut facile jam possent ad quamvis insaniam extimulari, quod maximè volebam. Accessit ad opportunitatem rerum mearum Rex admodum adolescens, vel puer potius, nuper regno potitus, ingenio acri vividoque, ac vere iuvenili, hoc est, inquieto & bellicoso, nec ætate tantum ambitiosus, & ad res non mediocres erectus. Qui jam tum à primis annis huc spectasse dicebat, ut Gallos adoriretur armis. Super omnia affinis erat Hispano Regi, quem jam ad arma traxeram. Hisce rebus omnibus usus sum ad Ecclesiæ commoditatem: ac sexcentis literis, non absque ingenio scriptis, tandem involvi principes bello omnium gravissimo. Neque verò quenquam cæterorum intentatum reliqui, neque regem Ungarorum, neque Lusitanæ, neque Burgundionum regibus parem ducem. Verum quia ad hos nihil harum rerum attinebat, repellere non quivi, ac sciebam, histi multuantibus neminem cæterorum quieturum. Hi igitur cum suo morem gererent animo, tamen honestissimum tactum acceperant à nobis, ut quod majorem cladem inferrent populo Christiano, hoc religiosius viderentur Ecclesiam Dei protegere. Atque uti magis admireris vel ingenium meum, vel felicitatem: beligerabatur id temporis Hispaniæ Rex cum Turcis, incredibili rerum successu, maximoque suo quæstu, & tamen illis omnibus omissis, in Gallum universas vires convertit. Adhuc Imp. non fæderibus modò multis, verum etiam beneficiis immensis devinctus erat Gallis, vel hoc nomine, quod horum sumtu opera que, suas in Italia civitates recepisset. Et huic erat quod ageret: nempe ut Gledros hostes gravissimos (in quos bellum suscipiendo fuerat autor) a nepote suo Burgundionum principe depelleret. Et tamen effeci, ut suis omissis meum ageret negotium. Cum nulla gens sit, apud quam minus valeat summi pont. authoritas, quam Anglorum (id quod protinus liquebit, si quis Divi Thomæ Cantuariensis Episcopi vitam, ac veterum Recountem, videt).

quid posunt subtrahere, his quantum
vis multas admiserint, haud perpedites, cujusmodi fenestram Regibus in po-
sterum aperuerint : quanquam nec ipsi
regessatis animadvertebant, quod ex-
emplum induxerint adversus seipso :
nempe ut liceat Rom. Pontifici regno
moveare, quem oderit principem. Et Rex
adolescens maiore etiam motu reaggres-
sus est, quam volebam, aut quam juisse-
ram, tametsi malebam in hanc peccari
partem. Jam vero fuerit nimis longum
explicare sigillatum, quibus artibus eos
principes ad tam periculosum bellum
excitarim in Christianos, quos nullus
unquam pontifex vel in Turcas potuit
excitare. Pet. At fieri potest, ut bello-
rum incendium per te suscitatum, uni-
versum denique mundum corripiat. Iul.
Corripiat sancte, modo Romana sedes di-
gnitatem & possessiones tueatur suas.
Tametsi conatus sum omnem bellum mo-
lem ab Italib[us] in barbaros reiicere : dimi-
cent illi, quantum velint, nos spectabi-
mus, & fortassis illorum fruemur insanis.
Pet. Hec ergo nihil pertinent ad pasto-
rem & patrem sanctissimum & Christi
vicarium? Iul. Cur excitant schisma?
Pet. Atqui peccata nonnunquam ferenda
sunt, si plus malorum est à medela. Deinde
si tu consilium admisisses, non erat locus
schismati. Iul. Bona verba. Ego sexcenta
bella malim, quam concilium quod si me
submovissent à pontificio velint simoni-
acum & negotiato rem pontificii, non
pontificem. Quid? si omnem vitam
meam prodidissent in vulgus? Pet. Etiam
si verus pont. es: tamen satius erat
honori cedere, quam tantis orbis Chri-
stiani bellis malis tuam tueri dignitatē.
Si modo dignitas est, Episcopatus indi-
gno commissus, ac ne commissus quidem,
sed & emitus & arteptus. Vnde illud
mihi obiter venit in mentem, te concilio
quodam divino Gallis extitisse pestem,
qui prius Ecclesiaz te pestem invexerint.
Iul. Per triplicem coronam juro, perque
meos clarissimos triumphos, si mihi bi-
lem moveris, senties & tu vim Iulii. Pet.
O phreneticum. Verum hactenus qui-
dem nihil audio, nisi ducem non Eccle-
siasticum, sed mundanum, plurimum po-
tuisse ad discindenda foedera, ad inflam-
mandum bella, ad strages hominum ex-
citandas. Ita Satanas potestas est, non
pontificis. Qui CHRISTI vicarium se
fecit, eum oportet ad illius exemplar
quam proximus accedere. Est in illo
summa potestas, sed cum summa boni-
tate coniuncta. Es summa f

piat subrogare, quem potius adsciscat,
quam tui similem? Dic, ubi, ubi verum apostolicum egeris? Iul. Quid magis apostolicum, quam augere Christi Ecclesiam? Pet. Atqui, si Ecclesia est populus Christianus, Christi spiritu conglutinatus: subvertisse mihi videris Ecclesiam, qui orbem universum ad tenebrosa bella excitaris, quo tu impunè malus & pestilens es. Iul. Nos Ecclesiam vocamus Iesu Christus, sacerdotes, & præcipue curiam Rom. me in primis, qui caput sum Ecclesiaz. Pet. At Christus nos ministros fecit, se caput, nisi nunc secundum acreverit. Sed quibus tantum aucta est Ecclesia? Iul. Nunc ad rem accedis, itaque dicam. Illa olim familiaca omnium & pauper Ecclesia, nunc adeo floret ornamentis omnibus Pet. Quibus? ardore fidei? Iul. Rursum nugaris. Pet. Sacra dorsina? Iul. Obtundis. Pet. Contemtu mundi? Iul. Sine me dicere, veris inquam ornamentis: nam isthac verba sunt. Pet. Quibus? igitur? Iul. Palatiis regalibus equis & malis pulcherrimis, famulatu frumentis exquisitis. Gen. Scortis formosissimis, lenonibus obsequentissimis, Iul. Auro, purpura, vestigalibus ut nullus Regum non humilis ac pauper videatur, si cum Rom. Pont. opibus strepitueque conferatur. Nemo tam laetus, qui nostram condemnaret frugalitatem: nemo tam nummatus, nec scenerator, quin nostris invideat opibus: huc inquam ornamenta & turatus sum & auxi. Pet. Sed dico mihi, quis omnium primus istis ornamentis inquinavit & oneravit Ecclesiam, quam Christus purissimam pariter & expeditissimam esse voluit? Iul. Quid istud ad rem attinet? Certe, quod est caput, tenemus, possidemus, fruimur, quanquam ajunt, Constantiū quondam universam Imp. sui majestatem in Sylvesterum Rom. Pontificem transfudisse, phaleras, equos, currus, galeam, baltheum, plaudamentum, satellitum, enses, coronas aureas, & auri quidem pretiosissimi, exercitus, machinas bellicas, urbes, regna. Pet. Et extant munificentia certa monumenta? Iul. Nulla præter paleam unam decretis admixtam. Pet. Fabula fortassis est. Iul. Id vel ex meipso conicio. Quis enim sanctus tam magnificum Imp. cederet vel patri: sed tamen valet, libet credere, & omnibus hæc testellere conantibus, silentium magnis misericordiis indicimus. Pet. Atqui nihil adhuc audio nisi mundum. Iul. Tu fortassis utrum

noxius incommodis. Iam ætas in melius commutavit omnia. Alia longè res nunc est Rom. Pontifex: tu nomine tenuoque duntaxat eras pontifex. Quid nunc? si videres tot sacras ædes, regias extructas opibus, tot ubique sacerdotum millia, plerosque censu amplissimo, tot Episcopos armis & opib. summis pares regib. tot splendidissima sacerdotum palatia, præcipue verò, si Romæ nunc videoas tot purpuratos Cardinales, legionib. famulorum stipatos, tot equos plus quam regios, tot multos byssos, auro, gemmis ornatos, aliquot soleis aureis & argenteis calceatos. Iam si summum Pont. conspiceres sublimem in aurea sella militum humeris vehi, ad manum motam omnes passim adorantes, si crepitum audires bombardarum, si clangorem tubarum, si bombos classicorum, si fulmina machinarum videres: si populi applausus, si acclamations, si omnia tædis collucentia, si summos etiam principes ad beatorum oscula pedum vix admitti. Si spes & fides Rom. illum sacerdotem, pede coronam auream imponentem Imp. qui Rex est regum omnium (si quid modò valent scripta) quanquam nihil obtineat, nisi magni nominis umbram. Hæc, inquam, si audisses vidissesque, quid tandem dices? Pet. Tyrannum plusquam mundanum videre me, Christi hostem, Ecclesiæ pestem. Iul. Secns loquereris, si vel unum meorum triumphorum expectasses, vel eum quo Bononiam sum invectus, vel quem egi Romæ subactis Venetis, vel quo Bononia refugiens Romanum sum reiectus, vel quem hinc egi postremum, Gallis præter omnem spem fusis apud Ravennam: si mannos, si caballos, si militum armatorum aciem, si dum cum ornamenta, si delectorum spectacula puerorum, si faces undique lucentes, si ferculorum apparatum, si pompam Episcoporum, si Cardinalium fastum, si trophea, si manubias, si in cœlum reboantes plebis ac militum acclamations, si plausu perstrepentia omnia, si omnia litorum, cantuum, tubarum tonitrua, bombardarum fulmina, si sparsos in populum nummos, si me veluti numē quadam sublimē ferti spectasses, totius pompæ caput & authorem. Scipiones, Æmilios, Augustos, sordidos ac frugales dixisses præ me. Pet. Ohe, satis iam triumphorum, glorioissime miles, imo illos, licet Etruscicos, odio tui complector, qui cæsistua causa tot Christianorum millib. triumphos agebas in Christo sanctissimus pater, tot legionib. interitus autor extixisti, qui nec unam animam neque verbo,

videtis gloriam nostram, du periculis, qua milis fuerit tuus Episcop. cū nostro collat'. Pet. Audes impudens tuā gloriā cum mea conferre, Tametsi mea gloria Christi gloria est, nō mea. Primum omniū si mihi das, Christū esse verum principē Ecclesiæ, ipse mihi claves regni tradidit, ipse pascendas oves comisit, ipse meā fidē suo præconio approbavit: te pecunia, te studia mortaliū, te fraudes fecere pontificē, si modò pontifex is appelland⁹ est. Ego tot anima, rū millia Christo lucrifici: tu tot in exitiū traxisti. Ego Romā ante gentilē, primus Christū docui: tu Christianū jam gentilitatis extixisti magister. Ego vel umbra corporis sanabam & grotos liberabam à Dæmonio vexatos, ad vitā revocabā defunctos, & quocunq; incederē, beneficiis implebā omnia: quid tui simile habere triumphi? Poteram verbo, quem voluissem, tradere Satanū, & quantum potuerim, experta est Saphyra cum suo marito, tum quicquid habebā potestatis, in utilitatē omnium consumsi: tu omnibus inutilis, si quid poteras, imo quid non potetas? ad publicā orbis percipiē vertisti. Iul. Demiror, cur in catalogum gloriarum tuarum non hæc etiam addas, pauperiē, vigilias, sudores, tribunalia, carceres, vincula, probra, plagas, cruces deniq;. Pet. Recte admones. Nā istis debitis justius gloriabor, quā de miraculis horum nomine Christus nos iussit gaudere & exultare, horum nomine beatos nos vocavit. Ita Paul. collega quondam meus cùm sua ja&at facinora, non comemorat urbes armis expugnatas, non legiones ferro catas, non principes orbis ad bella concitatos, p̄ non fastus tyranicos: sed naufragia, vincula, flagra, insidias, hic est triumph⁹ verus & apostolic⁹: hæc est gloria Christiani dñcis. Iactat ille, quos genuerit Christo, quos ab impietate retraxerit, nō quot ducatorum millia congesierit: deniq; nos Christo perpetuum jā agentes triumphū laudib. proscenuntur & malitie nemo nō exsecrabitur, nisi vel tui similis, vel adulator. Iul. Rē inauditā audio. Pet. Credo. nā quomodo tibi fuisset ocium, Evang. evolvere literas, Pauli measq; Epistolas lecitare, tot legationib. tot federib. tot rationib. tot exercitib. occupato. At ceteræ quidē artes omnes animad desiderat sordidis vaco curis: Christi vero disciplina pœct⁹ requirit ab omni cōtagio terrenæ sollicitudinis purgatiſſim⁹. Ne enim tant⁹ magister ē cœlo descēdit in terras, ut facile aliquā aut vulgarem Philos. traderet mortalib⁹. Non ociosa, neq; secura professo est, esse Christianū, voluptates ceu venenum aspernari, divitias perinde velutum calcare, vitam pro nihilo ducere. Hæc intolerāda vidētur his, qui nō Christi

in voluptatibus adulesces, in vita denique privas? Pet. Quis tu igitur ipsum Christum infelicem pronuncias, qui cum esset omnium summus, ludibrium factus est omnium. In paupertate, sudoribus, jejuniiis, siti, fame vitam omnem peregit: denique morte omnium probrofissima defunctus est. Jul. Inveniet fortassis, qui laudent, qui immitentur, neminem, his sane temporibus. Pet. Atqui hoc ipsum denique laudare, est imitari. Quanquam Christus non orbat suos bonis, sed pro falsois bonis, veris & æternis locupletat, at non, nisi prius omnibus mundi bonis abdicatos ac purgatos. Ut ipse totus erat cœlestis, ita corpus suum, hoc est. Ecclesiam sui similiam esse voluit, id est, à mundi contagis alienissimum. Alioqui quomodo posset esse idem cum illo, qui sedet in cœlis, si terrenis ad huc fecibus immergatur? Verum abi fuerit excusum ab omnibz hujusmodi commodis, atque etiam, quod amplius est, affectibus: tum denique Christus suas explicat opes, pro relictis mellitis (imò multa alocetis) voluptatibus, cœlestium gaudiorum gustum impartit. Jul. Quas obsecro? Pet. An tu vulgares opes putas donum prophetie, donum scientie, donam miraculorum, nisi viles putas Christum ipsum, quem quisquis habet, in ipso possidet omnia. Postremò, nisi nos hic pauperem vitam agere putas. ha ha. Quo quisquis in mundo est afflictior: hoc uberior deliciatur in Christo. Quo quis in mundo pauperior, hoc est in Christo locupletior. Quo in mundo dejectior: hoc in illo sublimior & honoratior. Quo minus vivit in hoc mundo, hoc magis vivit in Christo. Vix cum totum corpus suum purissimum esse voluit: cum præcipue ministros, hec est episcopos, & inter hos quo quisq; major est, hoc debet Christo similior, & ab omnibus mundi commodis expeditior & exornatior esse. Nunc contra video, eum, qui Christo proximus atque adeo par haberi vult, omnibus maxime ebus sordidissimis demersum, pecunias, ditionibus, copiis, bellis, fœderibus ut ne interim quid de vitiis dicam. Et posita cum sis alienissimus à Christo: Christi tamen titulo abutere ad tuam superbiā, & illius prætextu, qui regnum mundi despexit, mundanum tyrannum agis, & verus Christi hostis, exigis honorem Christo debitum. Benedicis aliis, ipse maledicis. Aperis aliis cœlum, unde ipse procul exclusus es. Consecras execratus: excommunicas, cui nihil

major orbis peccati, juri. It ego cupido Ecclesiam omnibus bonis ornatam: sed Aristotelem ajunt tres bonorum ordines constituere, quorum quædam sunt fortunæ, quædam corporis, quædam animæ. Itaque nolebam bonorum ordinem invertere: à fortunæ bonis cœpi, fortasse paulatim ad animi bona perventurus, nisi prematura mors terris me eripueret. Pet. Prematura fane, nempe septuaginarium, quanquam quid opus esset à quam igni miscere? Jul. Atqui si desunt illa commoda: vulgus nos non pili faciet. et. Quin nunc quoque metuant & adorant. Atque itatota Respub. Christiana collaberetur, ni contra vim inimicorum fese rueri queat. Pet. Imo si Christianorum vulgus conspiceret in te veras Christi doctes, nempe virtutem sanctimoniam, sacram doctrinam, charitatem flagrantem, prophetiam, virtutes: hoc temeris suspicere, quo a mundi commodis intelligeret mundiorem. Et Christiana Respub. latius floraret, si puritate virtutis, si contemptu voluptatum, divitiarum, imperii, mortis, gentilibus esset miranda. Nunc non solum contracta est in angustum, verum etiam si diligentius excutias plerosque, nomine dunataxat invenies Christianos. Quæso te, non reputabas tecum, cum essemus Ecclesie pastor, quibus modis nata esset Ecclesia, quibus auctoritate, quibus constabilitate, num bellis, num opibus regiis, num equis? Imo patientia, sanguine martyrum & nostro, carcerebus, flagris. Tu Ecclesiam dicis autem, cum mundana ditione onerati sunt illius ministri: ornatam vocas, cum Mundi munieribus & delitiis inquinatur: defensam appellas, cum pro sacerdotum peculio Mundus universus bellis perniciofissimis conficitur. Florentem dicas, cum Mundi voluptatibus ebria est. Tranquillam, cum nemine reclamante divitiis, imo virtutis fruatur. Atque his braetatis principibus imposuisti, qui te præceptore docti, magna latrocinia sua ac furiosos confictus, Christi defensionem vocant. Jul. Atqui ista nunquam ante audivi. Pet. Quid igitur decebant te concionatores? Jul. Ab illis nil nisi meras laudes audiebam: phaleratis verbis mea præconia detonabant: me Jovem concutientem omnia, me verum numen quoddam esse prædicabant, publicam orbis salutem & alia id genus permulsa. Pet. Nec mirum sanè nullum extitisse, qui te condiret, cum tu sal esses insulsus & fatuus. Nam id proprium Apostolici viri munus est, alias docet Christus.

summus. Sed vis consilium non matum? habes manum hominum strenuorum: habes pecuniam immensam: es ipse bonus edificator: extrue tibi novam aliquam paradisum, sed probè munitam, ne possit à Cacodæmonibus expugnari. Iul. Imò faciam, quod me dignius est. Operiar mensis aliquot, & auctis copiis meis, vi deturbabo vos isthic, nisi in meam deditioñem veniatis. Neque enim dubito, quin brevi sint è bellorum stragibus sexaginta hominum millia perventura, Pet. O pestem: o miseram Ecclesiam. Sed heus Genie: nam tecum magis libet confabulari, quam cum isto teterrimo monstro. Gen. Quid est? Pet. Suntne istiusmodi & cæteri Episcopi? Gen. Bona pars est hujus farinx: verum hic omnium antesignanus est. Pet. Tu videlicet hominem ad tot excitasti flagitia? Gen. Ego minimè: imò adeò præcurrebat, ut ipse vix alis adiutus affequi possem. Pet. Sanè non miror, quod huc tam pauci adveniunt, cum hujusmodi pestes Ecclesie gubernaculis assideant: quandoquidem vulgus utcunqve sanabile esse vel hinc concilio, quod ob solum Pontificis titulum, tam spurez cloacez desert honorem. Gen. Rem ipsam dicis: sed jam dudum innuit mihi meus Imperator, & baculum mover. Itaque vale. Imp. Maximiliano I. Papa Iulio 2. mortuo.

1513. Nicolaus Hanapius, Patriarcha Hierosolymitanus.

Hic ex sacris Bibliis selectiores sententias & doctrinas collegit: & inter alia, abundantiam rerum temporalium occasionem & causam multorum peccatorum esse, dicit. Sic terram fecundissimam Sodomitas inhabitasse: Gedonem, Saalem, Davidem in paupertate pè vixisse, postea vero in abundantia peccasse: & similia, ut apud illum. Imp. & Papa ut sup.

1513. Ponchetus Arch. Turonensis.

Hic primus Regi Galliz author fuit, qui scitores instituendi, qui pios crement. Sed is febri ardentissima primò ita iustus fuit, ut exteriora membra illi putrescerent, nec calor iste, membris articulatim dissectis, sedari potuerit, qui tandem ustorem combussit. Imperatore ut sup. Papa 224. Leone 10.

1513. Augustinus Niphus.

Scripsit libros de Prophetia, augustinis, calamitatibus nostrorum temporum, & alia le studi dignissima, adque proposi-

& Papa ut sup.

Notandi hoc in loco & alli, quide talibus scripserunt, inter quos primus fuit Tages: eum secuti sunt Theophratus, Themistius, Theocritus, Melampus, Phæmon, Antiphon, Caras, Orpheus, Amphizaurus, Thesias Thebanus, Amphiæton, Hylas, Mæliurus, Appion, Phavorinus, Iambelichus, Plotinus, Eben Ragel, Petosius, Neoceplius, Porphyrus, Mercurius Trismegistus, Averroes, Nonius Marcellus, Varro, Livius, Hesiodus, Chrysippus, Democritus, & alii.

Doctor Mellerstadius. 1514

Hic Doctor, quo tempore ad clavum universitatis Wittebergæ sedebat, singulari curæ sibi habuit Lutherum, idque & aliis severiter injunxit: Attendite, inquit, diligenter adolescenti monacho Luthero: eo enim ingenio præditus est, quo nemo aliis: & profecto in præstantissimum virum evadet, Imp. Max. I. Pp. Leone 10. ut sup.

Idem de Luthero eodem pronunciavit quoque: Hic, inquietus, Monachus omnes aliquando Doctores confunderet, novemque doctrinam afferens, universam Ecclesiam reformatum. Nititur enim Prophetarum & Apostolorum scriptis, & soli verbo Iesu Christi confidit, quod nullus ullæ Philosophia Sophisticæ, Scotisticæ, Albertisticæ, Thomisticæ, neque universo Tartarero confundere, vel evertere poterit.

Petrus Varadiensis Episcopus, 1514 Fatidicus.

Hic vates, cum acies in prælio, quo Ludovicus Ungarus periit, c. contra Tatcam instrueretur, se non tentat, sed prædixit: serunt, maiores nostros decem millia martyrum, quorum diem in Ecclesia celebramus, neci quondam dedisse: multò plures, ut ego perspicio, hic Monachus (Paulus Archiepiscopus Coloniensis, caput belli) hodie Martyres consecrabit. Dubravius. Imp. 116. Maximil. I. Papa 224. Leone 10.

Eugelinus de Brunsviga, 1514 Keyfersbergius.

Hi Doctores Theologi eti Papistæ, tamen hoc tempore contra Papam multa scripserunt: ut apud eos.

Iohannes Grevenstein. 1514

Præceptorem habuit Lutherus Ioan. nes Grevensteinum, virum doctissi-

atque legitima defensione, ad supplicium innocentem hominem, Ioannem Husum abripuisse. Quz dum diligenter se compenstaret, commodum se obtulit liber quidam de sermonibus Hussi, in biblioteca Erphordiana, in quo, hinc inde versando folia; legebat aliqua non à fide abhorrentia dicta: sed quia piaculumerat, Heretico diligentius attende-re, tanquam canis è Nilo bibens, illinc semox recepit. Posteaquam autem, collatis ad biblia, tanquam Lydiū lapidem, opinionibus Scholasticorum, intellexit, quid distarent zralupinis: patui valedixit. Imp. & PP. V.S.

1514. Theodoricus Gresmundo de Roma pculantia.

Roma caput scelerum, nivis jaffura pudoris,

Exitium fides, luxuriaeque parentis.
Sela Veneti dispensat opes, dispensat honores.

Sela facit serva quicquid in urbe libet
Exstollit magnosq; facit sapientia turpis:

Sit præcat, in tenero cui sedet ore decor
Tarrara sumi molli potius aduenka invente.

Si non est alius, sit tibi barba comes.
Imp. MAX. I. PP. Leone 10. V.S.

1514. Jacobus Almainus Theologus Parisiensis, Monachus.

Scribit hic inter alia, multos valde prædicare, & extollere dignitatem, & auctoritatem Papæ, non propterea, quod ipsi ita sentiant: sed ut tantum his assentacionibus gratiam Papæ sibi concilient, & ita beneficia, & bona Ecclesiastica ad se attrahant. Cujus rei exemplum illustre habetur in ipso etiam E. jetano, qui talibus artibus paulò post in Cardinalem evasit. Imperatore & Papa ut suprà.

1514. Franciscus Alvares, Presbyter ex Portugallia.

Hic in Aethiopiam, ubi Christiani degunt, quondam fuit, ea scilicet in terra, que paret Imperio magni Presbyteri Ioannis: cuius longitudo affurgit in milia Germanica 750. latitudo 300. de quo scripserunt etiam Andreas Corfali, Damianus à Goes, Thomas Junta, & Paulus Poli. Et cum ibi aliquando Missam celebraret, infantesque baptizaret, laudabant & probabant eius ceremonias & ritus Christiani Aethiopes: hoc unicum tantum eis displicebat, quod non omnes in celebratione Missæ communicarent, ut ipsi solebant. Et cum quedam tempore Presbyter Ioannes intercessione

elle ex hoc Apoloniæ articulo unius in fide enim asseri: nos credere unam sanctam & Catholicam Ecclesiam: hanc autem esse illam, cuius caput & summus Princeps atque moderator sit Pontifex Romanus. Vicissim respondens Alvari Presbyter: Ego vero, inquit, si Papa præceperit, quod ad Apostolorum scripta non quadrat, nullo modo ipsi credam. V.S.

Frater Flecken, Monachus Stein- 1514: lansicensis prope Bitterfeld, vates.

Nunquam voluit celebrare Missam. Accusatus propterea pigrus, dixit, aliam esse ejus rei causam.

In refectorio primum vidit propositiones Lutheri de indulgentiis. Ibi cum aliqui silentium præstandum de more esset, præ gaudio ridens & gestiens (fuit autem grandi & pleno corpore), dixit. Ha, Ha, Ha, Et isti commenderis eum thun wird. Iam is venit, qui vos recte tradidit: monachos & sacrificulos potans. Unde apparet, cum ante predicationem Lutheri expectasse redemtionem Israël, ex captivitate Babylonica Antichristi:

Lutherus facit ejus mentionem in Præfatione Alcorani Minoritarum, tanquam a monachis violenter oppressus sit. D.

Martinus, piz memoriz, sic aliquando de hoc bono monacho est locutus: Ich hab Flecken lieb, quia fuit homo plenus consolatione: verba ejus erant plane consolatoria: scripsit ad me statim, cum e-didisset meas propositiones, optimam epistolam, ich wolle zehn Gulden darumb geben, das ich nie noch hatte. Erat autem ferme haec sententia: Venerabilis domine D. pergitte & urgete pedes vestros: & mihi discipuli erunt hi abusus Papistici, &c. Die Münch waren ihm auch gram / denn zu Steinlauff hat er gesagt / er ist da / der es thun wird: so hat er auch nie kein Meß gehalten / welches ein gut Zeichen gewesen. Ill-yt. Imp. & PP. V.S.

Idem. O quanti referret (de Lutheri Thesibus inquit) adhuc unum talem monachum habere, ut dignis modis Papam exciperemus: diu sat redemtionem Israël ex captivitate Babylonis exspectavimus.

Postquam Fridericus Elector Academiam annos 1502. 18. O&obris Wittenberge fundasset: in ejus inaugurationem hunc Fleckum concionari jussit: qui inter alia pie dicta hoc etiam, tanquam Propheta protulit: ab isto inquiens, candido nostro manu / solebat hoc nōmige-

pag. 74

1515. *Haillamus, & Historia Comitum Montfortii.*

Hi p[ro]le, sanè, & valde apposite & Papas & alios sacerorum antistites admonent, ut sapientius ritu[re] sua cursum instituant, ac moderentur, & se intra munera[re] sui finis modestius contineant. Imp. & PP. V.S.

1515. *Petrus de Cruce Hispanus, Minorita, in libro quem Antiminoritatem appellat.*

Impugnārunt fratres minoritas vehementissime, studioque maximo conuentuales ejusdē ordinis apostatas, pseudodoctores, hypocritas, & similibus nonminibus eos appellantes. Ac scripsit contra illos hic Petrus de Cruce Hispanus, minorita conventionalis, librum, quem Antiminoritam appellat, Venetistis typis evulgatum anno 1505. in quo graviter eos refutat, docens sine causa, sine ratione defecisse eos, & hypocrisi illorum egregie depingit. Inter alia scribit fol. 36. in insulis de Madera fuisse in uno Observantium cenobio tredecim fratres, quorum caput fixerit, se Christum esse, & mox post mortem suam resuscitandum, & alia, ut ibi. Imp. Maxim. 1. PP. Leone 10. V. S.

Idem. Hoc pacto impleta fuit prophesia cuiusdam Guidonis, quam fixit a Christo sibi revelata fuisse: & extat pars 2. in conformitatibus: percutiens namque is Guido Franciscum quandam suum discipulum baculo, ac plorans dixisse fuit: causa mei ploratus est ista: Deus mihi revelavit quod hinc ad paucos annos insurget quadam sedis in ordine, & sub pretextu observantia Regulæ dividetur ab aliis fratribus: qui multa impie agent, & erunt Deo per omnia odiosi. Quare, fili, cum hoc videris, non jungere illis: sed fuge eos, sicut, Dei hostes, & suz Regulæ transgressores: ideoque te baculo percussi, ut haec impressius haberetis in memoria.

1515. *Paulus Aemilius lib. 7. de reb. gest. Franc.*

Cardinalis quidam in oppugnatione Genuæ, cum obtestos, quod non parent, jure sacrae legationis impios, hostesque priorum judicasset, exscratusque esset, militibus inquit: Iter magno animo, certa victoriæ de capitibus scelestis, damnatisque, & inferorum poenæ debitissimæ, spe. Thesauro sacrosanctæ jurisdictionis, jureque celestium clavium peccata his condonantur, qui sanctam strenuamque

lio, oppugnatione, fortiter res gerens cadet, ejus peccata mea unius criminis periculo meo facio, me cognitorem, immo me principem rerum magna fiducia apud Deum sitto, quod ea hostium eluentur cruce. Imp. Max. 1. PP. Leone 10. V.S.

Idem. Bonifacius VIII. pontifex Philippum Pulchrum Francorum regem, quod sacram militiam detrectaret, vel potius, quod LX. autoreorum millia promissa non exolueret, hostem judicavit: Franciæ sacræ interdixit: Francorum regnum, velut solio vacuo, juri ditioniq; imperii, Augustorumque attribuere, adjudicareque, ac addicere se effatur: quodque ad eam usq; diem denegarat. Albertum aliquot ante annis electum, tunc primum Cæsarem appellat. Convenit, ut Germanus Pulchrum Regno exuere conaretur, ac Francos ad imperii venerationem, legesque ab Augustis accipendas evocare. *Contractis Rex Lutetiam patribus, commorat Bonifacii in se Franciamque novi exempli decretum: sed cum pontificem max. non esse, eaq; de recognoscenda ad sacrosanctam sedem suo Antistite tunc viduam appellabat.* Ad hoc proceribus coactis, interrogo, inquit, cuinam fidelitatem praestare ius fasque sit: ac cujusnam beneficio unusquisque vestrum oppida, dominatus, imperia, honores habeat? undiq; consentiente voce responsum, illius unius se beneficiarios esse, proque ejus gloria, imperio, salute, mortem appetituros, memores fidei sua, ac Regis maiestatis. Non multò post Sarra Columna Francorum auxilio Pontificē cepit: qui dimissus mœtore obiit

Hic Bonifacius 8. Neapolitanus, teste Volat. 22. Autrop. ut auri argentiq; thesaurum corradaret, vestigalia prædiuum instituit.

Idem. Misit Carolus M. Rex Franc., an. 797. qui opus meritentur, si forte a flumine Rheno, fluminibusque in Rhenū decurrentibus: duci fossa navigabilis posset. Renunciatum est, inter duo flumina Radantiam & Alomoram brevissimum omnium intervallum esse: alterū in Rhenum, alterum in Danubium se exonera re: magno quidem molimine sed regio tamen animo opereq fieri posse, ut omnī parte Europa terra aquaq; pervia foret. Latrociniaque tollerentur, ac bella inconveniens finirentur: ut cum ex mari mediterraneo in Rhodanum, ex hoc in Aratim navigaretur, ex Aratique (ut pri scii Duces, si Tacito creditur, excogitaveré) aperiri in Mosellam alveus pos sit, qui flumini Rheno committatur: si item ex Rheno in Danubium.

misque Francorum nulli eae inaccessum. Jam opus processerat ad trium milium passuum longitudinem, trecentorum latitudinem (Altitudo non traditur, sed eam pro natura loci depresso esse, ut patiens magnarum militariumq; navium esset, necesse fuit) cum, quo longe tendebatur, eò magis velut palustri limo in se residente, quicquid interdiu exhauciebatur: quo quasi miraculo pavescerit operæ, ac curatores id religiosum rati, ut conatu desisteret Rex, perniciere: atque ita facies rerum naturæ, quam mutare Francus statuerat, ut ab evo fuerat, permanit: irritis hujuscemodi mortalium conatibus.

Idem. Sub Carolo pulchro Francorum Rege, ii, qui Fratervuli vocabantur, divitias ecclesiasticas fando scribendoq; damnabant, purpuram, opes, dominatum à religione aliena esse, prædicabant. Christum Dominum Deumque nihil in terris, quod suum diceret, habuisse. Apostolos eadem qua servatorem Christū, paupertate fuisse. Non exemplum modò, sed & legem tandem successoribus datam. Jus sacerdotibus nullum esse facultatum potiundarum.

Hanc sententiam Ioannes XXII. Pontifex impiam censuit, damnavitque. Illici Pontificem impiā hæresi laborare prædicabant, qui id quod Christus Dominus Deusque sanxisset, impietatis insimularet: & eò contentionis devenerat, urianam, quod de religione, & de nomine impie sentirecum dicerent. Pontificem esse negarent, ac velut solio pontificio vacuo, creandum Pontificem novum, verumque, contenderent.

Occamus Theologus Minor, cùm Augustorum jura copiosè tutaretur, in Ioannem Pontificem monumenta edidit attacca, quæ extant: eum non criminibus modo, sed & maledictis lacerans. Intemperantia lapsus scribit, eum contendisse elaborasseque ut Romanum Imperium vel sibi subiiceret, vel penitus lacearet. His enim verbis invehitur. Eundem impiz quoque hæresis coarguit.

Idem lib. 5. Petrus Tarragonensis (vulgo Arragonum) rex, Carolum Andegavensem Sicilie regno deiecerat. Martinus 4. Pontifex maximus, Petrum nominatum numero impiorum habendum, sancit: sacrum in eum bellum decernit: jus regni etiam Tarragonensis ejus abrogat: idque Carolo Valelio Comiti, Philippi 3. Regis Franciz ex sorore Petri filio attulit, ne, in alienam cognitionem transferri sceptrum, populares

men ei regium sanctione abrogaret, veteratq; ei eum Regi adscribi, per supetbam iudificationem, se patrem duorum regnum, marisque dominum scribat.

Idem. A Panormitanis ad Pontificem oratores missi sunt viri sancti, qui ad pedes illius strati, velut pro ara, hostiaque Christum agnum Dei salutantes, dixerunt: Qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem. Hæc etiam alibi iterum recitantur.

Idem. Anno Domini 1399. Petri Cugnierii actio in Episcopos pro Philippo Valelio Gallorum rege producita est, quæ conabatur illis cùm temporalem auferre jurisdictionem, tunc illorum totiusque cleri mores in melius conformare, Petru Bertrando Eduorum Episcopo præcipuo defensore. Eam finit rex, quare uomen Catholici meruit.

*Ex alio Chronographo de
codem.*

Petrus de Cognieris, miles & consiliarius Philippi Francorum regis, scriptis de gravaminibus prælatorum, anno Domini 1329. Petrus Bertrandi, juris doctor & Episcopus Eduensis, adversus Cugnierium scriptis, ex quo factus est Cardinalis. De his etiam supra.

Dubravius in historia Bohemica. 1515.

Ladislao regi Hungariae ac Bohemiae, Alberti Imperatoris filio insigni pompa equestrium pedestriumq; copiarum Pragam introeundi & nuptias ibidem cum Caroli Galliae regis filia celebraturo, Nicolaus quidam ex eorum numero, qui pronunciandi scientiam ex decretis Astrorum proficitur, male faultum ingressum, planeque stellæ crinitæ (regibus horrendz) quæ codem anno apparuit, pag. 75 congruentem pronunciavit: quod vaticinium apud paucos curam, apud reliquos risum, velut vanitate plenum, excitavit, omnisque solicitude omnium, ac maxime regis intenta fuit in apparatum nupiarum. Sed rex paulo post morbo correptus, post sex & trintat horas, quæ agrotare coepit, animam efflavit, & sic vaticinum Nicolai microre tristi complevit. Imp. Max. & pp. Leonc X.

Fuit Dubravius Bohemus natione, plebeius, sed equestri primo, deinde Doctor etiam dignitate auctus, consiliarius Regis, & in obsidione Viennæ Doctor

mo colunt, nis, quod, odio nostri, ipsa volunt adulari, ut ditescant, & potentes fiant. Adeo verum est: Regnum, si defruendum est, non externis, sed suis viribus destruitur: mole ruit sua corpus magnum, &c. Imp. Maximiliano I. PP. Leone IO. V. S.

Idem ad D. Schnepfum dixit: post orbitum meum ex ipsis nostris Theologis pauci permanebunt constantes, & quod Turca vel Papa non faciet, à nostris expectabimus.

In Apocalypsi Ioannis cap. 17 Lutherus hoc vaticinum annotat: Defensores Papæ devoratores ejus.

Cum eunti Wormaciam Lutheru ad comitia pro religione sua, multa dicentur ab amicis de magnitudine periculorum, quæ in ipsis necem intendebantur: quod jam affixo mandato libri ejus anathemate percuterentur, & quaqua diverteret, insidiæ ponerentur: excuso animo ait: quoniam vocatus sum, decrevi comparere: & si exploratum haberem, tot in me diabolos in urbe conjurasse, quot regulæ lateresque tecum ædium incumberent: tamen officium facturus intrabo.

Idem. Ego precatus sum à Deo semper semina animi intentione & Zelo, & precor indefinenter, ut quoad ego vivam, pacatam mihi Germaniam, & liberam à bello concedat: & sane firmiter credo, quod effectum sit datus, ad hoc unicū, ut ipsis S. S. verbum subinde majus lumen acquirat. Vnde Nicolaus Marcus, vir pius Francfurti, hoc in amore positum habuit, ut, quoties de bellis in vicinia fama percrebesceret, ipse contra diceret vivente Lutheru nū tale metuo.

Hinc etiam Lutheru aliquoties affirmabat: se non ab Electore, sed Electorem à se defendi, id quod etiam ipso opere per omnem Lutheri vitam luculentiter est completum.

Idem, Turca, inquit, Germania quoq; plagam infligere debet: metuo certe, ne transeat, eamque depopuletur: soleo scepsumero miseriam illam considerare, & illius cogitatione sudare.

Epistolam D. Martini Lutheri ad D. Justum Ionam, ex qua palam sit, quis Augustanæ Confessionis sit author, vide infra in brevi syntagmate actorum in Comitiis Augustanis. Conscripterunt autem Pomeranus & Ionas, cum præiente Lutheru, delineationem primum Augustanæ Confessionis, & 17. certos articulos, quos postea Philippus Augustus retexuit, ac eos Lutheru iterum emendandos misit. Erantigitur qui Philippum Augustum

Deus in terra, ut. C. 1. habuisse eam, quamcum afflictum habet: etenim vere or, et nisi dies ille novissimus abrumpat terminum, subducto Germanis sacrofacto verbo, datisque illis in reprobum sensu; ejusmodi tenebris immittantur, ita Dei vindicante contemptum eorum, quas si cogitatione assequar, totus exhorresco. Et sane præterquam, quod jam adeo multi illis irretiti tenentur, hoc omnium maxime deplorandum est, quod molesteferant homines si quando pro concionibus ingratitudinis, & contemptus hujus arguantur, & fideliter, ut resipiscant, admonentur.

Et in literis ad Electorem, & comitem Provinciarum Philippum, indubitate plane spiritu, vaticinatus est Lutherus decaptivitate Herois eximi, Ioannis Fridrici Saxoniz Ducis inclyti. Fecit autem mentionem precipuarum circumstantiarum, quomodo, & à quo esset ei infortunio involvendus: & quo pacificeret ipsi illud effugere, ex verbo Dei clare edocuit.

Vaticinium aliud ejusdem.

In comitiis Augustanis cum Imperator conciones Protestantium ferre nollet, Lutherus vates, quid hinc, inquit, suspicer fore, nisi ut finis comitiorum sis, scilicet, ut cogat Cæsar abstinere à tota doctrina: sic meæ cogitationes sunt, & tunc primum erit paroxysmus comitialis verus, in quo Dei manus expectanda est & imploranda. Nam Papistas demonibus traditos aliud non posse, quam furere, certissimum est. Premit eos sanguis Abel, abominationes suæ indurant eos, ut nisi sanguinem biberint, vivere non possint.

Putant Adversarii, præclare se rem gessisse, quod conciones per interdictum C. M. intermitti curârunt, sed non vident miseri, perscriptam Confessionem Cæsari exhibitam, plus prædicatam & latius propagatam hanc doctrinam, quam milie concionatores facere potuissent.

Egregiam vero sapientiam adversariorum. Dum enim concionatori aulico privatæ conciones interdicunt, ecce prodit Elector Sax. & ceteri Principes ac domini cum scripta Confessione, & concionantur multo liberius & palam coram ipso Imperatore & toto imperio in omnium conspectu, ut audire cogantur, nec contradicere quicquam possint. Iohannes ja/ hoc interdictum de intermissionis concionibus nō in ultum abivisse: nolunt domini concedere, ut concionatores audiiantur, & coguntur ipsimet audi-

Antipapa habebit decem cornua, id est, decem partes terrae vel Ecclesie, & per consequens verus Papa solum duo cornua. Huic concordat prophetia san. & Cyrrili martyris, qui dicit: quod verus pontifex in ortu schismatis habebit de 12. partibus Christianorum solum duas partes, & pseudopontifex 10. sicut Roboam & Ieroboam habuerunt in schismate populi Israeli post mortem Salomonis, ut habetur 3. Regem 12. sed tamen omnes cubiculatii, id est, Cardinales & custodes Romanæ Ecclesie sequentur Roboam, mali vero Ieroboam. Imp. & PP. V. S.

Martinus Baclerus.

Hic scripsit Mahometum 2. Turcarum Imp. astrorum maximum observatorem fuisse: & omnia acta agendaque ad eorum curium instituisse: unde & illum frumentum tulerit, ut duo Imperia Constantinopolitanum & Trapezuntinum, iubegerit: regnaque 12. & urbes 200. rapuerit. Imperatore & Papa V. S.

1517

Miraculosa.

Cum anno 1517 theses D. Lutheri de indulgentiis primùm in locum prodiissent, incliti hitres Saxoniz principes, Fridericus, item Ioannes, & hujus filius Joannes Fridericus, cum in nocte festi Nativitatis Christi, Vinariæ ex monasterio post mediam noctem invisiſſent cum multis ministris, super arce ibidem in fudo & sereno celo sanguinei coloris crucem conspexerunt, quæ lucide & proprie coruscabat. Quo Dens illis significare voluit, jam instare tempus, in quo syneca de cruce & merito Christi doctrinæ, contra incestam Papæ doctrinæ, iterum fit prædicanda, obquam Evangelicæ prædicationem Saxoniz domus, & tota pariter Germania persecutionem, crucem, & calamitates sustentura fit. Iobus Fincel. par. 2. V.S.

1517. *Doctor Ioannes Staupitius, primarius Augustinianorum.*

Ante adventum Lutheri, in Curia Papæ Romæ vulgaris sermo erat, Eremitam aliquem sub Leone exoriturum, qui Papæ triplicem coronam infestaturus sit, & Papatum vestaturus. Quod vaticinium de Fratre Nicolao Helveto, qui caput Papæ cum diadema triplici in fudo celo noctu vidit, intelligi potest: vel de D. Luther, ut qui Augustiniani ordinis D. Augustini, ut communiter vocantur, fuerat Selneccer, & Cyr. Spangenb. Imp.

ad Lutherum dix ille: Euge mihi Martine, hoc mihi plurimum arridet, quod non in tui gratiam, sed honorem Dei, cui nimium dari non potest, omnia tua studia dirigis. Cyr. Spang.

Cum anno 1518. comitiis Augustinianis, Pontificius ille legatus, Thomas Caetanus, plurimum urgete Staupitium, ut ad palinodiam canendam summo studio Lutherum invitaret: inquit Staupitius, vir maximæ auctoritatis: hoc ipso oleum & operam in Lutherum perditum iri. Nam se longè doctorem in sacris literis esse.

Idem hujusmodi verbis Augustinianus Videlicorum allocutus est Lutherum: Memento, mihi Martine, ne tantam rem negligenter agas, quam in nomine Iesu Christi incepisti.

Memorabile.

pag. 78

Amisibile vaticinium de tempore & adventu D. Lutheri, quo contra Antichristum Romanum scribere cœpit, in literis hujus versiculi, numerum anni representantibus, continetur, quod est a. pud Christi fideles admiratione & notatu dignum:

Tibi Cherubim & Seraphim Incessabiliter Vocem proclaims.

Ajunt pii viri, incipiente Lutheru contra papam scribere, tum demum Angelos, qui prius continua videbantur, de integrō in laudem iterum erupisse. Sepultum enim ante Christi meritum in lucem extulisse, & veram hominum fidem in ea sola desigendam instaurasse. Simile fere habes supra ab initio operis & in Causa sentia, ut etiam infra anno 1541. in Theophrasto Paracelso.

Martinus Lutherus.

1517.

Fuit tale vaticinium eius propria manu scriptum, & post obitum ipsius, in Bibliotheca, per eos, qui ad inquirendam illum ab Illust. Electore Saxoniz Ioan. Friderico missi fuerunt, repertum.

Adest tempus, ait, olim prædictum, quod post revelatum Antichristum essent homines futuri, qui sine Deo vivent, unusquisque secundum suas concupiscentias, & illusiones.

Nam Papa quidem fuit supra Deum: nunc sine Deo omnes agere volunt. Ecce cum à nostris legibus Papæ liberi sint: volunt etiam à lege Dei liberi esse, nihil nisi Politica sequi. Sed dum nos fingimus, illos abesse longius de quibus talia prædicta sint: nos ipsi sumus, qui talia facimus. Sicut Iudei finixerunt, & fingunt, longè alios esse, qui Christum suum pro-

mo colunt, nis, quod, odio nostri, ipsa volunt adulari, ut ditescant, & potentes fiant. Adeo verum est: Regnum, si defruendum est, non externis, sed suis viribus destruitur: mole ruit sua corpus magnum, &c. Imp. Maximiliano I. PP. Leone IO. V. S.

Idem ad D. Schnepfum dixit: post orbitum meum ex ipsis nostris Theologis pauci permanebunt constantes, & quod Turca vel Papa non faciet, à nostris expectabimus.

In Apocalypsi Ioannis cap. 17 Lutherus hoc vaticinum annotat: Defensores Papæ devoratores ejus.

Cum eunti Wormaciam Lutheru ad comitia pro religione sua, multa dicentur ab amicis de magnitudine periculorum, quæ in ipsis necem intendebantur: quod jam affixo mandato libri ejus anathemate percuterentur, & quaqua diverteret, insidiæ ponerentur: excuso animo ait: quoniam vocatus sum, decrevi comparere: & si exploratum haberem, tot in me diabolos in urbe conjurasse, quot regulæ lateresque tecum ædium incumberent: tamen officium facturus intrabo.

Idem. Ego precatus sum à Deo semper semina animi intentione & Zelo, & precor indefinenter, ut quoad ego vivam, pacatam mihi Germaniam, & liberam à bello concedat: & sane firmiter credo, quod effectum sit datus, ad hoc unicū, ut ipsis S. S. verbum subinde majus lumen acquirat. Vnde Nicolaus Marcus, vir pius Francfurti, hoc in amore positum habuit, ut, quoties de bellis in vicinia fama percrebesceret, ipse contra diceret vivente Lutheru nū tale metuo.

Hinc etiam Lutheru aliquoties affirmabat: se non ab Electore, sed Electorem à se defendi, id quod etiam ipso opere per omnem Lutheri vitam luculentiter est completum.

Idem, Turca, inquit, Germania quoq; plagam infligere debet: metuo certe, ne transeat, eamque depopuletur: soleo scepsumero miseriam illam considerare, & illius cogitatione sudare.

Epistolam D. Martini Lutheri ad D. Justum Ionam, ex qua palam sit, quis Augustanæ Confessionis sit author, vide infra in brevi syntagmate actorum in Comitiis Augustanis. Conscripterunt autem Pomeranus & Ionas, cum præiente Lutheru, delineationem primum Augustanæ Confessionis, & 17. certos articulos, quos postea Philippus Augustus retexuit, ac eos Lutheru iterum emendandos misit. Erantigitur qui Philippum Augustum

Deus in terra, ut. C. 1. habuisse eam, quamcum afflictum habet: etenim vere or, et nisi dies ille novissimus abrumpat terminum, subducto Germanis sacrofacto verbo, datisque illis in reprobum sensu; ejusmodi tenebris immittantur, ita Dei vindicante contemptum eorum, quas si cogitatione assequar, totus exhorresco. Et sane præterquam, quod jam adeo multi illis irretiti tenentur, hoc omnium maxime deplorandum est, quod molesteferant homines si quando pro concionibus ingratitudinis, & contemptus hujus arguantur, & fideliter, ut resipiscant, admonentur.

Et in literis ad Electorem, & comitem Provinciarum Philippum, indubitate plane spiritu, vaticinatus est Lutherus decaptivitate Herois eximi, Ioannis Fridrici Saxoniz Ducis inclyti. Fecit autem mentionem precipuarum circumstantiarum, quomodo, & à quo esset ei infortunio involvendus: & quo pacificeret ipsi illud effugere, ex verbo Dei clare edocuit.

Vaticinium aliud ejusdem.

In comitiis Augustanis cum Imperator conciones Protestantium ferre nollet, Lutherus vates, quid hinc, inquit, suspicer fore, nisi ut finis comitiorum sis, scilicet, ut cogat Cæsar abstinere à tota doctrina: sic meæ cogitationes sunt, & tunc primum erit paroxysmus comitialis verus, in quo Dei manus expectanda est & imploranda. Nam Papistas demonibus traditos aliud non posse, quam furere, certissimum est. Premit eos sanguis Abel, abominationes suæ indurant eos, ut nisi sanguinem biberint, vivere non possint.

Putant Adversarii, præclare se rem gessisse, quod conciones per interdictum C. M. intermitti curârunt, sed non vident miseri, perscriptam Confessionem Cæsari exhibitam, plus prædicatam & latius propagatam hanc doctrinam, quam milie concionatores facere potuissent.

Egregiam vero sapientiam adversariorum. Dum enim concionatori aulico privatæ conciones interdicunt, ecce prodit Elector Sax. & ceteri Principes ac domini cum scripta Confessione, & concionantur multo liberius & palam coram ipso Imperatore & toto imperio in omnium conspectu, ut audire cogantur, nec contradicere quicquam possint. Iohannes ja/ hoc interdictum de intermissionis concionibus nō in ultum abivisse: nolunt domini concedere, ut concionatores audiiantur, & coguntur ipsimet audi-

quod paucis inque, & esse alligatum: si in suggestis prohibetur, tum in palatiis Regum illud audiri oportet.

Fuit hæc confessio in Linguam Italicam, Hispanicam, & Gallicam translatam, & Pontifici ac Regibus aliis transmissa: ut vere dici possit, Evangelium toti mundo fuisse revelatum & prædicatum.

Liber de dictis & factis memorabilibus Lutherus.

Si quando Monachus professionem, ut vocant, fecerat, ac ordinem monasticum assumerat, nomen prius mutavit, & aliud novum assumis, persuasus, hanc mutationem esse tam efficacem, utilem, que ac si rebaptizaretur. Sic igitur suas humanas traditiones conferebant, vel preferebant potius sacro Baptismati Christi. Annon tertiū hoc est, & excedendum peccatum & factilegium: dogmata & segmenta vanorum mortalium Christi Baptismo, verbis & mandatis comparare, imo longe præponere, & sic merita sanguinemque unici nostri Salvatoris Iesu, pedibus, o desperatam diabolicam ingratitudinem, conculcare?

Idem D. M. L. de causis perdituris Christianam Religionem, Hæc perdent Christianam Religionem: primum obliuio beneficiorum ob evangelium acceptorum: deinde securitas, quæ jam passim & ubique regnat: postremo sapientia mundi, qui ruit omni a redigere in ordinem, & publicæ tranquillitati impiis consiliis mederi. Hanc Prophetiam Reverendi patris [piz & sanctissimæ memorie] jam proh dolor cursu impleri, videmus.

Ibidem. Si Imperator noster Cætetus aliquid funesti contra Evangelium tentaverit, certissimum est, amittere universum suum regnum in Belgico.

Audivi ex Doctore Ioanne Pomerano, Lubecz in curia in quodam antiquo Echtonico reperiri quandam prophetiam: quod circa annum 1550. ingens tumultus in Germaniam sic grassaturus propter religionem: & si Imperator suus illis negotiis sit intricatus, magnos, amissum cum omnia regna, & potestatem.

Verum non spero, quod imperator Papæ gratiæ bellum sic moturus cuiquam cum magnos requirant sumtus bella: quod si vero pecunias non opus foret, e quidem non dubito, quin jam pridemaliquid cœptasse: Caesar: sed magnos facte pro pontifice Romano sumus.

hasce literas, valde eleganter scriptas in quodam pariете: M. N. M. G. M. M. M. M. Scante autem sic Secretario, & contuente ac considerante literas, quænam posset earum esse significatio, interea devinit eò loci ad ipsum etiam Rex, & conspicatus literas easdem, etiam querit, quidnam notarent? Tunc respondit Secretarius: Si non succensere mihi vellet R. V. M. sperarem me earum significacionem facile congettatur, & explicaturum esse. Igitur respondit Rex, & effetti monuit, nihil sibi metuendum inde periculi. Tunc insit Secretarius: Mentiatur Neusea (qui erat Episcopus Viennæ.) Mentiatur Gallus (Pecclastes Regis aulicus.) Mentiuntur Majores, Minorites (id est, Franciscani) Minoritarii (i. sunt singularis cujusdam monastici ordinis fratres, & degunt in Alpibus) Quæ dicit Ferdinandus non sine dolore tacito percepit, & abiit: nam scitè & urbanè Secretarius explicaverat literas.

Ibidem. Totus horresco & male mentuo, ne etiam Germania brevi visitetur, & gravibus suppliciis corripiatur, propter tantam ingratitudinem (ex nostris scilicet paribus) & horrendam execrationem dulcissimi Dei Verbi, cuius lux tanta claritate nobis hisce miseric & calamitatibus temporibus affugiet. Et potest quidem connovere Deus ad improbitatem hominum, sed si ipsius verbum nimium contemnit & abiicitur, patientia definiet, ac in furorem abit, & extrema in propinquuo est omnium malorum lerne: id quod exempla testantur Iudeorum, Græcorum, Romanorum, quibus nos summus proximi.

Sic Apokolorum, & longo post tempore Evangelium feliciter cœcurrerit in Arabia, Syria, Egypto, Asia, Græcia, & iusque regnis & terris, quæ jam Tyranni di Imperatoris Turcarum subjacent: verum cum homines rædio affici Evangelii occiperent, & multæ hæreses ac dissidia gliscerent: surrexit sceleratus Mahomet cum Ibo Alcorano, & ab eo tempore Christum, eiusque verbum abjecerunt & amiserunt, & Diabolum Mahomet cultu divino adorarunt.

Idem & sub Papatu accidit: post nostram ætatem eadem pena etiam Germaniæ superveniet, propter atrocissimum, & horrendum sanctissimi Dei Verbi contemptum, quod jam purè & abundanter habemus. Et hanc lucem serenissimam maximæ & terribiles excipient tenebras. Christus Iesus soletur & adju-

Romam cervicibus nostris imponere cogitatis, jugum & gravius, quam ut ferri possit, & fœdus, quam ut à viris debet. Quasi nec usquam sit, nec esse debet. Libertatis vindex: & sic animos vobis desponderimus, ut ne revocare unquam ab errore liceat.

Quin aliquando vos recognoscitis & facta istiusmodi vestra perpenditis, ac illud prospicitis: fieri non posse, quia aliquando isti vestri mores summam in vos licentiam infimo cuique faciant? Videlicet, ut vobis pecuniae sint, non ad usum necessariorum, sed ad luxum jam superfluz: ut in voluptatibus degatis, in deliciis molliter versemini: neque aliquid non assequamini inexplicabili ista vestra avaritia: cedantque omnia ambitioni vestre, cupiditati omnia pareant: ut inquam sitis voti ubique compotes: omnia omnium commoda averti par est, omnium detrahi necessitatibus, neque suum cuiquam esse. Quin etiam, ut causam defensam habeatis, Evangelium mori oportebit.

Quis tam trito est collo, & sic affuet, vitjugo, ut in tanta scelerum vestrorum accumulatione, praesertim rerum oblatâ opportunitate jam exutere illud non velit? Aut si homines nolunt neque usquam mens, nusquam ratio sit, CHRISTVS tandem suis deerit? Vos Apostolorum loco habeant homines, ab illorum instituto cum vivatis alienissime: & clericos vocent, quasi quos ut meliores Deus sortitus sibi sit: quibus dicit, Ego sum pars vestra: cum minus nihil agatis, nihil minus cogitatis, quam quod Apostolorum est, & ad clericos pertinet?

Imo cum perversius nemo vivat, nemo Deum minus esse putet, nemo sic fas nefasque, sacra & prophana omnia miscet & confundat. Nam quis vel in renummaria audet fidem habere vobis? cum soleatis interpretari, lucrum esse Ecclesie: ubi quid fraude & impostura, vi & violentia acquisivisti: & à jurejurando sciant omnes, facili me absoluti nem dare Pontificem Romanum.

Proinde, aut finite haberi vos ut vivitis: aut opere, factis, & vita ostendite, esse vos, quod vocati vultis. Et tunc, ubi facta convenient, noveritis, esse Sacerdotes vos, non dominos: Deiminstros, non seculi gubernatores. Opes vestre celestes sunt, non terrene. Nam si quid aliud habueritis præter Dominum, non erit jam Dominus pars vestra, neque vos clerici eritis. Quia ratione jam statim non eritis. Omnia enim præpostere agitis & transverse: cum interim

actione, sed contentu adhuc Dei atque hominum. Tanta mercede, ut scilicet evehentur, tyrannidem nobis comparavimus.

Olim clericorum sanctitatem venerabantur seculares homines, nunc opes & potentiam formidare cogimus. Et jam Evangelium neque ipsi prædicatis, neque prædicari ab aliis, nisi magna interposita cautione, finitis: timentes, ne quod vobis ulcus tangatur. Ac LUTHERO, quia veritatem dixit vobis, exitium mortis: alios, qui optima conscientia tyrannidi vestre reclamamus, auferre & medio cogitatis.

Quid tandem futurum est? Quibus non malis causam aliquando dabitis? Si quando Dei mandata exponeretis nobis, & Evangelium prædicaretis, iuterim tamē ut nunc vivaretis: utique optimo sure admittissitaremus: cur ergo sic ipsi non vivitis? At jam & docere vos, si sciatis etiam, pudet: & peccime vivere non pudet. Quid adhuc sacerdotum & Episcoporum nomina adscribitis vobis, & de Ecclesiastico-rum classe censi vultis?

Potest quicquam minus convenire, quam cum his nominibus vestri mores, vestraque vita? Tandem si vultis fidere in sublimitate honorum, etiam perfectitudinem vitæ induitis: nec ab Episcoporum titulis, sed onere gloriamenti. Nam quoisque carnalia nostra metetis, cum spiritualia interim nulla nobis adsemperis? Semperne nostra de pecunia vestri erunt sumptus, etiam ad vitæ turpidinem contovendam?

Paulus cum Evangelium prædicaret Thessalonicensibus, ne oneri esset ipsis, si penitus eorum sumtibus aleretur, die ac nocte opus interim fecisse se, scribit. Atqueis, quasi vitæ rationem suæ reddens, testificatur, exhortationem suam non fuisse ex impostura, neque ex immundicia, aut cum dolo, neque Evangelium prædicantem se qualivisse, ut placaret hominibus, sed ut Deo: atque igitur nihil studio avarizie vel inanis gloria admissum: unum laborasse, ut optimis doctinis & institutionibus foveret & enutriret.

Tale quippe vos agitis? Aut cum non agere vos, sed ex toto contra factos atque a protosciatis, tamen in Apostolorum locum audetis succedere? atque hoc prætextu immunitates, privilegia, & libertatem, quam nulla Respub. ferre posset, vendicatis? Omnia in omnes licere vobis, vultis, in vos nemini quicquam? Quis modus indignitatis? Aut quem impotentiae finem statuetis? Prioritate à purissimis fontibus vos

varis nunc) ventum fuerit, sed vel maxime jam, quando Martinum Lutherum, hominem vita & moribus sic probatum, ut ne ab inimicis quidem vobis improbatus adhuc ibi sit, prædicatorem veritatis, & Evangelicæ doctrinæ dispensatorem fidelissimum, per scelus & iniquitatem affligi à vobis, lacerari, & concerpi, video. Ubi egregios habeo concertatores vos, qui desperata probatissimarum scripturarum autoritate, diffusa ratione & testimoniis, mutantes clypeos, Danunque insignia vobis aptantes: id est, ad pessimas artes initio refugio, armati fraude & dolis, novo certandi usurpato genere, edictis oppugnare nos paratis.

Rem novam & inauditam, vestros que indignissimam officio & instituto.

Quid autem vi & coactione opus vobis est, qui hujusmodi certamen decertatis, in quo coginemo debet? Aut quid imperatorem epistolis & diplomatis opus vobis, qui tot habetis, quæ queri vos debeat, sacras & irrefragabiles scripturas?

Sed etiam ultra leges, & Christi institutiona extulitis potentiam vestram: & jam non scriptura testimoniū, sed vestre maiestatis intuitum vincete vultis. Eritis enim Episcopi ac sacerdotes: & Christi vicem agitis hic. Quare obserare vobis non licet: neque dicere quicquam adversum licet, immo etiam non sentire. Nam & conscientias vobis nostras subiicitis. Et quod à vobis dictum auctoratum fuerit, pro sacro & sancto haberi debet. Nulla contra ratio, nulli testes valere debent. Vos audiendi, vos sequendi estis, quocunque abduxeritis.

At jam amplius non sequetur: quandoquidem non sequimini ipsi Christum. Si lequeremini enim, utique post habitis opibus, delitiis, ambitione & luxu, cruce meius ferretis. Sed quia discessistis ab illo, donec quidem abestis, non accedemus ad vos. Quo minus enim à crucis ductoribus in errorem astrahamus, melior Apostolus Paulus multo ante cavit: jubens, se si quis similes, qui exemplaria vita nobis esse possint, sequi: neque unquam abire post eos, qui male ambulent, inimici crucis: quorum, inquit, finis preditio est, quorum Deus venter, & gloria in dedecore ipsorum: qui terrelitia curant. Conversationem enim Apostolorū (qui vere sunt) in celis esse.

En, quæ Propheta Apostolus graphicè vos descripsit: quam omnium oculis atque animis vestrum redimus.

licient, omnes videant, quam potius voluntatem carnis, ac odisse crucem Christi: cum dura omnia fugiaris, neque unquam adversi aliquid pro Christo feratis: in omnimollicie, inertia, & deliciis vitam agacis.

Sed quomodo vim ferretis; quibus cap. 82 justitia gravis est? Aut quomodo male dicum audiretis, qui veritatis sonitu offendimini? Verbera autem tormenta, & mortem pro Christo patemini cum, si quis à somno vos excitet; aut aliquid voluptatum istarum intertrahet, bellum indicatis? Ergo igitur ex irrefragabili sanctiss. vatis prædicto huic perditio manet vos.

Nam deum vestrem collitis, & gloriam poseistis in dedecore, nullamque habentes in celis conversationem, neque aliquid minus quam Christum expectantes, omni cura & solicitudine ad terrestrialia vos accommodatis. Et tales cum sitis, legum tamen, morumque regimen ad vos trahitis. Cumque in vobis diffluita sint omnia, & confusissima, tamen sine provocatione imperium vobis pertinacissime vindicatis:

Vbi sunt isti patientes, qui hæc ferre possunt? Vos autem, quando erit, ut in tanta improbitatum & scelerum licentia, modum inveniatis? Nihilne ubique temperabitis vobis? Nihil curabitis? Neminem respicietis? Certe periculostam istam vobis securitatem arbitror. Nam ut non tangat nos indignitas, neque pudor vos turpitudinem vestram apud homines subeat, illos perpetuo in vos excubantes Dei oculos non verebimini? & penam, quæ hujusmodi facta manet, non timebitis? Sic vivitis; ut pudicam conjugem nolit quis domos vestras adducere: & tamen imperare in publico vultis.

Possemus ferre imperium, quorum fugimus consuetudinem? Ecce autem nihil cum CHRISTO, nihil cum Apostolis convenit: & tamen Spiritualem vocatis sectam vestram, homines adeo carnales, ut studio voluptatum mundi hujus: omnem saniorem mentis cogitationem longissime à vobis relegateis: nihil querentes aliud, quam regalem istam vestram opulentiam quod sustentet. Divitias autem fraude, & perfidia expeditis vobis: neque in alium finem, quam ut male partis utamini longe adhuc peius: nihil prius affectantes, quam ut profundissimam vestram gulam expleatis: toti lusoriz dediti, inertiz devoti, in desidia tongue ignavissima torpentes: ut rectius

Romam cervicibus nostris imponere cogitatis, jugum & gravius, quam ut ferri possit, & fœdus, quam ut à viris debet. Quasi nec usquam sit, nec esse debet. Libertatis vindex: & sic animos vobis desponderimus, ut ne revocare unquam ab errore liceat.

Quin aliquando vos recognoscitis & facta istiusmodi vestra perpenditis, ac illud prospicitis: fieri non posse, quia aliquando isti vestri mores summam in vos licentiam infimo cuique faciant? Videlicet, ut vobis pecuniae sint, non ad usum necessariorum, sed ad luxum jam superfluz: ut in voluptatibus degatis, in deliciis molliter versemini: neque aliquid non assequamini inexplicabili ista vestra avaritia: cedantque omnia ambitioni vestre, cupiditati omnia pareant: ut inquam sitis voti ubique compotes: omnia omnium commoda averti par est, omnium detrahi necessitatibus, neque suum cuiquam esse. Quin etiam, ut causam defensam habeatis, Evangelium mori oportebit.

Quis tam trito est collo, & sic affuet, vitjugo, ut in tanta scelerum vestrorum accumulatione, praesertim rerum oblatâ opportunitate jam exutere illud non velit? Aut si homines nolunt neque usquam mens, nusquam ratio sit, CHRISTVS tandem suis deerit? Vos Apostolorum loco habeant homines, ab illorum instituto cum vivatis alienissime: & clericos vocent, quasi quos ut meliores Deus sortitus sibi sit: quibus dicit, Ego sum pars vestra: cum minus nihil agatis, nihil minus cogitatis, quam quod Apostolorum est, & ad clericos pertinet?

Imo cum perversius nemo vivat, nemo Deum minus esse putet, nemo sic fas nefasque, sacra & prophana omnia miscet & confundat. Nam quis vel in renummaria audet fidem habere vobis? cum soleatis interpretari, lucrum esse Ecclesie: ubi quid fraude & impostura, vi & violentia acquisivisti: & à jurejurando sciant omnes, facili me absoluti nem dare Pontificem Romanum.

Proinde, aut finite haberi vos ut vivitis: aut opere, factis, & vita ostendite, esse vos, quod vocati vultis. Et tunc, ubi facta convenient, noveritis, esse Sacerdotes vos, non dominos: Deiminstros, non seculi gubernatores. Opes vestre celestes sunt, non terrene. Nam si quid aliud habueritis præter Dominum, non erit jam Dominus pars vestra, neque vos clerici eritis. Quia ratione jam statim non eritis. Omnia enim præpostere agitis & transverse: cum interim

actione, sed contentu adhuc Dei atque hominum. Tanta mercede, ut scilicet evehentur, tyrannidem nobis comparavimus.

Olim clericorum sanctitatem venerabantur seculares homines, nunc opes & potentiam formidare cogimus. Et jam Evangelium neque ipsi prædicatis, neque prædicari ab aliis, nisi magna interposita cautione, finitis: timentes, ne quod vobis ulcus tangatur. Ac LUTHERO, quia veritatem dixit vobis, exitium mortis: alios, qui optima conscientia tyrannidi vestre reclamamus, auferre & medio cogitatis.

Quid tandem futurum est? Quibus non malis causam aliquando dabitis? Si quando Dei mandata exponeretis nobis, & Evangelium prædicaretis, iuterim tamē ut nunc vivaretis: utique optimo sure admittissetemus: cur ergo sic ipsi non vivitis? At jam & docere vos, si sciatis etiam, pudet: & peccime vivere non pudet. Quid adhuc sacerdotum & Episcoporum nomina adscribitis vobis, & de Ecclesiastico-rum classe censi vultis?

Potest quicquam minus convenire, quam cum his nominibus vestri mores, vestraque vita? Tandem si vultis fidere in sublimitate honorum, etiam perfectitudinem vitæ induitis: nec ab Episcoporum titulis, sed onere gloriamenti. Nam quoisque carnalia nostra metetis, cum spiritualia interim nulla nobis adsemperis? Semperne nostra de pecunia vestri erunt sumptus, etiam ad vitæ turpidinem contovendam?

Paulus cum Evangelium prædicaret Thessalonicensibus, ne oneri esset ipsis, si penitus eorum sumtibus aleretur, die ac nocte opus interim fecisse se, scribit. Atqueis, quasi vitæ rationem suæ reddens, testificatur, exhortationem suam non fuisse ex impostura, neque ex immundicia, aut cum dolo, neque Evangelium prædicantem se qualivisse, ut placaret hominibus, sed ut Deo: atque igitur nihil studio avarizie vel inanis gloria admissum: unum laborasse, ut optimis doctinis & institutionibus foveret & enutriret.

Tale quippe vos agitis? Aut cum non agere vos, sed ex toto contra factos atque a protosciatis, tamen in Apostolorum locum audetis succedere? atque hoc prætextu immunitates, privilegia, & libertatem, quam nulla Respub. ferre posset, vendicatis? Omnia in omnes licere vobis, vultis, in vos nemini quicquam? Quis modus indignitatis? Aut quem impotentiae finem statuetis? Prioritate à purissimis fontibus vos

Nam quid cum Christo Domino vobis, qui servi facti estis mammonz ini-quitatis? Secundum carnem estis, atque igitur quae carnis sunt, sapitis.

Huc spirituales homines, qui, quae spi-ritus sunt, sentiant, quae suntur.

Atque igitur quid vobis cum elemo-syna parentum nostrorum, quam in pau-petes Christo erogandam illi concelle-runt; & idcirco ad Ecclesiast conferentes, haereditatis nobis ademerunt?

Quid ad pios usus contributis, ad cra-pulam, scortationem, fastum, & pompam abutimini; cum inter imboni multi & re-ligiosi homines esuriant?

Quid vos in luxu abundatis: cum me-lliores vobis, & quos hunc tenere locum oportuit, fame atq; aigore conficiant?

Quid pecuniam Ecclesie, quam egen-tibus distribui decet, in popinationibus & nequissimis nequitius profunditis & di-lapidatis?

Vos Lutherum damnabitis, divini verbi annunciatorem invictum: cum eis vobis idoneus nullus sit, doctrinam vel cohorte-ratione excitare fidem Christi? Vos in ocio & desidia, ac omni levitatis genere luxu-riantes, summi viribus & opere maximo laboranti in vinea Domini molestiam obiicietis? Imo, quia fructum facere vide-tis, per scelus opprimitis? Sic alienz in-dustrix ignavi ipsi & nullius bonorum frugis invidebitis?

Quinetiam idcirco persequimini, quia veritatem docet: quam postergantes vos, in locum eius Pontificum constitutiones meras nugas, sed quae seria vobis dicant (nam lucro sunt) supposueratis. Et nunc irreprehensibilem eius doctrinam, novis mendaciorum cuniculis aggressi, ipsum authorem optimi meriti conscienti fibi, invidia virtutis eius, & dolore interversi vobis luci, evertere & pessimum conca-minii. Timetis n. ne, si reviviscat Evan-geliu[m], vestre authoritati decedat non-nihil.

Nimicum frugalitatem cum doceat ille, ac pure nos sancte que velit vivere, & jam pallium accipiat eis doctrina: vos, qui in copia & luxu, in stupris & flagitiis in-pini decubantes, etatem degere consue-villis, periculum vobis futurum intelli-gitis. N. que non erit. Quare etiam li-bros eius, plenos omnis probis instituti-onis, exuri passim curastis, eorumque lectione humano generi interdictis: ma-nifestamque voluntatis vestre significati-onem datis, cupere vos, nec ingenia esse in Germania, & virtutem omnem de-premissem atque extinguebam.

Christi doctrina: nec divinitus obviata lux est, vos extinguetis?

En pastores Christianz plebis, quo cum orare deceat, ut sermo Domini cur-rat, & glorificetur, impedimentum obvi-cere illi videmus, & dedecus admoliri. Inipiat h[oc] ab alto Servator Christus, & judicet: tandemque efficiat, ut in capita invenientium regerantur tam insolita sceleris & imprudentie exemplis.

Sed unctis vobis & consecratis manu-admodum nemo audet, ubi pulchro praetextu, verba Christi, & facta scripturae autoritatem, ad tutelam scelerum & fraudis vestrae detorquetis: & cum reli-gioni nusquam, vestro ubique lucro con-sulatis, religionis tamen summam ad vos contrahitis: & isti Christianismi totius fastigio audacissime & impudicissime vos ingeritis. Nihil enim pudet vos aut dice-re, aut facere.

Sed non succedit in perpetuum fraus: neque semper proficiunt doli. Et iam forte periculosisime nutat res. Id quod nec ipsi ignoratis, & intelligere alios ac sentire videtis, quam metuatis causae ves-trae. Ipsi enim factis documenta datis palam, salvis veritatis & fidei monumen-tis, consistere vestram tyrannidem non posse. Vbi miror; speciem fauisse unquam vobis, pervicturos. An in mentem non veniebat vobis divini illius oraculi, coesum, terram, & omnia transfigura; Christi verba non transfiguta?

Itaque oppugnate nos; quantis omni*pag. 84* no potestis viribus, nunquam tamen ex-pugnabitis. Fundamentum habemus Christum: atque igitur ruinae securos constitutos nos arbitramur. Quanquam recte summe in precio haberemus vos, si inter nos laboraretis, & in Dogmato nobis praesulletis: nunc crapularivos, scortari, & per omnia ineptire, graviter nihil age-re vel cogitare cum videamus. hoc per-mittemus vobis, ut de fide, quam nullam haberis, & religione, quam nullo opere agnolcitis, judicetis? Quibus tandem præstigiis ita creditis destitui posse nos, ut non aliquando resipiscamus?

Præcipit Paulus, & per Christum ob-testatur, ut nos subducamus ab omni, qui inordinate se gerit: & Timotheum vult se jungi ab iis, qui quæstum putant esse pietatem. Quod cum oculis objectum sit, & auribus insonet, tamen sperandi finem non facitis, in servitutem delapsos nos, haud unquam remersuros. Et perpetuo

ac lenibus delitatu*s*.

Quid enim non videtis, moveri haec posse, auferri non posse? Nam concutientis forsitan, nunquam tamen convelleris. Vestra autem ista quis diurna foro credat, qui quidem viderit, & si speretis adhuc, tam anxie tamen interim mettere vos? Quare hunc desinite ianissimum obvertre nobis merum, & terrendi finem facite.

Scimus, à quibus abstinerē vim oporteat, quorum veneratione teneri & maiestatem vereri conveniat. Neque ignoramus, quid debeatur veris Dei Sacerdotibus, & quam non sit hoc polluere religionem, aut sacra prophanare, homines nihili, & non virtutis tantum inanes, sed per fraudem etiam & dedecus, sacratissimum nomen pessimis moribus obtegentes, ab Ecclesia Dei vi ac violentia repellere, corumque ab oppressione manibus & gladiis vindicare nos.

Quia enim stomachum movistis mihi, audeo dicere, ex vobis neminem esse Episcopum: Omnes enim emisisti Episcopatum. Neque aliquem ex vobis merita, sed aurum provexit ad gradum hunc. Illam gratis dandam gratiam pecunia astimasti: & ideo gratiam non habetis: quare etiam Episcopi non estis. Quamquam ut non intercesserit ista nummatio, & tantum per manus impositionem facta Episcopi sitis, tamen abhorret vita: nec Episcoporum in vobis opera videamus, quod non sequimini ea, quae haudquam redarguendus ordinis istius institutor Paulus, in Episcopis & presbyteris desiderat.

Nam inculpatos & irreprehensibiles vult esse, vigilantes, sobrios, modestos, Dei dispensatores, hospitales, bonarum rerum studiosos, temperantes, pie, iustos, ad docendum aptos, veræ & solidæ eruditio[n]is tenaces: qui idonei sint, qui exhortentur doctrina fana, & contradicentes convincant: non præfractos: iracundos, rixosos, aut percussores: non vinolentos, nec turpi lucro deditos, aut avaritiæ studiosos: etiam fama integros, in quos ne suspicio quidem mali credit. Vult enim, in opinione quoq[ue] hominum de se bona versaritales, nec utcunque calumniæ obnoxios esse.

Et ut videatis, quam non ferat corruptos in Episcopis mores, ab eorum etiam familia integritatem & vitæ innocentiam postulat. Quasi Episcopos censeat hodie, creditis, in vobis ferat depravatam vivendi consuetudinem: cum Episcoporum libros & ministros voluerit probatis esse

ab Episcoporum officio alienissimis, plus tamen, quam veris Episcopis debetur, vobis tribuamus. Audite vero Christum, ut ad eius doctrinam cum vos formaveritis, non sine fructu nobis quoq[ue] præcatis.

Atque ut non tantum nomine, sed re quoque ipsa beati sitis, mitrite caducas seculi opes: & frugalitatem hic colentes, thesaurum in cœlis constituite. Pro lascivia verò & vitz petulantia, lustum diligite pro ferocitate mansuetudinem, pro ebrietate & crapula jejunium & sobrietatem, pro scutitia misericordiam, pro mala conscientia mentis puritatem, pro turbulentia & seditione pacem induite: aut tandem discite, non molliter delicias sectari, sed fortiter dura pati. Convicia ab aliis fert, non ipsi priores facite.

Quales cum esse cœperitis, etiam in vos congruent magnificæ illæ appellations, SALterræ LVX mundi, & si quid est hujusmodi. Tunc etiam vos fertilissimos vitis illius palmites vocabimus, & jus ligandi ac solvendi hic, quod in cœlis quoque ligatum & solutum sit, concedemus: Neque enim, ut nunc videbimus, ex hominibus querere gloriam vos, sed dare illam Deo, aut fraudare in negocio fratre, vel per invidiam opprimere: sed fideliter conversari, in charitate exhortari, & doctrina sovere addecer.

Propterea non ut nunc propter rapacitatem intolerabiles, sed propter obsequium & liberalitatem eritis omnibus desiderabiles. Tunc enim videre licebit, non multis nocere vos, sed prodesse omnibus.

Huc animos advertite, hunc vitæ scopum vobis statuite. Nam quid vanos titulos, & inanem appellationem satis esse arbitramini, cur honorem habeamus vobis? Vita estimatur hoc, & factis.

Nosse autem decet vos secundum Pauli doctrinam, quomodo verari oporteat in domo Dei, que est Ecclesia Dei, columnæ & basis veritatis. Ille certe Episcopum formans, stude, inquit, te ipsum probatum exhibere Deo, operarium non erubescendum, recte secantem sermonem veritatis. Et: Sectare justitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem. Certa bonum certamen fidei. Atque iterum: Esto forma fidelium in sermone, in conversatione, in dilectione, in spiritu, in fide, in puritate.

Quale est hoc autem, de se quod proficitur ille? Si adhuc hominibus place-

ex patre, iea ex mundo.

Nevero (quod Hieronymus cavit) iu-
era seculi in Christi quzrte militia. Sic
autem agite Episcopos: ut non sitis one-
ti, sed adjumento: & quemadmodum
ille ait, ut vos explicamini, sed ut ne nos
inanis remaneamus, pro quibus omnia
debet expendere vos, vitam etiam, c-
xemplo ejus pastoris, qui animam suam
posuit pro oibz suis, vobis exemplum
dans, quod imitaremini.

Sed quid hæc ego frustra apud vos, a-
nimales homines, non accipientes, ca-
qz sunt Ispiritus Dei? Vtinam autem
acciperetis. Nam in vestram hoc rem es-
set: qui valde metuo, ut citra ingentem
Reipub. Christianz concussionem, redi-
gi in ordinem possitis. Sic pertinaciter
enim errorem defenditis, ut acerbissima
opus esse medicina videatur, quo gravis-
simi languentes morbo, in sanitatem re-
stituamini. Quod reputanti mihi, in
mentem venit, hæc illa esse periculosa
tempora, qzibus de nunquam falso va-
tes Paulus prædixit, cum ait:

Erunt enim homines sui amantes, ava-
vari, fastuosi, superbi, maledici, paren-
tibus immorigeri, ingrati, impii, caren-
tes affectu, nesciis fœderis, caluminato-
res, intemperantes, immites, negligentes,
bonorum proditores, præcipites, in-
flati, voluptatum amantes potius, quam
amantes Dei, habentes formam pietatis,
sed qui vim ejus abnegant.

Ex quib. verbis non obscure sentitis,
quos homines futuros impedimento fi-
dei & religioni prædixerit? Aut non a-
gnoscitis vitam moresque vestros hoc in
speculo? Sed quemadmodum pessima
tentaturos vos ille, & idcirco fugiendos,
præmonuit: ita exitum quoque rei eo-
dem prævidit spiritu, quemadmodum
(inquietus) lanues & lambres resistebant
Moysi, ita & hi resistunt veritati, homi-
nes mente corrupti, reprobi circa fidem:
sed non amplius proficiunt: si quidem a-
mentia istorum evidens erit omnibus,
quemadmodum & illorum fuit.

Atque hoc est, quod s̄p̄ ego monui-
fore, ut nimis ista immodestia, ac impo-
tenstyrannis vestra exitum vobis accer-
seret necessariò. Jam enim omnes vident
& cognoscunt, fraude & versutiis coali-
tam vestram audaciam in imensum pro-
gredi, ipsos vos indignissime rerum cap-
ita haberi, ut exemplo vite meliores a-
lios reddatis, qui etsi ipsi magna ex par-
te ob luxuriam & libidinem muliebriter
infames. Sed ibi consilium fallendi ex-

tantum abest, saltem mihi ut desperem.

Vos autem quod tōdo credemus viam
virtuti patefacturos, cum claudatis veri-
tati? Illa tamen non laetabit, sed ostendet
se, invitis vobis: ut jam quoque vide-
re licet oculis atque auribus hominum,
vel lapidibus & roboribus, si nos tacean-
mus, proclamantibus. Sed non tacebi-
mus.

De me enim quod pollicor: addam
stimulos libertati, subdam calcaria, in-
citaro, impellam. Quos non habebo
statim assentientes, vincam assiduitate
commonitionis salutaris, cogam perti-
nacia necessaria. Neque aut cura mihi,
aut metus est, ne qua hanc sortem fortu-
na aggraver: paratus in utrumque, seu
periculio excitare vobis magno patrī
hujus commodo, seu nulla mea mala
conscientia strenue occumbere.

Nec stulta hæc temeritas est: falso e-
nim interpretamini. Virilis & summa
cum honestate conjuncta Libertas est.
Quare ut videatis, quantā vestras minas
fiduciā contemnam: donec quidem aut
Lutherum, aut hujusmodi quenquam
persequemini, hostem me vobis profice-
or infensissimum. Atque hanc voluntate
mihi nulla vestra vis, nulla fortunæ
inuria auferet, nec mutabit quidem.

Porro, vitam cum abstuleris: hoc me-
um tamen, quo minus permaneat, in pa-
triam bene meritum, hoc recte factum
ut moriatur, non efficietis. Quod in cur-
su est, forsitan fisteris: quod futurum, præ-
venietis: quod factum vero, infectum
non reddetis. Fieri enim non potest, ut
cum vita simili auferatis vitæ memoriā.
Non. Mihi quidem sicut dubium est, ad
quem hæc tendant exitum, ita certum
propomitur, optimæ conscientiæ opinio-
nem ad posteros venturam. Hunc maxi-
mum vitæ fructum cepero.

Et ut alia quoque de causa pertinaciss.
esse mihi persequendi vos obstinatiam,
cognoscatis, à Dō præmium mihi, si
quid contra vos obtineam, spero: quo
minus arbitremini, pœnam me time-
re. Gratum enim illi est escio: ut a-
motis à sacrorum contrectatione talibus,
locus sit iis, qui digne administrent.
Et in extremo illo judicio tutum magis
fore confido, offendisse vos, quam deme-
tuisse: & cum tumultu exegisse melius,
quam per quietem patienter tulisse: præ-
sertim piam commonitionem cum fisis
aspernati.

An memoria excidit vobis, impedit?

Iuetum sunt hot vobis, Ita dignum ad-
volum. Quare etiam mathematicum il-
lum nuper veriti non estis, apud gravis-
simum concilium, quasi illæ se majestatis
reum agere: quod vos in reti aucupa-
tio, quod nescio quis captabundus at-
traheret, depinxisset. Ita teneros habe-
mus vos & delicatos, atque omnis injur-
ia impatiens.

Non describi vultis, non pingi, non
fingi. Si quid omnium fiat, capitale e-
sto. Quod ut obtineatis, tamen ita mo-
dum dissolutè & turpiter vivendo ex-
ceditis, ut parire vos vestro iudicio ne-
cessit sit.

Prius, quicquid foris fuit, depasti e-
stis: nunc hærentes in medullis nostris,
& viscera jam aggredientes, quis vel
mediocriter fortium potest continere se,
quin impetu, vi & violentia invadat, vo-
bisque cædem & exitium moliatur?

Ipse imò non feret diutius indignita-
tum Dei Ecclesiam onerantem populus
Christianus, passim jam patrimoniorum
exitium, corruptionem morum, & vita
pestem clamitans vos, & diris ac devo-
tionibus infectans. Vos tamen, quasi
in omnium sensibus quæ insita sunt, ul-
la pertinacia vinci queant, ambitione
quadam plus quam pharisaica inflati,
non definitis LVTHERO, viam veri-
tati facienti, & ob id magnis adjuto o-
mnis generis hominum favoribus, mor-
tem, & si quid inveniatur morte adhuc
gravius, sævissime & atrocissime inten-
tare.

Quem virum fingite errasse: quan-
quam minimè cura vobis est, in Ecclesia
erret quis, an bene sentiat vel dicat:
neque hoc negotium accepistis un-
quam, nisi de vestro luxu & potentia a-
gi vidistis: tamen ut erraverit, vtrum
ut inimicum hostiliter infestare, an ut
fratrem pie commonere decuit?

Agite verò, ubi (quam diu conati hoc
estis) ulla in vobis apparuit vel imago
charitatis? Vbi cordium puritas enitu-
it, & animorum sinceritas? Nonne præ-
cipites irruistis, neque cum ratione e-
greditis? Nonne, ut innocentem damnare-
atis, multa à vobis in eum facta & emen-
rita protulistis? Nonne in gratiam Rom.
Episcopi, per insidias conati estis oppri-
mere? Nonne etiam nunc, omnibus
honestissimis viris reclamantibus, hoc a-
gitis: ut non auditum, non convictum,
sine crimine & testibus, damnatum pro-
nunciet Imperator Carolus?

En præclaros vitæ magistros, qui in o-
mni finibus mundi

quibus bonum sperare conveniebat, si
mali inferunt abundè satis: ac molesti-
is nos, dolore, & afflictionibus aggra-
vant.

Nonne igitur rectissimè cum Ambro-
sio, autore gravi & sancto, vobis dixero?
Nomen habetis inane, & crimen immo-
ne: honorem sublimem, & vitam defor-
mem: deificam professionem, & illici-
tam actionem: religiosum amictum, & ir-
religiosum profectum: gradum excelsum,
& deformem excessum. In Ecclesia ha-
betis cathedram sublimiorem, & reperi-
tur conscientia vestra humilior: locatio-
nem simulatis columbinam, & mentem
habetis caniuam: professionem mon-
stratis ovinam, & ferocitatem habetis lu-
pinam. Ut per prophetam posuit respon-
deri vobis: Populus hic me läbiis ado-
rat, cor autem eorum longè est à me. Et
iamne hæc in vos non competunt? Aut
modus & mensura est eorum, quæ ex
probatisima Scriptura in vitam & mores
vestros dici possunt?

Verùm surdis cantilenam hanc, ut pri-
ora omnia. Sic in LVTHERO estis, ut
neque oculis, neque auribus uti refelli-
teat. Talis est invidia. Sic vos occa-
catos reddidit furor. Ita stuporem men-
tis incusit iracundia vobis. Vbi ut reli-
quorum omnium gratiam vobis faciam,
ista exegitata à vobis ingeniorum sup-
plicia minimè omnium terenda viden-
tur. Quid indignius enim, quam pro-
scribi ingenia? exuri libros? aboleri lite-
ras? interimi Scriptoram? Etiamne stu-
dendi nobis solarium adimetis, & scri-
bendi fructum? Colloquendi & familia-
riter conversandi usi interdicetis? ho-
mines extremè inlementes & barbari.

Sed hæc si vulgo moneretis, & in po-
pulo conaremini, tamen bello & cæde
vindicanda viderentur. Nunc in illis (ö
patientiam Germanicæ nobilitatis) Im-
peratoriis auribus hæretis, quas pes-
simis institutis, & conatibus supra modum
impiis & sacrilegis opplevistis. Et jam
editum extorsisti illi, magnum damnationis
nostræ præjudicium. Verùm agi-
te, furite, utimini successu, neque à quo-
quam, in cogitationem quod venerit, di-
cte aut facto contineat vos: ruite per ve-
saniam, ite præcipites, impellite, vasta-
te, proterite, vecordes & amantes inva-
dite & invehimini. Etiam nostra aliquan-
do aderunt nobis tempora. Quanquam
interim, videte, qui rectores jam nunc e-
stis Imperatoris juventæ, quo abduca-
tis hoc ingenium, reddituri procul du-

sus (nām & huc impotentia p̄venit) ut & molestia vacaret, & periculum declinaret, dedit quod dare non potest: si posse, non debet. Hoc vos exultatis, hoc invicem gratulamini: & quasi Babylonie debellata, sic triumphatis: cū id minimē nos moveat: quemadmodum illa quoque ulterius, quæ demiramini, exilium, & mors, digna (ut vobis videtur) p̄mnia, quæ libertatis assertoribus rependantur. Nam ut persuadeatis illi, inceptam proscriptionem ut exerceat acerbissime, nos rebus, patti, etiam vita exuat: tamen multa & interīm, & in futurum metuenda vobis sunt,

Primum enim videtis, nobis quoque conjurandi pro partibus nostris & causâ esse, & occasionem. Deinde meminisse vos decet, si quid in his rebus (ut varia est fortuna) male cadat, fore, ut innocentes. Principis lapsum à vestris manibus requirant homines. Discitevero mortales homines, inter blanda fortunæ obsequia ejus mutabilitatem habere suspegam. Non possunt diuturna hæc esse: cum sint fortuita.

Sed ita forsitan Deo visum, ut ipsi provocetis exitium prius veltrum quam inferre alii cogitent: ipsi persequendi vos causam ante detis, quam alii querant. Certè enim spe finienda potestatis vestra multi aguntur nunc. Multi ubique. Præfertim tot fortis viri non ferent libidinosè & crudeliter imperantes vos. Non ferent.

Vt autem pervincatis libertatis assertores nunc, fore prædico, ab hujus motu compressione, novi & acrioris multò initia vobis. Nam duorum hominum numero res tanta estimanda non venit. Sciat, multos esse LVTHEROS, multos passim HVTENOS: & si quid nobis accidat, eò majus futurum ab aliis periculum vobis: quod cū libertatis assertoribus innocentia vindices, & injuria ultores conjungi videbitis. Vnum omnium certissimum proponite, non defuturos Evangelio suos defensores, non defuturo libertati vindices. Vbi si astuta vobis ratio est, etiam forte non deerit necessarium vobis consilium.

Iherum vero commonitos volo, quia se nimium superfudit vobis fortuna nunc, ut rerum vicissitudinem cogitetis, & cupiditatibus aliquando vestris frenumingeratis. Ad summum p̄venit. Jam non est, quod incrementum concipiatis animo ulterius. Delapsum jam cogitandum est. Nam labi proclive est omnihus

piditas veitra? Quem accumulandi modum statuetis? Non aliquando vos respicietis: & non, quod tendatis, sed unde veneritis, considerabitis?

Redite in viam: Redite, & ab errore, quando integrum hoc est, vos recipite. Semper fuit melius recurrere, quam periculose procurrere. Estote non bonorum hostes, sed malorum vindices. Aliis prodele, non vobis concupiscite. Sic agite, ut medicinam à vobis sperare licet, non timere venenum. Imperate cupiditatibus vestris & rationi patete: ac istum moderamini fraudis & impositæ successum.

Non perpetuo cœcuerint; quia iquoq; iam annos male usi sunt oculis. Videatis illam spirare libertatis auram, homines rædio præsentium innovare hunc rerum statum cupere. Vbi nescio, an tuto possimus nos contemni. Aliquando ex medica favilla ingens statim incendium emicuit,

Hæc si in mentem vobis venerint, noli poterunt non esse salutaria. Sin vero ulterius fortunæ fidendum videbitur, & LVTHERVM pertinacissime ut instituistis, persequemini, eadem opera (videor enim quod futurum est præsentire) factum, quod vos matiet, accersitis. Memento autem, vindices esse Dei oculos in infima hæc semper directos, & desuper imminere vobis judicium. Certè profecto, innocentis viri damnatione capita vestra consecrata sciatis. Imp. & Papa ut sup.

Dn Indulgentiis Julii per eundem Hattenum.

*François capit rotum mercator Iulius orbis:
Vendit enim cœlos, non habet ipse tamen.
Vende mihi, quod habes. Nam qui pudor,
ut mihi vendas,*

*Ipsum te, Iuli, cugus egere vides?
Quin ferat centimetros emittas terre Gigantes
Iulius expulso, vendat ut astra, Jove.
Donec enim cœlos alius regit, & tonat inde,
Non ego tam magni munieris emitor ero.*

Papa Julii 2. descriptio per eundem.

*Quichalybe & duris amicitur Iulius armis,
Terribilis barba, terribilis, coma:
Cui torvos horrore oculos fronte occulit &
trox,*

*Tartarea ignescunt cujus in ore mine:
Ille inquam gladius atq; occidente sagitta,
Et terra rotula, & metuendus aquila.*

Quisq; manus, quisq; ingenio dira omnia patras,

*Natura in humanum pestis acerba genus:
Cujus opus mors est, turpissimus ocia luxus,
Qui pacem cunctis abstulit, arma dedit:
Ille, inquam, talie cum virtute & meritis ex-*

teret,

*Dissimilis Christo dissimiliusq; Petro:
Quid facit, aut quid habet, quod tandem dis-
dicere possis*

Dignum Romani nomine Pontificis?

Idem. Novi ego Episcopum quendam, qui cum exploratum habuisset, quod quidcm Christiani sub utraq; specie cœnam Domini assumissent, mandavit, ipsos in vincula coniici, & ibidem in perpetuâ fame sitique detineret. Posteaquam autem adhuc unâ vice tentavit ipsos, utrum eligere vellent, & illi contra verbis inniterentur Christi, de quibus se cedere negabant: iussit eos ante paratam exquisitis epulis mensam alligari, ut escas tangere nequirent: & pone ministros subornari, qui dicebant: Accipite & edite. Quo pacto crudelissimus ille miseros homines encœcuit.

Idem. Adeò aperte beneficia emuntur & venduntur, ut etiam mercatoribus illorum nundinationem permittant Romæ. Et ipse argento in Germaniâ redemi, ut lacte & bœtyro jejuniorum diebus vesci liceret: & Romam veniens, nullum ibi clausum eo tempore vidi maculum.

Certum est, Moguntiæ quendam ex beneficio suo mulieri Florentinæ vestigial pendere. Qualiter hoc fiat, cogita. Et vidi quendam non do&um, qui tamen Römæ titulum Doctoris pecunia impetravit, & Ratisbonæ Canonicus factus est. Præter nobiles enim & Doctores nemo admittitur.

Idem hic Huttenus Lutherum fideliter admonuit anno 1521. dum inquit: Ita statua tecum. Luthere, quod non tuam rem moveas, sed ejus, qui sit Dominus omnium in hoc mundo: ille de fine felicissimo contrapericula maxima jam deliberat.

Idem in libro ad Carolum 5. Imperatorem. Constitutiones ad suum libitum, ex lucrisni modo proposuerunt: quibus omnem hic libertatem obtenebant, omnia nostra potestatis suæ nexibus constringebant: quæ majorum nostrorum liberalitate Ecclesiis donata sunt, avarissime ad sc pertraxerunt. Episcopos in Germaniâ esse poluerunt, quibus non

iuo commoto locandas nob̄ decimicunt. Primum aliquando, deinde quotannis iterum, jam tandem quotidie novas indulgentiarum merces venales huc afferunt.

Tum absolutiones, dispensationes, relaxationes, & infinitas id genus bullas, fraudulentissimis apud vulgum usi persuasionibus, in magnâ de sc hominum opinione vendiderunt: atque his modis, & caliis compluribus [neq; enim] numerus est tantum pecunia, quantū dici non potest, diu jam trans Alpes hinc deportarunt.

Præterea multos s̄pē h̄c, & in his principes viros, anathematis infictu perculerunt. Quibusdam venenum miscuerunt: alios per speciem amicitia hostib⁹ nefariè prodiderunt. Semper discordias inter Principes nostros excitârunt, & aluerunt, pulcherrimis s̄pē reb. splendissimis facinoribus, magnotorius Reipublicæ Christianæ incommodo, ac publico malo, impedimentum attulerunt.

In eodem libro. Videmus, non esse anrum in Germaniâ, nec argentum pene. Si quod reliquum verò est, ipsum avarissime ad sc trahit, novis quotidie inventis artibus, ille sanctissimus Romanistarum senatus: ubi quid eripuerit verò, tum in pessimos confert usus.

Vultis enim scire Germani, quæ videt ipse, quid faciat Romæ nostra pecunia? Non nihil facit. Partem in nepotes suos, & cognatos profundit Decimus. Habet autem ita multos illetales, ut proverbiolocum dederint, Leonis Romæ cognati, & affines. Partem absumunt tot Reverendissimi, quos triginta & unum pater ille uno, atque eodem creavit die: tot Referendarii, tot Auditores, Protonegotarii, abbreviatores, Scriptores apostolici, Camerarii, Officiales, & id genus alii Principis Ecclesiæ primates. Nam hi post se trahunt maxima adhuc cum impensa, Copiistas, Pedellos, Cursores, Scobatores, Muliones, Stabularios, & scortorum utriusque sexus innumerablem turbam, ac lenonum exercitum. Aliunt & canes, equos, ac simias, & cerceythechos, & hujusmodi multa, animi causâ. Domus verò extruunt, solido quidam è marmore, & gemmas habent: cœnantes laute, ac splendide vestiunt: & genio indulgentes, secure deliciantur.

In summa, nostræ pecunia præsidio, magna ociantur Romæ pessimorum hominum multitudo. Nulla ibi religionis cura, magnus est contemptus, qualem vix audiatur. Tunc & tunc, ut dicitur, Euandri

clam. Proprietas
nes, pecunias nostris insidiati, ac vivunt,
ut edant, atque bibant, & sumtuosissime
delicentur: nostrisque impensis asse-
quantur hoc.

Has ob res immensam auri vim Ro-
manam quotannis hinc mittimus, nec ad-
huc intelligimus, perdi, quod sic elargi-
mur. Imo non perdi rem tantum, sed
materiam fieri adhuc magnorum infini-
te malorum. Itaque si philosophari libe-
ret, ob idque pecuniam adjicere decre-
tum est: patent tot in propinquuo maria,
sunt fluvii, ille apud nos Moganus, ultra
Rhenus, tuus istic Albis, atque ali. Demit
tam us eo, ut perdantur ipsa potius, quam
perditionis causa sit ubiq; multis: dum ista
pascimus turpitudinem Romæ, superflue
adeo, ut hoc nonnihil inde redundet:
cum hanc alimus publicam morum pe-
stem, hanc ipsi fovemus vitæ contagio-
nem.

Sed non abiiciamus, tantum aliquo trans-
ferriri non sinamus. Hæc prima & opti-
ma est destruendæ illius tyrannidis via,
hic modus. Certe enim subduco hoc lu-
xuriaz fomento minus se efferent, tra-
biliores passim erunt. Postea dace ali-
quo Othonem, illum censemus senatum,
urbem Romanam lustrabimus, & ejus&is
malis complurib. paucos quosdam sua il-
lic sacra curare jobebimus, regnare non
pag. 89 permittemus. Ipsi imperatori, siquidem
esse voler, Imperii sedem reddemus. Ro-
manum Pontificem, ut æqualitas episco-
porum sit, in ordinem redigemus. Sa-
cerdotum etism hæc censum minuemus.
Ipsos ad frugalitatem perducemus, &
pauciores faciemus, centesimo quoque
delecio.

De iis vero, qui fratres vocantur, quid
statuemus? Quid enim aliud, quam quod
ego censeo, abolendum omne monacho-
rum genus. Quod ignorar in non debet,
si fiat, quam sit utile, quamque fructuo-
sum Recipub. Christianæ futurum. Primi
enim coæctis tot sectis, tot conciliatis in-
vicem diversitatibus, ablata vivendi dissi-
millitudine, intestina simularia cessabit,
præzimulationis causa non erit, neque
invidæ materia suspetet. Omnes in
Christo unum erimus. Stabit publica
concordia ac intet nos omnes con-
jungemus, at exterius differamus ab alijs.

Nemo tunc mollis & delicatus, vel a-
varus ad sacerdotia, ut nunc, adspirabit.
Probi & docti, quivitæ quidem exemplo
meliores alios faciant, doctrina
vero multos erudiant, ipsi accersentur.
Deinde, quod optandum in primis est,
tot hypocritæ definent simplici nishi fu-

quot callidi veteratores lob monachali
cucullo magna nonnunquam flagitia pa-
trant? & quod multi nunc infidiosi ac
cœptores columbinam simplicitatem si-
mulant? multi rapaces lupi agnizam
preferunt innocentiam? Quorum tam-
en si qui meliores sunt, sua quædam &
nora supersticiose sequuntur, impiæ ab
iis, quæ Christus instituit, prævaricantur.
His tot Germaniam atterentibus, ma-
gisque ac magis omnia devorantibus
ablatis, simul ea, qua in nos feruntur Ro-
manistæ, diripiendi licentia ademta, mul-
tum hic auri, multum erit argenti. Ve-
rū id quantumcunque nobis; aut qua-
lecumque relinquatur, in meliores verti
usus poterit: nempe ut aliantur magni
exercitus, & imperii propagentur fidès:
etiam Turcæ, si videbitur, debellentur:
ut multi, qui per penuriam furantur
nunc & rapiunt, si pendiunt tunc vivant:
aut qui aliter egent, publicitus, quo in-
opiam tolerent, accipiant. Utque do-
ctissimi aliantur homines, & literarum
studia foventur.

In summâ, ut virtuti præmia sint, in-
ternæque egestatis habeatur ratio, igna-
via exulet, fraus occidat. Hoc videntes
Bohemî, per omnia nobiscum facient.
Nam ante, quod adversus avaros facer-
doles sibi coniuluerint, prohibiti erant.
Facient & Græci: qui cum ferre nec vel-
lent, nec posset Romanam tyrannidem,
Romanorum Pontificum instîtu, pro-
schismaticis sunt habiti, multo jam tem-
pore. Ac Rhuteni erunt nostri: qui cum
esse nuper vellet, repulsi à Sanctissimo
sunt, jubente pendere sibi aureorum quo-
tannis quater centena millia. Etiam
Turcæ minus oderint: nec ulli Ethnici
calumniandi, ut prius, occasionem ha-
bebunt. Hactenus enim eorum, qui re-
ligioni præfuerunt, vitæ turpitudo odi-
bile apud alienos Christianum nomen
reddidit.

Eritne hoc affixisse fluctuantem Petri
naviculam, destruxisse Ecclesiam Dei: &
(quemadmodum sacrilegi clamant Ro-
manistæ, fœdaque vociferatur Epicureo-
rum schola) inconsutile Domini tunica
discerpsisse: an vero accessione tot popu-
lorum, emendatis publicè moribus, &
contagiosis ablatis è medio exemplis, de-
purgaſſe, provexiſſe, & auxiſſe?

Ibidem. Atque ut planè intelligatis, à
quibus insidiz mihi fianchi sunt, quibus
authoribus, quibusq; ministris ea sunt,
qnæ ego nisi reprehendissem, jam salvus
essam: si laudafferem, sciam breuius. Di-

sto illuditur: veritati fucus fit: Germani^q non tantum, quando in pecunias ejus & possessiones impetus istinc fit, detrimentum adfertur, sed populi etiam mores, pessimis inducis ab urbe Roma exemplis, depravantur.

Ab ipsis enim sunt istiusmodi malorum causae, qui cum tanto suo commodo ministri sint Romani Pontificis, hoc faciunt posse illum, à quo longissime alioquin aberat. Horum opera fit, ut regnet superstitione, vera exulet pietas. Hi animaverunt Romanos Pontifices, in tantum, ut constitutionibus ad lucri sui intuitum latit, Evangelicam abolere magna ex parte doctrinam aggressi sint. Hi illam a- lunt Romanam voraginem, illum pa- scunt insatiabilem istic gurgulionem, qui patrimonia hic nostra devorans, hanc il- linc revomit morum perniciem. Atque hi effecerunt, ut hunc illi nationi huic laqueum induerint: quem vereor, ne haud solvatis, nisi destructis his: ne haud, nisi aboleantur hi, enodetis. Hi sunt quasi qui dam in patriæ malū nati illices. Hi Ro- manæ mensæ aucupes, qui, quod Roma voret, capiunt: & capiunt tam nimis mul- tum, quam non satiatur illa vorando.

Apetite oculos Germani, & videte, qui hic vos dispolient, qui apud exterios infatuent, omnisque vobis malæ fortunæ; omnis depravati status authores sint. Atque ecce vobis sceleratos indulgentiarum mercatores sacrilegos gratiarum, di- spensationum, absolutionum, & omnis generis bullarum institores: qui sacra- rum rerum mercatum in Ecclesia Dei in- stituerunt, cum prophanarum ille emto- res & venditores templo olim eiecerit. Qui istas architectant fraudes, illos con- cinnant dolos, unde hæc est servitus, hæc nationis hujus captivitas. Qui me impe- ditum reddiderunt: in has turbas, hanc inquietudinem conjecterunt. Qui hoc mihi discrimen, hoc periculum concilia- runt, haud aliam ob causam, quam quia suas artes prodidi, crimina detexi, rapi- nis obstici, grassaturæ impedimentum attuli: quoniamque per me quadam ex parte effetum est, ut non nihil ipsorum decesserit lucro, veræ pietati multum ac- cesserit.

pag. 90 *Idem Huttenus in libello ad Ma- rinum Caracciolum, Oratorem Romanum.*

Non ego illis credidi quidem, Marine Caracciole, qui te magna contentione

manæ conventu, quo Libertatis causa agitur, & Romana iniurias, ut nunquam prius in accusationem venit, nihil secius interim audeas nundinari tu, ac pecu- latui, prædæ, & compilationib. operam dare. Nam quid jam ultra cogitabimus, quidve proponemus: cum tu eo tempo- re, quo maxime admittuntur jugum abij- cere Germani, pecuniam, qua nos op- pugnes, non aliunde quam à nobis ipsis cogas & extorquas?

Reclamamus tyrannidi vestræ crudeli- & abominandæ: contra vim reluctamur: imperium detremus: potentiae resis- timus: ad libertatem passim conspira- mus; atque hæc omnia obfirmatè adeo & pertinaciter agimus, ut putatum nu- per sit, satis invidiosos vos infestosque vulgo redditos: tu uihilominus, quasi nihii horum ad te pertineat, sceleratas negotiaciones secure, ut nunquam ante, exerceas: & aliis quidem precio peccata indulget: aliis vero paœa pecunia, ut peccent, permittis. Iuventutem Ger- manicam precium pro connubiis postu- las. Ius, fas, licitum, & honestum emi abs te pateris. Fidem, religionem, æquum & iniquum precio addicta habes: contra leges aurum & argentum accipis: nefario instituto à pauperibus nostris pecuniam exprimis. O audacia singularis.

Ibidem. Quid putem morarite potuisse, aut pudorem, quem nullum habetis Romani, aut timorem Dei, quem esse non creditis? En frugi legatum, probum ex omnibus unum Pontificis oratorem, prædicatum à curisanis mihi magnacum jactatione sua, magna gloria. Quid ageres, improbissime, si in illa incidisses tempora, quando nulla in Germ. vox, ne gemitus quidem liberis fuerunt? Quando contra vestram iniquitatem nemo aliquid mutire, nemo vel torve obtueri audebat? Qualem te tunc habuisses: cum jam be- tie sperantibus nobis, etiam non pessime habentibus, sic avare, sic intemperanter audeas quæstum facere, & in patria hæc nostra inq; oculis hominum, ad liberta- tem undiq; concurrentiū, confiscari nos, & pecuniam hinc avertere? Quin etiam non occulte facis cauponationes has, aut celare tuas sordes aliquo modo cogitas.

Quare jam pridem ægre adducipotui, ut crederem: cum nunciatum mihi esset, à quodam, qui uxorem perebat eam, cui compater erat, petiisse te trecentos au- reos. Cumq; ille, & quia te propter sordes contemnebat, & quia videbat, negotiatio nem tuam esse longinquisitam, capi-

literas velle perdere. At paulo post alia nunciata sunt. Quorum unum responde mihi.

Quæ zequitas est, eum qui uxorem duxit, cuius aliquando filium Confirmatio ni adhibuerat, petere septuaginta aureos? Et tamen adeo obstinate egisti hoc: ut cum decem tibi offerret, excedere hominem à tuo conspectu jussiceris, quæsi qui molestus tibi esset, tam parui ztimans tuas nugas.

Porto licentiam mensarum quanta mercede vendidisti tota jam hyeme? Nam cui tu butyri esum gratis indulxisti? Ia-ctis & ovorum? cum vescaris ipse qua-drupedum & avium carnibus indiscretissime. Sed hoc quoddam imterpretor malum populi Christiani fatum, qui de-mentari sic potuerit, ut non videat, si quippiam, nisi à Pontificibus ante per-missum, usurpandum non sit, quantum tamen non conveniat, pecunia illud emercari. Tua vero incomparabilis hæc audacia est, qui, quod sani quidem ho-mines ferre nullo possent tempore, hoc tu facias in his motibus, hac ad res novas hominum aspiratione.

Non vel tantillum moræ iniici potuit cupiditatibus tuis, quo hæc transirent comitia? quæ ad hoc habentur maximè, ut in libertatem vendicetur Germania: vobis rapere amplius hic, fraudare, & fu-rari non liceat: tributarii deinceps urbi non sint, quos imperare Orbi convenit: Morum aboleatur hæc à vobis inducta isthinc contagio. Libere sint hominum conscientiæ. Veritas in luce veretur. E-vangelium in auribus vulgisonet. Ponti-ficum constitutiones ultra Garamantas & Indos exulent. Bullis vexare posthac Germaniam non liceat.

Indicium, quomodo unoquoque tempore Pontifices Rom. erga Germanicos Inspp. secesserint, per D. Ulricum ab Hussem ex historiis & Chronici excerptum, Cæs. Majestatis exhibendum.

Felix, quem faciunt aliena pericula cautum, inquit poëta: & id non abs re: sed & is non minus felix est, qui levicu-jo aliquo damno ex periculis se se extricat, quod postmodum ei loco regulæ est; quomodo cautus & circumspectius in posterum res suas administret, & revoca-to in memoriam prioris calus exitu, & similibus sibi caveat. Sin vero quendam duplicitia, sua videlicet & aliena, damna providum & cautum reddere nequeant, sed omnium præteritum, & futurum

voliverò se isthoc infortunio oblecta-rent, quin & suz id fortunæ ducerent: demum & qui nec amici nec inimici sunt, ex merito hæc ei evenire, dicerent, propter quod toties & taliter admonitus, sa-retamen & imminentia pericula anticipare non disserent.

Eam ob rem igitur Cæs. Majestas ad-hortanda est, ut remissor primum, quid jam modo ipsi a Papa contigerit, & ex eo colliger, quam uiterius fidelitatis charitatis, virtutis, & integritatis spem in Papam ponere, & quid ab eo expecta-re debeat: præterea ex annalibus & chro-nicis Cæsarum Superiorum indicia repe-rrat, quomodo cum ipsi interdum actum sit: reipla competeret, quod nulli unquam Imperatori Germanico ulla à Papis fi-delitas & æquitas (præterquam si è re ipsorum fuerat) præfita sit, sed si pen-numero non rarerent, pessime non simili-citer, horribiliter non leviter, præter om-nem datam fidem, citra omne st. pila-ta manu præstitum juramentum proditi ab ipsis, circumventi, & sub specie reli-gionis ludificati sint, & cum impositum illis nequierat satis fuit, extrema ignomi-nia & infamia affecti sint. Aliqui etiam pro exhibitis beneficiis scelestissimam in gratitudinem & infandam malitiam re-penderint, nimirum, quod vi & armata manu eos ad mortem & debellarint.

Operæ premium profecto esset, omni-um ordine Paparum, & singulorum sin-gula prolixius erga imperatores egregia facinora commemorare, verum in qua-ntum illud volumen excresceret, cum tan-tum illorum sceleræ excrèverint, ut plus etiam, quam Æneis Virgilii, temporis conscribendi requirent, sed obiter & saltuatum quasi, enormiora & nobiliora laconico modo contexere sufficiat.

Prima igitur sermonis exordia sume-mus ab Othonè eius nominis primo Cæ-sare, quia primi esse eum arbitramur, qui Papis bene & fecerit & voluerit, sed pro gratia injurias sustulerit. A Ioanne etenim duodecimo Pontifice Rom, cum contra Sarracenorum Regem Berengari-um eiusque filium Albertum in Italianam ab his infestatam precario accersitus fue-rat, & ad succurrentum ecclesiæ venisset, Romanum ab hostili vi & utrisque impres-sione vindicasset, Italique pacem & tranquillitatem dedisset, ille ipse Papa Ioannes ab eo ad regem Albertum, qui in Corsicam aufugerat, turpiter postea descivit, & aduersus hunc optimum Cæsa-rem Othonem arma crudelia sumens, multa funesta bella & tumultus excitavit:

Othonem Cæsares Papæ præstare coacti sunt: & tale est in jure suo Dist. 63.

Tibi domino Ioanni Papæ ego rex Otho promitto, & juramentum facio, per Patrem, Filium, & Spiritum sanctum, per hoc lignum vivificæ crucis, & per has reliquias sanctorum, quod si permittente Deo Romam venero, sanctam Romanam Ecclesiam, & te rectorem ipsius exaltabo secundum meum posse, & vitam aut membra, neque ipsum honorem quem habes, mea voluntate aut meo consilio, aut meo consensu, aut exhortatione perdes, & in Romana civitate nullum placitum aut ordinationem faciam de omnibus, quæ ad te aut Romanos pertinent, sine consilio tuo: & quicquid de terra sancti Petri ad nostram potestatem pervenerit, tibi reddam, & cuicunque regnum Italicum commisero, jurare faciam illum, ut tui adiutor sit ad defendendum terram S. Petri, secundum meum vel suum posse.

Hoc juramentum imponendi potestatem Papa habet juxta Decret. XII. Q. i. Clericus. Hoc est omnia regna mundi deglutire. Otho hic primus cum omnibus successoribus Cæsaribus vasallus fit Papæ, & potentissimum preciosissimumque regnum universi orbis cedit in feudum papale, & Imperium pendet à Papa. Sic inversa est potestas. Olim Constantinus & eius successores Christiani eligebant & confirmabant omnes Romæ & alibi episcopos, nunc Papæ omnes Reges & imperatores instituunt.

Et ne longius progrediamur, in occursum est Otho tertius primi nepos, Cæsar Romanorum; eum ipsum quoque multifaria benefacta non avi sui, non patris sui, non sua ipsius propria identidem & affatim in Papas cumulata tutari & salvere potuerunt, verum tantopere & tam diu seditionibus, factionibus, tumultibus, insultibus, injuriis & periuriis irritatus & lacessitus fuit, donec divinis ulcisci justus contumaciam legibus, Ioanni duodecimo pontifici oculos exsculpi mandaverit, quæ pœna eos aliquandiu in timore & metu continuit, usque dum imperium ad inclitum Heroem Henricum quartum Romanorum imperatorem augustissimum, cuius similem Titan inter Teutones neminem unquam vidit, feminam nunquam peperit, & hujus testimonium ipsius infensi hostes Itali perhibent & ea laudis adore accelebrant, quod omnium bellicosissimorum ducum, qui unquam vixerunt, potiori parti, virtute militari & fortitudine, numero autem acierum, quas committebat, omnibus

evavit.

Sed quo magnanimitior, animosior, virtutibus excellentior extitit, eo duriores & truculentiores perpeti Paparum persecutions coactus fuit: ut enim in ipso magnitudinem animi & omnium rerum scientiam animadverterunt, sese si pro virili opposuerunt, ne major illis & excellentior evadat: & primum hunc commenti sunt & consuerunt dolum.

Saxones, tum temporis Germanorum potentissimos, clam astute ei invisos efficerere, quod & præstiterunt, conabantur, ita quidem, ut nonnulli principes contra ipsum conspirantes conjurarent, à pontificibus & eorum affectis sic persuasi, eum scilicet Cæsarem natura sanguinolentum, & ad tyrannidem natum esse, privaturum eos esse omnibus suis privilegiis, libertatem antiquam ademitterum & omnibus immunitatibus exuturum eos, ad quæ nonnulli spirituales principes gnaviter operam suam conculerunt.

Itaque his ita solerter confatis, Papa Romanum cum vocavit, Simonique insulavit, puta, quod ministris suis spiritualia salario distribuat. Interea rerum incomparabilis Cæsar's matrem in superstitionem tantam adduxerunt, ut se ab ipso abstraheret, & in Italiam peregrinaretur, & ibidem comorando vitam finiret. Ceterum & alios multos principes pagi Germaniæ dissidentes ab eo, & discordantes fecerunt.

Exinde crudelia plurima homicidia secuta sunt, multa prælia truculenta exarserunt, & humani sanguinis largissima profusio facta est, neque hoc uni ei ab uno vel altero tantum, sed à quatuor & quinque humani sanguinis hirudinibus pontificibus evenit, inter quos tamen execeleribus & flagitiis consutus, & quo nemo unquam peior & profligior extitit monachus, Hildebrandus nomine, plus reliquis etiam infectatus est atrocissime, nullo habito respectu beneficiorum, quibus ab ipso, antequam ad Papatum pervenisset, affectus fuerat.

Is ipse Papa præter id, quod Cæsar ad eum in Italiam profectus est, & ante eum se humilians, omnia ea, quæ contra ipsum fecerat, deprecatus est, ex omni parte cum ipso depaciscens, reconciliatus fuit, super quæ etiam pactum & fœdus conjurantes inierunt, rem compositam literis obsignatis stabilierunt, his, ajo omnibus posthabitatis, quam primum Cæsar in Germaniam redierat, Papa principibus omnibus, clam literis ad eos missis, magnas opes & divitias pollicitus est, nt Cæsarem imperio dominare.

ut alius qui planteret, & postea
trium attentaverit, & postea alius adhuc
unus, demum & tertius: omnes autem
prostravit, depulit, & neci dedit.

Hęc cum omnia frustra suscepisse, o-
mnemque operam, quod ajunt, & oleum
perdere se, vidisset pontifex astutus & va-
fer, aliud aliquid machinari, filium nem-
pe contra patrem instigare, & discordia-
m inter ipsos ferere ausus est: & primum
igitur Regem Conradum, qui tum in Ita-
lia fuerat, excitavit, ut contra parentem
suum insurgeret, & universam Italiam ad
arma provocaret.

Sed cum Rex Conradus infectare, mor-
te præveniretur, Itali profligati trucida-
rentur, Roma à Cæsare occupata erat, le-
pidz sane sanctimoniz pontifex, & pater
sanctissimus in Angeli castrum fese abdi-
dit, clam deinde se illinc procripiens, &
largissimo Christianorum sanguine effus-
so, prorsus aufugiens decessit.

Post hujus obitum similimus ad un-
guem Papa Victor 3. contra eundem Cæsa-
rem in surrexit, sed cito interiit.

Post hunc eiusdem farinę Papa Vrb-
nus 2. sequebatur, qui cum nihil inten-
tatum, nihil inausum reliquisset, tandem
ipsius filium contra eum irritavit; eoq;
rem deduxit, ut ille adolescentis magnam
Germanorum multitudinem à sua parte
stantium sibi acquisiverit, qua etiam pa-
trem suum in extremo vitz aqua devicit;
miserabiliter, & quod diu horrendum;
tractavit, morti tandem destinavit.

His igitur modis heros præstantissimus
accipiebatur, Postquam autem illum ita
depexum dederunt, & in eius locum ipsi-
us filius Rex Henricus quintus suffe&us
imperare cœpit, quamquam illi adiun-
tores adipiscendi regni fuerint, tamen po-
tentiam eiustolerare non potuerunt, sed
se ei quoque opposuerunt, qui nihil uni-
quam laudabile aut honestum quicquam
geslit, præterquam quod ipses acriter
puniverit, & loris, prout digni erant, du-
rissimis oppuererit, ceterum ab aliqui-
bus egregiis facinoribus, quibus intentus
erat, bellis suis cum abstraxerunt, suisq;
fraudibus & imposturis vitam eius uni-
versam inquietam & periculosam reddi-
derunt, nec id extra meritum, nam in
pium parentem qvz peccaverat, expian-
da quodammodo fuerunt.

Post hujus obitum, Lotharium Saxon-
iz ducem & Conradi Ducem Suevaz
dissidere, fecerunt, ne, si concordarent
invicem, alteruter se extolleret, & ipsoz
poterior fieret, attamen Lotharius Cæ-
sar ubi imperium obtinuerat, neq;

tissimum inter Germanicos, quotquot
etiam vixerint, Imperatorem arbitror,
quamvis fortunatior & felicior in rebus
gerendis: quam primum igitur perfetam
& absolutam animositatem in eo depre-
henderunt, machinamentis consuetis
cum etiam adorti sunt. Verum quoniam
hujus Cæsaris res gestæ, & præclara faci-
nora adeo nota sunt, ut nemo nesciat,
nulla ulterius de iis verba faciemus.

Pontifices ei fidem juramento astrin-
ixerunt, nec tamen servarunt, & si unquam
Roma fraudibus & versutiis usi est, in hoc
ipso attentavit, & ita sedulo & continue,
ut etiam literis proditum reperiatur,
quomodo ipsum Papa Alexander Sulca-
no gentilitio prodiderit, ut in eius por-
ficiatatem incideret, verum tam auxilio di-
vino & manibus ipsius elapsus sit. Postmo-
dum omnes occasiones captaverat, fun-
ditus eum ut extirparet, sed Deus ipsum
custodivit, & vietorem suorum boltium
fecit. Multæ adhuc epistolæ extant, quas
Cæsar hic & Papa sibi invicem scrip-
runt, ex quibus videre est, quoniam facio-
nora commiserint.

Repressis igitur Papaz conatibus, pro-
fligatis Romanis, & sedata per heroem
hunc augustissimum universa Italia, ipso-
que, postquam omnes hostes devicerat,
è vivis laudabiliter discesso, insequentes
papaz in filio, quod in patre non potue-
runt, machinati sunt. Et primum de oc-
cupanda Neapoli contendebant cum re-
ge Henrico, eumque in ritum pacem cum
ipsis iniire coegerunt.

Post hujus obitum, catis & cautis do-
lis conflexerunt discordiam Principum
Germanorum in eligendo Imperatore.
Et cum Rex Philippus, prædicti Henrici
frater maiorem partem Germanorum si-
bi adherentium haberet, & potiorum
votis eligeretur, illi è contrario Otho-
nem Saxoniz ducem confirmaverunt: pag. 93
cum autem à rege Philippo devictus &
depulsus esset, nihil pontifices eo-
rumque complices moliti sunt, quam-
vis non palam, sed clam & furtim,
cum ut insecederent: sepe numero per-
fidi & perjurati sunt in ipso: suspe&us
enim illis Cæsaris Friderici sanguis fue-
rat, donec tandem à Comite aliquo Pala-
tino gladio transfixus fuit, & ut aliqui
non abs te autemant, ex instinctu & iussu
Pape Innocentii.

Sic itaque ex illorum sententia & voto
Otho Dux, quamvis abnuentibus Germa-
norum principiis, & non nisi ad insuperationem

pendere solebat, hostiliter eum insequi, & anathemate ferire cœpit, nec his exempli mentem quivit. Sed tantum apud Principes laboravit, ut Fridericu[m] ducem adolescentem, Philippi Cæsar is filium, contra eum elegerint: & sic sibi metiis flagellum paraverunt.

Hic enim imperator Fridericus secundus est, quem in omnivita sua cum Papis (quorum tres alii ex alio eiacerimne adversati fuerunt) altercari & litigare oportuit. Ceterum alioquin excellentibus & corporis & animi dotibus adeo ornatus fuit, ut merito mundus sibi de principe tali gratulari debeat: Pontifices autem tam contumelioso & obsceno decreto, quod iuri suo Canonico postmodum, ubi & nunc extat, inseruerunt, infamare eum ausi sunt, perfidie & perjurii eum insularunt, cui fidem & promissa non quam servaverunt, aliorumq[ue] criminum multorum reum agunt: cum tamen aperata vis & injuria, sicut ex verissimis historiis & chronicis probatu facilimum est, ei ab ipsis illata sit.

Sincerus enim & bellicosus, gloriosusque dux fuit, & quia viventem ulcisci non potuerunt, oīnem iram & lividam animi bilem in defunctum euomitterunt: ea intentione & spe, ut posteris & nepotibus viderentur, ac si causam justam & equam defendissent, ideoque aliquos historiographos, utrem ita literis mandarent, subornarunt: verum in antiquis & nullis partibus faventibus historicis, ut & ex literis ipsiusmet Friderici, quarum multæ supersunt, veritas liquet, quod Papæ calumniose & turpiter eum inseparati fuerint: primo Honorius 3, qui Othonem Landgravium contra eum extulit, & deinde quasdam civitates Italiz in eum concitavit.

Cum autem eas Dei Opt. Max. auxilio, attamen hanc absque humani sanguinis profusione, superasset, maximoque exercitu & sumib[us] immensis, ad recuperandam terram sanctam, ab infidelibus occupatam, expeditionem peravisset, & jam tunc cum copiis suis mare concessisset, Papa seditionem ei in Italia commovit, ut expeditionem ex omni parte gloriosam interrumpere, & domum reverti coactus fuerit, & ita invidia pontificis toti Christianitati obstatu & impedimento fuit commodorum & honorum ingentium.

Nihilominus tamen tanquam magna, nimum ducem se exhibens, & remplio[n]e suis privatis commodis anteponens, cum pontifice exhibite supina humilia-

necies successus temporis Gregorius papa ei undiquaque insidiatus est, & principio ipsum per templarios, ut vocant, Reggentilitio vel ethnico prodete voluit, postea filium eius regem Henricum in ipsum instigavit, Mediolanum, Bononiam, Parmam, Venetias, aliasque Italiz urbes magno tumultu, & seditione contra ipsum concitavit, demum & anathemate ipsum damnavit.

Cum autem hos omnes deviceret, dominis etiam & strophis per Gregorium primum Papam, deinde per Cœlestium in Germania adversus ipsum consutis & inventis, postquam elabens evasisset, & ita se gesisset, ut innocentia eius deprehendi, & magnanimitas conspicere manifesto potuerit, Papa Innocentius, ut alias militiosus, concilium in Gallia aduersus ipsum coegerit, in quo & depositus ipsum & excommunicavit, nihil respiciens & recordans beneficiorum irrecompensabilem, quæ ab ipso Cæsare Friderico antea acceperat, & haud dubie in Papam nunquam evasisset, nisi ab ipso promotus fuisset.

Ita cum hoc Imperatore pientissimo pontifices usq[ue] ad mortem eius egerunt: attamen odium, quo vivum ipsum prosecuti sunt, post mortem eius non deposuerunt, sed in filium eius Conradum strinxerunt, & spurium Friderici 2. patre veneno sublato, Manfredum, in ipsum Conradum extimularunt, in quo bello veneno per Manfredum, quod procul dubio ab Innocentio Papa subministratum fuerat, interfactus est.

Multi Papæ Cæsaribus necem intulerunt, licet non aperte, clam tamen, & eorum instinetu oppetierunt.

Clemens IV. Friderici secundi filium, & ultimum Suevæ ducem, & heredem Neapolitani regni publice capite plecti fecit. Hunc igitur cum è medio futulissent, cum notho Manfredo similiter egerunt: Alexander enim Pontifex 4. Florentinis, aliisque civitatibus Italiz invisum cum reddidit: postea etiam Gallicz regem contra ipsum instigavit, quod & deinceps Urbanus, & ultimo Clemens fecerunt: usque dum apud urbem Beneventanam Gallis devictus & interfactus fuit.

Post hunc Rodolphus Cæsar ab ipsis divexus fuit, & id clam quidem, cum in ipsum propterea, quod nonnullis Italiz, à quibus pecuniam acceperat, libertatem concederat, calumniando & crimina debacchari conati sint, in quod Papa Honorius studio non segni incubit.

Quis insuper Hannib[us] Secundi Cæsaris mor

consoribus, quod ajunt, notum est, quod Clemens Papa, qui eum non fecus, quam cum conditione & limitatione, Imperatorem esse voluit, invitus & prius excitato tumultu coetus, eum inauguraravit & coronavit, & propter regnum Neapolitanum sese humanum & amicum erga ipsum exhibuit: interea misere Imperator opimus interiit, qui tante sagacitatis, prudentiae, doctrinæque fuit, ut totius imperio spem faceret, eximii quiddam se præstirum, atque adeo regere incipit, ut non alium, quam fortissimum, animosissimum. & optime conciliatum principem futurum, omnium expectatio fuerit, & propterea a Papa crudelius affiebat:

Quas vero machinationes clandestinas in hoc aggressi sunt, in Ludovico Cesare manifesto continuantes in actum præduxerunt: hunc ipsum Ludovicum Ioannes Papa omnium, quoquoque vixerunt, ambitiosissimus & evanescens, propterea, quod præter eos assensum in Cesarem electus est, anathematizavit, & quantum in se fuit, imperio privavit, cum autem vi & armata manu ei restitisset, magnoque exercitu Romam profectus fuisset, Papa vero imparem se viribus vidisset, osines Italiz urbes & ditiones, quotquot potuit, contra eum arma sumere commovit, & quam diu Cæsar vixit, clibanis eum affixit, nec ullo unquam modo cum illo reconciliationem admittere, aut ullatenus convenire voluit.

Hic Imp. Ludovicus ab insultibus eorum potenter & regio more scese vindicavit, licet magno suo cum damno, regnavit annis 30. tandem à principe fœmina quadam veneno lucis usura privatus est.

Eius autem successor Carolus quartus admodum muliebriter se dedit. Nam ab Innocentio Papacogile passus est, saltem ut conoretur ab ipso, jusjurandum præstandi, velle se è vestigio Italia exire, & Romam in omni vita sua nunquam petere aut accedere: præterea aliquot urbes Imperii ei possidendas dedit, & multos alios illicitos & illiberales pactus & conventiones cum ipso inivit.

Quamquam in hunc culpa sit confenda, quod totus adeo excors & abjecti animi ad imperium aspiraverit, excusatamen & culpæ expertes si non sunt, qui talia à Monarcha Romano & mundi domino efflagitate non veriti sunt: non enim ut episcopos Christianos decebat, sed astute, fraudulenter, infideliter, & tyrannice egerunt.

ipsos ortæ sunt, & res ad concilium provocata fuit. Nam ab eo tempore aliquando inter ipsos melius conveniebat: attamen se primum in Concilio Constantiensi, postea & Basilez obstinatissime & proteruiter invicem opposuerunt: quamlibet autem cleri reformationem instituere Imperator volebat, tamen occasio ei defuit, ideo ipsum ab incepto delittere oportuit.

Ingratiissimi in hunc quoque Papæ fuerunt, & imprimis Eugenius, quem in Concilio Basiliensi ad omnes suæ dignitates evexit, ab eo deinceps adeo despicietur, adeo contumelioso & procaciiter deridebatur, ut sex integrros menses Scenis eum remoraretur, antequam regio diademate insignierit. Hic ipse ille proditor fuit Eugenius, qui, ut sensit, Basiliensi Concilium contra se & suos adoranti, Delphum in Gallia eo adegit, ut in Alsatiam magnum exercitum duceret, regiones devalsteret, incolas miserum in modum perderet: & sic Germanos principes ulcisci volebat.

Si unquam quisquam Cæsarum ad Papas se accommodare, aut lenius eos trahere potuit, sane id potuit Cæsar Fridericus tertius: nihilominus tamen suis technis eum adorabantur, & præ ceteris Paulus Papa, cum ultimo Roma fuerat, ei furtim & proditorie insidias tendebat, eius tamen veteratoriam versutiam effugit, & profecto, si quæcumque pietas & studium pacis tutari potuissent, merito hic ab illorum insultu immunis fuisset, sed ne hilum quidem ei profuerunt.

Hic multa dicenda essent de profigatissimo & infidelissimo omnium Paparum, quos unquam terra traxit, Pio secundo. Nam hic ab ineunte ærate in Germania commoratus est, in aula Friderici Imperatoris longe tempore Secretarium egit, ita ut omnium Germanicarum rerum & conditionum gnarus esset, eius statum à teneris imberet, postea Cæsaris autoritate & promotione, vel etiam, quod adhibitus negotiis fuerat, Episcopus primum, postmodum Cardinalis, decimum & pontifex creatus est.

Quam primum igitur ad eam dignitatem elevatus, & pontificatum adeptus est, ab ipso tempore, vel è momento illo ad ultimum usque vitæ spiritum, eo omnes ingenii & corporis vires intendit, nec una quam cessavit, ut Germaniam intolerabilibus oneribus & infinitis molibus, aggrevaret: enimvero omnis fœneris & quæ sine sordidio mihi sub Papæ æra

funt, ille vi & impetu efferate inventus.
stulit. Et quia, quomodo se feuda spiri-
tualia apud nos habeant, compertum ha-
bebat, pensiculare & solerter censere ea
novit, novisque auctionibus & tributis
citra omne fas & æquum pressit: pallia,
annatas, & alias rapinas & expiationes
sive omni specie æquitatis, nec occulto
exercebat.

Hic ipse quosdam Germaniz principes excommunicatione damnavit, puta Sigismundum Austriz ducem, & Archiepiscopum Moguntinum: primus itidem fuit, qui refugium illud, quod ante ipsum semper in Concilia ponebatur & restabat, decreto quodam ademit, latz lege, qua statuit, ne unquam liceat à Papis ad Concilia appellare. Et hoc se modo Papa hic (vappa potius) erga ingenuos Germanos præstitit, qui ei ad honores & facultates eiusmodi autores solifuerūt.

Hæc paucis ex pluribus, paucis comprehensa sunt, de singulis enim fraudibus & perfidiis, quibus Papæ Cæsaribus Germanicis verè germanis imposuerunt, sermocinari, nimis longo opus haberet tempore, & in grandem librum excresceret, ne autem Cæsarea Majestas obruat & molestetur verbis prolixioribus, dicendum primo paucis est, & postea, ne opus sit longa repetitione retrosum instaurata, cogitandum, quid ayo eius Maximiliano acciderit.

Eum omnis generis fallaciis circumvite studebant, fidem nunquam servaverunt, nec juramentis nec promissis sterterunt, ita ut ex ore ipsius auditum sit, cum Leo Papa etiam, ut ceteri antea, fidem ipsi violavisset: Eia & hic nunc Papa etiam fœdigradus, & perjurus fatus est: nunc fere dicere possum, quod nullus Papa nunquam, quoad vixi, fidem & promissæ mihi servaverit, & spero, si Deo vi- sum fuerit, hunc ultimum fore, cujus eriam voti compotem Deus ipsum reddidit, nam brevi post Deus in cœlestem aulam ipsum transtulit.

Hæc zdepol in animo perpendenda Cæs. Majestati sunt, & serio quidem advertenda, quaratione, quo modo, quibusve mediis sibi à vafris insidiis & tendiculis caveat, & custodiat, nullam ipsi fidem habeat, nec quicquam blandimen- tis, pollicitationibus fraudulentis, & veteratoriis illectamentis confidat.

Nam quod Papa principaliter domi- num nostrum clementissimum, Carolum Imperatorem labefactare & deiicare la- boret, ex his conjectari in proclivi est, quod legatum alium ex alio ad eum mit-

veret tempore, & commodissime exeri queant.

Hic inspectione acuta opus est, & non est, quod Majestas Cæsar. se in spem erigat, fideliorē hunc, sequen, tē- sūc Papas futuros, aut promissa firmi- us, quam antehac olin Cæsarib. Majestati eius servaturos esse: & licet possibile vi- deatur, ab hoc tamen Papa talem candi- rem & fidelitatem profeturam esse, o- mni spe destituimur.

Nam modo jam, quid in animo habe- at, subindicavit, ubi videlicet in regia e- lectoratus dignitate nanciscenda, ei, quan- tum potuit, obstitit, & impedire con- tus est. Eius etiam documento esse potest obſidio Florentia, ubi Papa & Veneti eius adversarii fuerunt, ita ut copiæ obſi- dionem solvere cogerentur, sed Roma plecebatur, prout dignus erat Papa.

Quandoquidem autem talia, & quæ ſepe gladiatorio animo contra majesta- tem eius manifeſte ſuſceperebat, ſuccedere noluerunt: hac nunc, adhibitis in conſilium (ut dubium non est) Florentianis (quorum nomen Cæſari quoque ſuſ- ceptum fit) via iuſtitie, & ſub ſpecie ami- citiz, & prætextu familiaritatis, dolis e- um circumvenire arbitratur, & id pro- per hanc cauſam potiſſimum, quod vi- det omnia undique eō inclinate, & ſen- ſim progredi, ut Germani à Pontificiis infatiabilibus habendi libidinibus, & in- explebili avaricia ſe liberandi, ab illoq- jugo, quod iniquiſſime illis impositum fuerat, vendicandi, eant: ideoque Cæſ. Majestas locum relinquere admonitioni- bus & institutionibus deberet, nee unquam ſibi à Papis persuaderi blandiloquis ver- bis patiatur, ut eos, qui toti imperio & Christianitati consultum volunt, ſi ſalu- taria consilia & monita ſuggerunt, elimi- nari, relegari, & ſuppliciis affici finat.

Hoc equidem agnoscatur ab omnibus oportet, quod D. Martini Lutheri ſcri- pta una cum meis, in Cæſ. Majestatis e- ius, rotiusque Germaniz honorem,emo- lumentum, & commodum redundant & hoc in confesso eſt, quod multis Cæſari- bus, qui etiam ex animo Germaniam ſal- vam voluissent, & pristinæ libertati liben- ter reſtituissent, nihil aliud defuerit, quam quod neminem habuerint, qui eos has res ex ſcripturæ fundamētis, ut necessitas poſtulabat, edocuerit. Pauci enim no- runt, Papæ cor ubi reponitum jaceat: & quantumvis aliqui ſciant, aut ex parte tam cordatitamen & audaces non ſunt ut manifeſtare auſint: metuunt tyra- nūdem pontificis.

Siquidem igitur nunc aliqui ſunt, qui id

cate, verum adjuvandi strenue sunt. Ad hoc Cæs. Majestati adjumento sit Iesus Christus, redemptor, mediator hominum, benedictus in secula. Amen.

Ioannes Tezelius, Indulgentiarum Scrutarius, & Eruscator Pontificius.

De vestis hic in Milianam, & expositis suis mercibus, cum quodam in oppido concionaretur, quo magis sese hominibus commendaret, promisit, allaturum se ad meridianam concionem egregium quiddam de reliquiis, ac imprimis pulcherrimam pennam Archangeli Michaëlis, quam illi diabolus in duello Apocalypsi. 12. ex aliis evulserit esse monstratum. Aderant quidam nequaquam satui quibus trah illa subolebat. Quapropter, estante cum sacerdote Tezelio, cum is à tergo fasculum cum pannâ in periclinio positum haberet: illi eandem inde suffrantur, & pro ea carbones ingerunt.

Minime hoc Tezelius advertebat, ied arrepto vasculo, dolis nescius, ac probe potus in templum properabat, pecunia senes emuncturus. Ibi ergo unum ex alio mendacium consuens, & de ponna Michaëlis mira prædicans, magnam apud omnes inaudire rei expectationem, incredibileque desiderium concitatavit: ac jam decurso tempore, & prehendo vasculo, Hem, inquit, infelix ego, quid egî? cupiebam vobis, ô auditores, pennam Michaëlis eonspiciendam præbere at erravi, & pro illa carbones arripui, quibus D. Laurentius est crematus. Hoc est ingeniose mentiri? Imp. & Papa ut sup.

De eodem.

Missus autem hic à Papa in Germaniam, fidem mortalibus fecit, quod similiteras indulgentiarum numinis redimerent, securos esse de salute sua. Item quod animæ de purgatorio statim evolent, ubi contributionem in cistam conicerent. Deinde tatas esse has gratias ut nullum sit adeo magnum peccatum, et iam (ut ajunt) si per impossibile quis matrem Dei violasset, quin posset solvi. Item quod homo per istas indulgentias liber sit ab omni pena & culpa.

O Deus optime, sic erudiuntur animæ tuis curis, optime pater, commisi, ad mortem: & sit atque crescit durissima ratio tibi reddenda si per omnibus istis. Ad March. Brand. Archiepiscopum Moguntinum Luth. Tomo primo.

Idem Tezelius aliquando nollem cito, finuit de posteriori loco.

Contingit vero hoc tempore, quo per Lutherum fucus indulgentiarum, occasionem ipsi nimia hujus Tezelii impudentia præbente, patefactus est, & Papistos omnes, hereticum tollendum esse, clamitarunt, idem, quod olim etiam c. 16. in act. Apost. ubi quidam per pueram habentem Spiritum Pythonem, quæsumum magnum faciebant. Ad quem Paulus dixit: præcipio tibi in nomine Iesu Christi, exire ab ea, & exiit eadem hora. Videntes autem domini eius, quia exiit spiritus quæstus eorum, apprehendentes Paulum & Sylam, virginis carlos, conjecterunt illos in carcere. Sic enim optimo Lutherò quoque à Papistis contigit, de quibus etiam alibi.

De Reformatione Ecclesie.

1517.

Certum est, à tempore donati mundo Lutheri, Pontifices, Cardinales, & Episcopos, artibus suis incipientibus tamquam quido patere omnibus, ipsosmet sibi, intra tamen parietes, sub rosa, confessos aperiret fuisse: Ecclesiam Dei multiplicibus abusibus valde contaminatam & deturpatam esse: tantumque lucri & nefariorum quæstus gratia, ac ex dominante libidine excogitata, inventa; & pessimis illi consilii obtrusa fuisse pleraque sua sacra: utpote vigiliæ, exequias, oblationes, peregrinationes, sacrificia, indulgentias, taxæ, sanctorum reliquias, missas pro vivis & mortuis, Iubilæos, miracula, ambarualia, intinera crucis, ferias, festa, ordines, regulas, initiationes, consecrationes, vota, dedications templorum, Iustrationes, campanarum baptisimata, simulachrorum & idolorum cultus, sancta sanctorum, cereas, candelas perennes, chrismata, penitentias, præbendarum collationes, eleemosynas, sacella, pallia, pileos Cardinalium, annatas, cruciatas, vacantias, reservata, ciborum discrimina & dierum, & matrimoniorum prohibita, lupanaria, cortefianas, dispensationes, purgatoria, & opera supererogationum, ac celorum pollicitiones: & alia fere infinita.

Ideoque graviter & serio hanc causam, utpote suam ipsorum salutem maximè concernentem, consultabant Iepius: num vel omnino effica illa abrogare, excindere, fatari publicè, & revocare velint: aut vetò aliis, quibus possent, modis velut pingere & suffulcire. Verum, cum pragagarent non infeliciter, confessionis candore futuru, ut quas muti di gazas subdolo praetextu in se derivassent

dicare erubescunt) alteram illam viam elegerunt, & factis suis stibium obducendo, caque quibuscumque artibus & tenebris obnubilando, & conductis sycophantibus hominibus sublinendo & obverberando, afferere, consultius statuerunt. Quinam verè sint illi mercenarii suorum nugarum defensores, ipsi metu prime noverunt.

1517. Appellatio Universitatis Parisensis à Decretis

Pape.

Universis praesentes literas inspecturis Rector & Universitas magistrorum, doctorum & scholarum Parisiis studentium, Salutem in Domino.

Notum facimus, quod nos apud S. Bernardum Parisiis, super infra scriptis & aliis nostris negotiis agendis, per iuramentum congregati & convocati, modo & forma contentis in quodam codice papyreo, cuius tenor inferius describitur & inseritur, provocavimus & appellavimus, provocamusque & appellamus, cuiusquidem codicis papyrei tenor sequitur, & est talis.

Præmissis expresse protestationib. quod contra unâ sanctâ Catholicam & Apostolicam Ecclesiam, quam totius orbis esse magistram, & obtinere principatum credimus, ianæque sedis Apostolicæ autoritatem, ac sanctissimi domini nostri Papæ bene consulti potestatem nihil dicere intendimus: si quid ex lubrico lingue forsan male dictum sit, parati emendare.

pag. 97 Sed quoniam is, qui vices Dei gerit in terris, quem Papam dicimus, quamvis à Deo potestatem immediate habeat, per hanc potestatem non impeccabilis efficitur, nec potestatem peccandi accipit: ita ut, si quid, quod injustum est, faciendum esse præceperit, patienter sustinere debeat, si non hat, quod ei prava fuerit insinuatione suggestum: ique pardum non sit, si quid contra divina præcepta statuendum est, decreverit: imo ei resisti jure potest.

Quod si illi potentum auxilio, forsan suggestione, vel minus sano consilio deceptorum, adjuto resisti non potest, similique sunt restituendi remedia: unum tamen jure naturali proditum est, quod nullus Princeps tollere potest, appellatio remedium, cum sit quædam defensio, quæ jure divino, naturali, & humano cuique competit, quæ non potest afferri à Principe, ut in Cle, pastoralis. defens. & re judic. & no. Splendor illi can-

medium, quo oppresi relevantur, con fugientes nos. Re&t; o & universitas studii Parisiensis, illustrissimi ac Christianissimi Principis nostri Francorum Regis filia primogenita, antiqua studiorum pa-rens, vice ac nomine nostris, singulorumque doctorum, magistrorum, & scholarium Parisiensium, student, ani moque & intentione pravocandi & ap-pellandi, à personis & gravaminibus infra scriptis, dicimus & proponimus, nosque loco & tempore opportunis & congruis probaturos, offerimus, quæ se-quantur.

In primis, quod cum priscis illis temporibus hæreses multæ pullularent, plurimique errores insurgerent, & Christi fidelium dissidia orientur, Ecclesiastique status deformatio conspicietur, fuerunt sacra generalia concilia provide statuta, in quibus hæreses extirparentur, mores reformatentur, Christicolarum dissidentium ad invicem reconciliaciones fierent, prout facrorum generalium conciliorū incumbit officio.

Et præcipue ante omnia, per sacra Constantiense & Basil: concilia, quæ successive ac legitime in Spíitu sancto congregata, universam Ecclesiam representantia, quam plurima circa præmissa statuerunt, maxime circa status Ecclesiastici tam in capite quam in membris reformationem, quæ illis diebus præcipue indigere reformatione videbantur, cum deformitates in Ecclesia Dei excrascere, & mores corruptos eandem Ecclesiam inficerre consiperent, repressis deformitatibus scelerumque regnantium enormitatibus perniciofis, quæ per Christianitatem (spretis antiquorum Patrum decretis & institutis salutaribus) multas clades, multaque discrimina iniuste visdebantur, divinus honor restoreret in terris, lumen catholicæ Veritatis, Christo vera luce auxiliante, effulgeret, & Ecclesiasticæ libertatis conversatio substeret, populusq; Christianus salubriter regeretur, & ad salutem perduceretur æternam.

Et inter cetera perpendit ipsum sa-creum Basiliense concilium, qualiter per sanctos Patres antiquos sacri canones, salubriaque decreta pro felici regimino jam dicti status Ecclesiasticitam super electionibus, modisq; ministros Ecclesie assumendi & in officiis conditi fuerint.

sticæ vigor, religio, pietas, charitas v-
bertim floruerunt, hominesque in qua-
etudine animi constituti, DEV M autho-
rem pacis deuotissimè coluerunt.

Sed postquam damnata ambitionis
improbitas, & detestanda cupiditatis
insatiabilitas, humanitatis iura violando
ipsa sanctorum Patrum decreta paulatim
cœpit deserere atque contemnere, & in
vitia ruere, subiectæ sunt deformationes
& status Ecclesiastici, atque decolorationes
& usurpationes, præsertim per prælatu-
rum dignitatumque & aliorum bene-
ficiorum reseruationes, & gratiarum ad
vacatura beneficia, expectativarum à iu-
re exorbitantium multiplicaciones & in-
numerabiles concessiones, & alia gravis-
sima & importabilia onera, quibus Ec-
clesia, Ecclesiasticaq; personæ graviter
afflictæ, ferè ad extremitatem euacuationem
& destructionem illis diebus ruere con-
spiciebantur.

Cum beneficiorum Ecclesiasticorum
patrimonia & bona indigni occupabant,
& sèpè dignitates ac beneficia notabilia
& opulentiora, personis conferebantur
incognitis & indignis, quæ in eisdem be-
neficiis minimè residebant: & animarum cura,
quæ est ars artium, neglegta, velut
mercenarii solum temporale lucrum
querrebant, siveque cultus minuebatur,
diuinus, animarum cura negligebatur,
Ecclesiastica iura peribant, ruebant se-
dificia, quæ magnificientia extruxerat præ-
decessorum.

At Clerici literarum scientiis & virtu-
tibus effulgentes, qui ad Christianæ ple-
bis ædificationem salutarem vacare po-
sent, quorum perlucida & salutaria do-
cumenta prædictam illustrarent Ecclesi-
am, decorarent virtutibus, & moribus
informarent, per quos, quasi per lumi-
nosas ardentesque lucernas, super can-
delabrum in domo Domini positas (er-
rorum tenebris profugatis) totius cor-
pus Ecclesie tanquam sydus irradiaret
matutinum, eorumque secunda sacra-
dia, colesti irriguis gratia influence,
Scripturarum enigmata resecarent, ob-
scura dilucidarent, dubiaque declararent,
profundisque ac decoris illorum sermo-
nibus, ampla ipsius Ecclesie fabrica ve-
lut gemmæ vernantibus utilaret, & ver-
borum elegancia singulare gloriosus
sublimata coruscaret: qui etiam regno-
rum & rerum publicarum conflixi fo-
rent opportuni, propter spem congrue
promotionis eis ablataam, divinarum &
humanarum scientiarum studia desere-
bant. Insuper reservationum & expecta-
tivarum occasione, sive capi-

litatis benenciorum execrabilis roveba-
tur, pauperes clerci variis & innumeris
personarum & rerum discretim in bus su-
biiciebatur, & per callidos & calumniosos
opprimebantur: beneficia quoque Ec-
clesistica per litium involutiones & mul-
tiplications sèpius injuste occupaban-
tur, & sine divinis officiis sèpius remane-
bant; materia iniustis vexationibus
parabatur, abusus pecciferi, horrenda &
detestanda specie labis simoniaca
respersi committebantur: juvenibus
bonæ indolis, qui studiosis & virtuo-
sis actibus intendere deberent, evagandi
materiæ præbebarunt: & breviter, status
Ecclesiæ confundebatur plurimaque ad-
versus divina & humana iuræ in anima-
rum perniciem, ac Ecclesiæ & regnum
atque provinciarum, præcipue regnum
Francie & Delphinatus, Vienensis
Oppressionem & destructionem, perpe-
trabantur: quorum quarumque thesauri
in extraneas regiones aportabantur, ut
eo exhaustio, sacerdotioque depresso, re-
gna ipsa & subditi debiliores in adversis
redderentur: beneficiaque jam non gra-
tis, juxta Evangelicam doctrinam, Chri-
stiique præceptum, dicentis, Gratis ac-
cepisti, gratis date: sed contra Concili-
um Lateranense, &c; unicum. Ecclesi-
astica beneficia cum summa autoritate &
avaritia, aurique & argenti exactione
conferebantur.

His igitur tam detestabilibus incom-
modis divinitus procul dubio displicen-
tibus volunati, saluberrime providere
cupiens concilium Basiliense memora-
tum, contra hæc saluberrima constituit
& edidit statuta & deereta, volens & ordi-
nans, ut tales Ecclesiæ præficarentur pa-
stores, qui tanquam columnæ & bases i-
psam Ecclesiam doctrina & meritis firmi-
ter sustinentarent, non quidem per reser-
vationes generales Ecclesiarum hujus-
modi, reprobando (certis duntaxat ex-
ceptis) certam salutarem formam, anti-
quis formis, à jure introductis, adiici-
endo.

Et insuper, ut per singulas Ecclesiæ
ministri instituerentur idonei, qui sci-
entiis & virtutibus effulgerent, ad Chri-
sti gloriam, & populi Christiani saluta-
rem ædificationem, reprobando multitu-
dinem gratiarum expectativarum, quæ
digniorum ministrorum institutioni &
promotioni obviabat, ac reservationes
quascunque beneficiorum, sive per Pa-
pam, sive per legatos reprobant, ac nul-
las & invalidas declarant.

Voluit insuper & statuit, ut per præla-

catis prædictis, qui per universitates generalium studiorum eisdem prælatis & patronis nominarentur, canonice providetur, certis modificationibus & decreto irritant. adicetis.

Præterea, ut fraterna charitas in clero & populo, & ne quis proximum suum in debitibus vexationibus opprimereat: sed justitia ordine debito cuilibet ministraretur, ad obviandum infinitis abusibus & variis incommodis, quæ inoluerant: statuit, ut pro salute & quiete subditorum, justitia in partibus cum honestate & facilitate ministraretur, ne studium & alii subditi extra regna & provincias suas ad curiam Romanam traherentur & citarentur, ne etiam per hoc hujusmodi regnum & provinciarum facultates exhauiarentur.

Damnavit insuper hujusmodi sacrum concilium abusum illum jam damnatum, de auctoritatibus solvendis, salutifera prohibens illarum exactionem & solutionem: multaque alias sancta & salubria statuta idem concilium, ad divini cultus augmentum, ac salutem & quietem subditorum, quæ omnibus innotescunt.

Quæ quidem statuta serenissimus ille Princeps, divini nominis & Ecclesiastici honoris exaltator, devotissimus, & conservator excellens, Carolus septimus Francorum Rex, in suo celebri concilio Ecclesiaz Gallicanæ Bituris celebrato, recenseri fecit: & ea, quasi sint salutifera, & suo regno ac Delphinatu utilissima, saluti subditorum consulens, inconcusse servari præcepit, & per regnum & Delphinatum promulgari fecit, prout conservata & observata fuerunt.

At ex eorum observantia cultus perseveravit divinus, salus advenit subdorum, omniaque in eisdem regno & Delphinatu prospere successerunt,

Sed Romani proptiis cupiditatibus & commoditatibus inhantes, attenden-tes, his mediis aurum & argentum, sicut antea, ex diuis regno & Delphinatu ad se pro suo voto non deferri, hujusmodi statutis invidentes, ea per Romanos Pontifices abrogari, facere studuerunt. Quod auxiliante Domino, hactenus prohibitum extitit, donec advenit dominus Leo Papa decimus, qui Romanis plus debito favens, in quodam cœsu in Roma- na civitate, quæ contra nos est, nescimus qualiter, non tamen in spiritu Domini congregato, cum quo nibil contra legem divinam & sacra concilia statui, decerni, aut ordinari potest, s' opera enim, quæ acc. faciuntur, non possunt, &

cam, & authoritatem factorum generaliū conciliorum veniendo, sacram Ba-siliense concilium damnavit: in quo in- ter cetera judicatum est, gloriosam vir-ginem Mariam sine peccato originali fuisse conceptam, nec de illo Ecclesia ha-bet aliam decisionem: quædam etiam a-lia statuta pro libitu voluntatis (cum ve-nia dictum sit) condendo, in perniciem regni & Delphinatus prædictorum, & subditorum illustrissimi Principis nostri Franciz Regis detrimentum.

Per hoc enim canonicas electiones, quibus sanctæ & salubriter Ecclesiis Metropolitanis, cathedralibus, monasteriis & aliis collegiatis Ecclesiis eorundem regni & Delphinatus providebatur, de-struxit, hujusmodi Ecclesiarum provi-siones cum vacaverint, collationem sibi reservando, collationesque & impetrati-ones beneficiorum, non expreso vero valore, irritas esse, declaravit: subdito-rumque regni in prima instantia per Car-dinales & Curiales sedis Apostolica pa-sim vecari, & nominationes Universita-tum in parte reprobavit & damnavit: ita ut amodo, si talia statuta tolerarentur, non his, quibus virtutum merita & literarum scientia, sed quibus pecuniarum acervus & potentum favores suffragabun-tur, ad ipsarum Ecclesiarum nondici-mus regimen, sed (pro dolor) pernici-ē & rānam afflantur, cum hujusmo-di personarum mores & vitia non per-scrutabuntur, & indigni sepius ad regi-men assumentur animarum, & propterea statuens, ut is, ad quem pertinet electionis confirmatio, processum electionis, & electi personam diligenter examinet, antequam eidem, electo munus confirma-tionis impendat, penam contrā facienti imponens.

Per hæc etiam & alia, quæ idem domi-nus Leo statuendo decrevit, viris studio-sis & literarum scientia pollicitibus spem promotionis ademit & aptissimum mo-dum, facultatem & substantiam totius regni & Delphinatus exhauiendi inve-nit, quo etiam hujusmodi regni & Del-phinarus subditi improbis machinatio-nibus ad curiam Romanam evocentur, & indebitis vexationibus fatigentur.

Hujusmodique sic noviter edictis sta-tutis, jam dictus dominus Leo Papa serenissimum Principem nostrum Franci-scum Regem, modernum in partibus Ital-icis agentem in maximo strepitu armorum, consensem præbere querun-dam suasu coëgit. Et ne promissionis

Vndeclimo, propter aliud genus quod
pi, quod pœnitentiarum Papæ vocant,
propter absolutions casuum Papæ re-
servatorum, infractions vel commuta-
tiones votorum, translationes monacho-
rum, non solum de uno monasterio ad
aliud, sed etiam de uno ordine in alium,
potestate, ingrediendi quævis monaste-
ria, altaria deferendi, & alia innumera-
mens pœnitentiarii Papæ deputata.

Duodecimo, propter confessionem
vel confirmationem condonationem,
quas vocant indulgentias Papæ, quæ mi-
rum in modum non solum in magnis
templis, sed etiam in privatorum quo-
rundam ædificiis multiplicata sunt, adeo,
ut jam vulgus hoc genus ~~THESSALICANIS~~
irrideat: tamen ab institutoribus & lucrum
inde quætentibus, quandoque centum vel
quinquaginta aureis Romæ redimuntur.

Decimo tertio, in creandis protono-
tariis, & aliis notariis (quos Apostoli-
cos vocant) & Episcopis, quos Rota &
aulici Papæ nullatenentes vocant, vul-
gus Gallorum portatios, quidam ludi-
brii causa potatios vocant.

Decimoquarto, propter bullas & com-
missiones novarum fundationum, vel
immutationes antiquarum, vel reduc-
tionis regularum monasteriorum in secu-
larem statum, vel restitutionum in inte-
grum, & infinitorum rescriptorum ad li-
tes, etiam in his, quæ jure communi per
ordinarios expediri deberent: ex quibus
etiam, non computato primo annata-
sum attculo, tempore Ludovici unde-
cimi inventum est, ultra ducenta millia
aureorum singulis annis regno efferi.

Quare idem Rex omnino vetuit Ro-
manam quicquam deferriri, vel ullam bullam
inde auehi, ut supra co. gl. 15. num. 181.
Certum est autem, hodie quantitatem il-
lam ad minus duplicatam esse, tam pro-
pter augmentationem populi, plus me-
dia parte ab illo tempore audi, quam
propter augmentationem taxarum curiæ
Romanae.

Pitquam autem locum pragmaticæ
subintravit concordatum, & sic locus a-
pertus est annatis, cœpit ultra quantita-
tem precedentem (quæ circiter quater
centum millia aureorum ascendit) alia
similis quantitas annatarum nomine ex-
trahi.

Præterea cœperunt multi curiæ Roma-
næ aulici Archiepiscopatus, Episcopatu-
s, Abbatias, & pinguiora beneficia re-
gni possidere, quorum redditus singulis
annis regno evahuntur: ita quod singulis

annis Regi detinuntur curia, rege-
ciatio mercaturæ, ad usum hominum u-
tilis, nobis cum illis intercedit. Aliz
quidem nationes bonas & utiles pro pes-
conia inferunt, justa & æquali commuta-
tione: Romana vero curia plumbum
duntaxat, nisi quod (vt dentes Cadini)
etiam ingentia seminaria & anfractus li-
tium, pro ingentibus acetvis auræ inge-
tit.

Nunc veniamus ad Germanica grava-
mina, & primum ea adscribemus, quæ
circa annum Domini 1274. acciderunt.

Circa 1274. Domini annum Gregori-
us decimus facicularum concilium Pa-
schalibus Lugduni habet: vndeunque
Pontifices certos accivit ex Alemannia,
Gallia, Anglia quaternos, Hispania du-
os: ex Sicilia, regno Ecclesiz, Vngaria,
Bacia, Bohemia, Polonia, Suioribus,
Nordovicis & Scotis singulos. Vocataq;
concione, ex libris sacri historiæ, quos
Machabæorum nominant, præfatus, cu-
ram studiumque belli, utriusq; Republi-
cæ administrationem ad Episcopos &
Antistites attinere, multis verbis perflua-
det collegis: ad Palestinam expeditio-
nem, & Græcos subigendos Romano se-
cerdoti arma induenda, censet. Deinde
leges, quibus virtus sacerdotum, mona-
chorumque Antistitum castigantur &
corriganter, rogat. Zopfnonnas, genus
fœminarum sacratarum abolet. Tum o-
mnium rerum Ecclesiasticarum decimas
in sex annos Monachis, mystis majori-
bus, minoribusque Pontificibus impo-
nit: partem octavo Calendas Iulii, alte-
ram portionem octavo Cal. Ian. nume-
rare juber. pa. 102.

Postremo hæc decreta leicit, promul-
gat, piacularii atque sacro auriculario
prefecti dent operam, orent, instent,
suadere non desistant, ut rei sanctissimo
proposito Pont. Max. ære, pecunia, opib;
faveant. Quisque Christianus, puer,
vir, infans, puella, fœmina, sacerdos,
prophanus, capite census sit, quotannis
nummum tribuat. Devotus esto, quisquis
iis pensionibus aduersus iherit.

Pleraque alia tum, ut alias, magis ar-
gitorum hominum more, quam ex æ-
quo & bono, commenta sunt Romulei
vultures, quibus defraudari atque com-
pilari populus solet, & quæ neutiquam
Deo immortali cordi fuisse exitus pro-
bavit, eventus docuit: plerique ad con-
cilium coacti ire, eo luxu habitum est,
impediis non sufficere aurum, argentum
separata rufa pœnæ ostendit. Et sic, excep-

corrumptui? Cesset igitur deinceps altibus imminere prophanus ardor avaritiz, & à sacris adytis repellatur peculia-
re flagitium.

Quarto, infinitas quodannis exigit pecunias etiam de simplicibus, ratione præventionum à ducentis circiter annis, contra disciplinam Ecclesiasticam & antiquos canones usurpatarum. Hac enim via néquissima provocantur homines ambitionis, ut Romanam mittant: quin quandoque vel pauperes versuram facientes huic se alez committant: quin etiam (ut aliquando vidi) viles, imò famuli ad furta etiam domestica alliciuntur, cum trapezitis Papæ, spe venandi beneficia, negocientur: adeò ut nonnunquam ad idem beneficium tres, quatuor, vel sex (ut vidi) per simoniacæ hæresis trapezitas (ita vocat eos text. in c. 1. 23. dist.) Romanam mittant, ut etiam pro eodem beneficio quandoque plures bullæ premium numerantes. Nihil enim ad eos de exitu, lucro, vel damno emitoris seu collatarii modo premium habeant.

Et hac via non solum affigitur regnum in pecuniarum ingenti evacuatione, sed & in motum depravatione, disciplinæque Ecclesiasticæ corruptione. Hac enim arte Romana non solum irritantur, qui suæ natura sunt ambitionis, sed etiam & majores provocantur, ut postergata vera disciplina, ambitioni & avaritiz studeant: cumque multi candem aleam subierint, & unus tantum ex currentibus Bpæs Ægyptiorum obtainere possit, sese litibus infinitis, nec non odiis & vexationibus invicem atterunt & conficiunt: hic scilicet interim officii Ecclesiastici cura subjet.

Quinto, propter resignationes in favorem: quæ licet quandoque de idoneis sincere fieri possent, ut sunt exempla veterum c. petiisti. g. q. c. l. g. q. 2. & hoc etiam admittit Ægidius Bellemere: tamen Papa maioris cujusdam religionis prætextu, in universum prohibuit, sed ut si bisi soli hoc genus negotiationis exercere liceret, ut eventus docuit.

Sexto, ratione commendarum.

Septimo, ratione vacantium incuria quovis modo. Est enim iecens inventum novorum Pontificum: & utcunque Clemens tertius in c. xi. de præbend. in 6. jas. stat, antiquam consuetudinem talem esse, tamen illa prætensa consuetudo etiam post ejus obitum non erat ab omnibus cognita. Procuratores vero, ut seculum

in manu sui decoloris: quo non omninet, si quid tunc fuisset de illa prætensa consuetudine, quæ tamen sensim cum reliquis abusionibus cancri more serpuit: & quia non mox compressa fuit, pro lege venerari cœpit, inquit Rex in c. mala consuetudo. 9. distincta.

Octavo, propter infinitas dispensationes, puta ætatis, ordinis, beneficiorum incompatibilium, & varias species incompatibilium, puta numeri ordinis, certi monasterii, & teuti, cum dispensationis variarum specierum irregularitatis, sive corporalis vitii vel delicti, vel ceremoniæ omissionis aut præpolteratæ, tum dispensationum in gradu prohibito matrimonii, vel affinitatis canonice, inventa etiam arte, qua gradus distenderentur. Hinc enim acervi pecuniarum Romanam fluunt, ubi non erubescunt publicas gravesque taxas prostare, velut leges certo præscripto precio refigendas.

Vidi, qui ultra mille aureos numera-
verunt pro dispensatione commentitia
cujusdam, quam spiritualem cognitionem
vocant. Et nuper simplex prioratus à Rupe Guidonis, in diecepsi Carnotensis, non conventionalis, nec electivus, ob cutaw animarum & minorem ætatem
impetrantis, constitutis Romæ non gentis
aureis: & tamen imperatis arresto Parisiensis senatus & premium & mercedem ammisit, ob levem quædam omissionem,
vel subreptionem dispensationis: & ju-
ste quidem amisit. Sed indignum & pu-
dendum est, Romanos institores & tra-
pezitas sic Ecclesiaz Gallicanæ illudere,
& tam ingentem & auream messeni pro illius vexatione & diffimatione percipere.

Nonò, ab infinitis privilegiis, exemptionibus, gratiis, quas vocant, non visitandi, vel procuratorem visitandi, confirmationibus privilegiorum, homologationibus concordatorum, transactio-
num sub beneplacito Papæ factarum, permutatione beneficiorum cum dispensatione, vel pensionis creatione, aut alia negotiations iure communis vetita.

Decimo, de mandatis. Singuli enim Papæ infinita prope concedunt mandata, cum quilibet ordinarius uno, si decem, vel si quinquaginta ad suam collationem vel præsentationem habet, duobus mandatis, ab unoquoque Papa gravi posse, & pro singulis mandatis circiter viginti ducati exiguntur. Hinc i-

Vndeclimo, propter aliud genus quod
pi, quod pœnitentiarum Papæ vocant,
propter absolutions casuum Papæ re-
servatorum, infractions vel commuta-
tiones votorum, translationes monacho-
rum, non solum de uno monasterio ad
aliud, sed etiam de uno ordine in alium,
potestate, ingrediendi quævis monaste-
ria, altaria deferendi, & alia innumera-
mens pœnitentiarii Papæ deputata.

Duodecimo, propter confessionem
vel confirmationem condonationem,
quas vocant indulgentias Papæ, quæ mi-
rum in modum non solum in magnis
templis, sed etiam in privatorum quo-
rundam ædificiis multiplicata sunt, adeo,
ut jam vulgus hoc genus ~~THESSALICANIS~~
irrideat: tamen ab institutoribus & lucrum
inde quætentibus, quandoque centum vel
quinquaginta aureis Romæ redimuntur.

Decimo tertio, in creandis protono-
tariis, & aliis notariis (quos Apostoli-
cos vocant) & Episcopis, quos Rota &
aulici Papæ nullatenentes vocant, vul-
gus Gallorum portatios, quidam ludi-
brii causa potatios vocant.

Decimoquarto, propter bullas & com-
missiones novarum fundationum, vel
immutationes antiquarum, vel reduc-
tionis regularum monasteriorum in secu-
larem statum, vel restitutionum in inte-
grum, & infinitorum rescriptorum ad li-
tes, etiam in his, quæ jure communi per
ordinarios expediri deberent: ex quibus
etiam, non computato primo annata-
sum attculo, tempore Ludovici unde-
cimi inventum est, ultra ducenta millia
aureorum singulis annis regno efferi.

Quare idem Rex omnino vetuit Ro-
manam quicquam deferriri, vel ullam bullam
inde auehi, ut supra co. gl. 15. num. 181.
Certum est autem, hodie quantitatem il-
lam ad minus duplicatam esse, tam pro-
pter augmentationem populi, plus me-
dia parte ab illo tempore audi, quam
propter augmentationem taxarum curiæ
Romanae.

Pitquam autem locum pragmaticæ
subintravit concordatum, & sic locus a-
pertus est annatis, cœpit ultra quantita-
tem precedentem (quæ circiter quater
centum millia aureorum ascendit) alia
similis quantitas annatarum nomine ex-
trahi.

Præterea cœperunt multi curiæ Roma-
næ aulici Archiepiscopatus, Episcopatu-
s, Abbatias, & pinguiora beneficia re-
gni possidere, quorum redditus singulis
annis regno evehuntur: ita quod singulis

annis Regi decimam tantum rege-
ciatio mercaturæ, ad usum hominum u-
tilis, nobis cum illis intercedit. Aliæ
quidem nationes bonas & utiles pro pe-
conia inferunt, justa & æquali commuta-
tione: Romana vero curia plumbum
duntaxat, nisi quod (vt dentes Cadimi)
etiam ingentia seminaria & anfractus li-
tium, pro ingentibus acetvis auræ inge-
tit.

Nunc veniamus ad Germanica grava-
mina, & primum ea adscribemus, quæ
circa annum Domini 1274. acciderunt.

Circa 1274. Domini annum Gregori-
us decimus facicularum concilium Pa-
schalibus Lugduni habet: vndeunque
Pontifices certos accivit ex Alemannia,
Gallia, Anglia quaternos, Hispania du-
os: ex Sicilia, regno Ecclesiz, Vngaria,
Bacia, Bohemia, Polonia, Suioribus,
Nordovicis & Scotis singulos. Vocataq;
concione, ex libris sacri historiæ, quos
Machabæorum nominant, præfatus, cu-
ram studiumque belli, utriusq; Republi-
cæ administrationem ad Episcopos &
Antistites attinere, multis verbis perflua-
det collegis: ad Palestinam expeditio-
nem, & Græcos subigendos Romano se-
cerdoti arma induenda, censet. Deinde
leges, quibus virtus sacerdotum, mona-
chorumque Antistitum castigantur &
corrigitur, rogat. Zopfnonnas, genus
fœminarum sacratarum abolet. Tum o-
mnium rerum Ecclesiasticarum decimas
in sex annos Monachis, mystis majori-
bus, minoribusque Pontificibus impo-
nit: partem octavo Calendas Iulii, alte-
ram portionem octavo Cal. Ian. nume-
rare juber. pa. 102.

Postremo hæc decreta leicit, promul-
gat, piacularii atque sacro auriculario
prefecti dent operam, orent, instent,
suadere non desistant, ut rei sanctissimo
proposito Pont. Max. ære, pecunia, opib;
faveant. Quisque Christianus, puer,
vir, infans, puella, fœmina, sacerdos,
prophanus, capite census sit, quotannis
nummum tribuat. Devotus esto, quisquis
iis pensionibus aduersus iherit.

Pleraque alia tum, ut alias, magis ar-
gitorum hominum more, quam ex æ-
quo & bono, commenta sunt Romulei
vultures, quibus defraudari atque com-
pilari populus solet, & quæ neutiquam
Deo immortali cordi fuisse exitus pro-
bavit, eventus docuit: plerique ad con-
cilium coacti ire, eo luxu habitum est,
impediis non sufficere aurum, argentum
separata rufa pœnæ ostendit. Et sic, excep-

amicus erat, natus fuerat. mationes redemere milibus unciarum argenti puri sexcentis atque quadraginta. Furstenfeldenses duo pondo argenti Teutonica penitentia: sunt unciae duæ & triginta. A ceteris omnibus decimæ superbe atque avaræ exactæ: & licet decimus eodem anno animam efflasset, nihil feciustamen Romani flamines decimas per sex annos, extorta per vim pecunia. à Germanis emunxerunt. Rumore diffipabant, se suo periculo atque stipendio Palæstinam, Ægyptum, Asiam, Aphricam crepturos Turcis, Saracenis, Tataris.

Quamobrem & Rudolphus, illa lege atque omniæ, primario sacerdoti Bononiæ, præfecturas, ducatus, urbes, regiones Italizæ, haec tenus Imperatoribus parentes, (Romaniolam Martinus vocat) quæ quotannis millia drachmarum auri septingentes penitarent, concessit: quemadmodum & Imperator Maximilianus anno abhinc decimo Principibus aperuit, edito que dato ex Oenobriga 12. Calend. Augusti, anno Christi 1511. consueitus est: dum eodem anno ad Calendas Septembres Pisam, adversus Iulium secundum Pontificem Maximum, Senatum Christianum, novem Rom. flamines, idem Maximilianus atque Ludovicus Franciæ occidentalis Rex convocarent, pro reformatione morum sicut eorum verbis utar) universalis Ecclesiæ, in capite & membris primum collapsorum, ac emanatione criminum gravissimorum interiorum, continuorum, ac incorrigibilium, universalem Ecclesiam enervantum. Imperatore Maximiliano 1. Pap. Leone 10.

Indultum Duci Wirtembergico Ulrico.

Beatissime Pater, ut animarum saluti devotorum oratorum vestrorum Illusterrimi Vldarici Duci Wirtembergensis & Teck, ac Comitis montis Peligardi, Constantiensis diecesis, ac duodecim aliarum personarum pereum semel duntaxat nominandatum, conjugorumq; uxorum ac utriusque sexus liberorum, Talibrijs consulatur, supplicant humiliter sanctitati vestre. Oratores prefati, quatenus eis & eorum cuilibet specialem gratiam faciatis, ut Confessor idoneus secularis, vel cuiusvis ordinis regularis presbyter, quem quilibet eorum duxerit eligendum, ipsos & eorum quemlibet à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, à iure

mentalibus reatibus manuum violentarum in quasvis personas Ecclesiasticas, non tamen Prælatos, de præterito injunctionibus, jejuniorum, horarumque canonicarum, ac divinorum officiorum, & penitentiarum injunctionum in toto vel in parte omissionibus: nec non ab omnibus & singulis eorum peccatis, criminibus, excessibus, & delictis quantumcumque gravibus & enormibus, de quibus corde contriti, & ore confessi fuerint, etiam simili fôrent, propter quæ sedes Apostolica merito fôret consulenda: de reservatis, exceptis, contentis in Bulla Cœnæ Domini, semel in vita & mortis articulo, de aliis vero, eidem sedi non reservatis casibus totiens, quotiens opus fuerit, absolvere, & pro commissis penitentiam salutarem injungere: vota vero quæcumque ultramarinarum visitationum, limsum Apostolorum Petri & Pauli de urbe, ac Iacobi in Compostella, religionis & castitatis votis duntaxat exceptis, in alia pietatis opera commutare: & iuramenta quæcumque, sine juris alieni præjudicio relaxare: nec non semel in vita inde mortis articulo plenariam omnium peccatorum suorum remissionem & absolutoria autoritate apostolica impendere valeat.

Quodque liceat Duci ac nominandis Nobilibus, aut Graduatis, vel presbyteris, & eorum cuilibet habere Altare portiale cum debitis reverentia & honore, super quo in locis ad hoc congruentibus & honestis, etiam non sacris, & Ecclesiastico interdicto ordinaria auctoritate suppositis, dummodo causam non dedeint hujusmodi interdicto, etiam antequam elucescat dies, circa tamen diurnam lucem, in sua & familiarium suorum domesticorum præsentia, Missas & alia divina officia scipios, qui presbyteri fuerint, celebrare, seu per alios sacerdotes celebrari facere, ac tempore interdicti hujusmodi divinis interesse, ac Eucharistam & alia Ecclesiastica sacramenta, sine aliquo præjudicio, præterquam in Pascha Dominicæ Resurrectionis, recipere.

Et ut decadentium eorundem corpora Ecclesiasticae tradi possint sepulturæ, sine funerali pompa.

Et insuper, ut unam vel duas Ecclesiæ, aut duo vel tria Altaria in partibus illis, ubi eos residere contigerit, quadragesimalibus, & aliis temporibus & diebus stationum urbis Romæ, quas vel quæ quilibet eorum duxerit eligenda, visitando, & similiter Indulgentias

nes hujusmodi visitari solent, personaliter visitarent.

Præterea, ut quadragesimalibus & aliis temporibus prohibitis, de utriusque medici consilio, Ovis, Butyro, Caseo, & aliis Lacticiniis ac Carnibus uti, frui, & vesci libere, & absque conscientia scrupulo: ceterum, ut singulæ oratrices præfati, una cum aliis quatuor honestis mulieribus, per ipsarum quamlibet eligendis, quater in anno quæcunque monasteria Monialium, cujusvis, etiam sanctæ Claret ordinis, de licentia inibi præsidentium ingredi, & cum iisdem monilibus conversari, dummodo ibidem non pernoctent, possint & valeant: concedere, & indulgere dignemini de gratia speciali, Non obstante constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, & Cancellariæ apostolicæ regulis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Et de reservatis, exceptis, præmissis, semel in vita & in mortis articulo ut suprà.

Et de non reservatis sedi prædictæ casibus totiens, quotiens opus fuerit.

Et de commutatione votorum, & relaxatione juramentorum, ut præmittitur.

Et de plenaria remissione & absolutione senaci in vita, & in mortis articulo.

Et de altari portatili cum celebrazione ante dicem, & in locis interdictis, ut suprà.

Et quod tempore interdicti corpora oratorum Ecclesiasticæ tradi possint sepulturæ.

Et de indulgentiis stationum Vrbis, visitando Ecclesiæ vel Altaria, ut suprà.

Et de eis Ovorum, Butyri, Casei, & aliorum Lacticiniorum, ac Carniūm, ut suprà.

Et de ingrediendo Monasteria Monialium pro oratricibus præfatis, ut suprà.

Et cum derogatione Cancellariæ apostolicæ regularum in contrarium edictarum.

Et quod præsens Indultum duret, nec censetur revocatum, vita oratorum durante.

Et quod præsentis Indulti sola si-

gnatura sufficiat, absque al-

teria, ac manu publici Notarii subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, plena fides adhibetur.

Fiat, ut petitur.

Alexander, miseratione divina sancti Eustachii sacrosanctæ Ecclesiæ Romanæ Diaconus Cardinalis, Farnesius noncuperatus, universis & singulis præsentes literas inspecturis, visuris, leguris pariper & audituris Salutem in domino sempiternam.

Notum facimus & attestamur, quod literas originales confessionales, quarum copia præmisserunt, vedimus, legimus, tenuimus, & diligenter inspeximus, eaque manu propria sanctissimi domini nostri domini Leonis Papæ decimi FIAT, UT PETITVR, signatas fuisse & esse, reperimus. Idcirco pro parte suæ prædicti Illustrissimi domini Waltri, Ducis Wittembergensis, in præsertim literis originalibus principaliter nominati, requiriunt, sine expensione aliorum nominum per eum semel nominandorum, translumi & exemplari mandavimus, decerentes & volentes, ac prout idem sanctissimus dominus noster Papa in eisdem literis voluit & decrevit, quod hujusmodi transsumto in Iudicio & extra, ac ubique locorum plena fides adhibetur, qualis & quanta dictis originalibus adhiberetur, si in medium producatur. In quorum omnium & singulorum fidem, & testimonium præmissorum præsentes literas fieri, & per Notarium publicum infra scriptum subscribi & publicari mandavimus, sigillique nostri jussimus & fecimus appensione communiri.

Data Romæ in domibus nostris solite residentiæ, sub anno à Nativitate Domini millesimo quingentesimo decimo septimo, Indictione quinta, die vero decima mensis Aprilis. Pontificatus praefati sanctissimi in Christo Patris, & domini Leonis, divina providentia Papæ decimi, anno quinto, præsentibus ibidem venerabilibus viris, dominis Stephano Rosino, Ecclesiæ cathedralium Freyfingenis & Pataviensis Canonico, ac Gaspare Witt, collegiatus Ecclesiæ Episcopalis Zeit, præposito, & Ernesto Bauff, Ecclesiæ collegiatus Georgii & Martini in Tüwingen Canonico, testibus ad præmissa vocatis specialiter, at-

scriptus, quia præmissis omnibus, & ut licet, ut præmittitur, agerentur, una cum prænominatis testibus præsens interfici: ideo hoc præsens publicum transsumti Confessionalis Instrumentum, manu mea scriptum, exinde subscripti & publicavi, signoque ac nomine ac cognomine meis solitis & consuetis appositis, una cum præfati Rever. domini Alexandri, diaconi Cardinalis sigilli appensione si- gnavi, in fidem præmissorum rogatus & requisitus.

1517. *Parricidium Monachorum.*

Hoc anno, regnante Polonorum Rege Sigismundo, duo Monachi Franciscani decollati sunt, duoque perpetuis dampnatis vinculis, eo, quod Cracoviz Albertum Fontinum, spectatum pietate & eruditione virum, qui eorum fuerat Abbas, & fortassis durius in ipsorum improbitatem animadverterat, noctu iugulaverunt.

O facinus hominum memoria pessimum, hominem, qui præter id, quod optimos mores institueret, quod virtutem sanguiniam induceret, & quod jam primam labefactatam religionem restituueret, nemini unquam fuit iniuriatus, pro tanto beneficio pessimam tulisse mortem. Chron. Polon. de Sigis. Imp. & Papa ut supra.

1517. *Andreas Barbatia.*

Cardinales sunt cardines ostii S. Ecclesie: caveant igitur, ne sint dracones stan- tes juxta arcam Domini, 38. dist. C. legant Episcopi. Et ne sint nebulæ, & au- bes sine aqua devotionis & lachrymarum, turbinibus demodum agitatae. Imp. Maxim. 1. PP. Leone 10. V. S.

1517. *Ioannes Pauli monachus, Le- ctor in Than.*

Hic in sermonibus suis ad populum in- quiri: conqueritur Augustinus, quod nos ipsi fidem & legem nostram corrumpamus & gravemus: quid igitur, si hodie ad nos rediret Augustinus, diceret? inter- enim accesserunt Decreta, Decretales, Textus, Glossæ, Clementinæ, Extrauag. &c.

1517. *Onus Ecclesiae, scriptum à quo- dam, qui Episcopo Salisburgensi & Clementi à suffraganis fuit.*

rum dimoluet. O patre, & iacobini de- relinquens gregem? gladium super bra- chium eius, & super oculum dextrum eius.

Ista prophetia licet in pluribus sum- mis & inferioribus Pontificibus, aliisque pervertitis prælatis verificata sit, quia omnes sunt hujus idoli præcursores: tamen specialiter adimplebitur in hoc Antipa- pa, qui magni Antichristi erit præcursor specificus. Imp. Max. 1. PP. Leone 10. V. S.

Ibidem. Prælati insuper, atque sacer- dotes Sacra menta paratis porrexerunt: gratiam Spiritus sancti non, sicut hodie fit, vendiderunt: ab his vero, quibus spiritualia administraverunt, fuerunt su- stentati, & liberaliter bonis temporalib' remunerati: quæ in tres partes divisere, (prout Deus penes Catharinam Senen- sem jubet) unam Ecclesiaz pro cultu diri- no, aliisque necessariis: alteram pauperi- bus distribuendo: tertiam ad iustifica- tionem reservabant, prædicationibus, & celebrationibus incumbentes, calice & sanctè viventes: ut facile pro sua dignita- te à populo honorifice observarentur. Quoniam virtutis, & fideles sacerdotes olim fuerunt: & quam scelerati hodie sint, proditur à Spiritu sancto in dia- go Catharinæ Senen. Nam sicut olim rati- ri fuerunt mali: sic hodie raro boni repe- riuntur clericis. Nempe omnia in pri- mitiva Ecclesia erant inter Christianos: tali spirituali charitate fulcita, & radicata: ut sol justiciaz facile in clypeos aureos re- fulgeret. Iste vetus sol est, Iesus Christus, prout declaratur penes Catharinam Senensem.

Idem. Sicut anima sine corpore non vivit corporaliter, sic Ecclesia sine tem- poralibus in nullo proficit. Sed rursus canones decernunt, res Ecclesiæ in u- sum clericorum moderatum, & in restau- rationem Ecclesiæ, & potissimum pro indigentia egenorum esse dispensandas: id tamen nostro jam seculo minime ob- servatur: et si opes Ecclesiaz sint natæ ob opum contemnum, & gloria Ecclesiaz à gloriæ neglectu, quoniam Deus tempo- ralia ad sufficientem competentiam lar- gitur humilibus; qui ei devote serviunt in spiritualibus: nec non laici bona tem- porali libentius largiuntur, ubi ea videntur rejici ab his, quos pl. sapore credunt: tan- dem opulentia clericis cedit Ecclesie potius ad lapsum, quam ad augmentum, siquili-

quam duces Christianz professio nis, ita
viuere possunt ut opum accumulanda
rum studio, ut glorie sublimitate, ut bel-
li ferocitate, cæterisque vitiis ipsos supe-
rent Ethnicos: cur igitur Constantini do-
num, Petri patrimonium vocatur, quod
ipse Petrus se non habere gloriatus est?
Temporalibus nempe bonis, tanquam
spinis, Ecclesia Christi magis irretitur, &
obruitur: quam ædificatur. Eam enim
hujus seculi solicitude & ærsumna deci-
pit, diuitiarum fallacia & deceptio suffo-
cat: quia clerici, & cæteri seruitores Ec-
clesiz, in voluptatibus vita ac in concu-
piscientiis cunctes, nullum, vel modicum
frugum afferunt: ideo Ecclesia ad pristi-
nam paupertatem redigetur.

Ibidem. Priori illo tempore salubres
canones, quos in prioribus statibus boni
patres, iuxta divinæ legis tenorem, insti-
tu Spiritus sancti, ad Deiclaudem, ani-
marumq; salutem constituebant, cæper-
unt abrogari, & propè deleri: loco quo-
rum in præsenti quanto statu, nonnulla
nova decreta, omissis evangelicis, & spi-
ritualibus negotiis, ad quæstum & vsum
temporalium sunt adiuenta. Et sic nor-
ma spiritualis, & veritas Eu angelica, ac
fides sincera quodammodo exploita est
per capitulois iusticiarios.

Ibidem. Plerique contra Ecclesiastica
statuta in Pontifices simoniace electi, am-
bitiosè intulsi, & aliquando in tantum
vitiati fuerunt, quod rursus ab Ecclesia
reieci, è sede expulsi damnataque, ac in-
terdum propter suos defectus manifeste
à Deo percussi. Quocirca in canonibus
cauerit, quod sententiam Pontificis Ro-
manus sed s' commutare, & ea, quæ non
bene sunt diffinita, retractare liceat. Quin
imò unus Papa alterius indulgentias,
etiam licite prius concessas, plerumque
revocat. Verum Sixtus indulgentias e-
tiam à seipso concessas revocavit.

Ibidem. Ecce, in Evangelicis regulis
& doctrinis quilibet potest inuestigare,
ac invenire viam salutis, & consolatio-
nis sue. Sed his neglectis, hodie obser-
vant hominum adiuentiones, consuetu-
dinesque inueteratas: quibus etiam ma-
gis ad Dei irreuerentiam, quam laudem:
magis ad animatum perniciem, quam sa-
lute, abstinent. Ultra prædicta deni-
que antiqua, seu Decretalia iura, quoti-
die Romæ eduntur novæ constitutiones,
quas cancellariz regulas nuncupant, &
pro vberimâ litium materia ad vnguem
observari iubent, tanquam artes anfra-
ctibus iurium accommodatas. Simili-

que adiuentiones Deus iustus aliquan-
do nos perdet: quia vñ illis, qui condunt
leges iniquas.

Ibidem. Telephorus meminit cu-
jusdam sancti eremitæ: qui formidandum
nimis fore censet, propter malitiam
præsentis temporis, quod irata divina
Majestas nequeat ultrâ nebras tolerare
iniquitates: sed mittat super nos iram in-
dignationis sua, quoniam dies mali sunt,
& mundus totus immundus est, & in ma-
ligno positus, terraque repleta iniquita-
te: & non est, qui faciat bonum, non est
usque ad unum: sed omnes declinare-
runt, & elongauerunt se à semita manda-
torum Dei, atque inutiles facti sunt.

Hinc Vbertinus coniicit: Quia Ie-
sus Christus à clero & populo multipli-
citer iam vilificatur, & despicitur, Eccles-
ia que contemnitur, ideoque magna nos
expestant his temporibus mala, qui mo-
do à ducentis annis hæstenus sumus in
initio sexti status Ecclesiz, & submergi-
mur in secibus quinti status: in cuius fi-
ne dignitas Ecclesiastica supprimetur.

Cum autem venerit filius hominis sit
potest ad extreum iudicium) putasne
inveniet fidem in terra? unde elicitur,
quod mundus in sui fine malis moribus,
& superstitionibus laborabit, ac in mali-
tia usque adeò abundabit, quod Christus
Dominus propè sua iusticia compulsus
ad extreum iudicium fit venturus.

Item c. 9, ait: sicut Synagoga Iudaï-
ca in quinta & sexta ætate pluribus mali-
tiis se involuit, & ideo plures adversa-
tes passa, & tandem penitus rejecta: ita
modo in quinto & sexto statu, Ecclesi-
astica membra vitiosi moribus laborant-
iccirco adversitates patiuntur, & indies
ampliores plagas expectare habent: do-
nec Christus Ecclesiam peruersam cum
suis legibus, quibus iam abutuntur, re-
formaverit, & Evangelicum statum redu-
ixerit.

Ibidem. Qui indulgentias procla- p. 109
mant, nummorum querunt contributio-
nes, non hominum salutem. Nam etsi
pecunia indulgentiarum exigatur fuso
pietatis, utpote ad expeditionem contra
infideles, aut ad sacra ædificia, aut in ali-
am piam causam: tamen potior pars hu-
ijsmodi pecuniae, ex indulgentiis & Iu-
bilæis haærenus collectæ, appensa est fi-
isco quam Christo, plus redacta in vani-
tate.

imò summos colligere inhibuit, inqui-
ens: Videte, & canete ab omni avaritia,
quia non in abundantia cuiusquam vita
cius est ex his, quæ possidet.

Ibidem. Indulgentiae itaque in in-
tuitu ædificiorum concessis, parum sunt
meritoriae. Sanctius est enim gratis re-
tribuere, quam intuitu veniarum. siquidem
bonum opus absque mercede, & pro-
pter Deum finaliter homo facere tenetur.

Ibidem. In Apocalypsi dicit Dominus:
Patientiam habes, & sustinuisti pro-
pter nomen meum, age pœnitentiam, &
prima opera fac. Contrà nituntur in-
dulgentiarum promulgatores, qui di-
gnos pœnitentiaz fructus penitus tollen-
tes, & Dei iudicium corruptentes, er-
roneè assertunt, cum vivos cum mortuos
per plenarias indulgentias passim, abs-
que omni delectu, ab universis pœnis pa-
riter & culpis solui, statimque salvati.
Allegant absolutam autoritatem sum-
mi Pontificis: de cuius potentia illud Sa-
pienzæ induci potest: Nec timens ali-
quem, veniam dabas peccatis illorum:
quis enim dicet tibi, quid fecisti? aut
quis stabit contra iudicium tuum? aut
quid tibi imputabit, si perierint nationes?
non enim est alius Deus, scilicet terrestris.
quam tu.

Ibidem, Operæ pretium esse duxi, ali-
quid in medium afferri de modo indul-
gentiarum, quæ passim è Roma aduo-
lent, & in Germania ostiatim veniunt, ac
venales in nundinis simoniacis ubique
exponuntur. Papales enim indulgen-
tiae publicantur hodie indiscretè, & adeò
perverse, ut claves quodammodo con-
temnantur, & pœnitentialis satisfactio
enervetur: quia quæstores indulgentia-
rum eas friuole extendunt contra cano-
nis prohibitionem, atque sacris indul-
gentiis ad avaritiam, ceteramque maliti-
am penitus abutuntur. Vnde prope in-
felia redduntur tempora nostra: in
quibus fugit à nobis veritas, & abundat
falsitas. Quid enim Papa cum mortuis
agere potest, qui nunc suum forum egre-
fi, ad tribunal justi Dei devenerunt?

Sed nihilominus indulgentiarum con-
cionatores inter alia figura procla-
mant absurdum scandalum, ut comedent
sacrificia mortuorum, dicentes: Statim
ut jactus nummus in cistam tinniverit,
euolare ad cœlos animam, pro qua num-
mus imponitur. Certum profectò est,
summo in cistam tinniente, augeri quæ-
sum posse: suffragium vero Papæ, seu
Ecclesiæ in solius Dei arbitrio consistere.

Tales in concilio reprehenduntur

mas, quæ sunt Dei iudicio reperiata.

Item paulò post: Pontifex quoque ve-
nias gratis dare debet, quia gratis acce-
pit: utrobique autem queritur pecula-
re commodum, non honor Dei, velutile
proximi. Adhibetur interea contractus
turpissimus, manifeste simoniacus: quan-
do quæstores pro certo prelio in capsum
ponendo præbent indulgentias, quæ singu-
li homines unusquisque pro sua fa-
cilitate emunt. Quo pacto homo plus,
quam Deum, observat Papam, seu ejus
quæstorem, tanquam idolum, qui sibi pro
mercibus porrigit indulgentiarum lite-
ras, ac remittit pœnas divinæ justitiae de-
bitas.

Iridem & gentiles olim factarunt, ser-
vientes Febrì, Plutoni, aliisque noxiis
numinibus, ne lacerent. Ita hodie in-
sipidi nituntur consequi venias, quo mi-
nus post Christum crucem portent.

Ex præmissis denique apparet, no-
stram matrem Ecclesiam una cum filiis
suis Christianis, circa normam & modum
pœnitentiarum & veniarum non medi-
ocriter esse perplexam, atque dilacera-
tam: & absque divina ope semetipsam
ex illis ærumnis resolvere impotentem:
vehementerque lamentantem de indul-
gentiarum quætoribus, ac dicentem:
Percusserunt me, & vulneraverunt me
custodes mutorum, eosdem denotando
quæstores.

Ibidem. Summus Pontifex debet esse
ejusdem doctrinæ, cuius & Petrus: siqui-
dem ipsius successor, & par in potestate
esse velit.

Ibidem. Mox postquam aliquis reti-
tatis zelator verbum (superioritatem
Ecclesiasticam mordens) profert, hæreti-
cus accusatur, igni deputatur, & morte
dignus condemnatur, penitusque oppri-
mitur: quia inutilis est nobis, & contra-
rius operibus nostris. Alter nos instru-
it exemplo patientie & doctrinæ primi
Papa: cui discipulus in faciem restiterat.

Summi quoque Pontifices illud pesti-
ferum considerant dictum: Non presu-
mi, tantæ celitudinis apicem errare, &c.
Verum Pontifex tot ministris dæmonum,
& impiorum aulicorum obfessus magis
quam stolidus, non potest errare, nisi cum
totius Ecclesiæ maximo damno. Affen-
tantur insuper eidem pontifici adulatio-
ne illa: in pectoris sui ferino esse omnia:
vnde in veteri Testamento pontifex ratio-
nale ferebat in pectoro. Sed Papæ pe-
tus non semper justum exinde noncul-
la iniuriaz sepe emanant, quia carneum
est ipso. Papæ homines videntur in se quorum

repræsentativa, tam etiam p[ro]p[ter]a
metu universali Ecclesia, quam repræ-
sentat legitimum concilium generale, er-
rare nequeat: uti doctissime probat qui-
dam Cardinalis Cameracensis.

Advertendus est itaque Papa, quando
ut Papa id est, secundum canonicam
scripturam, loquitur: non quando pro
arbitrio sui capit[us] profatur. Alioquin
multorum curdelium pontificum cedes,
hereses, factiones, aliisque facinora pre-
sumerentur fuisse beneficia piorum pasto-
rum, cum tamen fuerit immania tyran-
norum latrocinia.

Ibidem. Ante obitum tuum operare
iustitiam: quoniam non est apud inferos
invenire, scilicet indulgentiam. Ecce
in potestate Pontificis non stat, purgato-
rio liberario animam, quae Dei potesta-
tem effugere, vel indulgentiarum cibum
apud inferos invenire nequit.

Ibidem Hactenus nullus Antichristus
apparet, præter clericorum simulacra,
quorum infinitus est numerus. Quippe
Antichristus iam diu venit in membris.
& figuris suis, utpote à tempore Nero-
nis usque in hodiernum diem. Ergo
Antichristus jam venit. Nunc ve-
rò multi sunt Antichristi, id est, Christo
contrarii. & eius legi, unde scimus, quia
novissima hora est.

Ibidem. Catholica Ecclesia, durante
quinto statu, in tam vilem cecidit con-
ditionem, ut iam prope interisset, nisi
pius Iesus ei subvenisset per immensam
suam gratiam, multimode hactenus con-
cessam. Insurterant namque contra
fidem Christi diversæ sectæ, quæ omnes
condemnant, ab Ecclesia possideri bona
temporalia, quibus clericis abutuntur. Vn-
de ait Thelesphorus: Abundantia rerum
temporalium Ecclesiis traditarum, est
occasio ruinæ Ecclesiastice. Nam bona
temporalia spiritualem vitam facile im-
pediunt, imò prælatos exterrosque cleri-
cos plerunque ad vitia trahunt, quotum
exempla laici imitantur. Ac exinde ha-
retici suarū sectarum occasionē sumunt.

Quamobrem in præsenti sexto statu
Deus dignabitur bona, & dominia tem-
poralia à clero iterum auferre, propter
vitia, & peccata cleri, ex divitiarum ab-
undantia, & ex dominii secularis exer-
citio provenientia, ut Ecclesia bonis tem-
poralibus spoliata, & rebus superfluis
circumcisita, discat spiritualibus intende-
re, ac vivere secundum normam datam
Petro, qui postquam audisset Dominum,
tunica succinxit se erat enim undus. &

ideo necesse erit, postquam Ecclesia co-
dem indumento abutitur, ut succincta
sive nuda fiat, ne in fluctibus hujus maris
submergatur, quæ prius in rerum abun-
dantia nimiam libertatem habuit, super-
fluamque quietem quæsivit siquidem ta-
lis quies corlorum, & abundatia tem-
poralium causauit, atque incendit vitia
cleri.

Quocirca contra hujusmodi exorbi-
tantem licentiam idem Ioachim excla-
mat: Vx huic libertati, & quieti nimis,
propter quam fides Christi pluribus acu-
tis gladiis ferietur, Delectatio enim me-
tallorum, & avara cupido temporalium
spem improbam concipiet, quæ quidem
elegans, & formosa verula radix, & in-
ceptrix omnium malorum, accedit vi-
tia clericorum. Nam postquam Eccle-
sia nimis multiplicavit bonatemporalia
sibi dominia secularia vendicavit,
tunc ædificavit domum suam super are-
nam, vel super petram sine fundamento.
Ideo tanto flumine rei transitoriaz illaz
faciliter cadet, atque submergetur: nisi
aliquando bona reformatione, vel alia
quo novo fœtu sustentata fuerit.

Ioachim igitur gratias referebat Deo
qui dignatus esset eum superioribus crea-
re temporibus, ut præueniret, atque non
inspiceret, tam iniquam per ipsum præ-
visam hominum perversitatem, prognos-
ticans: quod hoc tempore quinti & sex-
tistatus, pauci homines absq[ue] cæcitate
essent permansuri, tametsi idem Ioachim
de hujusmodi nostro per eum præviso
malo, ingenti afflictus fuerit compassio-
ne.

Ibidem. Evidenter reprobi prævalent
jam bonis iniqui dominantur justis, &
omnibusq[ue] in mundo cestat iustitia: quo-
niā unusquisque querit quæ sua sunt,
non quæ Iesu Christi, vel proximi. Et
beatus est, quicunque non fuerit scanda-
lizatus in Christo.

Ibidem. Ob hujusmodi doctrinas
(quibus forte à Roma tolleretur locis, &
gen[us] sua) in Conellio Constantiensi, ru-
pro salvo conductu, ambo exusti sunt. An
h[oc] vel alia eorum dogmata fuerint no-
va vanitatis, an Evangelicæ antiquitatis,
nescio? Ego non judico quenquam: hoc
certum habeo, eos sua sponte tam forti
animo supplicium incendiis subiisse nō
nemo Philosophorum in sustentanda
morte superaverit illos.

Ibidem. Sigismundus Cæsar in Con-
stantensi Concilio contra dispensationū

cum concessione & publicatione apolo-
licarum indulgentiarum committantur,
explicare potest nemo.

Ibidem. Si summus Pontifex superio-
rem, vel etiam aequalem in his terris non
recognoscens, lege positiva est solutus:
legi tamen divina & naturali est obno-
xius: immo, ipsum secundum legem su-
am, & suorum prædecessorum vivere, ho-
norificum est: quoniam sua potestate ut-
ti debet in ædificationem, non in destru-
& ionem Ecclesia: siquidem nihil tam
proprium imperii est, quam legibus vi-
vere. Vnde Imperator ait: licet le-
gibus soluti sumus, attamen legibus vi-
vimus. Et alibi: Digna vox
est maiestate regnantis, legibus al-
ligatum se principem profliteri: adeò
de authoritate juri pendet principis au-
thoritas.

Decreta itaque sanctorum Canonum,
& conciliorum neminem magis, quam
Apostolicum servare oportet. Sicut e-
nim Christus, qui legem dedit, eam non
dissolvit, sed implevit, sic pontifices do-
cet suos custodire canones.

Porrò si Christus super alios Apostolos
Petrum, & fortè ejusdem Petri successo-
res super alios sacerdotes præpoluit, ta-
men hoc fecit ob Petri præcipuam fidem,
humilitatem, & charitatem. Ideò suc-
cessoribus pontificibus, nisi essent ejus-
modi, talem præminentiam non præsu-
mitur attribuisse, neque super eos ædi-
casse suam Ecclesiā universalem, quoz sim-
pliciter pèdet à Christo, qui est angularis
Iapis, & fundamentum ipsius Ecclesie.

Quid? quodd Papa incedit deauratus,
geminatus, vario ornatu decoratus, mi-
lite stipatus, equo albo vectus, aut à mi-
nistris in altum portatus? Hæc sunt ma-
gis dæmoniorum quam ovium pascha:
ubi non est pastus ovium, sed fastus he-
minum: ibi non Petro, sed Constanti-
no succeditur. Nam illius quivis est vi-
carius, cuius vicem gerit, & quem in mo-
ribus sequitur.

Hieronymus nempe ait: Non est fa-
cile stare in loco Petri, & Pauli, ac tene-
re cathedram regnantum cum Christo,
quia hinc dicitur, Non sanctorum filii
sunt, qui tenent loca sanctorum, sed qui
exercit opera eorum. Qui bene sede-
rit super cathedram, honorem facit ca-
thedra: qui male fuderit, injuriam fa-
cit cathedra. Non enim locus Pontifi-
cii, sed mores & vita faciunt sanctum
Pontificem.

Verum equidem Ecclesia a Spiritu san-
cto regitur: sed ejus rectores, tanquam
homines fragiles, quandoque a spiritu

perit prolem. Vnde non omnis Papa
est sanctus, sed aliquando seu reprobus
ponit. Exemplo est Anastasius secun-
dus, natione Romanus.

Plures quoque in canonibus reperi-
tur, pontificum facta esse correcta, tan-
quam iniqua. Alioquin Iulii tertii acce-
bitates essent sanctæ. At si Papa, seu &
fraternæ salutis oblitus, tyrannus esse
deprehenditur: aut inutilis, & remissus
in suis operibus, à bono insuper tacitur-
nus, officit sibi & omnibus: quoniam sa-
lus omnium ex ipso dependet, similiter
& ejus perversitas in damnationem plu-
rium cedit: ideo perversus Papa sine
spe venia condemnandus est, ut diabo-
lus. Et si omnium Pontificum sancta es-
sent inviolabilia, veluti Evangelia; cer-
tè sedes Apostolica hujusmodi pontifi-
cum sancta (prout se pè contingit) non
enervaret, neque coimmutaret, neque u-
nus Papa alterius sui legitimæ anteforis
decreta vel indulta revocaret, neque in-
firmaret: alioquin Christus (cujus per-
sonam uterque Papa successive gerere ge-
fit) esset divisus. Ad hoc optime fa-
cra scriptura affirmat, Paulum primo
Papæ Petro reprehensibili in faciem re-
stitisse.

Nimirum Ecclesiastica modò sublimi-
tas multifariam est lacerata: hoc in Ap-
ocalypsi ostenditur in apertione sexti
sigilli, id est, moderni nostri temporis:
quando sol, qui est spiritualis potentia-
tus, factus est niger: quia non serenum
caelum, sed teturum infernum aperit. Pro-
pterea perversus Pontifex nuncupatur
angelus abyssi. Et Luna, id est, potesta
secularis, est sicut sanguis, contra Eccle-
siam tyrannizando. Et stellæ, id est, præ-
lati, qui in Ecclesia lucere deberent, de-
cælo, hoc est, de cœlesti conversatione
ceciderunt super terram, sequendo ter-
renam cupiditatem: exin totius Eccle-
sia causatur occasus.

Imprimis sedes Bestiæ, id est, Ecclesiæ
perversæ est in curia Romana, cuius regnū
est tenebris. Nam de Hierosolyma in ty-
po Romane Ecclesiæ legitur: Quia Rex
Iuda, id est, princeps Ecclesiæ, fecit ab-
ominationes peccatas. Propterea dicit
Dominus: Ecce, ego inducam mala su-
per Hierusalem, & celebo eam: sicut de-
jeris solent tabulæ. Ob hanc rem noxit
Deus propitiari. Item, cum ianua ci-
ties habitaret in omni pace, & leges cu-
stoditentur: propter Pontificis disposi-
tionem & pietatem, ac propter animos o-
dio habentes mala, fiebat, ut ipsi Reges &
Principes locum summo honore dignum

qui participes nec p... , quidem honores nihil habentes, Græcas gloriæ optimas arbitrabantur, quorum gratia periculosa eos contentio habebat, & eorum instituta emulabantur, ac per omnia his consimiles esse cupiebant, quos hostes & peremptores habuerunt: in leges vero divinas impie agere: impune non cessit: Ideo propter peccata habitantium per Antiochum civitatis Hierusalem exitium factum est: quia pessima, & universis gravis erat malorum incurso.

Nam templum luxuria & comedationibus erat plenum; & portantum cum meretriciis, sacratisque & dibus mulieres se ulro ingerebant, intrò ferentes ea, quæ non licebat. Altare etiam plenum erat illicitis, quæ legibus prohibebantur: neq; etiam sabbata custodiebantur; neq; dies solennes patrii servabantur.

Ad idem Esaias: Quomodo facta est meretrix civitas fidelis, plena judicii? justitia habitavit in ea, nunc autem homicidæ: argentum tuum conversum est in scoriam.

Item Dominus in Hieremij: Clama contra Aquilonem, id est, contra Ecclesiam Latinam, dicens: Revertere aversatrix Israël, & non avertam faciem meam à vobis. Et infra: Hierusalem est civitas visitationis: omnis calumnia in medio eius: & frigidam fecit malitiam suam: iniqüitas & vastitas audietur in eâ coram me semper, infirmitas, & plaga. Igitur erudire, ne forte ponam te desertam terram inhabitabilem. Et infra: Dabo Hierusalem in acervos arenæ, & cubilia draconum: & putrescere faciam multam superbiæ eius, dicit Dominus. Et alibi: facta est Hierusalem, quasi polluta mensuaria: ideo quasi acervus lapidum erit.

Idem, Hen, sicut olim in Romano imperio, sic hodie in Romanâ curiâ est vorago divitiarum turpissima, crevit avaritia, periiit lex à sacerdote, ac visio de propheta, consilium à senioribus: claves Ecclesiaz sunt in abusu, & servitute simoniz ac ambitionis: vitia enim fermecurialium celari, negarique vix possunt, Roma quasi gorges Agitiorum. Sicut prophetæ olim sunt locuti de Hierusalem, sic & Christus apud Brigitam loquitur de Roma, inquiens: Olim habitavit in Roma iustitia, & principes eius principes pacis, nunc autem versa est in scoriam, & principes eius homicidæ.

O si cognosceres dies tuos, Roma, fieres utique, & non gauderes. Portæ tuæ sunt sine custodia, & desolatae, quia de-

tur, quia sacramenta Dei propter pecuniam & favorē mundanum dispensantur. Altaria tua desolata sunt: vivum sacrificium & incensum matutinum comburitur in atrio: quia qui celebrant cum vasis, minus habent à charitate Dei vacuas, & oculos ad offertorium. Et licet Deum verum habeant inter manus, cor tamen vacuum est à Deo, quia mundanis vanitatibus est repletum. Ideo non egreditur de Sancto sanctorum sanctus odor suavissimus, id est, desiderium divinitatis fruitionis, vel charitas, ad Deum & proximum: quia tota divina charitas vera est ad incontinentiam & mundi vanitatem. Offertorium expendit in tabernaculo, offerentes plerumque Deo;

Ibidem. Vehementer prætimendum est, ac provide timendum, propinquam nunc esse ruinam Ecclesiaz Latinaz circa dignitatem ecclesiasticam, quoniam debile fundamentum ruinam causat. Vnde calumna Dei viventis iam pene videtur nutare, & sagena summi pescatoris scilicet Petri, procellis irruentes, cogitur in naufragii profunda submergi. Quod nemo percipit corde; neq; ad predictas revelationes & avisationes sit cuiuspiam emendatio: sed singuli Pontifices, tam summi quam inferiores, carnales sequentes, exhibent se magis mixti Antichristi præcursores, quam veri Christi fideles servitores.

Ibidem. Insuper Episcopi debitam solent omittere hospitalitatem, pauperes Christi negligendo, semetipsos impinguando, canes aliaque animalia alendo; & sic una bestia nutrit aliam, ac si sponte velint esse de numero eorum, in quos Dominus proferat sententiam justam: Hospes, id est, pauper fui, & non suscepisti me: ideo discedite à me maledicti in ignem æternum.

Passim quoque episcopi penè omnes morbo cupiditatis (quæ mater est omnium heresium) laborant, aliena rapientes, ecclesiastica bona dilapidantes: quæ divinis usibus & pauperibus Christi dispensare deberent, aliorum sum expendunt. Non autem sua sunt: sed talium bonorum administrationem dunt taxat gerunt: ideo proprietatem sibi inbursare non licet: quoniam ecclesiasticarum rerum episcopiprocuratores tantum sunt, non domini. Ait enim canon: Gloria episcopi est, pauperum opibus providere: ignominia sacerdotis est, propriis studere divitiis.

Ibidem. Fit nunc remansit ut Episcopo

gavit, regnum tuum nunc et in aliis quinque ipse solus fudit in montem, cum cognovisset, quia populi venturi essent, ut raperent eum, & facerent Regem: quomodo ergo convenit, ut Christi locum tenens, mundanam ditionem non solum admittat, verum etiam ambiat, ut libidine, luxu, violentia, superbia, fastu, divitiis, rapacitate regnet, quem Christus docuit humilem esse, & corde mitem. Nulla equidem comparatio regni cœlorum (sic enim Christus suam vocat Ecclesiam) cum regno terrarum: ubi est cura congegandi pecuniam, tyrannizandi, tumultuandi, bellandi, triumphandi, ac alia faciendi, sine quibus imperium temporale administrari nequit. Ideo Deus videtur clericis inhibere dominationem mundanam, per prophetam dicens: Væ vobis, qui opulentis estis in Syon, confiditis in monte Samariae, optimates, capita populorum, ingrediētes pompticè domum Israël, libentes vinum in phialis, & optimo unguento delibuti: qui separati estis in diem malum, & appropinquatis solio iniquitatis: quoniam correptis in amaritudinem iudicium, & fructum justitiae in absinthium, qui lætamini in nihilo.

Ibidem. Sunt nonnullam onialium monasteria se quibus professas juxta regula tenorem, nunquam exire, vel quempiam introire decet, adeo propatula, ut ipsa loca veneris prostibulo sint similiora, quam Dei sacrario. Hinc procacitas, stuprum, incestus mulierum sacraruim: hinc quoque verenda scandala, & offendicula oriuntur quam plurima, quæ sanguis recensere jam nolo.

Ibidem. Præterea in Ecclesiis tam cathedralibus, quam conventionalibus innumeri cœmitti solent scandalū: ubi hodie plerunque feces mundi ecclesiasticis gubernaculis præficiuntur, ut pote, quibus mundus urit, vel frui nequit. Nam poterit, & nobilium geniti intruduntur, dignitatibusque Ecclesiasticis potiuntur: quibus multoties seniores, atque in gradu digniores subiiciuntur: ut modo verificata censeatur illa Gregorii sententia, dicentis: Sapientia conspicimus, sapientes subesse, stultos vero arcem dominii tenere: sapientes serviliter obsequi, stul-

P. 110. tos autem tyrannica elatione dominari. Item ut plurimum, qui defectuosiores inter filios nobilium apparent, clericali statui adiiciuntur, quasi mundo inutiles, licet Deo execrables: siquidem contra Dei præceptum ecclesiis, & monasteriis offeruntur aut claudi, aut cœci, aut in aliquā parvū deficiuntur.

necessa est, ecclesiasticam succumbere, gulam.

Principes tūm Ecclesiastici, cūm seculares frequentes suscipiunt, & ad beneficia sui jurispatronatus præsentare solent suos, vel amicorum suorum necessarios, & eos, qui nihil sacerdotio dignum, sed animas ad venandum crudelles, & ad convivandum cupidos habent.

Rursus, beneficia ecclesiastica non sinerā electione; sed muneribus, precibus, favoribus, ac personarum acceptiōnibus frequenter conferuntur: accipere autem personam impii non est bonum, neque habemus fidem Christi in personarum acceptiōne. Episcopi quoque non attendunt, neque considerant habilitatem promovendorum, sed ipsi amore temporalium, vel negligentia spirituallium, tales indignos beneficiatos admittunt, absq; omni delectu, & debitā examinatione instituunt, in magnam indignationem omnipotentis Dei, cuiusdictam ob hoc reddent rationem: quādam contra canonum dispositionem hujusmodi ignaros in dignosq; promovent qui magis rustica ministeria, mercantias, pescationes, aliae servilia opera, & secularia negotia, quam ecclesiastica officia exercere callent.

Ibidem. Quidnam expedit, tantam tempore nuper elapsa esse electam multitudinem Cardinalium, qui omnem substantiam, quā reliquis cleris sustentari deberet, devorabunt; & ita census ecclesiasticus ad cardines cœli dissipatur? Modo verificatur Hieronymi sententia: singuli superiores per potentiam vendicant totum, quod inferiorum clericorum est, ac in suis usus redigunt. Mendicat infelix clericus servili operi mancipatus, qui, dum stipendia perdit, clamat ad Dominum, & exauditur à Christo: nec differetur divinæ ultiōnis sententia, si Cardinales, bona pauperis cleri defraudantes, non reddant universa.

Ibidem. Ambitio præterea, & simonia contra canonum decreta, in clero jam ubiq; regnat, ut hodie verificetur illud prophete: A minore usque ad majorem omnes, scilicet clerici, avaritiz student, & à propheta usque ad sacerdotem cuncti faciunt dolum. Qui dicunt, aquam nostram, id est, gratiam sive donum Spiritus sancti pecunia bibimus, hoc est, Simoniace ministramus sacramenta Dei. Ideo subiungit: Lingua nostram pretio comparavimus. Quam acriter sub se veris pœnis Deus strictissimus judex sta-

At vero quinam clericus, p[ro]fessor
beneficiatus, vel in exili beuificio, vel
in potenti dignitate constitutus, contra
ius divinum & humanum, non est per-
cussus leprā simoniz? Ob quam pleriq[ue]
ipso facto incurunt excommunicatio-
nem, vel suspensionem, aliaſue censu-
ras: quorum absolutiones, juxta cano-
num decreta, summis pontificibus refer-
vantur, à quibus tamen illi simoniaci ab-
solvi minime curant. Imo omni abſo-
lutione neglecta, se divinis immiscent,
& per conlequens irregularitatem incur-
tunt.

P[ro]terea, beneficia & dignitates, qui-
bus propter simoniacam labem ipso fa-
cto sunt perpetim indigni atque privati,
contra Deum jusq[ue] scriptū occupant: inde
offensio Dei, i[n]flio animarum, eccl[esi]e e-
norme scandalum consurgit. Super quo
obstupescunt cœli, & portæ eius desolan-
tur vehementer. Pater namque, simonia-
cos, veluti primos & p[re]cipuos hereti-
cos, ab omnibus fidelibus esse respuen-
dos, quoniam cetera crimina ad compa-
tationem simoniaca hæresis, quasi pro
nihilo reputantur. Simoniaca enim pestis
suum magnitudine alios morbos vicit: &
tamen, ad majoris damnationis cumu-
lum, illam simoniacam pravitatem, ex
inveteratæ consuetudinis jure, quidam
malitiose defendere nituntur, qui cum
Giezi & Simone condemnabuntur.

Ibidem. Quicquid in collegiis & capi-
tulis statuitur, communiter magis sapit
peculare commodum, quam Dei hono-
rem, vel Christianam rem publicam. Una
inter reliquias abusiones sublannanda
apparet, ac mentalem simoniā sapit:
quod ad interessendum divinis Canonis-
cī non charitate Dei inducuntur, sed per
pecuniam, quam p[re]sentiam vocant,
singulis p[re]sentibus distribuendam, alli-
ciuntur. Quæ quidem distributio non fit
clericis in Ecclesia occupatis, sed ocio-
sis, tanquam dignioribus, Canonicis.
Qui licet à canendo nuncupentur Cano-
nici, nunquam tamen in Ecclesia canunt.

Ibidem. Deteriores sunt Iuda, qui
pro solis denariis me vendidit: illi autem
qui me sanctificare deberent, ad me
non accedunt, nisi sperent sibi fru[stra]m
in p[re]tro me premunt: quia inter suam
luxuriam, & cupiditatem me ponunt:
poscunt nem per mulieres maledicas, ut
voluptatem suam perficiant, & me reple-
ant: ipsi quasi fures, & proditores pro-
dunt me, & quasi meretrices me contin-
gunt.

Ibidem. Istam futuram nostram cala-
mitatem de S. Iohanne propheta.

tuis, scilicet, mala Ecclesiæ futura: quia
venient, dies in te, & circumdabunt te
inimici tui vallo, & circumcingent te, &
coangustabunt te undique, & ad terram
prosternent te, & filios tuos, qui in te
sunt, & non relinquent lapidem super la-
pidem, eo, quod non cognoverit tempus pa. iii.
visitationis tuae. Et licet eadem Salvato-
ris prophetia ad literam impleta sit in
destructione Ierosolymæ, & partim in
Ecclesia orientali, tamen finaliter in fu-
tura & propinquâ occidentalis Ecclesiæ
etrumna mysticè reiterabitur.

Ibidem. Implebitur ergo verbum Do-
mini, ad Larinam seu Romauam Ec-
clesiam dicentis: Ego tradam te in manus
eorum, quos odisti: & agere tecum in
odio: & tollent omnes labores tuos, &
dimittent te nudam, & ignominia ple-
nam: & revelabitur ignominia fornicati-
onum tuarum. Ex Ezech. 23.

Ibidem. Primum caput fuit Cain, qui
Ecclesiam malignantium incepit, eique
p[ro]fuit, & edificavit primam civitatem
Enoch. Secundum Neiroth, qui post
diluvium cœpit esse potens in terra, &
erat robustus venator; id est, oppressor
aliorum. Tertium caput fuit regnum
Assyriorum. Quartum regnum Medorum,
Quintum Graecorum. Sextum & ultimum
caput Antichristus magnus, Ex hoc Te-
lephorus argumentatur, adveniente An-
tichristo, Romanum imperium extin-
ctum iti.

Ibidem. Nota, licet post nativitatem
Christi, Roma (q[ue] autoritate plurium
concillorum, loco capitis est universæ
ecclesiæ) ter destruta est: primo à Sol-
dano Rege Saracenorum, tempore Gra-
gorii quarti: tertio per Imperatorem
Fridericum primum, ut habetur in chro-
nicis: tamen in Brigitæ revelatione in-
telligitur quarta urbis destrutio prope
futura: de qua sic habetur in libro Cyril-
li Episcopi:

Antequam Ecclesia renovetur, permit-
tet Deus, vocante Papatu, maxima schi-
smata oriri, inter Romanos & Impera-
tores: quid de sua confusa potentia, ni-
tetur constituere Papam pro suo libitu:
Itali autem resistere conabuntur aquile
grandi: quæ furore incensa, cum Aleman-
nis ceteris q[ue] gentibus ferociibus, arma-
ta manu Romam intrabit: Prælatos &
religiosos cives trucidabit, in ceterum
quoque clerum adeo deserviet, ut aliqui
coronas suas abradi facient, alii fugam
ad montes sylvasque dabunt.

Hæc prophetia partim est incerta: nō

mania bella: nec non adhuc indies major timetur fieri eiusdem Italiz, ac etiam Germaniz & Galliz deuastatio, in gladio forinseco vel intestino, aliisve horrendis plagiis, quæ evenient ob detestanda peccata tam laicorum quam clericorum: quam obrem latina Ecclesia (ut jam sequitur) plagas substinebit, ac divino bono carebit. Nempe peccata nostra prohibent bonum è nobis. Navicula autem Petri non extinguetur penitus, sed reformabitur.

Ibidem. Mercatores de virtute deliciarum eius divites facti sunt: prout hodie quidam Florentini mercatores exaltantur, & ditantur ex patrimonio beati Petri, ac ex eleemosyna Ecclesie Romanæ.

Ibidem. Ne turbemur (sicuti formidandum est) à Turcorum invasione, per illa foramina & nova belli adversus Turcum præparamenta, quæ Papa Leo & Maximilianus quondam Cæsar, ceteri reges & holici mutuo pepegerant. Dummodo enim interiorem Ecclesiam non reformaverimus, nil juvat aurum vel argentum, aut qui quis exterior apparatus. Nam & olim super hac re per superiores principes & potentatus Christianæ Republicæ multa sunt tractata, multa excoxitata, vel consulta, & aliquando agitata, nulla tamen ad effectum deducta: verum quo plura moliti sunt, eò asperius & turbatus evasit negotium, Deo, qui habitat in cœlis, labores nostros irritante, imo nos jugiter irritante, qui absque eius iudamento, illud ipsius opus nostrâ inutili solertia expleri credimus.

Ibidem. Ob primam in urbe Hierusalem ecclesiæ fundationem, & Christi passionem, ne credamus. jam catholicam Ecclesiam, sicut olim synagoga ab Hierusalem, pendere: quemadmodum ambitionis pontifices statuunt, & stulti creduli estimant, Romam esse caput universalis Ecclesiae: quæ tamen principaliter consistit in spirituali collectione Christi fidelium, ubique terrarum degentium: & eius caput solus est Christus in omnibus primatum tenens, quem Deus dedit caput omnem Ecclesiam.

Ibidem. Si nos Christiani Turcos aggredi intendimus, in primis instituamus bellum adversus nostras iniurias, tanquam capitales Dei inimicos, non adversus virgam iniquitatum, quasi Deo repugnaturi, cuius ira nemo resistere potest. Per Turcum namq; ceu virgam. Deus nostras visitat iniquitates, eò, quod nos non visitamus eas. Iustus quippe Deus de nobis Christianis, ceu Christi filiis, in baptismo ex Ecclesia tanquam matre ren-

dit, & mandata licet non custodiatur, visitabo in virgâ iniurias eorum: & in verberibus peccata eorum.

Ibidem. Deponamus sarcinam peccatorum nostrorum, tanquam causam concitantem virgam ferream.

Ibidem. Ut amur ergo præcipue aduersus Turcos lorica charitatis, cingulo veritatis, gladio spiritus, quod est verbum Dei, scuto fidei & galea, id est, spe salutis: primum debellando intrinsecos Ecclesie hostes, videlicet superbiam, simoniam, ambitionem, avaritiam, libidinem, ceteraque impietas: hi Turci à Christianis sunt observandi, semperque oppugnandi: imo non est pernicioseior aut capitalior Ecclesie inimicus, quam iniquus clerus, qui imprimis erit reformatus, deinde reliqui Christi fideles bene instituendi, tandem forinseci hostes Christi ad pugnam provocandi. Tunc demum sperari poterit contra Turcos debellandos Christianorum Victoria.

Vaticinum antiquum.

Reperta est prophætia in quodam codice ex Bibl. otheca Medicorū Florentiæ: in quo insignia seu arna Paparum, hinc à Calixto summo pontificatu functionum, usque ad Leonem, erant depicta, hujusmodi verbis: Post Lunam Quercus, post Quercum Sanguisuga: cum aliis pluri bus versiculis, qui innuebant, hunc Papam aliquid maximi momenti esse faustum. Quia igitur Pius 3. Papa Lunam pro insigni habuit: & Julius 2. Quercum, intellexit Leo, verbum Sanguisuga se attinere: habuit enim pro insignibus Cucurbitulas, quibus utuntur Sacrificatores: & fuerant eius maiores balneatores: unde etiam in Papatu suo tributis, vel, ut verius dicam, scarificatione, homines ad vivum usque exsuxit. Rebwiz.

Petrus de Piperno Cardinalis

De hoc refertur, quod fuit unus barator, & fuit occisus visibiliter in Ecclesia: & hoc diabolos cuidam Eremitz, ita fuisse factum, retulisse. De hoc vide gl. c. præsenti. de off. leg. in 6. & And. Barb. lib. de Cardinal. leg. à latere. Imp. & Papa ut sup.

Ianus Pannonius de Pauli 2. Ca- libatu sic scribit.

Pontificis Pauli testesne, Roma, requiras,
Filia, quam genuit, satydoces, esse

Imperat. & ea papa ut iup.

Bonifacius de Vitalinis:

Hic in Clement. & alijs alibi sequenti clausula utuntur: Salva, tamen in præmissis omnibus Romani Pontificis, ad quem plene & libera &c, Omnium enim decretorum & statutorum resolutoria est, Si Papæ libeat. Hæc verba quidam Dræconis caudam de cauda Papali vocant, Imp. Carolo 5, Papa Leone 10. et sup.

i 5 1 9. Sebastianus de Rotenhan, Canonicus.

Scribit, adhuc anno 800. tempore Cæsari Magni, neminem unquam Paparum pedum oscula exegisse aut admisisse, qua Tyrannide tamen hodie gloriantur, Imp. & Papa ut sup.

Franciscus Irenicus.

Auruspices, quos Greci σωλαγχοτοις nominant, apud Heraclios omnium primi apparuerunt, ut ait Cicero de divinatione lib. 2. Multa apud Q. Curtium & Virgilium in Eneide passim constant. Inde Germani Romanos fecuti, maxime per auguria vaticinati sunt, ut Cor. Tacitus in Germania author est, qui ex equorum hinn tu ipsos augurari solitos, scribit: & ab eorum hinnitu certissimum Germanos cepisse experimentum. In bello vero captiuum quo modo intercepsum, cum electo milite armis committabant. Hæc Cor. Tacitus.

Plutarch. quoque tradit in vita Cesari, Cesarem ideo Germanos vicisse: mulieres enim Germanorum noltuisse, viros suos in prælium procedere, nisi nova Luna fuisset. Tanta fides Germanis auspicii fuerat. Consentit & Frontinus lib. 1. stratagematum. Cornelius fæminis hoc fuisse commissum scribit, & se sub Vespasiano novisse, vates præcipuas extitisse fæminas.

Cimbricæ mulieres, ut Strabo lib. 7. scribit, in bellum affluntur divinarum rerum peritæ. Hæc captivis strictis occurserebant gladijs, & ex stillatione sanguinis vaticinia fundebant. Hæc Strabo.

Cornelius Tacius libro pen. historiarum inquit, veteri more Germanorum, qui plerasque fæminas fatidicas, & (languescente superstitione) arbitratur Deas.

Franci etiam, ut Hunnibalus scribit, uxorem Antenoris Campriam ut Deam coluerunt: fuit enim astutissima. Item Saxones, dum contra Suevos pugnaverunt quæ prædicebant, licet alter, quam futurum erat, ut Paulus Diaconus lib. 4. rerum Longobardarum scri-

vates

Cimbria, que a ripedum fremitus servabat equorum,

Bellax Rhipheo Germania proxima cælo. Sortes vero decisiss virgis in surculos jaſtabantur, temere & quasi fortuito, quæ virgulæ iparcebantur mox, & si publice agebatur, sacerdos: si privatim, patér familiæ, facta mentione ad Deos, sortes interpretabantur. Hæc Cornelius. Hunni varia auspiciorum genera habuerunt, unde Attilæ varia augurando præiensa fuerunt, ut Priscus, Sabellius, & Iornandes scribunt. Similiter Franci apud Hunnibaldum. Gothi apud Iornandem. Longobardi apud Paulum Diaconum. Fuit & Veledæ mulieris nomen petulare apud Cornelium Tacitum, quæ temporibus Augusti vaticinabatur. Meminit illius Statius lib. 1. Sylua.

Non vacat Arctioris acies, Rhenumq[ue] rem bellem,

Captiueq[ue] preces Veledæ, cui maximus per

Gloria.

Celebratur & clara memoria Catte mulier, ita ob regionem nativam Cattorum appellata, cui Imperator non nihil credidit, referente Suetonio. Habemus & in Græcis commentariis, quandam mulierem, nomine Dryudam, Diocletiano Imperatori coronam imperij prædixisse, quando aprum occideret. Cætorum & augriorum peritissimi fuerunt Germani: unde Trogus ac Iustinus Hist. lib. 24. Galatas in Illyricum translatos fuisse, tantum ob augriorum peritiam, refert. Imp. Carolo 5. Papa Leone 10.

Idem. Cæterum, ut & demum finis volumini huic eveniat, illud prius annexare volui, ante multos annos, ac ante rei eventum etiam, siue Germanorum fortitudinem fuisse prædictam. Heraclitus enim Græcus, ab Hyperboreis Romam capiendam, prædixerat. Similiter & Aristotle, referente Plutarcho in Mario. Valerius etiam, quædam prodigia Gallorum Senonum irruptionem præcurrisse, testatur. Plinius lib. 2. quædam prodigia ac pluvias ante Cimbricum bellum, ac quædam species armaturarum in cælo apparuisse, afferit. Iustinus historicus, Philippum quoque Historiarum volumine vigesimo nono, Romam Gallis ac Pœnis prædicta futuram, prædicta, voluit.

Idem Ioanni Escuidensi persuasum est, demones varij generis hominum servituti subiectos in Norvegia reperiiri. Mons

tus præterea mons ciulatu lachrymabili intonat, clamor ad unum milliare dilatatus diffunditur.

Idem. Omnia, quæ crudelitatis impulso sibi mortalitas nostra excogitauit, crudelissimum bombarda locum obtinuit, contra quam nullæ, ab humano ingenio elaboratae, prevalent artes, nulla virtus. Fulmine enim minacius omnia obvia prostravit, solo æquat: nihil hominum manibus adeò firmum ac stabile fundatum est, cujus vires non excedant bombardarum tonitrua ac faces.

Quemare, que terras, Calumq; profundum

Quippe ferunt rapide secum, verruntq;
per auras.

Hujus inventorum tot funeribus dignum, quot cœlo stellæ, Polydorus de Inventione rerum scribit. Stapulensis Politica Aristotelis enarrans, congruum fuisse, ait, auctorem tantæ machinæ opus imbuuisse. Non melater, multarum rerum fontem esse, non tamen auctor memoriâ, ut rei cum rerum naturâ prælantiis repertor, defraudetur. Polydorus nomen auctoris reticuit: Stapulensis, hujus artificij originem an Burgundian Germanis adscribat, hæret. Campanus in oratione Ratisbonensi, ac Platina in vita Urbani VI. Germanis adscripserunt.

Multi id monacho euidam concesserunt, qui ex libris Philosophi de cœlo videns, ignem multò majus sibi spaciū, quam terram vendicare, ac mixta corpora, ut Physici loquuntur, in ignem redigi: æream ollam, undique circumseptam, sulphure ac pulvere repl etam, igne accidente conflagavit, agnoscens, roborigibus acernis densissimos ornos contusos, bombardam à sono dictam, effinxerat.

Alij vero cvidam, nomine Petro, triduerunt, qui perspectivâ arte imbutus, ex duabus rebus diversissimis ista coniecerat: nam altera summo frigore ex saligno salpetro, altera calore naturali instruta, pulverem conglutinasse, ac in morem fulminis naturali ratione constituisse, & sic bombardam reperiisse dicitur.

Adrianus Cardinalis in libro de vaccinatione inquit:

Erat Sycamber Forte in tam celesti sedalitate,

Audax, prelia tanta qui ciceret:

Liber cognoscere, machine repertor

Miranda, horrifica, minacis, atque:

Qualem nec Steropes, nec ipse fortus

Pater Lemnius inferis cavernis

Inferno.

Sperne tenue oppido foramen
Spirat, hanc iacit igneam favillam:
Non sic fulminis impetus trifulet.

Nec Balcarica sic rotata fertur.

Multa Naucratus, & alij. Non autem hæc de funda balearica similia sunt, quæ sine sulphure emittebantur. Sabellius, Germani nomine hostis, deniq; id nobis reliquit, licet, sape fundis & alios populos usos, scribat. Tanaïs Scytharum rex in epistolâ ad Vexorem regem Ægyptiorum, Parthos olim & fragosis valis consueisse, ait, & ijs procul hostes ferire, in modum ac sonum tonitrii. Id tamen certo certius, Venetos contra Genuenses primos bombardis consueuisse, & primo tunc eatormenta fusse visa, ut Platinæ in loco prædicto afferit, ac Germanos hujus repertores assignat: nec non Campanus in oratione Ratisbonensi: nec Beroaldus illo carmine ejus inventione Germanos defraudare voluit:

Nitidus erat, machinæq;

Ad nos belligeras subinde mittis.

Annus autem tunc 1380. agebatur, quando bombardarum tonitrua à Germanis sunt reperta. Et tantum de illâ. Sunt præterea longe optimi in Germania, qui à Græcis τοπευτολυγεων ιδιότηται dicuntur, quorum artificio nil absolutius aliis orbis produxit, de quo & infra apud Polydorum Virgilium an. 1530.

Max. Imp. iudicium de Luther.

Hoc anno Christi Imperator Maximilianus I. conscripsit comitia. D. Lucher admodum favit, & bene cupiit: & Doctorem Degenhardum Pfeffinger, Eleitoris ducis Saxoniz Ioannis Friderici Legatum jussit hoc mandati referre: scilicet, ut huc Monachum tutaretur, & bene haberet ac tractaret: ipsis enim brevi eius operam valde necessariam contra injurias & conatus Romanenium. Legeras enim Imperator Lutheri disputatōnem contra æruscatorem illum, venditorem indulgentiarum, Tetzelium. Hendorp.

Roma fecunda.

Romæ reperti sunt adeo mulri infantes supposititij, Sacerdotum, Monachorum & Nonnarum fœtus, ut opus fuerit, peculiaria xenodochia, & monasteria construere, in quibus educarentur & ale-

tis & fortioris absolutionis & benedictionis, si ipsi in persona adessent, Romanum pertraxerunt. Quorum extrema impudentia, lascivia, fornicatio, & Sodomia universo mundo ita innocuit, ut ante hæc tempora Synodo Foroiuliensi opus fuerit, propria lege cavere, ne ullo unquam tempore post ullam vel Monialis vel Abbatis, ut prius, Romanum proficiseretur. Vnde, Lullum Episcopum Oluitam quendam Abbatissam excommunicasse, scribitur, quod Romanum spreta lege inviserit. Hospin.

1519. *Ex actis Imperij.*

Cum de novi Imperatoris electione verba in Senatu Arch. Moguntinus faceret, vir prudens & vaticinatus est, inquiens: Hoc mihi venit in mentem, si quando Cæsar iratus veniat in Germaniam, & Hispanos adduceret, libertati nostræ magnum fore periculum: cogito etiam, posse fieri, ut Imperij dignitatem hanc vix ægræ nobis aliquando restituant Hispani. Et si Mediolanum vi recuperent, futurum, ut sibi retineant. Præterea, quæ de religione, indulgentiis, item de Pontificis potestate natæ sunt disputationes,videntur nunc quidem esse sanabiles, sed paulo post magnam secum: trahent ruinam, & Ecclesiæ mutationem. Imp. Cæsario s. Papa Leone 10. ut sup.

Vaticinium de Imperatore Friderico.

Vaticinium eo tempore tritum hoc fuit: Imperator Fridericus quando adveniet, liberabit sanctum Sepulchrum Domini. Sed cum prophetias ita se habent, ut citius impleantur, quam intelligantur: ita cum hac quoque accidit. Nam Dux Saxonie Fridericus elector (sub quo Lutherus Papatum reformatum ceperit) Francfurti ab Electoribus uno consensu in imperatorem electus fuit, & revera Imperator fuerat, si saltum assensum præbuisset: sed propter senectutem Carolam V. voto suo Imperatorem designavit, & periiit.

P. 115. Perinde autem Deo est, quam diu quis Cæsar sit, modò sit. Idcirco hic Cæsar Fridericus, id est, Elector Saxonie, per prædicationem D. Lutheri sanctum sepulchrum, id est sacram Scripturam, (in qua veritas Christi, extingta à Papistis, sepulta jactum) mendicantes & inquisidores hereticæ prævatis custodierant ne discipuli Christi venirent, & auferrent eam) liberari per in.

*Albertus Pighius Campenfis,
Theologus.*

Pighius de Eccles. Hirar. libro 1. cap 2. dicit, Apostolos quadam conscripsisse non ut scripta illa praefissent fidei, & religioni nostræ, sed ut subessent potius. Et tandem concludit, Ecclesiæ authoritatem, non solum non inferiorem, non solum parem, immo quodammodo & superiorem & notioram esse autoritatem Scripturæ: siquidem Ecclesia principiis Scripturæ canonicam imparitura est authoritatem, quam nec ex se, nec ex autoribus suis habebant. Cap. 3. dicit, Apostolicas epistolæ non Ecclesiæ Catholice, sed pro nata occasione necessitatibus aut alterius Ecclesiæ particularium, scriptas esse: ideo esse opinandum, Apostolum universis suis Epistolæ volumine comprehendere universa nostra fidei, Christianæque doctrinæ præcepta & mysteria. Et addit epistolam ad Philemonem, quia præter deprecationem pro servo fugitivo nihil prorsus continet, esse in hoc scriptam à Paulo, ut publicè legeretur in catholica Christi Ecclesia. In fine inquit: Anathema sunt, quicunque communi receptæque ab antiquo observationi, & traditioni Ecclesiastice contradicunt, tametsi nulli Scripturarum vel contradicant, vel adversentur.

Hunc ceterosque scriptores Pontificios, P. Paulus 4. in Epistola ad Ioannem Gropperum designatum Cardinalem, scribit, male defendere doctrinam & ceremonias Ecclesiæ Romanae, in quibus multa nec excusari, neque defendi possint. Imperatore Carolo s. Papa Leone 10

Ee codem.

Hic Astrologus, Canonista, & Chymista, scripsit pro Romana Ecclesia libellum, qui Romæ clam excusus, datus est Campegio Cardinali, & Legato Papæ, prefecturo in Germaniam, ut illum communicaret Principibus Germaniæ, ad concitandum inter ipsos odia aduersus Lutheranos.

Hujus Campegi machinationes alias plures, cruenta & nefanda quævis spirantes, reperiet Lector apud Rebuvizium. Literas vero, quibus nomine Papæ, Imperatori ultimam sedis Pontificię resignavit amicitiam, & bellum indixit perpetuum, offendes apud Georgium Capellam: sed responsio Imperatoris, per quam annositè relata Papa habet

qui & tollere, uti placebat Papa, nol-
bat: sed prius generali concilio offerri
& examinari, & quum esse, dicebat: ideo
Papa eum excommunicare, aliumq; Ca-
sarem substituere decrevit, qui libidini
& tyrantidi Pontificis magis pare-
ret. Missis igitur ad Turcarum Sul-
tanum (illum Christi, membrorumque
eius hostem abjuratissimum, & infensissi-
mum) Legatis cum diplomatis, eius ami-
citiam sibi expetiit: uig; Vngariam &
Austriam bello adoriretur, rogavit, ne
Concilium in Germania procederet, &
Cæsar atque Principes ita à proposito
conventu avocarentur, Heu stupendam
impietatem Paparum, crudelitatem, atq;
maliciam? Rebwitz.

Ex libro Primo Ceremoniarum

Nobilior laicus, etiam Imperator
aut Rex, aquam ad lavandas Pontificis
manus, primo ferat hoc ordine. Magis-
ter sacri hospitii cum clero cetero
ceremoniarum, (quem adesse oportet inordi-
nandis hisce rebus omnibus, cum servi-
entibus armorum) si Imperator aut Rex
aquam ferre debet cum aliquibus, etiam
principibus sociatus, Imperatorem aut
Regem ad credentiam ducit. Si est nobilis
inferior, solus erit, & in credentia aqua,
prius à ministris probatam & prægusta-
tam, accipit, in pelvibus, fertque con-
sueticis ceremoniis ad Pontificem, præun-
te uno ex auditoribus cum mantili, ad
tergendum manus. Imp. & Papa ut sup.

Ibidem. Stabunt ante mensas lavan-
tes eo ordine, quo sedere debent in men-
sa: prior Episcoporum in capite ad de-
xtram: si aderit Rex aliquis, erit secundo
loco: si plures Reges, mixti erunt cum
primis Cardinalibus, primo Cardinalis,
deinde Rex successivè.

Ibidem. Cardinales, ut Cæsarem con-
venient, congratulationibus & oblatio-
nib. factis nomine Papæ & collegii, illum
habentes medium inter duos primos E-
piscopos Cardinales, deducent usque ad
tentorium, sive alium locum sibi depu-
tatum extra urbem: nam Cæsar non con-
suevit ea die, qua appulit urbem intrare,
sed per noctem saltem una nocte, extra
mœnia in campis. Cardinales, & alii o-
mnes, postquam Cæsar ad locum depu-
tatum pervenerit, in urbem revertuntur.
Consueverunt etiam electi Imperatores
hac die, antequam ponticulum, qui pri-
mus ante ingressum urbis post descensum
montem occurrit, pertinuant, præstate
juramentum Romanis, in hanc formam:

p. 216.

Ego Carolus Rex Romanorum, futurus
Imperator, tequam coronetur Imperiali diadema-
te, sedet post primum Episcopum Cardina-
lem.

Ibidem. Cæsar deductus ad altare ca-
pellæ illius, quæ vocatur beatæ Mariæ
inter turcas, in manibus primi Cardina-
lis præsentis, & pontificis nomine reci-
pientis beato Petro, summo Pontifici,
& suis successoribus solitum juramentum
præstabit in forma subscripta, videlicet:
Ego N. Rex Romanorum, adjuvante Do-
mino, futurus Imperator, promitto,
spondeo, & pollico, atque juro Deo,
& beato Petro, me de cætero protec-
rem, atque defensorem fore summi Po-
tificis, & sanctæ Romanæ Ecclesiæ, in o-
mnibus necessitatibus & utilitatibus eius,
custodiendo & conservando possessiones,
honores, & iura ac jus, quantum divino
fultus adjutorio fuero, secundum scire &
posse meum, recta & pura fide. Sic me
Deus adjuvet, & hæc sancta Dei Evangelia.

Ibidem. Et hæc quidem sunt ad altare
beati Mauritii: nam ad altare beati Pe-
tri nemo inungitur, nemo ordinatur,
nisi Romanus Pontifex solus.

Hæc ferè omnia servata fuerunt, cum
Carolus quartus coronatus fuit Romæ
per dominum Petrum Episcopum Ho-
stiensem: quem ex Avinione Innocen-
tius sextus nuncium Apostolicum ad hoc
misericorditer & per dominum Egidium de Al-
bornozio tituli sancti Clementis presby-
terum Cardinalem, ac Legatum Aposto-
licum in Italia, anno Salutis millesimo
trecentesimo quinquagesimo quinto, No-
nis Aprilis, ut ex literis ipsius Caroli, quæ
adhuc extant, & registratæ sunt in archi-
vis Ecclesiæ, publicè patet. Voluit ta-
men idem Pontifex, quod Cardinales
prædicti publicè protestarentur domino
Imperatori, quod propter omissionem
reverentiarum, obsequiorum, & multarum
ceremoniarum, quæ pertinent ad per-
sonam Romani Pontificis, non esset ali-
quo modo derogatum privilegiis & ho-
norificiis Romanæ sedis, & suorum
successorum: & de hac protestatione &
consensu Imperatoris exigerent quadrupli-
ces literas, Regalibus & Imperialibus
sigillis munitas, sicut & factum est.

Ibidem. Imperatrix coronata mox o-
sculatur pedem Pontificis cum corona, &
surgens reducitur à Diaconis ad sugge-
sum, & cum cantatur deinde offertori-
um, reveratur ad pontificem, & illi offe-
rat aurum, quantum placet.

Ibidem. Eleto Pontifice, prior Diaconoru-
m incipit solus alta voce, quasi legendo:

ta : & si tertio dicitur per priorem , & totiens per illos quoque respondetur. Subsequenter idem prior Diaconorum dicit : Salvator mundi : & illi respondebunt : Tu illum adjuva : & sic ter dicetur, & ter respondetur. Deinde idem prior dicit : S. Maria : & illi respondebunt : Tu illum adjuva : & bis dicetur, & bis respondebitur. Inde prior idem subiunget : sancte Michael : & illi respondebunt : Tu illum adjuva. Ettunc deinceps semel dicetur, & semel respondebitur. Sequitur prior.

Sancte Michael,

Sancte Gabriel,

Sancte Raphaël,

Sancte Joannes Baptista,

Sancte Petre,

Tu illum adjuva.

Sancte Paule,

Sancte Andreas,

Sancte Stephane,

Sancte Leo,

Sancte Gregori,

Sancte Benedicte,

Sancte Basili,

Sancta Sabha,

Tu illum adjuva.

Sancta Agnes,

Sancta Cecilia,

Sancta Lucia,

Ibidem, Ducitur per familiarem sa-
criste rubro indutum, & baculum in sinis-
tra habentem, equus albus, mansuetus,
portans Sacramentum corporis Christi,
habens ad collum tintinnabulum bene-
tinniens. Post Sacramentum equitat im-
mediate sacraria : qui, ut ceteri praetati,
habet equum totum cooperatum bocasino,
&c.

p. 117. Item secl. 12. cap. 1. Ducitur post hos
equus albus, phaleratus, mansuetus, &
pulcher, cum tintinnabulo ad collum bene-
sonante, qui capulam vicit cum lacri-
mo Christi corpore.

Item cap. 4. Ante Pontificem semper
preferatur crux per subdiaconum, & post
crucem portatur corpus Christi super e-
quum album cum campanella.

Ibidem tit. 15. 5. de rogatione. Scri-
ptum est. Papam quoque in purgatorium
descendere: quod mirum videri poterat,
cum auctor affirmare, se alios inde posse
eximere.

Ibidem. Cum Papa per scalam, passo
rubeo cooperata, quam portate equus
albus ductus per unum ex parafrenariis,
purpurea veste indutum, ascendit equum,
major princeps qui praelens adeat, etiam si
Rex esset aut Imperator, stapham equi
Papalis tenet, & deinde durum agnus.

reges, dignores docant equum. Et pol-
quam Imperator, Rex, sive alius magnus
princeps aliquantulum equum duxerit,
substituantur alii duomagni nobiles eo-
rum loco, & mutentur. Si vero pontifex
non equo, sed sella veheretur, quatuor
majores principes, etiam si inter eos Im-
perator, aut quisvis maximus princeps
adesset, in honorem Salvatoris IesuChri-
sti, sellam ipsam cum pontifice humeris
suis portare aliquantulum debent.

Ibidem paulo post. Ipse pontifex a priori
canonicorum Ecclesie Lateran. & Canonicis
ceteris ducitur ad marmo, eā sedem, ante
portam principalem a sinistra stante, q:z
stercoraria appellatur, & ibi eum sedere
faciunt, qui ita tamē sedet, ut magis
jacere videatur: ad quem mox acceden-
tes Cardinales, elevant eum honorifice;
dicentes; fuscit de pulvere egenum, &
de stercore erigit pauperem: ut sedeat
cum principibus, & solium gloriae tene-
at. Surgens Pontifex, accipit de gremio
camerarii sibi assistentis, quantum pu-
gno potest complecti pecuniarum: ubi
tamen nihil prouersus sit argenti vel auri,
& spargit inter populum, dicens; Argen-
tum & aurum non est mihi: quod autem
habeo, hoc do vobis. Act. 4. hoc est,
nucem proiecit, & sibi servat nucleus.

Ibidem. Romanus Pontifex nemini o-
mino mortalium reverentiam facit af-
surgendo manib; aut caput inclinan-
do, seu detegendo.

Ibidem. Omnes mortales, & preser-
tati Christi fideles, cujuscunque sint di-
gitatis & præminentia, cum primum
in conspectum Pontificis adveniunt, di-
stantibus spaciiter debent ante illum
genua flexere, & in honorem Salvatoris
nostris Iesu Christi, cujus vices in terris
gerit, eius pedes osculari.

Ibidem Quinque Agnus Dei Papa Ur-
banus & Orientali Imperatori cum hisce
versibus, ceu grande munus, dono dedit:

Balsamus & munda cera, cum Chrysma-
tis nuda;

Conscinunt Agnum, quod Munus dotibi
magnum,

Fonte veluti natum, per Mystica sancti-
ficatum.

Fulgura de sursum depellit, & omne ma-
lignum:

Peccatum frangit, ut Christi sanguis, &
angit:

Pregnans servat simul, & partus libe-
ratur:

panili, hoc ordine. In primis debet campana ipsa ita suspendi & situari, ut comodè possit intus & extra tangi, tractari & circuiri: deinde prope ipsam campanam benedicendam, paratur Pontifici faldistorium, vas aquæ benedicenda, aspersorium, vas cum sale, linteum munda ad extergendum campanam, quando opus erit, vas olei sancti infirmorum, sanguinem christi, thymiamam, thus, Myrram, & thuribulum cum igne. Diaconus etiam accipit amictum, albam, cingulum, manipulum, stolam, & dalmaticam albi coloris.

His ordinatis, Pontifex in sacraria aut alio convenienti loco, paratus amictu, albâ, cingulo, stolâ, pluviali albi coloris, & mitrâ simplici, baculum pastorem manu gestans, venit prope campanam: ubi sedens super faldistorium ibidem sibi preparatum, dicit cum ministris Psalmos sex, scilicet 51. 54. 57. 67. 70. & 76. Tunc surgit pontifex, & trans cum mitra, benedicit sal & aquam, dicens.

Exorcizo te, creatura salis, per Deum vivum, per Deum verum, per Deum sanctum: per Deum, qui te per Elium prophetam in aquam mitti jussit, ut sanaretur sterilitas aquæ, ut efficiaris sal exorcizatum, in salutem credentium: ut sis omnibus te sumentibus. sanitas animæ & corporis: & effugiat atque discedat ab eo locus, in quo aspersum fueris, omnis phantasia, & nequitia, ac versutia diabolice fraudis, omnisque spiritus immundus, adjuratus per eum, qui venturus est judicare vivos & mortuos, & seculum per ignem, Resp. Amen.

p. 118. Deinde depositâ mitrâ dicit versus: Domine exaudi orationem meam. Resp. Et clamor meus ad te veniat. Vers. Dominus vobiscum. Resp. Et cum Spiritu suo.

Oremus. Immensam elementiam tuam, omnipotens, æterne Deus, humiliter imploramus, ut hanc creaturam salis, quam in usum generis humani tribuisti, benedicere, & sanctificare tua pietate digneris: ut sit omnibus id sumentibus, salus mentis & corporis: ut quicquid ex eo tamen vel respersum fuerit, caret omnini immunditiâ, omnique impugnatione spiritualis nequit, per virtutem Domini nostri Iesu Christi, qui venturus est judicare vivos & mortuos, & seculum per ignem. Resp. Amen.

Tunc accepta mitrâ, extesa dextrâ super aquam, stans absoluere dicit: Exorcizo te, creatura aquæ, in nomine Dei patris o-

virtutem ejusdem Domini nostri Iesu Christi, qui venturus &c. Resp. Amen.

Deinde depositâ mitrâ dicit: Domine, exaudi orationem meam. Resp. Et clamor. Vers. Dominus vobiscum. Resp. & cum Spiritu suo.

Oremus. Deus, qui ad salutem humani generis maxima quæque sacramenta in aquarum substantiâ condidisti, ad te propitijs invocationibus nostris, & elemen- to hic multimodis purificationibus preparato, virtutem tuæ benedictionis infunde, ut creatura tua mysteriis tuis serviens, ad abiiciendos dæmones, morbosque pellendos, divinæ gratiæ sumat esse&um, ut quicquid in domibus, vel in locis fidelium haec unida asperferit, caret omni immundiciâ, liberetur à noxa. Non illic resideat spiritus pestilens, non aura corruptens, discedant omnes insidiz latentis inimici, & si quid est, quod aut in columitati habitantiū invidet, aut quieti, aspersione hujs aquæ effugiat, ut sa- lubritas per invocationem tui sancti nominis expedita, ab omnibus sit impugna- tionibus defensa: per virtutem D.N.&c. Resp. Amen.

Oratio alia. Oremus. Benedic, Domine, hanc aquam benedictione celesti, & assistat super eam virtus Spiritus sancti, ut cum hoc vasculum ad invitandos filios Ecclesie preparatum, in eam fuerit tinctum, ubicumq; postmodum sonuerit eius tinnitus, prosul recedat virtus insidianum, umbraphantasmatum, incur- sio turbinum, percussio fulminum, iæsi- tonitruerum, calamitas tempestatum, omnisque spiritus procellarum: & cum clangore illius audierint filii Christi norum, crescat in eis devotionis augmen- tum, ut festinantes ad piaz matris Ecclesie gremium, cantent ibi in Ecclesia sanctorum canticum novum in laudes eorum, deferentes in sono præconium tubæ, mo- dulationem psalterii, exultationem organi, deprecantes Dominum cœli pro sceleribus, & pro omnibus necessariis suis, quatenus invitare valeant in templo sancto tuo, suis obsequiis & precibus, multitudinem exercitus angelorum: & intercedentibus omnium sanctorum misericordiis, impetrare, quod poposcerint, me- reantur, Salvator mundi Deus, qui cum patre, &c.

Post haec Pontifex mittat sal in aquam in modum crucis, semel dicens: Hæc commissio salis & aquæ efficiant salutare sacramentum, in nomine Patris, & Filiij & Spiritus sancti. Quo facta super sal-

Culicis alpera, & omnis infestatio im-
eius sancti nominis, omnis infestatio im-
mundi spiritus abiiciatur, terrorque ve-
nenosus serpentis procul pellatur, &c.

His peractis, pontifex accepta mitra,
incipit lavare campanam cum dicta a-
qua, & ministri prosequuntur lotionem;
lavantes eam totaliter, intus & extrinseco:
deinde cum linteo mundo extergunt, pon-
tifice cum mitra sedente, & cum aliis mi-
nistris dicente psalmum 146. 147. 148.

& 149.

Quibus finitis, surgit Pontifex cum mi-
tra: & cum pollice dextræ manus facit ab
extrinseco supra campanam de oleo sancto
infirorum signum crucis: quo facto, de-
posita mitra, dicit orationem, ut Deus
campanam suo sancto Spiritu sanctificet,
ut, si auditur eius sonitus, in hominibus
crescat devotio, & omne malum abigatur.

Deinde Pontifex, accepta mitra, ex-
tergit cum linteo mundo crucem a se fa-
& tam. Deinde inchoat schola prosequen-
te, antiphonam, deinde repetitur anti-
phona. Interim pontifex cum mitra stans;
facit cum pollice dextræ manus de oleo
sancto infirorum 7. cruces exterius su-
per campanam: & de intus cum christia-
te quatuor, pari distantiâ, dicens, dum
quamlibet crucem facit: Consecetur, &
sanctificetur, Domine, signum istud in
nomine patris, & filii, & Spiritus sancti:
Pax tibi. Deinde iterum orat, ut Deus
tintinnabulum cœlesti benedictione per-
fundat, purificet, sanctificet, & conse-
ceret, &c.

Tunc sedet pontifex, & accepta mitra
imponit in thuribulo thymiamam, thins, &
myrrham, si haberit possunt: alioquin,
quæ ex ipsis habentur: quibus impositis,
thuribulum ipsum supponitur campanæ,
ut totum sumum recipiat. Deinde pon-
tifex oscularatur librum Evangeliorum.
Tum producit super campanam benedi-
ctam signum crucis, & reassumta mitra,
discedit.

Ibidem. Pontifice Leone 3. qui fuit sub
fim imperii constantini, 16. Aprilis, In-
dictione II. Luna vesperi post coenam
Dominicæ cepit obscurari: & sanguinem
multum praestulit, usque ad gallicini-
um, anno 796.

p. 119. Stephanum II. in Pontificem electum,
& humeris exceptum, primum in basili-
cam Constantianam deportatum, tradidit
liber hic Pontif. & Francus de Pontifici-
bus. Oppresso Aistulohu, in pompa so-
lenni ad Lateranensem basilicam se por-
taricuravit, & ut pedem

bitur a Biondo nobis. Decades L. & II.
milio. Iustinianus Imperator Constantini
Pape pedes Nicomedie osculatus est.

Qualiter benedicatur & consecratur
baculus pastoralis, sal, aqua, lapis pri-
marius pro Ecclesia ædificanda, altare,
tobalea vasorum & ornamentorum (jejunio
stomachio) cimiterii, (reconciliatione)
crucis, signi campanæ, capsarum pro
reliquiis, armorum, ensis, vexilli belli-
ci, vasculi pro Eucharistia conservanda,
vide ibidem.

Ibidem. Adrianus tertius, cum lega-
tos suos Constantinopolim misisset ad
Synodum celebrandam, libellum ei trans-
didit, in quo de principatu Romanæ Ec-
clesiz, & de imaginum cultu scriptum
erat: ac jussit, ne quem ex Grecis ad Sy-
nodum admitterent, nisi prius ei libello
subscriptisset: an. 885.

Vide ibidem: & confer introitum in
Ierusalem Salvatoris nostri Iesu Christi,
& processionem Pape ad Lateranum, vi-
debis, hunc procul abesse à Christo.

Ibidem. Hoc affirmamus, ante Caro-
lum Magnum, in cuius personam impe-
rium translatum est à Græcis per Latinos
neminem Imperii Romani coronam ex
manu Romani pontificis Romæ suscepisse.
Et paulo post: Legimus & in aliis histo-
riis, quosdam imperatores Arelatz et
iam coronam suscepisse de regno Arela-
tenisi: & alibi aliás, pro aliis regnis.

Ibidem. Imperator accedens equum
Pontificis, in honorem Salvatoris nostri
Iesu Christi, cuius vices Pontifex in terris
gerit, tenet stapham, quoad Pontifex ea-
cum ascenderit: & deinde accepto fre-
no equi, dicit equum pontificis: Pon-
tifex, dum Imperator hæc humilitatis offi-
cia vult exhibere, debet aliquantulum
honeste recusare.

Ibidem. Imperator post coronatio-
nem recipitur à Canonicis sancti Petri in
Canonicum: & in fratrem. Quare?

Ibidem. Ego N. eleagus Ecclesiz N. ab
hac horâ in antea fidelis & obediens ero
B. Pero, sanctæ Romanæ Ecclesiz, & do-
mino nostro, domino N. Papæ N. suisq;
successorib. canonice intrantibus. Non
ero in consilio aut consensi, vel facto,
ut vitam perdant aut membrum, seu ca-
piantur mala captione: aut in eos vio-
lenter manus quomodo liber ingerantur:
vel injuriaz aliquæ inferantur, quovis
quæ sit colore. Consilium vero quod
mihi credituri sunt per se, aut nuncios

Apostolicis iuribus in custode reca-
norificè trætabo: & in suis necessitatib. ad
juvabo. Iura, honores, privilegia, & autho-
ritatem Romanæ ecclesiæ, domini nostri
Papæ, & successorum prædicatorum. con-
servare, defendere, augere & promove-
re curabo. Nec ego in consilio vel facto,
seu tractatu, in quibus contra ipsum do-
minum nostrum, vel eandem Romanam
Ecclesiam aliqua sinistra vel præjudicia-
lia personatum, juris, honoris, status,
& potestatis eorum machinentur. Et si,
talia à quibuscumq; trætari vel procurari
novero, impediam hoc pro posse: & quan-
to citius potero, significabo eidem domi-
no nostro, vel alteri, per quem possit ad
ipsum notitiam perveniri. Regulas san-
& orum patrum, decreta, ordinationes,
seu dispositiones, reservationes, provi-
siones, & mandata apostolica totis vi-
ribus observabo, & faciam ab aliis ob-
servari. Hæreticos, schismaticos, & re-
belles eidem domino nostro, vel succes-
soribus prædictis, pro posse persequar,
& impugnabo. Vocatus ad Synodum
veniam, nisi præpeditus fuero canonica
præpeditione. Apostolorū limina singu-
lis annis, coria existente citra, ultra ve-
ro montes, singulis bienniis: ultra verò
mare, singulis trienniis per me ipsum vi-
sitabo: et si post primam visitationem
personaliter factam, aliquo legitimo
negocio præpeditus, personaliter visita-
re non potero, per aliquem fidum nun-
cium de gremio meæ N. Ecclesiæ bene in-
strum, qui vice meæ Apostolico con-
spectu se præsentare, & de legitimo im-
pedimento hujusmodi, saltem per jura-
mentum legitimum, fidem facere teneat-
ur, id adimplebo. Possessiones verò ad
mensam meam pertinentes non vendam,
neque donabo, neque impignorabo, ne-
que de novo infeudabo, vel aliquo modo
alienabo, inconsulto Romano pontifice,
etiam cum consensu capituli mei: sic me
Deus adjuvet, & hæc sancta Dei Evangelia.

Et inter examinis articulos, antequam
consecratur Episcopus, interrogatus: Vis
B. Petro Apostolo, cui à Deo data est po-
testas ligandi & solvendi, eiusque vica-
riis, Romanis pontificibus fidem, subje-
ctionem & obedientiam, secundum ca-
nonicam auctoritatem exhibere? Vis
mores tuos ab omni malo temperare: &
quantum poteris, Domino adjuvante,
ad omne bonum commutare? Vis semper
in divinis esse negotiis mancipatus, & à
terrenis negotiis vel lucris turpibus alie-
nus: quantum te humana fragilitas con-
fenserit posse? Vis humilitatem & pati-
entiam in seipso ostendere?

etiam hoc queritur: Anathematizas et
iam omnem hæresin, ex ollentem se ad
versus hanc sanctam Ecclesiæ in Catholicam?
Resp. Anathematizo. Et sic deinde
consecratur.

Electio summi pontificis seculo VII.
post Christum aliquandiu, sicut & antea,
fuit penes clerum & exercitum simul,
itemque exarchum Italiz: postea Con-
stantinus quintus ad pontificem Benedi-
cūm 2. hominis sanctitate permouis, san-
ctionem misit, ut deinceps, quem clerus
populus exercitusque Rom. in Pontif-
cem delegisset, eundem statim verum
Christi vicarium esse, omnes crederent,
nullâ aut Constantinopolitanis princi-
pis, aut Italiz Exarchi expectata auto-
ritate, ut antea fieri consueverat. Id enim
ratum erat in creando pontifice, quod
princeps confirmasset, vel qui eius vices
in Italia gerebat. Platina, Liber pontificalis in Benedicto, & Sabellius libro 6.
Ennead. 8.

Polydorus Virgilius addit, hanc le-
gem haud diu esse servatam. Nam cum
paucis post annis Gregorius 3. ac non
nulli alii deinceps pontifices, Longo-
bardorum iniuriis pressi, nihil auxiliu à
Constantinopolitanis principibus habe-
rent, ad Carolum primo Martellum &
Pipinum, deinde ad Carolum magnum
Pipini filium, Francorum reges, sagere
coacti sunt. Quas ob res Leo tertius i-
psum Carolum Magnum fecit Imperato-
rem: cujus successores confueverunt iti-
dem pontificis electionem cōfirmare. At-
que sic usus est, ut tunc primum tutela
Romani pontificis ab Imperatoribus Con-
stantinopolitanis ad alios translata sit.
Postremo circiter annum salutis 1059.
Pontifex Nicolaus 2. concilio celebra-
to, pontificum electionem ad Cardinales
illos, qui animarum curam gerebant, tan-
tum reduxit, idque hodie observatur, Po-
lydorus libro 4. cap. 10.

Stephanus electus in pontificem, sta-
tim Legatos ad Imperatorem misit, qui
ab eo confirmationem peterent. Aimo-
inus libro 4. cap. 102. de Francis. Et
Paschalis, sine Imperatoris Ludovici
Pii assensu, Pontifex appellatus, in cle-
rum & populum electionis culpam per
oratorem rejectit. Imperator id moleste
quidem tulit, sed tamen moderate re-
spondit: debere eos videre, ne maiestatem
læderent, nec pacta violarent. Simoneta
lib. 5. cap. 4.

Defuncto Valentino Papa, Gregorius

114.
Cum Sergius sine Lotharii assensu pontificatum iniisset, misit Romam Ludovicum filium suum, & Drogonem Menthensem archiepiscopum; & plures alios episcopos, abbates, & comites, cum valido exercitu, qui cum pontifice diu multumque disputarunt, ac ostenderunt Papam subjectum esse Cæsari, nec recte sine eius consensu consecrari. Coegerunt etiam cives Romanos fidem Imperatori jurare Liber Pontificalis; Luitbrandus Ticinensis.

Henricus Cornelius Agrippa
ab Nettesheim, I. V. D. Eques auras-
tus, à consiliis & archivis ludi-
ciarius sacrae Cæsareæ Ma-
jestratis.

*Quā pompa Augustalis coronatio
incepit: & quo ordine Summus Pon-
tifex templum divi Petronii
ingressus.*

Describenda nobis nunc est Augustalis coronationis solennitas, quæ postridie à Longobardicâ coronatione peragenda restabat. Erat illa dies sexta Calend. Mertias: diest ter felicissima, terq; albo calculo signanda: dies, qua in hanc lucem reditus Cæsar, maxima omnium spe, nec una quidem, Mundi dominus natus est: dies, qua de Gallis ab antiquo hostibus jam sepe antea victor, tum etiam triumphator, capto illorum Rege, gloriofissima & inaudita superis temporebus, semperque veneranda victoria potitus: unde tandem hæc nobis cum Gallis felicissima pax & affinitas parta est. Qua eadem die nunc Augustale Romani Imperii diadema, è septimi Clementis summi Christianorum Pontificis, beatissimis manibus suscepit.

Iamiam aderat optatissima illa dies, qua fugato astræ noctis nubilo, cælum marutino crepusculo, disiecta obscura tenebrarum caligine, agte Solis radios, adhuc propriæ lucis candore resplenderet: cum discursu triumphali nobilium turbæ plateas complent, tantaque hilaritudine cunctæ gaudebant, & serena facie gemitabant, ut præter peculiare in morem, etiam equi & canes, & quæque domesticæ hominibus animalia jucundis gestibus vocibusque exultare sentirentur, canorum quo aviculæ suavissimos concentus ultra consuetum adsonarent, exultantiumque vocibus ipsum cælum reboaret. Admurmurabant dulci zephyro perflata arbores, ex quo

ma, sed ver ipsum parceret. Omnis creatura futurum Imperatorem, temporum dominum, orbisque totius Regnum, velut numen aliquod cœlitus demissum, ventari videbatur.

Longum est h̄c referre incredibilem inæstimabilemque vestitum ornatum, quibus inter se cum pomposi Hispani, tum magnifici Itali, & profusi Burgundiones, & vinci impatientes Germani, magnificissimis sumptibus concertabant, & quisque quibus potuit quam maximo sumtu comparatis, suum p̄r ceteris in p. 152. Cæsarem affectum ostentare nitebatur. Hi aureis, illi agenteis, isti holosericis, alii polymiris, alii planis, alii villosis cum infectis purpura, & tintis murice & cocco, tum Attalica Semiramidesque textura, & Phrygio opere elaboratis, iuvenisque cum unionibus variarum gemmarum lapillis resplendebant. Equi omnibus tales, quales Turno fuisse describit Vergilius, & Homerus ad Trojam venisse narrat Menonis.

Ea erat pomparum solennitas, cui nihil adiici ad gloriæ magnitudinem potuerit. Iamque crescentibus orientis Sociis radiis, illuxerat clara dies; cum Principes & satrapæ, ceterique nobiles palatiū protinus adeunt: ubi in amplissimam basilicam, ad alteram palatii contignationem ascendentibus, omnes ad Cæsarem conveniunt. Quod ubi resculpet Pontifex, dispositaque esse omnia, ipse prior, pontificio ornatu sacrisque vestibus induitus, multis admodum Cardinalibus & Episcopis singulis in pontificibus eorum, sociatus, templum divi Petronii hoc ordine ingreditur:

Prægrediebantur bini & bini, cubiculatii, ostiarii & scribæ apostolici. Post illos duodecim Bononiensis scholæ veterani legum doctores, equestris ordine & palatinatus dignitate à Cæsare recente donati. Deinde octo ejusdem civitatis viri patricii venerabili pompa succedebant, quos sequebatur Rector Universitatis sua purpura superbus. Deinde Praetor urbis Bononiensis, quem Potestatem vulgo vocant, in veste aurata admodum conspicuus. Postea ibant auditores Rotæ, ceterique judiciorum officiales. Demum sibi cum Episcopi, tum Archiepiscopi, singuli in Pontificalibus suis venerabiles. Hos proxime sequebantur reverendissimi Cardinales per ordinem, videlicet Medices, Dorias, Grimaldus, Gaddi, Mantuanus, Pisanus, sanctæ Crucis, Cornarus, Grimannus, Perusius. Ro-

tagium scuti instar in terga dependet. Dehinc duo Ecclesiae tribunt sive capitanei, quos Italicum vulgus Confaloneros vocat, magnanimus comes Ludovicus Rangon, & magnificus dominus Laurentius Cibo, ambo armati incedebant. Post quos adhuc alii tres reverendissimi Cardinales, Celerinus, Cæsius, & Cibo, beatissimo Pontifici assistentes, ambulabant, in quorum medio sanctissimus Pater Clemens, eius nominis Papa septimus, Pontificio ornatus, triplici diademate coronatus, in aurea pontificali cathedra ab oculo purpuratis stipatoribus sub aureo umbraculo sublimis ferebatur. Quem deinceps ingens Abbatum, protoneotoriorum, aliorumque, cum Ecclesiasticorum Praetitorum, tum secularium, nobiliumque satraparum, Magnatumque turba sequebatur.

Cumque jam beatissimus Pontifex intra templum prædiolum, ad altare maius usque applicuisset: singulis sua loca occupantibus, incepit officium, quam concinenteribus psalmis. Tertiam vocant: tum exhibita Pontifici consueta obedientia, à seniori Cardinalium Farnesio incepta, singulis deinceps pro sua creationis ordine Cardinalitatem manum pontificis deosculantibus. Proinde singulis Archiepiscopi, post etiam Episcopi consimili ordine ad pedum oscula processerunt. Inter ea missi sunt duo ex reverendissimorum Cardinalium cetero, videlicet Salviatus & Rodolphus Diaconi Cardinales, ut Cesarem adducerent in templum, qui hac, quam nunc dicemus, pompa palatio egreditur.

Quo ordine ex palatio itum est in templum.

Anteibat ingens nobilium puerorum caterva, pulcherrimam de se speciem præbens: subsequebantur magno numero fulgidæ nobilitatis & equestris ordinis viti, omnes quidem magnifico ornatus spectabiles. Deinde complures Barones, Comites, Marchiones, & plerique duces, & sacri Romani Imperii Principes, quibus Cesarea Aulæ diuersorum munerum præfeti, satrapæ succedebant. Deinde externorum Regum atque Principum, videlicet Franciæ, Angliæ, Scotiæ, Portugallie, Vngarie, Bohemiæ, Poloniæ, ducis Ferrariæ, aliorumque Principum, tum Venetorum, Genuenium, Senensem, Lucensem, Florentinorum, & aliarum gentium oratores atque legati, clarissimi quidem omnes. Postremo Cesarei consiliis senatores ac viri consulares, secretorumque scribae, & reliqua togatorum turba, suis discreta ordinibus succedebat.

Deniq; post longi illi, &

gistros domus, cum suis arundinibus (scipiones antiqui vocant) bini & bini, pariter incedebant. Supremus autem & primarius magister generosus dominus Rhodio, elevata arundine sua sequebatur illos solus.

Continuo Cæsar, & qui coronationis insignia ferebant Principes, hoc ordine succeſſerunt: Primum ibat Illustris Princeps Bonifacius Palæologus, Marchio Montisferrati, toga holofterica coccinea indutus, & supervestitus ex villoſa purpura, patagia chlamyde, candidissimis armellinis pellibus suffulta, tum & maximi sumtus gemmata tyara caput eius in tegebat, sacramque imperiale sceptrum aureum magnificentissima cum arte tum impensa elaboratum, dextra preſerebat. Iuxta sequebatur illum strenuū & magnanimes Princeps Franciæ Maria Rovera, dux Urbini, etiam suo ducali ornatu incedens, qui Imperatoriū gladium (cujus capulus & vagina arte aurifica & gemmata supra omnem estimationem ad miraculum spectans sunt elaborata) sua dextra elevatum attollebat.

Insequuntur istos per ordinem, ex Palatinis Rheni & Bavariæ ducibus, illustris Princeps Philippus, ducali purpura ac tyara magnifice ornatus, qui aureum mundum manibus sustinebat. Deinde potestissimus Sabaudiz dux Carolus, in suo ducali habitu tam superbissimo sumtu eleborato, ut tyara illius supra C. millia ducatorum estimatione sit. Hic sacrum Imperii diadema ex auro obryzo, preciosissimis lapillis refertum, adeoque sumptuosum, ut omnem estimationem excedat, ambabus manibus gestabat. E vestigio diuus Cæsar Carolus, abolla regia vestitus, superindutus ex crispato auro Babylonice textore prælongo patagio, corona regia insignis, medius inter prænominateos illos duos pontificio ornatu infilatos diaconos Cardinales incedebat, eiusque postremas fimbrias illustris comes Henricus à Nassau sustinebat.

Proxime deinde sequebantur quatuor insignes Episcopi, cum Regnum Franciæ, Angliæ, Scotiæ, Portugallie, Vngarie, Bohemiæ, Poloniæ, ducis Ferrariæ, aliorumque Principum, tum Venetorum, Genuenium, Senensem, Lucensem, Florentinorum, & aliarum gentium oratores atque legati, clarissimi quidem omnes. Postremo Cesarei consiliis senatores ac viri consulares, secretorumque scribae, & reliqua togatorum turba, suis discreta ordinibus succedebat.

Deniq; post longi illi, &

*Quibus ceremoniis Augustalis
coronatio peracta est: atque generosus
Adrianus de Groy, dominus à Rho-
dio, in comitem prove-
ctus est.*

Convenerat omnis hæc multitudo in ea, quam diximus, altiore palatii basili- ca, ex qua narrato ordine in inferiorem quæ in primo solario est, basilikam de- scendebat. Erat ibi perforato muro con- structum ostium per amplum, à quo ex- tractus pons sublimis, utraque parte mu- nitus, & undique virentibus ferris ex he- dera, myro, lauroque vestitus, insertis pontificiis & Cæsareis clypeis, per forum medium ad ostium templi divi Petronii, per ducentos ferme passus, ea altitudine qua erat prima palatii contignatio, su- blimis protendebatur, atque exinde in- tra templum in chorūm usque contra al- tare maius paulatim declinabat: ad cujus extrellum contra ostium templi in subli- mi suggesto fabricatum facellum, divæ virginis intra turres phanum repræsen- tabat: per hunc pontem in templum usq; tota pompa à sublimi procedebat.

Cumque jam Cæsar ipse ad facellum usque (quod diximus ad extrellum pon- ti extratum) pervenisset: à Romanis canoniciis & Decano divi Petri (qui ad hoc ex urbe Romana Bononiam vene- rant) correptus, ductus est intra facel- lum ad altare: ubi paratum illi erat pul- pitum, preciosa rapeto ac aureo hypo- corismate instratum, in quod procum- bens in genua Cæsar, post brevem orati- unculam iurandum beato Petro, ejusq; sanctissimo Vicario Romano Pontifici præficit, in manus Salvati Cardinalis, ea forma, qua Ludovicum Caroli filium jurasse, decretæ confirmant.

Tunc per venerabilem Ciceræ episco- sum, Ariostrum Ferrariensem, summi Pontificis architriclinum, induitus Cæsar lino stolio, quod superpellicium vo- cant, acceptaque quæ dicitur amicia, in Canonicum sancti Petri investitus est: Cui sicutanti ante altare, Decanus & singuli per ordinem Canonici, exhibita au- gustali reverentia, manus desculati sunt. Egressus deinde facellum illud, à duobus Cardinalibus medio interceptus, tradus- tus est intra templum, ad cujus ostium ab aliis duabus reverendissimis, & post priorem senioribus Episcopis Cardinali- bus Anconitano & Sanctorum quatuor coronatorum, summa cum honorificen- tia obviā exceptus, post certas prece- las intra templum abducitur.

dum longitudine contractus corruit, ce- cideruntque innumeri, unus aut alter moribundi, pauci vulnerati inuenti, sunt: res ab omnibus miraculo tenus ha- bita, non omnes una periisse. Plerique hanc rem in omen vertentes, ex confracto ponte, nullum deinceps alium Imperato- rem coronatum iri, vaticinari ausi sunt.

Iamque Cæsar ingressus templum ad facellum, divo Gregorio intitulatum, traducitur: ubi positis superpellicio atq; amicis, per venerabilem Cauriensem antistitem, sacris vestibus, humeris, & alba, & Dalmatica, & tibialibus, & san- daliis induitus est, ac Imperiali trabea circumdat⁹, quæ Babylonicas ac Phrygiis attribus contexta, & insertis preciosissi- mis gemmis multiformiter variegata, sic ut cum descriptione sic difficilis, tum pendere ferè importabilis, magnificen- tia eius etiam supra omne precium in- estimabilis existat.

Hoc factio atq; preciosissimo habitu ad- ornatus Cæsar, duobus P; & suis bus à quovis latere, videlicet Bareni, & Palatinensi, Brixieni, & Cauriensi, ac illatis Comite de Nassau à tergo gemmata trabea gra- ye pondus sustinentibus, medius duorum Cardinalium ad medium usque templi, cui loco Rotæ Porphyreæ nomen inde- rante, traductus est: ibi trinam benedi- citionem accipiens, proinde ducitur ad altare maius, quod D. Petri Apostoli Romanam aram repræsentabat.

Ibi super auream mattam, aureo pul- vino subdito provolutus, usque post can- tatas litanias, aliaque suffragia, permane- fit: quem postea attollentes duo Cardina- les, videlicet Campægius prior presby- terorum, & Cibo prior diaconorum, in facellum, divo Mauricio adscriptum, adduxerunt: ubi per præstantissimum pa- trem cardinalem Farnesium, Otiensem antistitem, & Cardinalium Episcoporum priorem, sed & totius reverendissimorum Cardinalium collegii seniorem atque de- canum (exutus prius & solitus vestibus) sacrosancto charismate, à dextræ manus restricta usq; in cubitum, atq; intra utras- que spatulas in dorso, non sine sacrissimis benedictionibus & ceremoniarum ritibus delinitus est & per venerandum Caurien- sem Episcopum deteritus, & quo fuerat induitus, sacro preciosoque amictu rest- tutus.

Tunc rursus Salvatus & Rudolphus Cardinales, qui Farnesio adstiterant, una cum illo conducunt eum ad summum Pontificem primum: qui sacro rostris-

magnificentissimum ante illum procubebat.

Accedens autem ad altare Pontifex, rem divinam pari religione, maxima cum soleitate inchoavi: peractaque confessione eum absolutione, ac intonato per eum alta voce Missæ introitu, & suffisio altari, accedens Pontificem diuus Cæsar, osculatus est illum in maxilla & in pectora: deinde præcedentibus Principibus, atque coronationis insignia ferentibus traductus est Cæsar in solium quod illi paratum erat in immo chori, quo etiam abductus erat Pontifex, in cathedram illi paratam. Redeuntesque Principes ad altare, posuerunt insignia, quæ per ceremoniarum magnitatem, qui sacris præterat, locata sunt super altare: reversique sunt Principes ad Cæsarem in subsellia sua.

Interea cum res divina diversis ceremoniis usque post canonicas epistolæ legionem (quam duo acolyti, Ioannes Alberinus subdiaconus apostolicus Latine, & Baccius Martellus camerarius Pontificis Græce canebant) peractæ esset: adduxerunt Cæsarem prædicti duo Cardinales ad Pontificem, ante quem super poluillo aureo Attalicæ stragulæ injequo ingenua procubuit.

Tunc per Episcopum Pistauriensem sublatus ex altari sacer gladius, & datus Diacono Cardinali, è cuius manibus accipiens illum Pontifex, & educatum è vagina sua benedicens, dedit in dexteram Cæsari, & belli jura tradidit, inquiens: Accipe gladium sanctum, munus à Deo, in quo concides adversarios populi Dei Israël. Quem rursus accipiens è manus Cæsaris, qui Missæ ministrabat diaconus Cardinalis, remisit invaginam, reddiditque Pontifici: qui juvantibus Cardinalibus, accinxit illo Cæsarem superfermat suum sinistrum.

Tunc surgens in pedes Cæsar, eductum gladium valida dextra, ter in aëre vibravit, & ad singulas rices aciem in terram defixit. Porro remisit illum in vaginam suam, & reclinavit se in genua ante Pontificem: qui solennibus ceremoniis ad singula benedicens, aurum illud pomum mundi representaculum, dextræ atque sceptrum, immortale virtutis & dei pignus, sinistræ manibus eius per vires imponens, orbis imperium illi tradidit gubernandum, quod & ille magno animo regendum suscepit. Postremo solennissimis ceremoniis sanctissimisque

caelumque superagen, extra le positi sunt. Qorum intimam canditatem animi latitudinem que res magis exprimere potuit, quam lachrymæ, quæ p. si in spe & antium genas irritabant?

Tunc pro volvitur ad pedum beatorum oculu Imperator: jacentem illum ad pedes suos Clemens Pontifex clementissimo affectu, juvantibus Cardinalibus, attollit. Tum discinctus est & gladius, & evaginatus traditus est strenuissimo duci Verbinati, preferendus.

Tum duo illi reverendissimi Cardinals, Salviatus & Rudolphus, imperatorem jam diademate coronatum, in finis stra sceptrum, in dextera mundum gestantem, in thronum suum. qui juxta summum Pontificis cathedram magnificenterissime apparatus erat, produxerunt: & statutis ceremoniis in thronis arunt Carolum V. Romanorum Imperatorem semper Augustum, Mundi totius dominum, universis Principibus & populis semper venerandum metuendumque, denunciantes. Scidebatque Imperator ad sinistram Pontificis, superior primo Cardinalem Episcopo: assidebantque illi duo cardines Diaconi, sicut assidere solent Pontifici, & quatuor Episcopi.

Interea cantata sunt pro Imperatore suffragia, quam Litaniam vocant, invocantibus Divos Cardinalibus diaconis, & respondentibus cantoribus: Tu illum adjuva: loco illius quod dici solet: Ora pro nobis. Finitis tandem suffragiorum supplicationibus, sanctum Domini Evangelium utraq; lingua, primum Latina per Cardinalem Ceserinum, deinde Græca per Archiepiscopum Rhodiorum, alta voce lectu est. Postea fidei Christianæ Nicenæ symbolum dulcissima harmonia cantatu.

Cumque ad offertorium ventum esset Imperator depositis in manus Principum diademate, sceptre, & pomo, ac simul magnificissima illa trabea, nudus capite in sacra Dalmatica tunica procedens ad altare, obtulit munus suum ad pedes Pontificis. Erat autem manus 30. nummum aureorum, & singuli valoris ducatorum x. eo quod esset ei dies illa natalitia, qua iam 30. aetatis annum complevit. Consuevit enim quotannis die illa totidem nummos auricos offerre, quot annorum tunc complevisse aetatem.

Facta oblatione, offertur Pontifici solennibus ritibus lavamen: qui lotis manibus accessit ad altare: quem secutus Imperator, ministravit, illi & hostias, & aquam sacrificanda porrigenus: deinde flexis genibus procubuit in pulpitum,

cetn, illumq; oculu pacis in dext. t. l.
xilla, atq; in pectoro de oscula*t* est. Tunc
secutus Pontificem ab altari, ambo rever-
si sunt ad sedes suas: iuxta quas prostra-
ti in genua, iunctis manibus, nudis capit-
bus, devotissimis orationibus intenti, sa-
cerdotissimum Eucharistiae pabulum summa-
cum religione expectabant, quam sum-
mus sacerdos & Pontifex super patinam
reliquerat in altari.

Accipiensq; Cardinali Cibo, qui diaconus
Missæ ministrabat, sacram patiam,
elevansque ante altare, coram universo
populo monstrabat, tradiditq; deinde
alteri Cardinali Cesio, qui subdiaconum
agebat. Hic accipiens illam, religiosissi-
ma reverentia perculit ad Pontificem, qui
accipiens manibus Eucharistiam, quæ
majuscula hostia erat, benedixit & fregit
per medium, in cuius una Parte, devotissi-
ma mentis contemplatione, Christi
corpus depastus est. Deinde allato sibi
benedicto calice, sacratissimum Christi
sanguinem aureo calamo pari devotione
exuxit: porro ex alio calice vinum abluti-
onis hausti.

Deinde frēgit alteram partem hostie,
deditq; duobus Cardinalibus, Cesarino
diacono, & Alberino subdiacono. Com-
municato Pontifice & duobus illis Car-
dinalibus, procubuit ante illum Impera-
tor: coram quo illustris comes à Nassau,
& generosus dominus à Rhodio, hic cu-
biculi, ille architrichilii prefecti pri-
matii, magnificissimam mappam, ex
byssō auroque contextam, atque ex mar-
garitis aliisq; preciosis lapillis elabora-
to sumtūso limbo circundatam, tene-
bant.

Tunc Pontifex Imperatori sacrosan-
ctissimum Dominici corporis Sacramen-
tum, in alia minore hostia propriis ma-
nibus ministravit, Quod cum ille devo-
tissima reverentia accepisset, surgens,
Pontificem in maxillam osculatur: rur-
susq; recumbens in genua, e manibus di-
aconi Cardinalis vinum, quod vocant
Preceptionis, recepit, prægessante sibi
reverendo Cauriensi Episcopo.

Deinde pluribus orationibus à Ponti-
fice benedictus, surgens, regressus est in
thronum suum: induitusq; Imperiali tra-
bea, accepis in manibus Mundo atq; sce-
p̄tro, imposito sacro capiti diadema,
vocari ad se iussit generosum vitum A-
drianum à Croy, Rhodii dominum, jam-
dudum atri velleris militiæ adscitum, ac
architrichilio supra ceteros prefecitum:
cui ante majestatem suam procumbenti,
in hæc verba locutus est:

stantiam ignoror, qui tua strenue gesta
magnificeq; facta expertus, dignum vir-
tutibus tuis præmium referre statuens, te
unum vocavi & elegi, in quem hujus fa-
cri diadematis primicias impenderem;
teq; quod & merita tua depositum, &
virtutes tuæ merentur, in facti Romani
Comitem procherem. Quæ dignitas
nunc nostro Imperio gloria, tibique ac
tuis successoribus perpetuum decus esto.
Sacri Romani Imperii Comes bona fide
appellator, quoq; Rhodio dominio, cum
adiacentibus illi terris tuis, tu & succe-
sores tui deinceps Comitatus titulo fru-
untur, æqualem cum ceteris Rom. Im-
periis Comitibus dignitatem habento, pa-
ribus honoribus, privilegiis, præminen-
tiis, libertateq; fineulla contradictione
ntuntor. Qui in istis corradicere tibi
ausus fuerit, aut obstinatus non paure-
rit: sacri Rom. Imperii rebellis, & maje-
statis nostra reus habetur.

Attenuatus insperata dignitatis gaudio
Rhodius Comes, cum longiore sermone
Imperatori gratias dicere intenderet:
Pontifex ad altare concessit, Missamque
cum benedictione peregit, omnibus &
singulis cum in templo, tum foris, Impe-
rialis coronationis veneracioni intentis,
plenariam peccatorum omnium remis-
sionem condonans.

*Quæ in foro civitate, duran-
tibus sacris, interea gesta sunt: & quo
apparatu Bononiensis populus coronatum
Imperatorem videre gestiens,
excipiebat,*

Dum hæc, quæ diximus, in templo gerun-
tur erant in foro, quod ante templum est,
eræcæ marimorez dnz columnæ, supra
quæ insidentes una prægrandis ac biceps
aquila, duoque à lateribus inaurati leo-
nes, epistomiorum fungentes officio, in-
terea quo sacra peragebantur, perque ro-
tan diem & profundam noctem, hinc leo-
nes album, inde aquila rubrum, suavissi-
ma vina continuo profundebarunt: iuxta
vero suratis cornibus & unguis bos Tro-
janus, varijs generis minutis bestiolis, cum
quadrupedibus tum volatilibus infaci-
tas, integrer in prælonga ac robustissi-
ma cuspide volutus torrebatur. Plue-
bant à fenestris panes artolagani, placens-
tulz, brachiola, panesque dulciatii. tum
furæ varijs, poma, pira, castaneæ nuces,
& incrustatæ zaccaro avellaneæ, amygdalaæ,
coriandri, acque id genus plura, quæ ex-
trahendebantur laboris iugis.

Icriba, alter vero vita illius valetudinisque præ ceteris curam agens, physicus atq; medicus. Imperatori vero proxime succedebat illustris comes à Nassau, deinde Archiepiscop^o Barrensis, post Cauriensis Episcop^o, demumq; generosus simul & reverendus Georgius Austrius, episcop^o Bri- xinensis: postea spectabilis vir Nicolaus Pernotus, dominus Grandivallis, tum spectabilis dominus Michaël Majus, Imperatoris Majestatis apud summum Pontificem Orator perpetuus: porro innumeri Canonum legumque doctores, ac viri consulares, multi etiam Ecclesiastici proceres & Prælati.

Horum omnium turbam postremo premebant longis ordinibus cataphractorum equitum galeatae phalanges, suis signis tesserisque distinctæ, ut quæ Marchioni Ascolensi, quæ comiti à Rhodio, quæ Baroni Antregio quæ Viennæ domino, quæ Baroni sancti Saturnini, cæteris, que strenuissimis ducibus parerent, facile internoscerentur, quorum agmen auctatis loricis interlucentes hypotoxotæ cludebant.

Hac celeberrima pompa Pontifex atque Imperator ad divi Dominici templum versus progrediebantur. Cumque medium itineris ad quingentos ferme passus pariter jam emensi essent: tunc multa honorificentia sese consuluntantes, Pontifex benedicens Imperatori, per aliam viam divertens, cum suis stipatoribus ad palatium regressus est, Imperatore suis cum ordinibus ad præfatum templum procedente. Cumque jam desiliisset e quo ad fore templi, aderant ibi ex urbe Roma in albis suis Canonici divi Ioannis ad Lateranum, qui Imperatorem quæ decuit reverentia excipientes, institutis ad id ceremoniis, in Canonicum Laterensem adseruerunt.

Tum Imperator divi patris Dominicæ sacram eadem ingressus, Deo gratias agens, adorabat ad altare, peractisque precibus, sumto in caput diadema, patratum ibi solium cœscendens, assumente in manus cum aureum pomum, tum evaginatum gladium, multos & strenuos & bene meritos viros equestri ordini alevit, ac aurata militia condonavit.

His peractis, rursus consendens e quum Imperator, eadem qual venerat pompa, sed per aliam viam palatium versus regreditur. Itaque jam arcubus & specululis omnibus præteritis & perlustratis, ubi ad forum ventum est, exemplo, qui restiterunt, ad custodiam supra octo millia delecta militum cum Hispani-

num coniutorumque conclulum habuerit, id totum pariter simulque tunc celo demisisset. Præterea personabant in cœlum campanæ, tuni vero vario genere tympanorum, tibiarum, tubarumque nubes perstrepebant. Tum populus omnis ingentibus clamoribus Imperii vocem in cœlum efferens Caroli nomen, ejusque victorias & triumphos indefessis vocibus extollebat. Omnes superinis manibus gratias agebant Deo, gratulabanturque novo Imperatori: applaudebant mutuo sibi ipsiis: felicem Carolum Augustum, felicem eo Imperatore Italianam, flices sese omnes, qui eum diem vidissent, exclamabant.

Tum excitati per universam urbem ignes, turres omnes facibus, & impositis stipitibus flammis coruscabant: fenestræ omnes lucernis, tædis, & cujuscunque p. generis facti luminis cœlestium fideturum splendorem vincebant: suburbia præterea & circumquaque adiacentes pagi, oppida, villæ, & castella, accensis in cœlum ignibus, diei noctem æqualiter debabant, pulsatisq; campanis latitrix signa late monstrabant.

Nulla species pulchrior, nulla pompa felicior, nullus triumphus illustrior unquam visus est. Nulli dierum, quos annalium vetustas consecratos in literis habet, cuius tam insignis gratulatio, tam effusum gaudium, tam celebris triumphi cum fuerit, tum esse debuerint, unquam condita urbe Bononiensi populo illuxit.

De reditu Imperatoris in palatium, & convivii solennis adparatu.

Hac magnificentissima pompa, inclinante se jam die, reversus ad palatium Imperator, desiliens equo, primum eos, qui signa & vexilla præferebant, tum umbraculum gestaverant, & alios plerosq; cum nobiles tum cives & scholasticos equestris ordinis auratos milites procreavit. Deinde Basilicæ amplissimam auratis laqueariis & Babyloniciis peripetas, smaribus suspensam, tapetisq; instratum, Principibus comitantibus, ascendit. Cernebantur ibi appensi laquearibus argenti polymixi pensiliaque candelabra, quæ luminosis cereis redolentibusq; lychnis referta, lumina late profundebat. Conspiciebatur ibi etiam extactus amplissimus abacus, vari generis aureis escariis & poculis, puta lancibus & lebribus, cenophoris, amphoris, phialis, scyphis, cruxibus, patenis, &c. romeris, mero, &c.

Icriba, alter vero vita illius valetudinisque præ ceteris curam agens, physicus atq; medicus. Imperatori vero proxime succedebat illustris comes à Nassau, deinde Archiepiscop^o Barrensis, post Cauriensis Episcop^o, demumq; generosus simul & reverendus Georgius Austrius, episcop^o Bri- xinensis: postea spectabilis vir Nicolaus Pernotus, dominus Grandivallis, tum spectabilis dominus Michaël Majus, Imperatoris Majestatis apud summum Pontificem Orator perpetuus: porro innumeri Canonum legumque doctores, ac viri consulares, multi etiam Ecclesiastici proceres & Prælati.

Horum omnium turbam postremo premebant longis ordinibus cataphractorum equitum galeatae phalanges, suis signis tesserisque distinxerat, ut quæ Marchioni Ascolensi, quæ comiti à Rhodio, quæ Baroni Antregio quæ Viennæ domino, quæ Baroni sancti Saturnini, cæteris, que strenuissimis ducibus parerent, facile internoscerentur, quorum agmen auctatis loricis interlucentes hypotoxotæ cludebant.

Hac celeberrima pompa Pontifex atque Imperator ad divi Dominici templum versus progrediebantur. Cumque medium itineris ad quingentos ferme passus pariter jam emensi essent: tunc multa honorificentia sese consuluntantes, Pontifex benedicens Imperatori, per aliam viam divertens, cum suis stipatoribus ad palatium regressus est, Imperatore suis cum ordinibus ad præfatum templum procedente. Cumque jam desiliisset e quo ad fore templi, aderant ibi ex urbe Roma in albis suis Canonici divi Ioannis ad Lateranum, qui Imperatorem quæ decuit reverentia excipientes, institutis ad id ceremoniis, in Canonicum Laterensem adseruerunt.

Tum Imperator divi patris Dominicæ sacram eadem ingressus, Deo gratias agens, adorabat ad altare, peractisque precibus, sumto in caput diadema, patratum ibi solium censendens, assumens que in manus cum aureum pomum, tum evaginatum gladium, multos & strenuos & bene meritos viros equestri ordini alevit, ac aurata militia condonavit.

His peractis, rursus consendens e quum Imperator, eadem qual venerat pompa, sed per aliam viam palatium versus regreditur. Itaque jam arcubus & specululis omnibus præteritis & perlustratis, ubi ad forum ventum est, exemplo, qui restiterunt, ad custodiam supra octo millia delecta militum cum Hispani-

num coniuvorumque concluimus habuerit, id totum pariter simulque tunc celo demisisset. Præterea personabant in cœlum campanæ, tuni vero vario genere tympanorum, tibiarum, tubarumque nubes perstrepebant. Tum populus omnis ingentibus clamoribus Imperii vocem in cœlum efferens Caroli nomen, ejusque victorias & triumphos indefessis vocibus extollebat. Omnes superinis manibus gratias agebant Deo, gratulabanturque novo Imperatori: applaudebant mutuo sibi ipsiis: felicem Carolum Augustum, felicem eo Imperatore Italianam, flices sese omnes, qui eum diem vidissent, exclamabant.

Tum excitati per universam urbem ignes, turres omnes facibus, & impositis stipitibus flammis coruscabant: fenestræ omnes lucernis, tædis, & cujuscunque p. generis facti luminis cœlestium fideturum splendorem vincebant: suburbia præterea & circumquaque adiacentes pagi, oppida, villæ, & castella, accensis in cœlum ignibus, diei noctem æqualiter debabant, pulsatisq; campanis latitrix signa late monstrabant.

Nulla species pulchrior, nulla pompa felicior, nullus triumphus illustrior unquam visus est. Nulli dierum, quos annalium vetustas consecratos in literis habet, cuius tam insignis gratulatio, tam effusum gaudium, tam celebris triumphi cum fuerit, tum esse debuerint, unquam condita urbe Bononiensi populo illuxit.

De reditu Imperatoris in palatium, & convivii solennis adparatu.

Hac magnificentissima pompa, inclinante se jam die, reversus ad palatium Imperator, desiliens equo, primum eos, qui signa & vexilla præferebant, tum umbraculum gestaverant, & alios plerosq; cum nobiles tum cives & scholasticos equestris ordinis auratos milites procreavit. Deinde Basilicæ amplissimam auratis laqueariis & Babyloniciis peripetas, smaribus suspensam, tapetisq; instratum, Principibus comitantibus, ascendit. Cernebantur ibi appensi laquearibus argenti polymixi pensiliaque candelabra, quæ luminosis cereis redolentibusq; lychnis referta, lumina late profundebant. Conspiciebatur ibi etiam extructus amplissimus abacus, vari generis aureis escariis & poculis, puta lancibus & lebribus, cenophoris, amphoris, phialis, scyphis, cruxibus, patenis, &c. romeris miro, &c.

gnihcentissimus Sabandiz dux, ceteriq;
Principes, qui coronationis insignia
portarunt, recubituri essent. Erant etiam
ceteris Principibus ac pralatinis, primori-
busq; satrapis suspensa peristromatibus
& instrata anteis, suisq; abacis & mensis
magnifice parata cœnacula.

Iam hora aderat convivii, & instructis
mensis, accumbebat summum thronum
Imperator, ac deinde per ordinem ceteri
Principes suas mensas accumbunt.
Dantur aquæ manibus, & solenni oratio-
ne mensæ benedicuntur.

Tunc primores satrapæ (Dapiferos
idcirco vocati) præeuntibus cum iuis scipi-
onibus architriclinis, argenteis cani-
stris panem, & auratis patinis varia tuce-
sa, leucophaga, friællas, tortas, & quic-
quid præclarum ars Apitria ex cogitare
potuit, inferunt. Deinde secundis men-
sis grandioribus lancibus exquisitissimas
per ordinem epulas copiose apponunt,
assa, elixa, juscultæ, frixa, pastilia, pro-
mulgidaria, plutaria, crustulenta, aliaq;
laudissimorum eduliorum genera, sapi-
dissimis succorum multi iugis condimentis
suffusa, multa quoq; supra appetenti-
am discubentium magnificentia causa
illata sunt. Porro tertis mensis, quæ cœ-
nam clanderent, vaticata coquinariis
artificiis multarum figurarum tragemata
bellariaq; ministrabantur: nec deerant
toto convivio variæ generis generosissi-
ma vina, stabantq; præsto pincernæ, po-
cula singulis pro libito ingerentes, pro-
pinatoresq; omnes epulas & pocula præ-
gustabant.

illud quoq; magnifica liberalitatis spe-
& actulum multis admirationi fuit, quod
post singulas dapes lenatae mappæ & man-
tilia, una cum auratis argenteisq; patinis
& lancibus, cumque cibariis à fenestris
in forum præda plebi proiiciebantur,
stritoribus interea alia supra alia im-
ponentibus.

Cumque jam absoluta esset cena, di-
litis pro more odoratissima manibus,
remotis mensis, iterum solennibus redi-
tæ sunt Dœ gratia. Tunc Imperator,
accepto in manus sacro gladio, plurimos
rursum cum nobiles tum consulares viros
ad equestris ordinis honorem dignita-
temque provexit. Magna denique parte
noctis transacta, Principes singuli, con-
salutato Imperatore, ad sua diversoria
cubitum facessunt, populo Bononiensi
adhuc pluribus florulentis diebus; igni-
tisq; noctibus festivitatis celebritatem
ingiter continuante. F. Anno 1530.

Operæ pretium hic est consummata.

Idem. Paulus tertius rubrum gelatum,
consuetis lenociniis & dolis instruatus;
sic meruit primum: Roderico à Borgiâ,
Hispano, seu Alexandro sexto, Romano
Pontifici sororē suam Iuliam Farnesiā
stuprandam tradidit, ut Cardinalis & E-
piscopus Hostiensis fieret, ac se ære alie-
no liberaret. Sic enim solent Papæ teter-
rimis libidinibus æstuare, ut mitras &
galeros illis promittant, qui ad se foro-
res violandas, aut quod dictu horribilis
est, fratres iuniores adducant. His arti-
bus multi per pingua venantur beneficii.
2. Nec est via alia compendiosior. Ma-
trem suam ac neptem impudens partici-
da veneno suffulit, ut omnis ad illū cor-
flueret Farnesiōrum hereditas. Alteram
deinde sororem suam, cum qua rem ha-
buerat, videns, quod nimis aperte Far-
nesiōrum sequeretur mores, atque alios
ardentius ad actum venereunt, quam ip-
sum, amaret, toxico interemit.

Idem. Iam vero & magistratus, & v. p. 128.
rit hominum se & lunt in Ecclesia, cum
ad ornamentum religionis, tum pro ser-
vando sacerdotum ordine, ne fiat confusio.
Quicquid autem agitur in Ecclesia, sive
ad ornamentum, sive ad edificationem
religionis, tam in deligendis magistrati-
bus, quam instituendis ministris Ecclesie,
nisi id fiat divini Spiritu instinctu, qui qua-
si anima est Ecclesia, vanum est & impium.

Quicunque enim ad magnum offici-
um, & apostolates dignitatem à Spiritu
Dei vocatus non fuerit, sicut Aaron: &
qui non ingressus fuerit per ostium, quod
est Christus, sed aliunde in Ecclesiam a-
scenderit per senestram, per favores ho-
minum, per emicitias voces, per Imperi-
um principum, certe hic non est vicarius
Christi, nec Apostolorum: sed fut & la-
tre, & vicarius Iudei Iscariotis, & Simo-
nis Samaritani,

Hinc ab antiquis patribus, de elec-
tione praulatorum (quod sacer Dionylius
vocat nominationis sacramentum) tam
arce statutum est, quod Pontifices & A-
postoli, qui præsident ministeriis in Ec-
clesia, nominarentur viri vita & moribus
integerrimi, potentes in doctrina sana de
omnibus rationem reddere: sed antiquis
patrum constitutionibus paulatim
à sua majestate cadentibus, ac recentio-
re pontificio iure cum damnabili consue-
tu invalescente, tales plerique super
sedem Christi concidunt pontifices
& Apostoli, quales olim super sedem
Moysi sedebant Scribæ & Pharisæi, qui
dicunt & non faciunt, alligantes onera

unt primas iterationes in choro, in synagoga: & ubique, in foro, in plateis rabbi, & magistri, & doctores vocari volunt, laudant viam cœlorum, & ipsi non introcunt, etiam aliquos excludunt, & non sinit intrare: comedunt domus viduarum, orationes longas facitantes, circumdeunt mare & aridam: seducunt & turpant pueros, naeto uno profelyto, exaugent perditum eorum numerū, ut & ipsi perdit & addici gehennæ igni, alios secum multo magis disperdant: suis commentis & traditionibus piissimas Christi leges labefactant: vernm Dei templum, ac vivas Christi imagines, & aras animarum populi negligenter: aurum & oblationes auaro oculo curant, leviora & quasi finistra legis facientes: de decimis, collectis, oblationibus, & eleemosynis accurate nova cudunt: & leges ceremoniarum arce faniunt, decimantes fruges, pecora, pecunias, & etiam quævis minima, mentham, anethum, cuminum, & de his canum more collatrantes à fug. gesto configunt cum populo. Quæ vero graviora, & dexteriora sunt Evangelii & Legis, & justitiae Christianæ, iudicium, misericordiam, & fidem omuino negligunt: excolant culicem, deglutiunt camelum; cespitant ad lapidem, ingens saxum transfilunt: duces cæci, falsi & dolosi: genimina viperarum: terci calices: sepulchra dealbata, foris in mitris, in pileis, in habitu, in vestitu, in cuculla ostendentes sanctimoniam, intus pleni spurcitia, hypocrisi, iniquitate, scoreatores, saltatores, histriones, lenones, aleatores, temnenti, benefici, qui jam antea (quod notat Ioannes Carnotensis Episcopus) non ex virtutum meritis, sed aut per turpe obsequium, aut intuitu munerum, aut favore principum, aut vi armorum, ad facerdotia, ad beneficia, ad Episcopatus consenserunt: aut sub hypocritis fuso hæc ad se traxerunt: ex bonis Ecclesiæ, quæ pauperum sunt, sibi privatas divitias cumulantes: monopolia & nundinas constituentes, eleemosynis parentum nostrorum abutentes in scortis, in venatione, in omni luxu & spurcitia,

Gaudent equis, canibusq; & apri; gramine campi.

Concutiunt populos, vexant regna, sollicitant bella, diruunt Ecclesiæ, quas religiosorum patrum construxit devotio, ipsi extruentes palatia, incidentes in vestibus purpuratis & deauratis, magno

des in termone ad generali Clementem synodum, præsente Romano Pontifice, definit.

Iam etiam ipse Romanus summis Pontifex (quod idem sanctus Episcopus Carnotensis conqueritur) omnibus gravissimus, & intolerabilis est, cuius pompam & fastum nullus unquam tyrannorum æquavit: atq; ii interim in se solis jaq; ante religionis & Ecclesiæ statum consistere: cum religionis onera, & verbum Evangelij, quod verum pontificium munus est, in alios reiicientes, ipsi in condendis propriis legibus occupati, Ecclesiæ accipiunt emolumenta, otiosi simul & flagitijs. Et quia (ut aiunt) sedes ipsa Pontificia aut sanctos recipit, aut sanctos facit, hinc sibi nihil non licere putant: adeo, ut etiam sacris Ecclesiæ ceremoniis, quas sancti patres ad instruendos mortalium animos, & pro conferenda nobis Dei gratia, magna observantia instituerunt, nefaria voluntate pro sua libidine, impudenter flagitosissimeq; abutuntur: cuiusmodi exemplum de Bonifacio octavo Pontifice in Porchetum Cardinalem legimus apud Trinitum.

Hic est ille magnus Bonifacius, qui tria magna & grandia fecit: primum, falso oraculo deluso Clemente, persuasit sibi cedere apostolatum: secundum, condidit sextum decretalium, & Papam asseruit omnium dominum: tertium, instituit Jubilatum, indulgentiarum nundinas, illasque primum in purgatorium extendit.

Transeo cætera illa Romanorum pontificum monstra, quales Formosus Papa, & novem sequentes olim Ecclesiæ turpiter præfuerunt. Taceo etiam posteriores illos, Paulum, Sixtum, Alexandrum, Iulium, famosos Christiani orbis perturbatores. Prætereo Eugenium, qui ob viatum Turcæ iusurandum Christianam Remp. in tot funestissima bella conjecit, ac si non etiam hosti fides servanda fit. Alexander sextus quanto Christianæ Reipublicæ damno Zizimum, Paiavathæ Turcæ fratrem veneno fustulerit, omnibus notum est.

Iamque ipsi etiam Romanorum pontificum legati, quod ait Carnotensis, & quotidiana experientia notissimum est, sic interdum in provinciis debacchantur, ac si ad flagellandum Ecclesiam egressus sit Satan à facie Domini: commovent & conturbant terram, ut videatur habere, quod oporteat sanare: lamentantur, cum mala fiunt, exultantes in rebus peccatis.

efficacissimos titulos: nec quicquam illis obiici potest, quod non alicujus sanctorum exemplo constantissime excusent, aut tueantur.

Nam si improperetur illis, quam indandi & illiterati: dicent, tales Christum delegisse apostolos, qui nec magistri legis nec Scribz fuerint, nec Synagogas, nec scholas unquam frequentaverint. Si linguz barbaries obiicitur: dabunt Moysem impeditam linguz, & Ieremiam nescientem loqui, quin & Zachariam, quod mutus esset, à sacerdotio non exclusum. Quod si etiam sacrarum literarum ignorantia, aut in fidelitas, aut error, aut heresis obiiciatur, dicent: Ambrosium nondum Christianum, sed catechumenum adhuc, in Episcopum electum: & Paulum non ex infideli modo, sed ex persecutore ad apostolatum vocatum: Augustinum quoque aliquid Manichaeum fuisse, & Marcellum martyrem in papatu idolis thura adolevisse. Quod si obiiciatur illis ambitio, exemplo illis erunt filii Zebedaei. Si timiditas, timidi erant Ionas & Thomas, ille ad Ninjvitam, hic ad Indos accedere metuentes. Si perfidia, Petrus perfidiaz addidit perjurium. Si fornicatio Oseas meretricem, & Samson scotta complexi sunt. Si percussio, si homicidium, si militia: Petrus Malcho auriculam amputavit, Martinus Iuliano militavit, & Moyses Aegyptum interfecit, & abscondit in fabulo.

Adeo nihil penes eos refert, qualis quisque sit, qui accedat ad sacerdotia: atque tunc horum magistrorum gladio oportet ut quisque cervices suas supponat: gladio inquam, non gladio verbi Dei cuius ille custodes, & ministri esse debent: sed gladio ambitionis, gladio avaritiae, gladio multe & extorsionis, gladio mali exempli, sanguinis, & occisionis, quo armantur contra omnem veritatem, & iustitiam, & honestatem.

Seprororum vis tota perit, si pendere justa
Incipit, evertetq; aram respectus honesti.
Libertas scelerum est, que regna invisa
tuerit,
Sublatu[m] modus gladii facere omnia
sevit.

Non impune licet illorum placitis contradicere, nec libidini eorum resistere: nisi quis patatus sit martyrium subire pro Christo: hoc erat extremari pro heretico: quemadmodum Hieronymus Sanarola, Prædicatorii ordinis, Theologus simul, ac propheticus vir, olim apud

tamen semper bona lunt, providente sic illo, qui benè utitur malis nostris. Propter multitudinem enim delinquentium superinducit Deus tyrannos, & peccata populi faciunt regere hypocritam.

Quicunq; igitur à Domino est constitutus Episcopus in Ecclesia, dignum & justum est obedire illi, & non contradicere. Qui enim Episcopo & Sacerdoti obedire contemnit, non illum, sed Deum contemnit: quemadmodum de contemptoribus Samuelis ille locutus est, inquietus: Non te spreverunt: sed me. Ec Moyses adversus populum murmurantem ait: Non adversus nos murmurastis: sed adversus Dominum Deum.

Non igitur inaltus permanebit à Domino, qui se contra Episcopum, & Præstatum suum opposuerit. Datan & Abiron reuicterunt Moysi: & terra vivos absorbut. Multi cum Choro conspiraverunt aduersus Aaron: & igne consumti sunt. Achab & Izabel persecuti sunt prophetas: & canes comedenterunt eos. Egressi sunt pueri, ut illuderent Helisæo: & urbi dilaniarunt illos. Ozias contra sacerdotes sacerdotium sibi arrogare ausus, leprosus factus est. Saul, quia præter Samuelem Sacerdotum principem sacrificare presumuit, regiaunctione simul, & prophetico spiritu privatus à Deo, datus est spiritu malo.

Infidele est sacerdos Scripturis non credere: impium est sacerdotes spernere. Boni sunt sacerdotes, melior Episcopus, super omnes sanctissimus summus pontifex, princeps sacerdotum, cui creditæ sunt claves regni cœlorum & commissa sunt secreta Dei, princeps quidem secundum Deum, pontifex secundum Christum: quem qui honorat, honorabit à Deo, qui in honoraverit, inhonorabit illum Deus, & ultionem evadere non poterit.

Ibidem. Quid poshit auricularis nostra confessio, ipsa tripartita indicat historias nec desunt mihi, si referte velim, cognita recentia exempla. Habent enim sacerdotes, monachi, fraterculi, moniales, & quas vocant sorores, specialem lenociniorum prærogativam: cum illis religionis prætextu liberum sit quocunque petvolare, & quibuscumque quantum, & quoties libet, sub specie visitationis, & consolationis, aut confessionis, secreto & sine testibus loqui.

Nam pie personata sunt illorum lenocinia, & sunt ex illis, quibus

prant lacras virgines, vitiant viudas: & hospitum suorum adulterantes uxores, nonnunquam etiam, quod ego scio, & vidi, Iliaci prædonis instar abducunt, & Platonica lege cōpopularibus suis communes prostituunt: & quarum animas lucrati debent Deo, illarum corpora sacrificant Diabolo: aliaq; his multò scelestiora, & quæ nefas est loqui, infana libidine perpetrant, interim castitatis voto abunde satisfacientes, si libidinem, si luxuriam, si fornicationem, si adulteria, si incestum verbis acerrime incessant, detestenturq; , & de virtute locute clunes agitant. Sed flagitosissimi lenones, scelestissimæque lenæ sâpe sub illis religionum pellibus delitescunt. Tales habent aulicæ dominæ plerumq; factorum suorum mystas, & aulicarum nuptiarum scortationumq; consultores.

Idem. Nulla lenociniis accommodatorars, quam medicina, quæ concupitam venerem à quavis pathica puella facile obtinet, dum pollicetur, resarcinato hymenæo, amissam virginitatem restituere, papillas, ne excrescant, cohibere, uterum prohibere, sterilitatis venena in longam securamq; libidinem ministrans, aut quassata spina conceptum semen eiecere docens, ut canit Lucretius:

*Idj, sui causa consuerunt scorta moveri,
Ne complerentur crebro, gravidæq; ja-
cerent,
Ec simul ipsa virus Venus & connicior
erit.*

Qui uno medicorum beneficio jam multæ matronæ simul & puellæ, aulicæ etiam dominæ securæ fuerunt: faciunt ad hanc rem etiam veteralarum incrustationes & reliqui meretricantium mulierum fuci, qui apud medicos in libris de decoratione passim traduntur, docenturque, quibus noxias meretricum merces vendibiliiores reddant, quæ idcirco sacræ litteræ vocant unguenta meretricia, & cum istis alia permulta pharmaca libidinum incentiva: cuiusmodi ope gloriatur Ovidius ad novenarium numerum se inscendisse, & Theophrastus scriptam reliquit plantam quandam, ad septuagesimum coitum vires extendentem.

Iam verò nullum lenocinium opportunum tempestuumq; magis, quam quod medicinæ prætextu peragitur, nulla si quidem domus tam clausæ, nulla monasteria tam reclusa, nulli carceres tam custodiæ, quæ non admittant, quæve excludant lenonem medicum: à quibus teste

Imperator Iul. Henogabalius, qui domi sua meretricum cohortes aluit, amicisq; & servis exhibuit. Iam vero etiam reginatum, cæterarumque principum, & dominarum nonnunquam id curz est: atque regum matres nonnunquam filiorum suorum lenæ sunt.

Neque præterea optimates magistratusque id officii abhorrent: quippe lenones olim fuerunt Corinthii, Ephesii, Abydeni, Cyprii, Babylonii, & multi alii magistratus, qui in civitatibus suis lupanaria construunt foventque, nonnihil ex meretricio quæstū etiam trario suo accumulantes emolumenti: quod quidem in Italia non rarum est, ubi etiam Romana scorta in singulas hebdomadas Iulium pendent pontifici: qui census annuus nonnunquam viginti millia ducatos excedit: adeoque Ecclesiaz procerum id munus est, ut una cum Ecclesiarum preventibus, etiam lenociniorum numerent mercedem.

Sic enim ego illos aliquando suppstantes audivi: habet (inquietes) ille duo beneficia, unum curatum aureorum viginti, alterum prioratum ducatorum quadraginta: & tres putas in Burdello, quæ reddit singulis hebdomadibus Iulios viginti.

Iam verò nihilominus lenones sunt Episcopi illi, & officiales, qui censum pro concubinatu à Sacerdotibus quotannis extorquent: idque tam palam, ut apud plebem ipsam in proverbium abierit illa eorum concubinaria exactio, sive lenocinium, quod dicunt: habeat vel non habeat, aurum solvet pro concubina, & habeat si velit.

Sed in regno avaritiae nihil turpitudini adscribitur, quod lucrum patit. Mitto tolerantiae commentum, quo certa pecunia Episcopis soluta, absensis mariti uxori, præter adulterii (ut dicunt) offensam, alteri cohabitare permittitur. Quæ omnia tam manifesta sunt, atque frequenter, ut nescire cogantur, Episcoporum ne impudentia, an plebis patientia ha- & enus fuerit inceptor: ut tandem opus fuerit Germanizæ principibus, inter cætera nationis illius gravamina, hæc quoque deferre: ex quibus quæ hic silentio premuntur, elicere poteritis.

Eiusmodi igitur patronos habet ars

Lenonia, quiue tueantur artem metrictam: cui in hunc usque diem proh dolor in Christiana reprob. locus est: & in

juventus egito hinc horribilis, p[ro]p[ter]a
jora conari desistat. Tolle (ajunt) de Re-
pub. meretrices, cuncta stupris, incestis,
adulteris permiscebuntur; nulla matro-
na integra manebit; nulla vidua pudici-
tia incolumis persistet: vix virgines ac
vestales inviolatae servabuntur. Hinc
tandem impossibile esse concludunt, rei-
publice tranquillitatem sine meretricib.
posse consistere: sine quibus tamen po-
pulus Israel olim per tot secula continen-
tissime duravit, sicut praecepit illi Deus:
Non erit meretrix, neque scortator in fi-
liis Israel.

p. 132. Aq; præterea h[ec] spuria olim etiam
sub religionis specie Ecclesiam insiliit, ac
nicolaitarum h[eresim] propagavit, qui ob-
vitandam zelotypiam uxores prostitue-
bant, ac veluti Platonica lege commu-
nes habendas docebant.

Quicunque autem Principes, judices
& magistratus lupanaria fovent, sive quo-
vis modo permittunt: etiam licet ipsi
non scortentur: dicetur eis à Domino,
quod ait Psalmista: si videbas furem, cur-
rebas cum eo, & cum adulteris portio-
nem tuam ponebas. H[ec] fecisti, & tacui:
existimasti inique, quod ero tui similis:
sed arguam te, & stabo contra faciem tu-
am.

Idem. Iam vero h[ec] validæ mendicitas
lues non inter prophanos modo, &
extremæ fecis vilissimos nebulones ho-
spitatur, sed etiam in religionem, in mo-
nachorum, & sacerdotum usque ordinem
conscendit. Hinc illæ fratum, monacho-
rum, ceterorumq; questuariorum secta-
natæ sunt; è quorum numero sunt, qui
malefica religionis specie, divisorum (ut
ajunt) reliquias circumferentes, aut ins-
fidiosa sanctitate pietatem præ se feren-
tes, cum multis cunctorum miraculo-
rum appendicibus, divisorum iras commi-
nantes, indulgentias, & dispensationes
pollicentes, eleemosynarum prætextu
venantur divitias: atq; provincias pera-
grantes, ab incautis rusticis, ac credula-
lis mulierculis superstitione attonitis, o-
vem, agnum, hædum, vitalum, porcum,
pernas vinum, oleum, butyrum, triticum,
legumina, lac, caseos, ova, gallinas, lanâ,
linum, etiam pecuniam corradentes, u-
niversam regionem deprædantur, ac o-
niusti opimis spoliis, domum redeunt:
ubi[us] suis magno omnium applausu acci-
piuntur, collaudanturque: quod simpli-
ci plebi piisque mulierculis tam religio-
se imposuerunt: putantq; per hujusmo-
di mendicitatis artes, insignesque frau-
dum versutias, se Deo atq; Sanctis san-
ctissima offerte sacrificia. Quoties ad i-

tanta donaria illis conferuntur, penitus
posthabentes, negligentes, & contemnentes.

Lusit olim istorum fabulam Apuleius
in suo afino de sacerdotib. De Syrifi. Ac
cedunt istis multi admodum ex fratrib[us]
mendicantium, atq; beguardorum (ut
vocant) numero, qui postergata profes-
sionum suarum sanctimonia, quæstum
cum pietate commutarunt: ac si non id
aliud religionem professi sint, quam ut
sub paupertatis titulo liceat illis impu-
dent[er] mendicitate quocunq; per volare: &
perfricata fronte, importuna hypocrisi
undique pecunias corradiere: nullus
quæstus pudere: ac insignisycophantiz
in choris, in templis, in tcholis, in aulis,
in palatiis, in publicis & privatis collo-
quiis in confessionib, in concionib, & sub-
sellis, è cathedris, è pulpitis, è sugge-
stis impudentiæ sua arcus spargere in vul-
gus: indulgentiarum merces vendens sua
beneficia ementi i ceremoniis: & à mer-
catoribus, & à nobilib. prædonib. male
partorum prædam extorquere: & à cras-
fis civibus, & indocta plebecula, super-
stitionisqne aniculis emungere nummos,
ac serpenti exemplo, stultas mulierculas
primum allucere, & per illas sibi aditum
parare ad fallendos viros: qui cum affe-
ctata vestium vilitate paupertatem ostendunt,
& vociferando prædicant, sper-
nendam pecuniam, fugiendam ambitio-
hem, ipsi nihil magis curant, quam ut
plurimum pecunia posse deat, atque ob
id causa mare & aridam circumeunt, o-
mnium domus & tabernas pernietrant, nec
sacra nisi pro mercede ministrant: elec-
tiosynas quam tyrannice, tanquam tri-
butum, postulant: omnium negotiis se
miscent, compingunt matrimonia male
coherrentia: intervertunt testamenta:
componunt lites: reformant sacras virgi-
nes, sed omnia h[ec] nō nisi suo compêdio.

Hæ sunt partes fratricæ: quib. plerique
illorum in tantam excreverunt authori-
tatem, ut timori sint ipsis pontificibus &
monarchis: divitiasq; plus quam mercato-
rum opes, ac principum thesauros con-
gesserint, & multis aureorum millib. mi-
tris & capella mercati sint, summamq;
pontificatum ingentib. pecuniis ambie-
runt. Tanta potest religiosa illa mendi-
citas. Cumq; ingentes possideant pecuniæ
as: pleriq; interim severam paupertatem,
& plus quam evangelicam perfectionem
præstare ostentant: et si hanc nudis digi-
tis non contrefant: sed habeant suum lu-
dam, qui illorum gerat loculos, & ratio-
nem reddat: interea dicere ausi, sicut Pe-

nudato, imperarent creaturis, & obedi-
rent, aquam in vinum converterent, flu-
mina siccis pedibus transirent : rabidos
lupos mansuetos redderent: hirundinum
garritum solo iussu compescerent: falco,
nem veluti gallum excitatorem redde-
rent: igni præciperent: & multa eius ge-
neris, quæ sanctus ille vir miracula fecit,
peragerent. Sed non faciunt hæc omnes,
qui dicunt. Domine, Domine: & velut
Stoicæ simiæ exterius duntaxat Christi, &
Francisci insignia, & vestes gerunt: volun-
tatem autem, & testamentum illorum
non observant.

Scripserunt contra istos quondam E-
piscopus Richardus Armachanus, &
Malleolus præpositus Tigurinus, & Io-
annes Episcopus Carnotensis, & plerique
alii commemerunt; quorum scripta
tolerabiliora forent: si non adeo religi-
osam hanc mendicitatem, sed illius abu-
sum duntaxat damnassent. Verum de his
modo satis, ut ad ulteriora progredia-
mur.

Idem. Imaginum itaq; cultum jam ab
antiquo non omnes populi ad misserunt.
Si quidem Iudæi (ut narrat Iosephus) ni-
hil magis exhorruerunt quam simulacra:
nec aliquam effinxerunt imaginem eius,
quod coluerunt, neque eorum quorum
memoriam tenuerunt. Lex siquidem Dei
per Moysen prohibuit illis simulacra fice-
ri, aut in templis ponri, aut oderare co-
ram eis

p. 528 Apud Seres populos (teste Eusebio)
etiam lege cautem erat, ne simulacra ve-
nerarentur. In Romanorum quoque tem-
plis, apud Clementem & Plutarchum,
ex decreto Numæ, annis centum & se-
ptuaginta ab urbe condita, nullam ima-
ginem, neque fictam neque pictam esse
conspiccam, legimus. Augustinus quoq;
idem testatur, auctore Varone, cuius (in-
quit) verba clarissime testantur, nullum
fuisse simulacrum deorum per annos cen-
tum sexaginta, factumque deinceps, ut ex
imaginum ac statuarum multitudine re-
ligionis cultus negligeretur, atq; con-
temui haberetur.

Persæ (etiam testibus Herodoto & Stra-
bone) statuas non extruebant. Ægyptio-
rum autem in ipsis summa erat impietas
& stultitia, exinde in omnes gentes deri-
vata, qui quidem corruptus gentilium
mos, & falsa religio, cum ipsis ad Christi
fidem converti cœperunt, nostram quo-
que religionem infecit, & in nostram Ec-
clesiam simulacra, & imagines, multasq;

ad ista sacerdotibus, hinc non parvum
luci quæstum percipientibus.

Atque hinc tuentur se Gregorii verbis
dicentis: imagines esse libros vulgi, ut
possit rerum memoria retineri, atque in
his legant, quilibet non didicerunt, illis
que conspectis ad Dei contemplationem
trahantur. Verum hæc sunt excusantis
Gregorii humana commenta, licet San-
ctus ille vir imagines proberet, non cul-
tum. Non enim decet nos ex verito ima-
ginum libro discere, sed ex libro Dei,
qui est liber Scripturarum.

Qui ergo cupit Deum nosse, non re-
quirat ex imaginibus pectorum, & statua-
riorum: sed (ut inquit Ioannes) scrute-
tur scripturas, quæ testimonium perhi-
bent de illo. Qui autem nesciunt legere:
ii audiant verbum scripturæ. Fides enim
eorum (ut ait Paulus) ex auditu est.
(Non ex visu.) Et Christus apud Ioan-
nem ait: oves meæ vocem meam audiunt.
Iamque etiam, si (quod ait Christus) ne-
mo potest venire ad eum, nisi pater tra-
xerit illum: & nemo venit ad patrem, nisi
per ipsum Christum, cur auferimus glo-
riam Deo, tribuentes illam picturis, &
statuis: ac si possent trahere in contem-
plationem Dei?

Ibidem. A jure civili dimanavit cano-
nicum five pontificium, quod plerisque
sacrosanctissimum videri posset: tam in-
geniose avaritiae & præcepta, ac rapi-
endi formalas specie pietatis adumbrat:
cum tamon paucissima in eo statuerunt
ad pietatem, religionem, ac Dei cultum,
Sacramentorumque ritus spectantia: ta-
ceo, quod nonnulla Dei verbo contraria,
aut repugnantia. Cetera omnia non nisi
jurgia, lites, fastus, pompæ, tumq;
stus, ac lucri negotia, pontificumque Ro-
manorum placita: quibus neque satis
sunt, qui olim à Sanctis patribus condi-
sunt, omnes canones: nisi his continuo
accumulent nova decretæ, paleas, extra-
vantes, declaratorias, cancellariæ re-
gulas: ut nullus sit condendorum cano-
num finis, neq; mensura, quæ una omni-
um Romanorum pontificum ambitio, at-
que libido est, condendorum scilicet no-
vorum canonum: quorum eo usque ex-
crevit arrogantia, ut angelis celorum
præciperent, & ex inferno sublata præda
rapinam facere præsumerent, & in mor-
tuorum menses manes mitterent: etiam
in divinam legem, interpretando, decla-
rando, disputando, nonnunquam tyran-
nidem exercebant, ne quid plenitudinis

et priviliorum rerum plumbis, & al-
ter, precipit angelis de celo, quod ani-
mam peregrinantis Romam pro indul-
gentiis, & decedentis, a purgatorio ab-
solutam, ad gaudia perpetua introdu-
cant? insuper inquietus, nolumus, quod
poena inferni sibi aliquatenus infigatur:
concedens insuper cruce signatis ad eo-
rum vota tres aut quatuor animas, quas
vellet, e purgatorio posse eripere, quam
erroneam intolerabilernq; temeritatem,
ne dicam, prope heresim, tunc Parisi-
ensis schola palam detestata est, atque
corripuit: sed fortassis pœnitens hodie,
quod non hyperbolicum illum Clemen-
tis zelum pio aliquo commento interpre-
tati sunt, ut res valeret potius, quam pe-
rireret: cum propter eorum affirmare vel
negare nihil mutatur in re, & authorita-
te summi potestificis: cum ius, canones,
decreta ipsam Theologiam totam sic ad-
strinxerunt, ut nullus, quantumcumque
contentiosissim⁹ Theolog⁹ quicquam au-
deat statuere, ne dum opinari aut dispu-
tare a pontifici um canonibus diversum,
absq; protestatione & venia: cœu dicitur fo-
cant Marialis.

(Rufus:
*Quicquid ait Rufus, nihil est nisi venia
Si gaudet si festet si acer, aut loquitur.
Cœnat, propinat, pœscit, negat innuit, annat.
Venia: si non sit venia, minus erit.*

Ex horum præterea canonibus & de-
cretis didicimus, Christi patrimonium
esse regna, castra, donationes, fundacio-
nes, allodia, opes ac possessiones: ac Sa-
cerdotium Christi, Ecclesiaque prima-
tum esse imperium, regnum: & gladium
Christi esse jurisdictionem, ac potestatem
temporalem: & petram ac Ecclesie fun-
damentum, lessē personam Pontificis: Es-
piscopos esse Ecclesie non ministros mo-
dō, sed capita: & bona Ecclesie non mo-
dō esse doctrinam Evangelicam, ardorem
fidei, contemptum mundi: sed vestigia,
decimas, oblationes, collectas, purpu-
ram, mitras, aurum, argentum, gemmas,
prædia, pecunias, potestatem: summi
pontificis esse gerere bella, dissolvere fœ-
deres, solvere juramenta, absolvere ab
obedientia, & domum orationis facere
 speluncam latronum: ita, quod potest Pa-
pa Episcopum deponere sine causa: quod
potest dare rem alienam quod non potest
committere simoniam: quod potest di-
spensare contra votum, contra juramen-
tum, contra ius naturale, & nemo habet
illi dicere, cur ita facis? Posse insuper
gravi, dicunt, aliquā de causa dispensare
contra eorum novum testamentum, & et-
iam vel tertiam partem, & ultra, fidelium
animas in infernum perirebente.

vestes & imagines. Quibus vero super hoc
altius ingenium est: ij relinquentes illa
nescio quib. titularib. Episcopis, ipsi ren-
gum funguntur legationibus: illorum
presunt oratores, aut comitanū Regi-
nas: magnam satis, & grandem ob causam
excusati, ne scrivant Deo in templis,
si magnis è venerentur Regem in aulis.

Ex iisdem fontibus prodierunt cautelæ
iste quibus hodie circa simoniam Episco-
patus, & beneficia emuntur venduntur
que, & quicquid præterea est nundinatio-
nur: & monopoliorum in gratiis, in con-
donationib. in indulgentiis, in dispensa-
tionibus, & similib. rapinarum formulis;
a quibus etiam in gratuitis ab ipso
Deo facitis peccatorum remissionibus
precium statutum est, & in inferorum pa-
nis inventum est lucrum.

Insuper & juri huic debetur ementitia
illa Constantini donationem reverâ atq;
contestante Verbo Dei, nec Cæsar sua res
linquere, nec clerici, que Cæsaris sunt,
sibi debeat usurpare.

Sed ex multis admodum ambitionis;
superbie ac tyrannidis legibus, duntaxat
aliquas robis referam, quod ijs, quæ nunc
dix mos, faciant fidem. Scrutamini igitur,
si libet, in decretalibus cap. S. gnifi-
casti, c. venerabilem, de elect. c. solite de-
ma & obed. c. cum olim depr. v. leg. c. sum-
mus pontifex de sent. ext. c. inter cetera
de off. Iud. ord.

Dainde in sexto Decret. quem compi-
lavit Bonifacius octavus, videte, quid
loquatur in illius prologo: & in c. i. de
immunitate Ecclesiæ: neq; cedit istis
illa Clementina pastoralis de sen. & e
jud. cum extravagante Ioan. 22. quæ mihi
pit: Ecclesiæ Romane, & alia ejusdem su-
per gentes, & extravagans Bonifaci⁹ 8.
unam sanctam.

Ex compilatione deniq; Gratiani oc-
currunt nobis c. si cuius. d. 14. c. si omnes.
d. 18. c. si omnes. & c. e. numero c. in me-
moriam c. si Romanorum. d. 19. c. omnes.
D. XXII. c. tibi domino. d. 60. Constanti-
nus. d. 96. & c. et. Q. ando. d. 86. & g. ibid.
& c. si Papa. d. 60. Porro etiam accedunt
istis q. 9. 3. c. cuncta, & c. e. conquestus. 15.
q. 6. c. autoritatem xvij. q. iiiij. Nemini.
xxi. q. v. sive q. xx. j. q. v. omnium. & q.
vij. c. Omnia. xxx. q. i. 2. Omnia.

Hos & horum simul canones qui dilige-
genter examinârunt: comp. r. et, cuiusmo-
di sint illa magna, & admirabilia, & ab-
scondita mysteria, quæ aliqui Romani
pontifices in suis canonib. fructificant,
etiam ea, quæ alicubi dicuntur in Scri-
pturis.

dulgentiis, de bullis, de cōfessionib.
de indultiis & rescriptis, de testamentis,
de dispensationib. de privilegiis, de ele-
ctionib. de dignitatibus, de p̄bendis, de
religiosis domibus, de sacris ædibus, de
immutationibus, de foro, de judicio, &
eiusmodi reliquis.

Deniq; totum ipsum jus canonicum o-
mniū est constantissimū, ac ipso Proteo,
atq; Chamæleonte mutabilius, ac Gordio
node magis implicitum: ipsaq; Christia-
nareligio, à cuius ordine Christus hñem
imposuit ceremoniis, nunc hoc canonum
jure plures habet, quam umquam habue-
runt olim Iudæi, quorum pondere addi-
to, ipsum leve, ac suave Christi jugum
nunc redditum sit omnium gravissimum,
eoganturq; Christiani plus canonū p̄re-
scripto, quam ex ipso vivere Evangelio.

Tota autem utriusq; juris peritis, non
nisi circa caduca, fragilia, fluxa, inania, ac
prophana negotia, vulgiq; commenta
atq; contumelias: tum circa hominum
ædes, furtæ, compilationes, graffationes,
factiones, conspirationes, injurias, pro-
ditiones versatur. Accedunt ad hæc per-
jurationes testium falsifica scribarum,
prævaricationes caufidicorum, corru-
ptiones judicium, ambulationes consilia-
xiorum, rapinæ præsidum: quib. oppri-
muntur viduæ, prosternuntur pupilli, exulat
probi, proculantur pauperes damnatur
innocentes, atq; ut est ap. p. Irenæam:

Das veniā corvis, vexas censura colubas.

Et cæci homines, quæ putaverunt se
per leges & canones posse evitare, sibi pa-
raverunt & incurserunt: quia non sunt hæ-
leges & canones à Deo, nec ad Deum, sed
à corrupta hominum natura, ingenioq;
profecta, & ad quaestum, & avaritiam ex-
cogitata.

Idem. Spectant ad hunc cœtum etiam
ordinis prædicatorum hæreticorum in-
quisitores: quorum jurisdictio cum tota
in theologicis traditionib. & Scripturis
sacris fundata esse deberet: ipsi tamen
hanc omnem ex jure canonico, & ponti-
ficiis decretis, ac si Papam errare impos-

p. 134. sibile sit, crudelissime exercent: ipsam
Scripturam sacram, velut mortuam lite-
ram, & non nisi umbram veritatis, à tergo
relinquentes: & veluti hæreticorum, ut
ajunt, scutum, & propugnaculum procul
reiciunt.

Neque etiam antiquorum doctorum pa-
trumque traditiones recipiunt dicentes
quia falli possunt, & fallere: sed unam
Romanam Ecclesiam, quæ ut dicunt et-
era postea, & invenimus, & invenimus.

plarum aurum offendivam, aut Ecclesi-
sticæ potestatis, derogativam damnat,
moxq; ad palinodiam & revocationem
compellunt.

Quod si tunc inquisitus opinionem sūa
Scripturæ testimoniis, aliisue rationibus
tueri conetur: interrumpentes strepit
iratis buccis, dicunt: illi non esse negoti-
um cum baccalaureis, & scholarib; ad ca-
thedralm, sed eum judicibus ad tribunal:
non esse ibi litigandum & disputandum:
sed simpliciter respondendum, si velit fla-
re decreto Romanæ Ecclesiæ, & opinio-
nem suam revocare: sin minus, fascicu-
los & ignem ostendunt, inquietantes, cum
hæreticis non cum argumentis & scriptu-
ris, sed cum fasciculis & igne esse decer-
tandum: hominemq; nec pertinaciz ali-
cujus convictum, nec meliora edoctum,
contra conscientiam suam sua abjurare
compellunt: quod si nolit, veluti Ecclesi-
æ desertorem seculari foro tradunt, ut
comburatur, dicentes cum Apostolo:
auferte malum de medio vestri. Tanta o-
lim fuit Ecclesiæ mansuetudo, pontifi-
cumq; clementia, sicut in quarra distin-
ctione de consecratione compilavit Ḡa-
tianus, ut nec relapsos in Judaismum cas-
pice punirent, nec blasphemos supplicio
afficerent: ipseq; Berengarius in abomi-
nablem hæresim relapsus, non solum
non occisus, sed nec Archidiaconi digni-
tate privatus est.

At hodie in minimum errorum prola-
pus, plusquam capitis reus agitur & ab
istis inquisitorib. nonnunquam pro mi-
nimo crimen traditur incendio.

Forte expedit hodie Ecclesiæ tam seve-
ra animadversio: modo interea non oc-
cidat Germana pietas. Sunt hæreticæ
pravitatis inquisitores ipsimet pravi, pol-
luntq; etiam esse hæretici: quæ res novæ
constitutionis Clementi occasionem præ-
buit, debent ergo inquisitores contra hæ-
reticos non per tenebrisca argumenta,
& rixos syllogismos sed per verbum Dei
de fide catholicâ disputare, & hæreticum
per sacras literas convincere: dāinde ju-
xta canonum documenta, & sacerdotum
conciliorum constitutiones negotium
terminate, & inquisitum ad fidem ortho-
doxam reducere, aut hæreticū declarare.

Neq; enim hæreticus est, qui temerari-
us non est: nec fautor hæreticorum cen-
sendus est, qui innocentem criminis &
indamnatum hæreseos defendit, quo mi-
nus ad iniquorum aliquot inquisitorum,
imo rapacium luporum tribunal, & in-

receptione, vel favore, ubi & quando non constat manifeste, quod ibi sit hæresis expressa, & explicite condemnata: tamen isti sanguisibundi vultures, ultra privilegia officij inquisitionis sibi concessa, contrajura & canones sese jurisdictioni ordinariorum ingerunt, arrogantes sibi jurisdictionem pontificum in eaque non sunt heretica, sed duntaxat pia rum aurum offensiva, aut sea uidiosa, aut alio quovis modo circa hæresin erronea: Sin rusticæ mulierculas crudelissime se viunt, quas sortilegij aut maleficij accusatas denunciatasve, sive nullis iuridicis indicij præcognitis, atrocibus enormibusque tormentis exponunt: donec extortis nunquam cogitatis confessionibus, habeant quod condemnent, & tunc vere se se inquisitores agere putant, quando non desistunt ab officio, donec mitera sit combusta, aut inquisitori manum inauratit, quo miscreatur, & tanquam tormentis sufficienter purgatam, absolvat.

Potest enim inquisitor non raro pœnas mutare, de corporali in pecuniariam, & suo inquisitionis officio applicare. Vnde illis non modicum lucrum est, habetq; ex illis miseris non paucas, quæ annuum illis censem pendere coguntur, ne denuo rapianur ad inquirendū. Præterea cum bona hæreticorum Fisco proscribuntur: etiam inde non parua præda est inquisitor. Sola denique accusatio aut denunciatio, vel levissima etiam suspicio hæresis aut sortilegij, ipsaque inquisitoris scientia, infamiam annexam habent, cuius integrati non, nisi data inquisitori pecunia, consulitur, atq; illud non nihil est.

Hac cautela, dum essem ego in Italia, plerique inquisitores in ducatu Mediolanen si multas honestissimas matronas etiam ex nobilioribus vexarunt, ingenitemq; pecuniam à timidulis territisque clam emunxerunt. Tandem cognita fraude, à nobilibus male mulierat sunt, vixq; gladium, & ignem evasere.

Fuit mihi olim, cum apud Mediomaticos reipub. a consilijs auocatus ut præessem, gravis admodum cum inquisitore quondam pugna, qui rusticam mulierculam obfutiles quasdam, & iniquissimas calumnias insuam carniſcinam, & in locum non debitum homo nequam nequiter traxit non tam inquirendam quam trucidandam. Hanc ego cum tuendam suscepissem, okendissemq; in ipsis actis nihil esse indicij, quod ad questionem faceret: ille in faciem resistens, est, inquit, unum sufficientissimum. Nam maior huius quondam profortilega excreta est.

renderem: nec mox contra (ne fine ratione locutus videretur) ex mallei malificarum penetralibus, & peripateticæ Theologiae fundamentis, tales eduxit, inquiens: ideo id esse, cum quia solite sint maleficas mulieres fecundus suos illicinatos sacrificare dæmonibus, tum quia soleant illos ex incuborum dæmonum concubitu plurimum concipere: quocirca contingit tunc, in hac prole, velut ex hæreditario morbo, radicatum remanere malitiam.

Infero ego, siccine tu perverse theologias? Hisce figmentis ad torturam protrahis insolentes mulierculas? istis sophismatibus alios judicas hæreticos? tu ipse Fausto Donatoque hæreticis ea sententia non inferior: esto ita, ut dicis: nonne evacuas gratiam baptismi? ac frustra dixerit Sacerdos, exi immunde spiritus, da locum Spiritui sancto, si propter sacrificium impie parentis proles remansura sit diabolo.

Quod si tibi libeat etiam illorum opiniones tueri, qui incubos dæmones generare posse fatentur: certe nullus eorum, qui hoc assertunt, adeo desipuit unquam, ut sentiret, dæmones ipso una cum suspirato semine aliquid de natura sua extramittere in genitū. Quin ego tibi dico, inquam, ex fide, quod ex propria natura humanitatis nostræ, sumus omnes natu- na massa peccati, & maledictionis æternæ, filii perditionis, filii iræ DEI, & hæredes inferni: sed per gratiam baptismi electus est de nobis Sathanas, & effecti sumus nova creatura in Iesu Christo: a quo nemo potest nisi per peccatum proprium separari, tantum abest, ut obfit ille factum alienum. Vides nunc, quam sic hoc tuum, quod ait, sufficientissimum judicium jure irritum, & ratione vacuum, & assertione etiam hæreticum?

Incanduit super ijs crudelis hypocrita, & comminabatur, se se adversum me, ut contra fautorem hæreticorum, causametur. Ego misellam illam defendere non destiti, hac tandem juris potentia ab ore Loonis illius salvam eripui. Fuit ita sanguinolentus ille monachus coram omnibus confusus, & crudelitatis nomine perpetuo infatis: etiam calumniatoribus illis, qui mulierem traduxerant, mentensis Ecclesiæ capitulo, cuius subditi erant, insigni multa condemnatis.

Idem. Sed auarum sacerdotale genus, auari homines, non modo ex lignis & lapidibus, sed etiam ex mortuorum ossibus, & sanctorum martyrum reliquijs maioriem amici.

chra: & festa illorum magis pompis decorant: prædicant illos sanctos, & extollunt magnis præconijs: vitam autem illorum, quos tantopere laudant, longissime fugiunt.

Nonne istis locutus est Salvator? Vx vobis, qui ædificatis sepulchra prophetarum, similes illis, qui occiderunt eos? Projinde gentilium more sanctis ipsis officia distribuunt: & hunc cum Neptuno aquarum periculis subuenire: illum cum Iove fulmen incutere, aut cum Vulcano Ignem: alium messes curare cum Cereret alium præesse vitibus cum Baccho?

Et habent mulierculæ suas divas, à quibus ceu à Lucinâ, aut Venere petant, & quæ cum Iunone iratos placant, vel vindicant maritos. Iam vero eriam sunt, qui furta, & amissa, seu perdita recuperare faciunt: atque nullum morbi genus est, quod inter divos non habeat suum medium: quæ causa est, quo minus lucrentur medici, quam caudicis, cum nulla sit tam pusilla, tam justa, quæ divū aliquem habeat patronum,

Idem. Sic postmodum in Ecclesiâ ab Apostolis, Evangelistis, pontificibus, sacerdotibus, & doctòribus factum, ut illum ipsi quibusdam ceremonijs elegantijs busque ritibus, & institutis, tanquam sponsam ornataν viro suo, decorarent. Multa insuper statuta & decreta ediderunt posteriores, juxta hominum imbecillitatem. Sed quod solet sæpe contingere, ut quod provisum est ad remedium, tendat ad noxam: sic accidit, ut crescentibus ijs ceremoniarum legibus, pluribus constitutionibus hodie onerentur Christiani, quam olim Iudei. Quod magis dolendum est, quod, cum ipse par se nec bonæ sint nec malæ, plus illis fidat populus, atque jusque observet, quam tradita à Deo præcepta: dissimulantibus illa nostris Episcopis, & sacerdotibus, & monachis, ac suo ventri interim egregie consulentibus. Ceremoniæ autem eti nul las contra fidem hæreses dederint: innueras tamen in Ecclesiâ fœtas introduce runt, maximorumque Schismatum semina fuerunt,

Hinc primum Græca à nostra Ecclesiâ absissa est, quod illa non in azymo consecraret, sed fermento: cum tamen illam vere consecrare fateamur. Deinde etiam Bohemorum Ecclesia separata est, quia sub utraque specie communicaret Euchristiæ.

Quod si (ut ait Apostolus) circuncisio nihil est, & communione sub leæ, sed ab

dere: & quod Pharisæis Salvator impro perat, excolare culicem, & camelum gloriare, atque turbatâ pace Ecclesiæ in illis pugnare, unde plus obsit Schismatis per nicies, quam profi correcțio.

Potuissent Romani Pontifices multa pustulisse, pacatamque, & integrum servare Ecclesiam: si tolerasset Graecorum fermentum, & Bohemorum calicem. Ne que vero majora hæc sunt, quam quod Innocentius octavus (Volaterano telle) concessit Norvegijs, ut liceret sine vino illis sacrificare calicem.

Idem. Victor Romanus Pontifex omnes ferme Orientales & Australias Ecclesiæ à communione amputavit, ea sola de causa, quod in diei Paschatis observatio ne morem à Romana consuetudine sequerentur diversum, cui tune inter ceteros excellentissimos viros, restitit Polycrates Afiz Episcopus. Præterea Hilarius Lugdunensis Episcopus, quamvis ipse Romano ritu Pascha celebravit, magna tamen libertate Victorem Pontificem obiurgare ausus est, quod, præter exemplum prædecessorum suorum pacis perturbator, abscidisset ecclesiam, non in fide errantes, sed in solis ritibus quibusdam à Romana Ecclesia dissidentes.

Multa deinceps super hac Paschatis observatione, conciliorum & Pontificum decretis, ac patrum ratiocinationes, & quæ vocantur Ecclesiastica computa, emanarunt: neque tamen in hunc usque diem, veram, atque per universum orbem eandem Paschatis diem constituere potuerunt, & in hunc diem usque consuliis astrologis de calendarij reparacione: sed de indeciso negotio disputatur: digni profectores, pro qua ob unius Romani Pontificis pertinacem religionem, tam Ecclesia pateretur naufragium.

Idem. Legimus, ab Aristotele probatam, & lata quoque lege permisam in Greciâ insulâ masculam venerem. Aristotelis autem verba in Politicis, ubi censet, utiliem esse reipublicæ, ne sit plebeis hominibus numerosa soboles, hæc sunt: Ad cibi temperaniam, veluti perutilem, multa legislator sapienter ac studiose constituit, & de mulierum divortiis: si quidem, ne superflua parerent multitudinem, cum masculis indixit concubitum.

Hic est ille Aristoteles, quem Colonienses theologi Divis adnumerarunt, liberumque sub prælo evulgatum ediderunt, cui titulum fecere, de salute Atticæ. Se I. cap. 1. secundum Socratem, de la

Scripsit quoque Lambertus de Monte
quaestione magistrali, & satis acu-
tam / inquit Balthazar Colmarius in
additionibus Trithemii ostendens per
authoritates sacræ Scripturæ, quod juxta
saniorum doctorum sententiam probabi-
lius dici possit de falcatione Aristotelis
Stagirita.

Idem. Canonici Regulares & Fratres
Augustinianicoram Pontifice Rom. per-
tinaciter litigabant super beati Augusti-
ni habitu, videlicet, nigramne ille sto-
lam super alba tunia, an candidam super
nigra induisset? Et cum pro lite dirimen-
da deficerent Scripturæ: visum fuit Ro-
manis indicibus, rem omnem ridiculum
fane) ad statuarios & pictores relegare:
ut illi ex cucullato tentatore diabolo ul-
timam ad ferrent sententiam. Videat
hic prudens inania per hanc ætatem Pa-
pistarum studia, & quam sancte rem cura-
rint divinam.

Idem. Sunt adhuc in Ecclesia diversa-
tarum Sectarum populi, monachi, & fra-
tres anachoritæ, quibus vetus lex omnino
caruit. Caruit etiam Ecclesia eo tempo-
re, quo fuit optima, nec tot ceremonia-
rum retibus implicata. Qui hodie religio-
sorum nomen sibi soli vendicant, arduas
profectio vivendi relugas, & officia san-
ctissima professi, laudabilemque viro-
rum, sanctissimorumque patrum nomi-
na, puta Basilij, Benedicti, Bernardi, Au-
gustini, Francisci, & similium pra se fe-
rentes: sed hodie inter eos ingens malo-
rum turba,

Siquidem huc, tanquam in malorum
omnium asylum confluunt, quoscumque
scelerum conscientia terret, qui ob le-
gum vindictam nusquam alibi tuti sunt,
qui criminâ commiserunt suppicio ex-
pianda, quos vita turpitudo abstraxit ad
infamiam, quos tebus suis scortis, alea-,
ingluvie profusis, & alienum ac turpis
egestas mendicare compellunt: & quos
laborem subterfugientes, spes ocii, &
fraudatæ cupidinis impatiens despera-
rio, aut circumventa juventus, aut injusta
noverca, aut iniqui tutores huc impe-
runt: quorum omnium agmen jungit si-
mulata sanctimonia, cucullatus habitus,
& valida mendicitas, atque illud mare
magnum, in quo cum ceteris piscibus
habitant. Leviathan, & Behemoth, cete
grandia, belus, & reptilia, quorum non
est numerus: de quo exiliunt tot Stoicae si-
mæ, tot insolentissima posecinamnia, tot
palliata mendicabula, tot cucullata mon-
stra, barbigeri, funigeri, testiferi, facco-
geruli, lori pedes, lignipedes, nudipedes,
arrati, nigritæ, erisones, albiæ.

nusaliorum turba histrionum: qui cum
de reb. humanis nullam fidem habeant
reliquam, ob monstruosæ vestis habitum
creduntur illis divina, hodieq; sacrum re-
ligionis nomen sibi soli usurpat, ac se
Christi sodales, Apostolorumque conti-
bnales jactant: quorum vita sæpe sce-
lestissima est, auaritia, libidine, gula, am-
bitione, temeritate, petulantia, & omni
scelere referta: sed religionis pretextu
semper inulta.

Romanz. n. Eccle. privilegijs munici-
& à jurisdictione omnium exempti sunt,
quo plura illis im pene licent: cumq; ip-
si pro foro rei alios quosq; ubiq; conve-
niant, ipsi tamen conveniunt non possunt,
nisi ant Romæ, aut Hierosolymis. Horū
vanitates & errores, si mihi calamo ex-
plicandi forent, nō caperent omnes pel-
les Medianæ eorum, inquam, qui non pie-
tatis causa professi sunt religionem, sed
ventris gratiâ cucullam induerunt.

P. 137.

Neque vero bonos offendet hic sermo,
quem de solis improbis dictum volo, qui
sub pellibus agnitis sunt lupi rapaciissi-
mi, & in vestibus ovium astutam gerunt
sub pectore vulpem: adeo dissimulantes
artes fallaciae; ut nihil aliud professi yi-
deantur, quam scenicam quandam hypo-
crisin, & merum questum pietatis ima-
gine personatum: dum pallido vultu
mentiuntur jejunia: & obsequentibus la-
chrymis profunda à aspectore trahunt su-
piria. & mobilibus labris frequentes o-
rationes simulantes: & gressu ingressuq;
composito, gestibus tranquillis.

Obstipò capite, & figentes lumina terre,
modestiam sibi vendicantes: fucato ha-
bitu humilitatem, & suspensa à collo cu-
culla sanctimoniam foris professi: intus
autem detestandos mores secum feren-
tes.

Atque cum inter hæc sceleratissima
quaque non nunquam committant: ser-
vantur, vincuntq; religionis titulis, cucul-
la veluti clypeo, cuncta fortunæ spicula
repercidente: & ab omnibus mundanis
periculis, civilibusque molestiis securi,
panem ociosum, & emendicatum, pro eo
qui laboribus acquiritur, vestentes, se-
curi & sine solicitudine dormientes.

Cumque summam humilitatem profi-
teantur, incedentes vili vestitu, ut rusticæ
nudipedes, ut histriones retiarij: cincti
funibus, ut capti latrones: raso toto ca-
pite, ut satui: cuculla, auriculis, actinii-
nabulis, morionibus, ac lacuis carnis
privialibus quam simili: ceteraq; quæ-
cumque contumeliz & abjectionis signa
propter Christum, & religionem sese su-
ficiunt.

vicarij, provinciales, archimandritæ, generales vocari gloriantur: ut nullum hominum genus videatur tam primi loci appetens, quam istud.

Non desunt, quæ de ipsis perplura male dici possent: sed jam præcesserunt, qui de ijs amplissimis maledictis concionati sunt: adeo, ut non solum multos probos, & integræ vitæ vere religiosos patres, sed ipsas etiam sanctorum patrum bene vivendi regulas, & instituta contemtui exposuerint. Quocirca nihil ego hic in fuggillationes eorum dixisse volo, qui recte in professionibus suis ambulantes, sanctorum illorum patrum vestigia sequentes, ad cumulum adspirant perfectionis.

Fateor, regulas & professiones illorum sanctas: fateor, esse in hunc diem sanctos monachos, sanctos fratres mendicantes, sanctos anachoritas, sanctos canonicos regulares: tamen inter hos plurimos infideles, & reprobos, & apostatas, quibus religionis professio deformatur: atque hoc est propositum nostrum, voluisse ostendere, nullam unquam cujusvis religionem tam castam extitisse, in quam non irrepererit erroris & malitiae macula: siquidem & angelos apostatas legimus, & primos fratres parricidas, prophetas reprobos, apostolos proditores, & discipulos Christi perfidos, atque inter Romanos Pontifices multos schismaticos, & reprobos, & hereticos, aliquando etiam mulierem ad tanti apicis culmen descendisse, quæ vocata est Ioannes Olaus, rexque sedem Apostolicam, laudata ab omnibus, annos duos atque aliquot mensibus, & diebus: & quod mulieribus in Ecclesia negatum est, contulit facios ordines, promovit Episcopos, ministravit sacramenta, ceteraque Romanorum Pontificum exercuit munera: & facta ejus in Ecclesia non fuerunt irita: commune videlicet errore faciente jus, quo prævalente, puto, ecclesiam tunc coetam multa dissimilate, quæ religionis rigor alias non tulisset: adeo nec in religionibz quicquam integrum, stabile, & perpetuum recessiri potest.

Quicunque autem in Ecclesiam Dei se-etas introducunt, & tanquam sibi placentes, quæstus causa, aut fieri sanctitatis gloria secedunt à Principe Romana Ecclesia: ij tanquam Nadab & Abiu alienum ignem offerentes ad altare Dei, ab eo comburentur. Qui vero elati, & perversa sententiæ excogitatis heresibus, exsurgere audent adversus Ecclesiam Dei, cum Nathan & Abraam varagine tem-

tacit. Rerumq[ue] in me, quæ apud Ægyptios, primos religionum autores, neminem olim sacerdotem fieri licebat, qui Priapi non prius initiatus fuisset, atque in nostra Ecclesia receptum sit, quod carens testibus Papa esse non possit, prohibeantque, spadones, Eunuchos, & castratos in Sacerdotes ordinari: palma videmus, ubi sunt magnifica ista templi & sacerdotum monachorumq[ue] collegia, ut plurimum in Proximo esse lupanaria, quin & plurimas monialium, & vesitalium, ac beguinarum domos: quæ privatæ quædam meretricularum fornices sunt, quas etiam monachos & religiosos (ne diffameretur eorum castitas) nonnon quam sub monachali cuculla, ac viriliter esse in monasterijs aluisse scimus.

Idem. Nonne Carolus octuus rex Francorum, repudiata Margareta, Maximiliani Cæsaris filia, illius sponsam tappuit, & vxorem sibi copulavit? Nam etiandem postea Ludovicus duodecimus, repudiata sua, sibi consimili thoro coniunxit, consentientibus & adiuvantibus regni Episcopis, & pontificibus: quibus vilium est, pluris facienda jura acquirendæ Britannia, quam jura observandi legi, timi matrimonij. Et hodie adhuc nescio cui regi persuasum audio, ut hiceat sibi jam plus viginti annorum spacio vxorem dimittere, & nubere pellici.

Idem. Philosophos an inter bruta, an inter homines numerem, nescio: brutis siquidem præstare videntur eò, quod rationem habent & intelligentiam: homines autem quomodo erunt, quorum ratio nihil constans per ludicra yorest, sed semper in lubricis opinionibus vacillat, quoru[m] intellectus ad omnia incertus, non habet quod teneat aut sequatur.

Idem. Et nobis Christianis diversi diversis temporibus religionis pontifices nostri religionem mores præscripterunt, mirum, quod legibus inter se dissidentes, circa ritus, ceremonias, circos cultum, circa cibos, circa ieiunia, circa quæstus, circa pompas, circa mitras, & circa purporam, & eiusmodi. Sed unum admirabilem vincit admirationem: quod illi, his ambitionis moribus se cœlum posse ascendere, putant, quibus Lucifer olim cœlo deciderit. Attandem omnes istæ religionum leges nulli alio fundamento incumbunt, quam suorum instituentium placitis: nec aliam insuper certitudinis regulam habent, nisi ipsam credulitatem.

Idem. Immunitate munita nunc in tam

multe admodum sacræ pecunia, & elemosyna indies profunduntur: quibus, quod & superius diximus, multi Christi pauperes (vera Dei templo, imaginesq;, fame, siti, astu, algore, labore, debilitate, egestate periclitantia) sustentari debent.

Idem de libro suo Occultæ Philosophiæ. Verum de magicis scripsi ego juvenis adhuc libros tres amplio satis volumine, quos de occulta Philosophia nuncupavi, in quibus quicquid tunc per curiosam adolescentiam erratum est, nunc cantior hac palinodia recantatum volo: permultam enim temporis & rerum in his vanitatibus olim contrivi. Tandem hoc profeci, quod sciam, quis rationibus oporteat alios ab hac pernicie dehortari.

Caspar Goldtivurim in libro de miraculis.

Ante annos aliquot Erphordiæ corvum domi suæ aluit civis quidam, quem cum aliquando tacitum mœstumque videret, per jocū his eum verbis affatus est: Micor ve, quid mœres, quidue animo cogitas? Ad quæ ille præter omnem expectationem respondens, diserte & clara voce versu Psalmi septuagesimi septimi protulit: Cogitavidi dies anti quos, & eternos in mente habui. Imp. Carolo 5. Papa Leone 10. ut sup.

Indovicus Guicciardinus in descriptione Belgici.

Carolus V. quo Ecclesiasticos, omnes regiones populosque sibi subiçere co[n]nantes, co[er]ceret, constituit, ne eis in Belgia sine expresso mandato quicquam emere liceret. Deinde ne Papa, sine consensu & approbatione Principis, in multis causis ullum disponendi jus, aut potestarem habeat.

In Archivis Ferdinandi fratris reperiatur fere simile editum, in ducatu Württembergico impressum & publicatum anno 1524.

Idem in aliis quoque locis eo tempore fuerat diliberatum, sed cum Lutheri doctrina idem iuberet, tali constitutione non amplius opus erat. Imp. & Papa ut sup.

Idem dicit ibidem tractum Leodiensem omnes terras fertilitate, & amoenitate superare, ac proinde non immerito Paradisum Presbyterorum nominari: lapidem nigrum ex terra ibi fodì, quo pro ligno utantur, & ex ejus venditione singulis annis plus quam 100000, coronatorum colligi: ex Hollandia, Selan-dia, & Flandria, ex solis hæc cibis deries

Moscavenses quum vellent ad Ecclesiæ redire, atque legatos suos misissent Romanum petentes, ut in Ecclesiæ gremium reciperentur: Romanus Pontifex pro inobedientia, quod se summum ac maximum non agnovissent, & alium adorassent Pontificem, octies centum millia ducatorum petuit. Quod cum illi audissent: Tanti, inquietabant, nolumus nos emere unionem. De Bohemis nescio quid simile actum est, quorum principes ad hoc conantur compellere, ut ad verum redeant Christianum: tantum de bonis Ecclesiasticis adhuc agitur, & de Pontifice, quem nolunt adorare pro Dœo. Imp. Carolo 5. Papa Leone 10.

Ibidem. Non ante pacem habebit Ecclesia Christi, nisi prius exturbata fuerit sedes illa Sarazæ, que ex Roma, & tota illa cohors sc̄i barum & Phariseorum. p. 139.

Ibidem. In libidine Romæ non naturam ducem imitantur, sed varietatem Sodomiticam, & monstruosam exquirunt: Germanis, qui naturam sequuntur, rusticitatem objicientes.

Ibidem. Contra Turcam nihil molitur Papa, nec vellet oppressum, hinc enim expedit esse Turcas, multis, & gravibus ex causis: hac in primis, ut exigat pecuniam. Idem est in impletandis indulgentijs, in quibus Germani reperiuntur stultiores omnibus nationibus. Itali enim neque illas emunt, nec gratis datas accipiunt, neque contribuunt adversus Turcas: sunt enim illæ expilations tantum erga Barbaros adiumenta, ut loquuntur.

Dietherus à Dalburgio, Germanus, ordinis equestris, solidus sanctæ pacis studiosissimus.

Quotiescumque illo præsente sermone fuit de calamitatibus Ecclesiæ, & ipsius reformatione, & quod eam ad rem opus esset concilio generali, dicere solitus est: sibi quoque videri consultum esse, ut Ecclesiæ afflictæ mature succurratur concilio generali, Christiano, & legitimo: cui necessario præficiendi sint quatuor judicces minime corrupti, minime partiales, aut suspecti: Biblia Ebraica, biblia Graeca, biblia Latina, biblia Germanica. Imp. Carolo 5. Papa Leone 10. ut sup.

Admiranda Tria.

Vnus Petrus in Roma, unus in Ancona, una turris in Cremona.

Trias Romana, qui liber Vadiſco adscribitur.

autem p[ro]p[ter]rum, & merx indulgentiarum. Tria Roma reportantur: depravata conscientia, corruptus stomachus, & vacui loculi. Tria maxime conservanda Roma interficit: bonam conscientiam, religionis zelum, & iusitrandum: ideo fugienda. Tria, si commemorantur, Roma deridet: majorum exempla, pontificatum Petri & extremum judicium.

Tribus reb. abundat Roma: antiquitatibus, venenis, & vastitate. Tria inde exulant: simplicitas, continentia, & integritas. Tres sunt Romanorum negotiatorum merces: Christus, sacerdotia, & mulieres. Tria auditu Romæ sunt gravissima: Generale Concilium, emendatio status Ecclesiastici, & quod Germani oculos recipiunt. Rursumq; tria dolenter ferunt: Principum Romanorum concordiam, populi intelligentiam, & quod suz fraudes innotescant. Tria maximo in pretio Romæ sunt: venustas mulierū, equorū præstantia, & diplomata pontificis. Tria sunt in usu frequenti Romæ: carnis voluptas, vestium luxuria, & animorum fastus. Tria faciunt otiantes Romæ: deambulare scortari, & convivia agere.

Tria sunt ibi pauperum obsonia: olus, cœpe, & allium. Actria locupletum: sudor pauperum, usuræ, & spolia Christiani populi. Tria calamitosa lymata post se trahunt Cardinales Romæ: indumenti, quibus pulverem excitantes insequentium oculos tota nonnunquam Roma infestant: familiam, quæ ex meris ut plurimum gladiatoriibus sit, ex lenonibus, scarijs, & catamitis, ex proditoribus, & improbis curtilanis, aut aliter flagitiosis, ac pessime moratis hominibus, & contaminato per omnia grege: vestigia, id enim, cum sit totum ex fraudatione, rapina, & furto, quam longissime verrere, quæ attingat, secum omnia, & trahere contagione quadam omnia vicina.

Tria nunquam satis proveniunt Romæ: episcoporum pallia, memses Papales, & annatæ. Tribus opus est ei, qui Roma lites habet: pecunia literis commendatijs, & mendacio. Tria omne negotium Romæ promovent: munera, favor, & potentia: sed favor conciliatur & ipse dando, cui quis inutiliter enim Roma favet? Tria Romæ evehunt: pecunia, audacia, & impudentia. Tria Romam ire suadent: admiratione, Luerum, & male vivendi licentia.

Tria Germaniam ha[ec]tenus sapere non permiserunt: principum ignavia, literarum imperitia, & vulgi supersticio. Triplex inventum Romæ consilium extor-

tur: animalium beatio, collapserum zelum sacratum restauratio, & in Turcas expeditio: hæc sunt tria illa, quorum sub praetextu fiunt exactions. Tria omnes petunt Romæ: breve sacrificium, vetus aurum, & vitam in delitijs agendum.

Tria obvia sunt omnibus, & videntur: equitatio, tabellarij, & benedictiones. Tria Romæ admodum laute vestiuntur: sacerdotes, muli, & meretrices. Tria Roma exportari prohibentur: sanctorum reliquie (quæ an ibi sint, quales ostenduntur, propter ambiguam apud omnes de Romana fide opinionem, incertum est) grandes lapides, & pietatem, quæ penitus ibi nulla. Tria Romæ paucissimi credunt: animalium immortalitatem, communionem sanctorum, & inferorum passas.

Tria Romæ cum minime sint, tamen ut nusquam alibi, ostentantur: pietas, fides, & in nocentia. Tria Romæ cum sint maxime, videntur tamen perraro: vetus aurum (abstruditur hoc à curtilanis, & feneraribus) Pontifex (raris, ut augustinus sit ejus apud vulgum conspectus, prodit in publicum) & venusta mulieres (quibus propter zelotypiam, & adulteriorum ibi licentiam, metuunt, qui habent, atque igitur custoditas observant.) Tria homines osculantur Romæ: manus, altaria, & buccas.

Tria misericordia sunt Romæ: monasteriorum, si qua sunt opulentiora, census dare in commendam (ut vocant) Cardinalibus: canonicorum vestigial, & pingua ubique sacerdotia obverttere collationi Pontificis: inestimabilibus superstitionibus, ac magis plane terroribus coactas ad desperationem fidelium mentes, condonationum & veniarum refovere medicamento. Avaritiam video & fraudem inexplebilem, nullum opus misericordiæ. Quid diutius fascinari mundus sustinet? an quid in mors est, quo minus confessim evertat eos, qui peruerunt omnia? Deniq; miseria quæ, persuasum esse, non licere morbosum hoc, ut melius sit corpori universo, submovet caput?

Tria sunt Romæ in comperto: Romanorum virtus, Italorum versutia, & Germanorum inertis. Tria sunt graviter ferenda: quod pessima facio Florentinorum in urbe dominetur, quod pro Deo habendum Pontificem, quodq; nimium licenter usurpat ille sibi veniarum beneficium, & anathematis pœnam.

Verum quia omnia terna sunt Romæ,

agit hoc, ut simus teneat: alioqui tondere oves non sustinerent: tum interficere oportet aliquas, hoc aptius fit gladio. O gladium! o pastorem! o tondere ac resarcire! quam nihil his cum Christo convenit, qui Apostolis suis reliquit gladium Spiritus sancti, quod est verbum Dei. Fauxit Christus, ut gladio percutiatur, qui gladio percutitur.

Inter tot consertas in urbis more strictas, tria etiam mala imprecor colluvioni isti, id est, orbis corruptelz, & publico contagio: pestilentiam, famem, & bellum. Atq; hæc mea trias esto. Alioquin tribus erat illa morbis obnoxia: febri, paupertati, & fraudi. Alia tria sunt urbis mala: annona caritas, perfidia, & ecclesi intemperies. Tria urbs Roma ab se excommunicat: egestatem, primitivam Ecclesiam, & veri prædicationem. Tria sunt Romanæ avaritiz instrumenta: cera, membrana, & plumbum.

Tria Romæ sunt extreme despecta: Pauperitas, timor Dei, & aequitas. Trium est nusquam, ut Romæ, disciplina: crapulandi, fidem fraudandi, & turpitudinis genus omne exercendi. Fex ternionum est, trium esse Romæ copiam: mulorum, bullarum, & procurationum. Trium esse Romæ versicolorem gestare amicum: servorum, mulierum, & monachorum. Habentq; tria villos Romæ: cinguli viorum, marsupia curtilanorum, & equorum habenæ: Imperatore Carolo 5. Papa Leone. 10.

1520. Marcellus Cervinus Cardinatis, deinde Papa.

Cum Carolus V. & Ferdinandus fratres expeditionem in Turcam valde urgerent, hic Marcellus Cardinalis scriptum edit, quo affirmavit, expeditionem in Lutheranos potius adornari debere. Hos enim multo deteriores esse omnibus Turcis. Ibidem quoq; ad concilium Tridentinum missus, à Papa mandatum accepit, ne quid omnino patretur in concilio constitui, quod contra majestatem Romane sedis esset: verum extirparet potius illas personas, quæ ejusmodi tenarent.

Hanc ob causam cum Jacobus Clodiz fossa Episcopus dixisset: se non posse prohibere decretum, in quo scriptum erat, traditiones pari pietatis affectu & reverentia suscipi atq; assertari debere, quo scriptum Evangelium: continuo à Cervino è concilio eje&us fuit.

te legendas sanctorum Gregorii & Christophori negasse esse veras. Papa factus polteatantum 23. dies Papa vixit. Imp. Carolo 5. Papa Leone 10. ut sup:

Monachus Dominicaster Gregorius, Concionator ducis Friderici.

Quidam monachus Dominicaster, Gregorius, concionator ducis Friderici, qui admodum à Luthero & ceteris probabatur, cum aliquando pro concione virtutia in principibus taxare vellet, nec placidum id facere auderet, arte in populum derivavit, usus hæc similitudine: concionator non absimilis est ei, qui detrahit lepori corium: et si enim à toto corpore facile detrahatur pellis, tamen cum ad caput ventum est, aliquid est difficultatis: ita concionator dum populi virtutia taxat, non est, quod metuant difficultatem: sed p. 148 cum ventum est ad caput (digitis inter hæc monstrans principem altantem) So streich dich der Leib. Princeps Fridericus et si ientiebat, se taxari ac reprehendi, tamen sine indignatione adeo modeste se geslit, ut Monacho etiam novam cappam dederit.

1520. Valerius Hugualdus Durgens in dialogo suo.

Christus Iesus omnes è templo vendentes & ementes ejecit. Hodie maxima merces, maximum lucrum in sacrificiis, in periculis, voculis, quæ pro pecunia ad mensuram, ad pondus numerantur, situm est: nihil refert, à quib. proferantur. Nam aut incantatorum vim quandam in divinum numen habere creduntur, aut, ut est hominum insania, Deum, qui cor & oculum fecit, corda hominum non visdere putant: ita divina humanis, cælum terræ in tenebris miscent.

Quanta, bone Iesu, dementia est (vix præ dolore & admiratione à risu me contineo) Deum serpentum, porcorum, fornicatorum, in murmure, & sine mente sono, quem labiis non intelle&um ob pecunias cantillant, beneplacitum habere, purare: & non potius videre, Deum irritati, obtundi: & Ioannem audire; apud quem est: Scimus quod peccatores Deus non audit: sed si quis Dei cultore est, & voluntatem eius facit, hunc exaudit: Spiritus est Deus, & eos, qui adorant eum, in spiritu & in veritate adorare oportet.

humilitatis, omnis probitatis exemplum esse debet: nihil autem illi vita morib. & habitu docent, nisi avaritiam, luxum, fastum, omnem breviter malitiam: ita cum in domo Dei homines paupertatis, humilitatis & aliarum Christianarum virtutum amore imbuendi essent picturis & Christi sanctorumq; pauperum imaginibus: jam contra preciosa templia, magnifica, superba, auro & argento linita, divitias, & retum omnium inutilium luxuriam admirari docentur: atq; ita Dei sancti, qui olim in vita hic in terris virtutes, id est, Christum ducuerunt, jam vita, id est, diabolum pieti mortui docent. Imp. Carolo 5. Papa Leone 10. ut sup.

1520.

D. Pfennings.

Cum paulo severius in concionib. suis indulgentias Papae exciperet, & veritas eam diceret, odium omnium Sacrificiorum in se concitatavit. Fugiens autem in Bohemiam, à nonnullis Sycophantibus arreptus, ad Episcopum Naumburgensem attrahitur, qui plenum carceri incluist, usque dum in eo contabesceret.

1520.

Pamphilus Gengenbachius.

Hoc tempore varia prodigia conspexit mundus: quæ Pamphilus Gengenbachius imaginib. expressit, & ad Carolam Regem misit. Imp. & Papa ut sup.

1520.

Ioannes Major Scotus.

In Scotorum historia sacerdotes avatos, ac monachos vagos quibusdam in locis vehementer taxat. Opes (inquit) primitiva devotio peperit, sed matrem lasciva filia suffocavit: & pastores eos vocat, sed semetipos pastentes.

Lib. 3. cap. 17. Amplos præuentus appetunt, non ut profint, sed præfint, & mafuria refarciant. Ad modum locifugorum per rimas templo in tenebris, ut oleum exfugant, ingrediuntur. Abbas opulentus curiam indisciplinatam alit. Ad Agyptum, quam reliquerunt, tedeunt. Abbas & procurator officium habent à vera religione tam alienum, quam erat inter Apostolos officium traditoris Iudea de servandis loculis.

Lib. 3. cap. 15. De jure divino est, ut Clericus sit à Laico judicandus.

Lib. 4. cap. 3. Missarum celebratio quandoq; ex delirio procedit: ut patet de quinq; monachis, Suuferi in Anglia quotidie missantibus, pro liberanda ab inferni penitie ius monachi Bernharditez anima, qui Ioannem regem veneno occidit.

Lib. 4. cap. 7. Sophistica Rom. Pontificis execratio illstimenda non est, qui

Lib. 4. cap. 9. Magis irritatur Deus in pertinaci ceremonialium Mosaicæ legis observantia, quam in publica meretricum pernicie. Inter Christianos tam utilles sunt Indæi, ut inter mundum triti. p. 14. cum mures: de Papistis sacrificis, ac monachis idem dici posset.

Libro 4. cap. 14. In turpi promisso fidem rescindere, & decretum irritare operæ precium est.

Lib. 5. ac cap. 20. damnat in Minoritis magnifica templo, & alibi alia agit. Imperat. Carolo 5. Papa Leone 10. ut sup.

Desiderius Erasmus Roterodamus.

In hunc Papa singulare præsidium collocaverat, quem confidebat solum Lutheru satisfacturum, & silentium injunctum esse: ideo, ut Erasmo interim spes lucelli cuiusdam affulgeret, ad quod in suis cum Martino dictionib. more Pontificio collinearet, optimum & pinguis, in universo Romano Imperio Episcopatum ipsi promisit, si quando partes suas egregie defenderet. At vero præter expectationem Papa spe sua fallitur, respondentे Roterodamo: Lutherum magis apud se pondus habere, quam ut contra ipsum calamum suum stringere libebeat: eum enim suas scriptiones ita sacris literis obfirmasse, ut non videat, quæ in parte carpere eas possit: esse præterea tam absolute eruditio hominem, ut ex scriptorum eius una paginâ plus addiscere, quam ex universo Thomæ centone queat: item, Majorem esse Lutherum, quam ut à se intelligatur. Tradidit quoque illo tempore Erasmus quædam axiomata Georgio Spalatino pro causa Lutheri, quæ 2. Tom. oper. Luth. reperiuntur, fol. 3:4. Imp. & Papa ut sup.

Idem in Epist. lib. 12. Cum Theologorum sit proprium docere, nunc video, multos nihil aliud agere, nisi ut cogant, ut perdant, ut extinguant: cum Augustinus ne adversus Donatistas quidem, non hereticos modo, verum etiam savissimos latrones, probet eos, qui cogant tantum, non etiam doceant. Homines, quos maxime decebat mansuetudo, nihil aliud sitire videntur, quam humanum sanguinem: tantum in hoc inhiant, ut capiantur, ut perdatur Lutherus. Atqui hoc est carnificem agere, non Theologum.

Si se magnos Theologos volunt ostender, convertant Iudeos, convertant ad Christum à Christo alienos, emendent publicos Christianorum mores, quib; nihil est corruptius, ne anud Turcas qui-

lis semper est disputatum? cur atq[ue] i[us] debet, qui cupit doceri? qui se submittit iudicio Rom. sedis, qui se committit iudicio scholarum, quas Universitates appellant. Quod si se non credit manibus quorundam, qui illum malleant extinctum, quam probum, mirum videri non deber.

Specandi in primis sunt hujus malii fontes. Mundus oneratus est constitutio[nibus] humanis, oneratus est opinionib[us] & dogmatibus scholasticis, tyrannide frattum mendicantium, quicum sint satellites sedis Rom. tamen eo potentia[re] ac multitudinis evadunt, ut ip[s]i Rom. Pont. atque ip[s]i adeo regibus sint formidabiles. His, cum pro ip[s]is facit, Pontifex plus quam DEVS, in his, que facione aduersus eorum commodum, non plus valer quam somnium.

Non damno omnes, sed plurimi sunt hujus generis, qui ob qualitatem ac tyrannidem, datâ opera illaqueant conscientias hominum. Ac perfida fronte, jami cuperant, omisso Christo, nihil praedicare, nisi sua nova, & subinde impudentiora dogmata. De indulgentiis sic loquebantur ut nec idiotæ ferre possent. His & ejusmodi multis rebus paulatim evanescerat vigor Evangelicæ doctrinæ & futurum erat, ut rebus semper in deterritus prolabentibus, tandem proflus extingueretur illa scintilla Christianæ pietatis, unde redaccendi poterat extincta charitas: ad ceremonias plus quam Iudaicas summa religionis vergebatur. Hæc suspirant ac deplorant boni viri: hæc ipsæ etiam Theologi, non monachi quidam in privatis colloquiis fatentur.

Hæc, opinor, moverunt animum Lutheri, ut primum auderet se quorundam intolerabili impudentia[re] opponere. Quid enim aliud suspicer de eo, qui nec honores ambit, nec pecuniam cupit? De articolis, quos obiciunt Luthero, in praesentia non dispuo, tantum de modo & occasione dispuo.

Ausus est Lutherus de indulgentiis dubitate, sed de quibus alii prius nimis impudenter asseveraverant: ausus est immoderatus loqui de potestate Rom. Pontificis, sed de qua isti nimis immoderate prius scripserant, quorum precipui sunt tres predicatores, Alvarus, Sylvester, & Cardinalis sancti Sixti. Ausus ex Thomæ de cunctis contempnere, sed quæ Domini cani pene preferant Evangelii. Ausus est in materia confessionis scrupulos aliquos discutere, sed in qua monachi sine fine illaqueant hominum confusione.

Dicitur in hoc prædicto, cum daret in scholis fere nullum sermonem de doctrinâ Evangelicâ, sacros illos ab Ecclesia jam olim probatos autores haberi pro antiquatis, in quo in sacris concionib[us] minimum audiri de Christo: de potestate Pontificis, de opinionib[us] recentium fere omnia: totam orationem jam palam qualitum, adulacionem, ambitionem, ac fucum præ se ferre. His imputandum opinor, etiam si aliqua intemperantius scriptit Lutherus.

Idem in Epistola lib. 22. Monachis quis nescit deberi plurimum honoris? Sed da vere Monachos, non deerit honos. Verum ubi sunt isti, aut quid habent, præter vestem & rasuram? Obscuræ rurales pietatis amator, obambula per tutæ regionis monasteria, & vide, quantulum illuc inventurus sis, verè, Christianæ pietatis, quantulum sacræ eruditionis quantulum vigoris spiritualis? Apud nos vero, tytannidem etiam miti. P. 143. fican obtinet. Perspiciunt, quas ob causas (ut etiam caput Pontifex, & omnia membra) sunt invisi, nec tamen ea corrigit, sed improbitate, violentia, & concupiscentiae contendunt vincere. Nec quicquam illos pudet inficiare, vanitatis, calumnias, malitias.

Illud cavendum, ne quid nostrum scriptorum versatur in linguam popularem, namea res illicè proderet illoru[m] mendacia. Ita nimis vincunt. Quid istis animis malitiosius? Et hæc est Monachorum piecas.

Augustinus dicit, nusquam rectius vivi, quam in monasteriis, nusquam periculosis errari: & tamen loquitur de his qui nullis astrixi votis, dumtaxat perpetuis, simul vivebant. Quid nunc diceret, si videret multa monasteria, quæ nihil differunt à publicis lupanaribus: quid de monacharum multis collegiis, in quibus nil minus reperias, quam castitatem?

Et in his, qui commendantur observantia nomine, Deum immortalem, quam rari sunt, in quibus animadverras sinceritatem Christiani pectoris? Et tamen ædificamus quotidie nova monasteria. Per horum soliditatem improbitatem, cum parim malitia conjunctam, proprio futurum, ut hunc tumultum, cui Lutherus dedit exordium, excipiat alius tumultus, multo etiam gravior, ni Principum & Episcoporum authoritas in tempore vigileret.

Idem in Epist. lib. 22. Iam nūc erigunt ca-

Exempli

sunt.

Qui dederat consilium, cum videret, se non idem authoritatibz hacere in dissuadendo, quod habuerat in fraudando, in maximos animi mcerores incidit, adeo, ut de salute quoque sua desperaret: & ut de scipso p̄nas sumeret in consulti consilio, simulq; moneret alios, ne ad eundem impingent rapider, testamento cavit, ut in ea cloaca sepeliretur, in quam totius illius fortis fôrtes confluunt, in quo manet etiamnum in hanc usque diem exactionis executio.

Habent hic speculum consiliarii, illi, qui, ut grati sint dominis, quotidianie novas excoriationes excogitant, quibus miseris subditos ad sanguinem usque emungunt: sed caveant, ne dum aliis avarum comparent, illi animæ jaeturam faciant.

Idem in Chiladiib. in proverb. Sileni & Alcibiadis. Ecclesiam vocant sacrificios, episcopos, ac summos pontifices: cum hi revera nihil aliud sine, quam Ecclesia ministri. Cæterum Ecclesia populus est Christianus, quam Christus ipse magorem vocat, ut cui recumbent ministrant Episcopi: obsequio minores, si modò Christum ut successione muneris, ita morum ac vitæ referant imitatione. Qui cum modis omnibus princeps, ac Dominus esset omnium, ministri partes suscepit, non Domini. Omne fulmen torquetur in illos, hostes Ecclesiæ vocantur, ac proptermodum hæretici, qui facerdotum crumenam nummulis aliquot fraudarint.

Equidem non adsum fraudatori, ne quis hoc interpretetur: verum cedo, si quidem hostem Ecclesiæ juvat odiisse, num esse possit hostis Ecclesiæ pernitosior, aut capitalior, quam impius Pontifex? Vbi non nihil de sacerdotum prædiis aut censu diminutum fuerit, clamatur undique, opprimi Christianam Ecclesiam. Vbi autem concitatur orbis ad bellum: ubi pelati improba sacerdotum vita tot annorum millia pertrahuntur in exitium, nemo deplorat Ecclesiæ vicem, cum vere tamen sic affligatur Ecclesia.

Ornatæ & coherestatam vocant Ecclesiam: non cum in populo gliscit pietas, cum vita decrescent, boni mores augescunt: cum sacra doctrina viget: verum cum auro gemmisq; lucent altaria: immo cum his neglegatis, prædiis, famulatio, luxu, mulis, equis, sumtuosis ædium vel palatiorum substitutionibus, ac reli-

domi, velenenter omnia Ecclesiam detinendimus illi quartam Episcopi dignitatem. Et in ornamentum Ecclesiæ jubentur Episcopi, sacerdotes, & clerici, pura sericisq; vestiti. Omiram Ecclesiæ dignitatem! Quid superest, postea quam etiam vocabula honesti perdidimus? Neq; enim liber interim eorum meminisse, qui centum ecclesiasticum in impios usus, magno plebis offendiculo profundunt.

His si quid accreverit, gratiamur, & auctoriam Christi Ecclesiam dicimus: cum verum & unicum Ecclesiæ lucrum sit Christus & non profectus. Blasphemiam vocant, si quis parum reverenter de Christophoro loquatur, aut Georgio, nec omnies omnium fabulas auctoritatem Evangelio. Verum Paulus blasphemiam appellat, quories impiis Christianorum moribus, ut Christi nomine infamet inter ethnicos.

Quid enim consentaneum est Christianæ religionis hostes dicere, cum in Evangelicis literis viderint Christum ad opum contemtum, ad voluptatum abdicationem, ad gloriarum neglegitum hortantem: & è regione consperxerint, primores etiam, ac duces Christianæ professionis ita vivere, ut opum accumulandarum studio, ut voluptatum amore, ut vita splendore ut belli ferocia, cæterisque fere virtutis omnibus ipsos superent ethnicos? Intelligit prudens lector, quid hic taceam, ob honorem Christiani nominis, & quid apud me suspirem.

Quos cachinnos putas illos tollere, qui cum videant in Evangelio, Christum non cultu, non ceremoniis, non cibis insignisse suos: sed hac nota dignosci volunt Christianos, si mutua charitate conglutinentur: postea conspiciant, adeo nihil inter nos convenire, ut neque turpis, neque pernitosius illa gentilitas sit tumultuata? Princeps cum principe beligeratur, civitas cum civitate pugnat: nec scholæ cum scholâ, nec religione cum religione convenit: rixatum, factionum, litium apud nos plenâ sunt omnia.

Hæc vera demum est blasphemia, cuius p. 145 autores sunt, qui justam ministrant occasionem. Hæresim appellant, si quis dixerit aut scriperit aliquid, quod aliquo pacto cum magistralibus Theologorum propositionculis, vel in re grammatica dissentiat: & hæresis non est, ubi quis, seu precipuam felicitatis humanæ portionem, effert id, quod ipse Christus utique docet esse negligendum.

Exempli

sunt.

Qui dederat consilium, cum videret, se non idem authoritatibz hacere in dissuadendo, quod habuerat in fraudando, in maximos animi mcerores incidit, adeo, ut de salute quoque sua desperaret: & ut de scipso p̄nas sumeret in consulti consilio, simulq; moneret alios, ne ad eundem impingent rapider, testamento cavit, ut in ea cloaca sepeliretur, in quam totius illius fortis fôrtes confluunt, in quo manet etiamnum in hanc usque diem exactionis executio.

Habent hic speculum consiliarii, illi, qui, ut grati sint dominis, quotidianie novas excoriationes excogitant, quibus miseris subditos ad sanguinem usque emungunt: sed caveant, ne dum aliis avarum comparent, illi animæ jaeturam faciant.

Idem in Chiladiib. in proverb. Sileni & Alcibiadis. Ecclesiam vocant sacrificios, episcopos, ac summos pontifices: cum hi revera nihil aliud sint, quam Ecclesia ministri. Cæterum Ecclesia populus est Christianus, quam Christus ipse magorem vocat, ut cui recumbent ministrant Episcopi: obsequio minores, si modò Christum ut successione muneris, ita morum ac vitæ referant imitatione. Qui cum modis omnibus princeps, ac Dominus esset omnium, ministri partes suscepit, non Domini. Omne fulmen torquetur in illos, hostes Ecclesiæ vocantur, ac proptermodum hæretici, qui fæderatum crumenam nummulis aliquot fraudarint.

Equidem non adsum fraudatori, ne quis hoc interpretetur: verum cedo, si quidem hostem Ecclesiæ juvat odiisse, num esse possit hostis Ecclesiæ pernitosior, aut capitalior, quam impius Pontifex? Vbi non nihil de sacerdotum prædiis aut censu diminutum fuerit, clamatur undique, opprimi Christianam Ecclesiam. Vbi autem concitatur orbis ad bellum: ubi pelati improba sacerdotum vita tot annorum millia pertrahuntur in exitium, nemo deplorat Ecclesiæ vicem, cum vere tamen sic affligatur Ecclesia.

Ornatæ & coherestatam vocant Ecclesiam: non cum in populo gliscit pietas, cum vita decrescent, boni mores augescunt: cum sacra doctrina viget: verum cum auro gemmisq; lucent altaria: immo cum his neglegatis, prædiis, famulatio, luxu, mulis, equis, sumtuosis ædium vel palatiorum substitutionibus, ac reli-

domi, velenenter omnia Ecclesiam detinendimus illi quartam Episcopi dignitatem. Et in ornamentum Ecclesiæ jubentur Episcopi, sacerdotes, & clerici, pura sericisq; vestiti. Omiram Ecclesiæ dignitatem! Quid superest, postea quam etiam vocabula honesti perdidimus? Neq; enim liber interim eorum meminisse, qui centum ecclesiasticum in impios usus, magno plebis offendiculo profundunt.

His si quid accreverit, gratiamur, & auctoriam Christi Ecclesiam dicimus: cum verum & unicum Ecclesiæ lucrum sit Christus & non profectus. Blasphemiam vocant, si quis parum reverenter de Christophoro loquatur, aut Georgio, nec omnies omnium fabulas auctoritatem Evangelio. Verum Paulus blasphemiam appellat, quories impiis Christianorum moribus, ut Christi nomine infamet inter ethnicos.

Quid enim consentaneum est Christianæ religionis hostes dicere, cum in Evangelicis literis viderint Christum ad opum contemtum, ad voluptatum abdicationem, ad gloriarum neglegitum hortantem: & è regione consperxerint, primores etiam, ac duces Christianæ professionis ita vivere, ut opum accumulandarum studio, ut voluptatum amore, ut vita splendore ut belli ferocia, cæterisque fere virtutis omnibus ipsos superent ethnicos? Intelligit prudens lector, quid hic taceam, ob honorem Christiani nominis, & quid apud me suspirem.

Quos cachinnos putas illos tollere, qui cum videant in Evangelio, Christum non cultu, non ceremoniis, non cibis insignisse suos: sed hac nota dignosci volunt Christianos, si mutua charitate conglutinentur: postea conspiciant, adeo nihil inter nos convenire, ut neque turpis, neque pernitosius illa gentilitas sit tumultuata? Princeps cum principe beligeratur, civitas cum civitate pugnat: nec scholæ cum scholâ, nec religione cum religione convenit: rixatum, factionum, litium apud nos plenâ sunt omnia.

Hæc vera demum est blasphemia, cuius p. 145 autores sunt, qui justam ministrant occasionem. Hæresim appellant, si quis dixerit aut scriperit aliquid, quod aliquo pacto cum magistralibus Theologorum propositionculis, vel in re grammatica dissentiat: & hæresis non est, ubi quis, seu precipuam felicitatis humanæ portionem, effert id, quod ipse Christus utique docet esse negligendum.

interdum & ab Episcopis & abbatis.
Profanus est, qui pugna aut seminis pro-
fluvio sacram &dem contaminabit: &
non execramur eum, qui puram & castam
virginem, templum Spiritus sancti, blan-
ditiis, muneribus, lenociniis violat, cor-
rumpit, profanat. Atque haec qui facit,
vulgo festivus & elegans dicitur, &c.

Quod si sacerdotes rem recta estimarent
via, tantum incommodum secum trahit
accessio ditionis prophane, ut recusan-
da sit, etiam si ultiro offeratur. Fiunt
mancipia principum, & aulæ: impetu-
tur seditionibus: involuntur bellis, in
quibus interdum exhalant animam: bre-
viter fit ut monarchæ habeant honestum
familitium. Sed ubi interim patres po-
puli Christiani? ubi pastores?

Quale verò jam est, abbates & Episco-
pos eiusmodi titulos magnis summis à
monarchis emere? Abbas honestus non
videtur, nisi idem sit Comes. Ornatissi-
cerdotum videtur, qui Dux titulum
ad mercatus est. Opulchrè conjuncta vo-
cabula, Abbas & Satrapa: Episcopus &
bellator. Atque multo absurdius, quod
hic quidem fortis viros agunt: in eo,
quod erat proprium ipsorum munus,
umbræ sunt.

Habent manus & gladios, quibus occi-
dant corpora: sit haec sane justicia, at ii-
dem non habent linguam, qua sanent a-
nimos. Abbas novit instruere aciem, at
idem nescit esse dux ad religionem. Epi-
scopus ad configendum armis, ac bom-
bardis affatim instructus est: sed idem ad
docendum, ad exhortandum, ad conso-
landum mutus est. Armatus est in jaculis
& balistis: divinis scripturis prorsus in-
eremis est. Et tamen interim quicquid
emolumenti, quicquid honoris debetur
piis abbatib. & bonis Episcopis, ad assensum
exigunt à suis: imo interdum non quan-
tum debetur, sed quantum libet, &c.
Eheu, quam perperam Clerici hodie ras-
piunt Christum & eius patrimonium?

Idem in Chil. 4. cent. 8. fol. 986. Mithra-
gyrtæ Romæ olim erant sacerdotes, qui
ex mendicitate vivebant. Vnde etiam ho-
die Mithragyrtæ dicuntur, qui obambu-
lant cum simulatis mysteis, ac rudibus
imponunt. Nam hoc genus hominum &
olim fuisse, declarat Apuleii asinus non
dissimiles iis, qui hodie diuis Antonii, Cor-
nelii, aut Ioannis Baptizæ reliquias ad
quæstum circumferunt potius, quam ad
pietatem.

Idem in commentario in Psalmum,
Quare fremuerunt gentes. Amant pri-
mos accubitus in concubis Ecclesiastici

novi. Lingui opes, exigunt vici-
ptates carnis: diligunt tyrannidem. Et
ideo nō fertur sermonem Evangelicum:
quia contrarius est cupiditatibus ac fa-
ctis ipsorum.

Idem in libello de modo confitendi,
non hoc ago, inquit, ne confiteamur, sed
ut utiliter confiteamur. Id efficere non
poteram, nisi propositis quibusdam in-
commodis, quæ non adscribo confessio-
ni, sed vitio confidentium & audientium.
Iam quum totus mundus plenus sit fabu-
larum de flagitiis ac sceleribus quæ sub-
umbra confessionis admittuntur, indi-
gnantur mihi, quod moderatissime quæ-
dam attigerim: nec reputant, quam mul-
ta pudore Christiano siluerim eius gen-
tis, ut vel sola commemoratio posset le-
ctoris animum inhibere.

Verum monarchi complures non amo-
re pietatis urgent hanc confessionem, sed
quod hic auferant luculentam messem:
dum regnant in ædibus divitum, quorum
secreta norunt: dum adsunt morientibus:
dum arrodunt testamenta. Considerent
Lernam malorum, quæ haecceus orta est
ex confessionibus: & mirari desinent, si
quid admonui de recte confiterendo. Con-
siderent item, quanta fuerit supersticio
in cultu divisorum, quanta pestis ex cere-
moniis humanis: & videbunt, nostam ad-
monitionem maxime necessariam fuisse.

Gratissimus divis cultus est, si quis il-
lorum vitam imitetur, tame si à nullo
certius exemplum vitæ petitur, quam ab
ipso Christo. Ad verum cultum provo-
co. Sed supersticiosus cultus istis erat u-
tilior, & hinc vociferatio. Ecclesiasticas
ceremonias nec ibi, nec usquam damno:
sed quomodo illis utendum sit, indico,
& ad meliora provoco. Hoc idem si do-
cet Christus, si beatus Paulus, si pius &
sanctum est, cur in me clamatur?

At quidam clamant, quis nesciebat, in
ceremoniis non esse constituendum su-
num pietatis? Imo quis nescit, totam re-
ligionem haecceus fuisse redactam ad ce-
remonias, ac vigorem illum evangelicum
fuisse per eas propemodum antiquatum?
Verum id erat utilius ad quorundam di-
gnitatem & quæsum. Sed Christus aliud
titularum, cuius dignitatis oportet pri-
mam esse rationem. Commendent se vera
pietate, quæ si absit, ceremoniarum pom-
pa quid aliud est, quam hypocrisis?

De electu verborum abunde respondi
Natali Bedz, si quid pudoris esset in ho-
mine. Nullus est vere pius, quin si rem at-
tentè consideret, maller, in his rebus obli-
quus.

dotum reluceret exemplum ab invenientia,
temperantizque Christianæ:

p. 146. In Gallia, ut scribunt, duo periclitantur, non ob aliud, nisi quia duobus quadragesimæ diebus comedenter carnes, coacti morbo. Vide, quid faciunt ceremoniz, nimirum, ut ob hominum constitutiones violamus præcepta Dei, levius ducentes parricidium, quam præterire constitutionem Pontificum: quanquam hoc nullus Pontifex vetuit, ne agrotus ea sumat, quæ postulat valetudo.

Immodicam festorum multitudinem non ego solus improbo, præsertim, quum hodie nullis diebus plus peccetur, quam festis. Moderata festa valde probo: sed ea velim sacris rebus, quibus inventa sunt, non voluptatibus & sceleribus dari.

Non pendet hodie religio Christianorum à miraculis, nec obsecrum est, quod opiniones invectæ sunt in orbem per homines ad futum questum callidos, confessorum miraculorum præsidio. Quæ sunt in sacris literis, tantè firmius credimus, si non quibuslibet hominum fabillis crediderimus. Atque adèò jam nunc exoriuntur, qui vetus artificium revocant;

Alibi visum est spectrum, quod à presbitero flagitaret absolutionem, quia circa confessionem decesserat: non quod negata fuisset sacerdotis copia. Quid hic discimus, nisi absolviri posse, qui non confiteatur, & post hanc vitam opus esse presbytero iis, quibus volentibus defuit confendi facultas.

Alibi parochus quidam sub diem pastaceves clam immisit in cœmiterium vivos cancros, affixis ad latum careolis ardentibus: qui quum riperent inter sepulchra, visum est noctu terrible spectaculum, nec quisquam ausus est accedere propius. Hinc rumor atrox. Consternatis omnibus, parochus è suggestu docet populum, has esse defunctorum animas, quæ missis & elemosynis flagitarent à cruciati liberari. Fucus ita proditus est: reperti sunt tandem unus & alter cancer inter ruderâ, faciem extinctam gestantes, quos parochus non recollegere.

Idem aliud machinatus est. Convivebat illi neptis, mulier bene nummata. In hujus cubiculum profunda nocte solet irepere, linea involucro umbram mentens. Emittebat voces ambiguas, sperans fore, ut mulier accerseret exorcistam, ant-

Adest spectrum solito more, nescio quid triste mugiens. Excitatur exorcista. Proficit nondum sobrius, aggreditur. Ibi spectrum voce gestuque deterrere eum parat. At ebrios ille, si tu es, inquit, diabolus, ego sum mater illius, & torreptum impostorem fuste dolat: occisurus, ni mutata voce clamasset: parce, non sum anima; sed sum dominus Iohannes. Ad vocem agnitam mulier exilit è lecto pugnamque dirimit.

Notandum de Erasmo, à Dominicanô quodam conscripta esse quædam, sub nomine Erasmi in favorem pontificis dominicæ, quæ Erasmus negavit sua esse in catalogo lucubrationum suarum.

Idem. Usq; ad etatem Hieronymi erant probatae religionis vitiæ: qui in templis nullam ferebant imaginem, nec pidiæ, nec sculptam; ac ne Christi quideam: nempe tempore usq; ad annum Domini 390.

Idem in epistola ad Guillelmum Quintum scribit: Si quid lectis concedat Imp. Augustæ in comitijs, clamabunt, se viatores, nec video, qui latruri sint illorum insolentiam. Si vicerit altera pars, quis feret Monachorum tyrannidem? Nota ambidextrum, & fluctuantem iuconstitutiam animum.

Idem in Epist. ad Ios. Frid. Saxonem & Lantgravium Hassia. Si justissimus Deus nostra ope ceu parato flagello adversi criminâ cleri & plebis decrevit ut nihil ager in terris illius progugnator, donec rectores nostri ad correctionem tam Ecclesie, quam politiæ adigantur;

Idem ad Iodocum lonam. Ioannes Vitrarius Franciscanus scholasticis doctribus, ceremoniis, & indulgentiis papalibus minimum tribuebant. Qui cum in quodam sororcularum cœnobio ad castius vitæ genus eas adhortaretur in concione (lupanar illud monasterium erat) octo ex earum numero deploratae in ejus necem conspirabant, ut iniectis fasciis præfocarent. Sed divinito adiutorio evasit maleficarum manus. Autor conspiracys Dominicanus quidam erat, Episcopo Morineni suffragiis, vir palam impiæ vitæ. Bis erat Vitrarius coram Episcopo accusatus, quod Papæ indulgentias non probasset.

Idem in præfatione super opera Augustini, Augustinus, inquit, adolescens habuit concubinam, quod humanæ permittunt leges: & hac non repudiata, sed crepta, adscivit alteram. Verum utrique seruit omnia illa.

erit, quod quidam anteverantur, et
rem errore judiciali non posse errare
quid opus generalibus conciliis? quid
opus in concilium accersere Iurecon-
sultos, ac Theologos eruditos? Si pro-
nuncians labi non potest, cur datus est
appellationi locus, vel ad Synodus, vel
ad eundem reūtūs edictum, cūm semel
de causa pronunciavit Pontifex? Quorū
sum attinet, tot Academias in tractan-
dis fidei questionibus distorqueri, cūm
ex uno Pontifice, quod verum est,
audire liceat? Imō quī sit, ut Pontificis
hujus decreta cum illius pugnant decre-
tis? Ut enim taceam de Formoso: non-
ne Papa Ioannes 22. & Nicolaus, decre-
tis totis inter se pugnant, idque in his,
quæ videnerit ad fidei negotium pertine-
re? Quorum alter pronunciavit judicia-
liter (illorum more loquor) Christum &
Apostolos nil habuisse nec in commune,

p. 1 47. nec privatim, alter contra pronunciat,
habuisse. Id ex ipsorum Extravaganti-
tibus licebit cognoscere.

Idem alibi. Si sacerdos alat capilliti-
um, aut vestem sumat hominis prophani,
rapitur in carcerem, acriter punitur: si
bibat in lupanari, si scortetur, si ludat a-
leam, si vitiet alienas uxores, si nihil at-
tingat sacræ letionis, tamen columna
est Ecclesiæ. Non excuso mutatam ve-
stem, sed accuso præpostorum judicium.
Imō si non persolvat pensum precum ho-
rariarum, paratum est anathema. Si fa-
neretur, si Simonia admittat, impune est.

Si quis videat Carthusianum aliter ve-
stitum, aut vescentem carnib⁹, quām ex-
ecratur, quām horret, quam timeret, ne ter-
ra dehiscens & spectatorem, & spectatū
absorbeat? Idem si videat eum temulen-
tum, mendacibus verbis in famam alio-
rum debachantem, manifestis dolis im-
ponenter tenui vicino, nemo perinde
abominatur. Velut si quis videat Fran-
ciscanum enodi cingulo cinctum, aut
Augustinensem non corio, sed lana cinc-
tum, aut discinctum Carmelitam, aut
cinctum Rhodiensem: rursus, si percal-
ceatum Franciscanum, aut semicalcea-
tum Cruciferum, nonne concitaret Tyria
(quod dici solet) maria? Imō nuper apud
nos ex duabus fœminis, quarum utram-
que dixisses prudentem, altera abortiit,
altera concidit syncopi, quod conspexe-
rant canonicum quendam sacris virginin-
ibus præfatum in propinqua vicinia, sed
tamen in publico obambulare, qui vestē
lineam non haberet, rectum nigro pallio.

Idem in Colloquio adolescentis &
scorti, Lucretia, Audio, rafraſſe, Pa-

teriores: & ad eam rem ibi suppetunt as-
fatim occasiones.

Idem. Quid & hi, qui sacras literas in-
terpretantur è suggesto, quas nemo sine
Spiritū afflato vel intelligere recte, vel
docere potest utiliter, malunt invocare
virginis matris auxilium, quām ipsum
Christum, aut Christi spiritum. Et in
hæreseos suspicionem vocatur, qui mu-
tire audet adversus hanc consuetudinem,
quam vocant laudabilem. Atqui lauda-
bilio erat veterum consuetudo, quam
obtinuerunt Origenes, Basilius, Chryso-
stomus, Cypriamus, Ambrosius, Hiero-
nymus, Augustinus, qui spiritum Chri-
sti identidem invocant, virginis auxili-
um nusquam implorant.

Similis error habet complures mons-
chos: qui sibi persuadent, Benedictum
esse propitium, donec gestent illius cu-
cullam & pallium: quanquam non arbit-
ror, eum virum unquam gestasse tam la-
ciniostam, magnoque emtam uestem: nec
verentur illius iram, quod in vita nihil
habeant cum illo commune.

Francisci germanus est, qui uestem ci-
neritiam, & caunabeum cingulum non
abiicit: vitam confer, nihil pugnantius.
De plerisque loquor: quamquam hic
sermo per omnes ordinum, & professio-
num formas circumferri potest.

Idem. Videmus, religiosos vel gra-
vissima in Christum convicia ferre ci-
tius, quām Pontificem levissimo joco a-
spergi. Atqui vitas hominum ita taxat,
ut neminem omnino perfringat nomina-
tim, quo utrum is mordere videtur po-
tius, an monere?

Epistola Erasmi ad Illustrissi- mum D. Fridericum, Saxo- niae Ducem, &c.

Illustrissimo Principi Friderico, Duci
Saxonie, sacri Imperii Electori.
Erasmus Celsitudini tuae addicissi-
mus, salutem ac felicitatem. Illustrissi-
me Princeps, tametsi mihi nunquam
contigit, illustrissimam Celsitudinem
tuam intueri coram, aut alloqui, quod e-
go sanè non in minima infelicitatis me-
parte numero: tamen inflammatus om-
nium prædicatione, miro confensu, cum
eximias tuas dores, vel summo dignas
imperio, tum mirificum quendam ani-
mum erga bonas literas provehendas,
laudibus rebentium, atque in me quoq;
peculiariter & eximiè propensum, ausus
sum Cesarum vitas per me recognitas,

serim è Basilea (nam illuc opus excusum est) in causa fuit, quod cum inter esset ingens (id enim temporis agebas Wittenbergz) non dabatur certus quispiam, cui tuto committi posset. Mox vero visum est supervacaneum, mittere liberum, qui nusquam gentium non esset evulgatus. Libuit tamen interim, hasce literas velut exploratrices mittere, quarum judicio cognoscam, gratiane fuerit nostro sedulitas, an secus. Si parum felicitet cessit audacia, dabitur opera, ut quod hic admissum est errore, alijs sarciat. Neque dubito, quin singularis illa tua, & nulli non praedicata clementia, culpam eam facile condonatura sit animo sedulo certe, propensoque, cui, si judicium defuit, studium non defuit demerendi magnitudinem tuam.

p. 348. Sin bene cessit, quod ausi sumus, non aliud officii præmium poscimus, nisi ut pergas favere melioribus literis, jam pas- sim per nostram etiam Germaniam efflo- rescensibus, atque hanc quoque laudis partem tuis asserere, quæ fortassis non minus dignitatis sit alia tur vel patris, vel Principibus ipsis, quam haec tenus pe- perit bellicæ rei gloria. Ea felicitas nos- bis continget, si & Principum benignitas fovebit optimarum literarum Profes- sores, ac juvenum ingenia, quæ spem non vulgarem de se præbere videntur: & au- toritas adversus ~~μισομέρες~~ istos, ac veteris inscitæ tyrannidem, omnia armorum vi pertinacissime ruentes, sit nobis præ- sidio.

Quid enim non molientur hostes de- voti bonorum studiorum? quas non tec- chnas? quas non Sycophantias? quas non infidias, comminiscuntur? quibus non tuniculis conantur obrepere? quas non admovent machinas? quæ non tela in nos torquent letali veneno tincta? quæ con- spiratio, quam artum inter istos fœdus ad profligandas literas? quas quia non didicerunt, pudet senes discere, cum mi-nore pene opera discere potuerint, quam impugnant. Quam hic concordes sunt, qui nusquam consentiunt, nisi ad lœden- dum? quam hic habent ingenium, ad me- liora stupi? quam hic vigilant, ad bene- merendum oscitabundi?

Prodire nuper lucubrations aliquot Martini Lutheri, simulque rumor allatus est, hominem supra modum gravari au- thoritate reverendissimi Cardinalis San- ti Simoni, cuius dicitur

deest, quæ videlicet nocendi facultatem præbeat iis, quibus adest perpetua no- cendi voluntas. Continuo sacræ apud populum conciones, scholæ, conciliabula, convivia nihil aliud crepabant, quam hæreses & Antichristos. Atque huic tam odioso negotio, præsertim apud mulier- çulas & indoctam plebeculam, miscue- runt homines callidi, trium linguarum, eloquentia, politiorisq; literaturæ men- tionem, qua si aut Lutherus his præsi- diis fideret, aut ex hisce fontibus hæreles haucerentur.

Hæc impudentia plus quam Syco- phantica, cum optimis quibusque dispi- ceret, tamen uti bellum inuentum proba- batur quibusdam, qui se Theologiz ante- signanos, & Christianæ religionis colum- nas existimant. Et vide, quam studio ce- ci nostris blandimur vicis, atrocem con- tumeliam, mo facinus hæresi proximum ducimus, si quis Theologum Rabulam, quales sunt non pauci, pro Theologo ματαιόν nominet. Ipsi nobis igno- scimus, cum apud frequentem populum vocemus hæreticum & Antichristum, cuius- cunque succensemus.

Lutherus mihi tam ignotus est, quam cui ignotissimus, ut suspectus esse non queam, quasi faveam amico. Hujus lu- cubrations nec tueri meum est, nec im- probare, ut quas hactenus non legerim, nisi carptim. Certe vitam hominis ne- mo, qui novit, non probat, quæ cum lon- gissime absit ab omni suspicione avaritiae atque ambitionis, & morum innocentia vel apud Ethnicos favorem invenit.

Quam non congruit mansuetudini Theologicæ, protinus, ac ne perlegeto quidem libro, tam immaniter debacchari in nomen ac famam probi viri, idque apud imperitam plebeculam, quæ pro- fessus caret iudicio? Præsertim cum ille dis- putanda proposuerit, cum omnium iudi- cicio sese submiserit, quorum non oportuit. Nemo monuit, nemo docuit, nemo revicit. Tantum vociferantur hæreticum, seditionis clamoribus ad lapides provo- cant. Dicas, eos fitire sanguinem huma- num, non salutem animarum.

Quo invisius est hæreos nomen auribus Christianis, hoc minus committen- dum est, ut temere in quenquam impin- gatur. Non statim quivis error hærefis est. Neque protinus hæreticum est, quid quid huic aut illi displaceat. Neque sem-

mittantur in alio, quod ipsi domi probat.

Denique, cum tot sint veteres ac neoterici Scriptores, nec horum quisquam adhuc repertus sit, in cuius libris non fasteantur ineffe periculosos errores: cur reliquos taciti placatique legimus, in unum aut alterum tam atrociter saevimus? Si veritati patrocinamur, cur non ex a quo offendit, ubiunque reperitur, quod veritati repugnat? Sanctissima res est, fidei regionisque sinceritatem tueri, sed sceleratissima res est, praetextu defendendæ fidei, nostris servire cupiditatibus.

Si quicquid in Scholis receptum est, oraculum haberi volunt, cur inter se Scholæ dissidentiunt? cur scholætici Doctores inter se pugnant ac digladiantur? Imo, cur in eadem Sorbona Theologus à Theologo dissentit? Imo per paucos reperias, qui consentiant, nisi conspirarint. Ad hæc non raro deprehenduntur damnare in recentium libris, quod in Augustino aut Gersone non damnant, quasi veritas cum authore mutetur. Eos quibus favent, sic legunt; ut omnia torquentes, nil non excusent: quibus infensi sunt, sic legunt, ut nihil non calumnientur.

Optima Christianissimi pars est, vita Christo digna. Quæ si bona suppetit, non debet esse facilis hæreseos suspicio: Nunc quidem novæ comminiscuntur fundamenta, sic enim vocant; hoc est, novas leges condunt, per quas docent; hæreticum esse, quid non placet. Quisquis alterum hæreseos accusat, ipse præstare debet mores Christiano dignos, charitatem in admonendo, lenitatem in corripiendo, candorem in judicando, lenititudinem in pronunciando. Cum nemo nostrum careat erratis, cur alienos Iapsus tam inclementer infestamur? cur malum usus vincere, quam mederi? cur opprimere, quam docere? At ille, qui solus omnium omnium caruit errore, non comminuit baculum confractum, nec extinguit lumen fumigans.

Augustinus de Donatistis plus quam hæreticis agens, non vult, eos cogi, sed tantum doceri. Et ab horum cervicibus magistratum gladios depellit, quorum siccis ipse quotidie impetrabatur. Nos, quorum proprium munus est docere, cogere malumus, quia facilius.

Hæc illustrissime Dux, eo scribo liberius, quo minus ad me pertinet causa Lutherana: ceterum, ut tuus Celsitudinis est, Christianam religionem pietate tua protegere, ita prudentia est, non committere, ut quisquam innocens...

quam magis parer animo Pontificis, quam is, qui quod æquissimum est, exquitur: quid istic de Luthero sentiant, nescio. Certè hic video, libros ipsius ab optimis quibusq; cupidissime legi, quam mihi nondum vacavit evolvere. Bene valeat eadem tua Celsitudo, quam nobis diu in column, felicem, florentemque servet Christus optimus maximus.

Notandum hic est, Saxonem sepius deliberasse de dimittendo seu eiiciendo, quod à Pontifice damnatus est, Lutherum: sed vacillantem ab hoc consilio, ista Erasmi epistola, ne scilicet innocentem impiis dederet, fuisse retractum.

Principis Electoris Saxonia, Ducis Friderici Responsio ad Erasmus Rotterdamum.

Dei gratia Fridericus Dux Saxoniz, sacri Romani Imperii Archimarscallus, Princeps, Elector, & Vicarius, Landgravius Thuringiaz, & Marchio Milizia S. P. Quamvis non dubitemus, Erasme eruditissime, te ex literis nostris, Iodoco Ioanæ ad te nuper proficisci datis, plane cognitum, tuam erga nos singularem istam benevolentiam, ut alioquin, ita in dedicatione Suetonii, & aliorum historicorum illustrem, nobis esse gratissimam respondendum tamen tuis existimavimus ad nos Antwerpia XVIII. Calend. Maias scriptis, cum ob alia non pauca, tum quod eruditissime simul, & elegantissime tuam erga nos synceram & veram Christi eruditionem, & erga Evangelicam veritatem studium & amorem plenitimum iam pridem nobis exploratum fecerunt perspectiorem.

Est, ut scribis, mira osorum melioris doctrinæ conspiratio in id solum idonea, ut bonis, piis, & probe literatis noceat.

Non damnari ab eruditis causam Lutheranam, & D. Martini lucubrations ab optimis quibusq; istic cupidissime legi letamur: eoque magis, quod plerique bonorum & eruditorum in nostris quoque Regionibus & Principatibus, nedum externis, hominis tam vitam & mores, quam eruditorum in nostris quoque Regionibus & principatibus, nedum externis, hominis tam vitam & mores, quam eruditionem miro consensu laudant. Quod enim haec tenus in Saxonibus nostris degit, non tam homini, quam causa dedimus, nihil minus unquam conati, quam ut dignos premis pœna premeret. Neque Deo omnis

ria, latere te nolumus in præsentiarum.
Bene vale doctissime Erasme. Ex Arce
nostra Grimnensi, pridie Idus Maias, an-
no M. D. XIX.

Idem. Inter eruditos jure consulti sibi
vel primum vendicant locum, neq; quin
quam alius æquè sibi placet, dum Sisy-
phi saxum assidue volvunt, ac sexcentas
leges eodem spiritu contexunt, nihil re-
fert, quam ad rem pertinentes, dumque
glossematis glossemata, opiniones op-
tionibus cumulant, efficiunt, ut audi-
um illud omnium difficulter videa-
tur. Quicquid enim laboriosum, idem
protinus & præclarum existimant.

Idem Adagiorum Chilidae 1. cent. 9.
paræm. Non datur baptismus, h. e. non
licet fieri Christianum, nisi numeres.
Non comprobant matrimonium, nisi
numeres. Non audiunt pœnitentium
commissa, nisi perent præmissum. Vix
procul mota manu bencdicunt, nisi de-
deris. Non consecrant sacram aut cali-
cem, nisi data mercede. Denique non
impertinent corpus Christi, nisi num-
eres. Ut non dicam, quanta messis col-
ligatur ex licibus, & dispensationibus,
& indulgentiis, è conferendis sacerdotiis
confirmandis Episcopis, & Abbatibus.
Sed quid apud illos gratuitum est, apud
quos emitur sepultura etiam in alieno
solo? Non psallunt etiam gratis, non o-
rant gratis, non imponunt nomen gra-
tis, &c.

Ibidem Chil. 3. cent. 7. Adagio, Scarabeus Aquilam querit. Primum in hoc A-
quila præstaretiam Scarabeus, quod se-
neatam quotannis exuit, ac subinde re-
pubescit. Iam hoc ipsum tanti est, ut
existimem, Romanos etiam Pontifices,
quom eis liceat redi in cœlum immigra-
re, (quippe cujus clavem gerant) tamen
ubi perventum est ad inamabilem illam
senectutem, quæ voluptatibus omnibus
se abdicat, malie cum scarabeis cristam
abuicere, quād pro tripli corona se-
ptemplicem accipere. Risit igitur Eras-
mus Papam cum aliis multis, etiam an-
te Lutherum. Nam adagia edita fue-
runt circa annum D. 1500. Lutherus au-
tem circa annum 1516. Papatum modò
impugnare coepit.

Idem in Collon. Pergrinatio religio-
nis ergo. Menedemus. Quid isthuc or-
natus est? oblitus es conchis, imbricatis,
flanneis, ac plumbeis imaginibus, opple-
tus undique culmeis, ornatus torquibus

pinor religionem docuerunt te Grecæ in-
ter. Og. Mater xoris voto se obstrin-
xerat, ut, si filia peperisset masculum vi-
talem, ego Divo Iacobo præiens præsen-
ti salutem dicerem, & gratias agerem.
Men. Salutati Divum moduntaxat & so-
cros nomine? Og. imo totius familie ver-
bis. Men. Evidem arbitror, nihilominus
salutis futuri faisse lati familiæ, eti-
am si Iacobum insalutatum reliquies. Sed
obscurò, quid respondit agenti gratias?
Og. Nihil, sed off. recti munus vobis est afo-
ridere, & capite leviter annuere, simul
que porrexit hoc imbricatum putanum.
Men. Cnr ista potius donat, quam alia?
Og. Quoniam his abundat, suggestente vi-
cino mari. Men. Obenignum divum
qui & obstericatur parturientibus, & o-
operam dat hospitibus. Verum quodnam
novum isthuc voyendi gen. ut oī iōus a-
liis labore in imponat aliquis? Sit uero
to astringeres, ut si quod ageres, felici-
ter cederet, ego jejunarem' bis in hebdo-
made, an credis, me facturum quod vo-
visses? Og. Non credo, etiām si tu ipse
tuo nomine vovisses. Nam tibi Divis es
oblinire ludus est. At fœtus est, mos ge-
rendus erat: nosti malierum affe'us, &
mea quoque referebat. Men. Si non
prestitisses votum quid erat periculi? Og
Non poterat me Divus vocare in ius, fa-
teor: sed poterat in posterum esse fur-
dus ad vota mea, aut tacitus aliquid ca-
lamitatis immittere in mea familiam.
Nostri principum mores. Men. Dic mihi,
quid valet agitque vir optimus Iacobus?
Og. Multo frigidius solito. Men. Quid
est in causa? senium? Og. Nugator: scis,
Divos non senescere. Verum hæc nova
persuasio, quæ late per orbem divagatur,
facit, ut infrequentius salutetur solito: &
si qui veniunt, salutant tantum, nihil, aut
quam minimum donant, dictantes, eam
pecuniam rectius collocari in egenos.
Men. Impia (ironia est) persuasio. Og.
Itaque tantus Apostolus, qui solebat to-
tus gemmis & auro fulgere, nunc stat li-
gneus, vix sevaceam habens candelam.
Men. Si verum est, quod audio, periculum
est, ne reliquis Divis idem veniat usu. Og.
Imo circumfertur epistola, quam hac de-
re scripsit ipsa Virgo Maria. Men. Q. x
Maria? Og. Quæ cognomen habet à lapa-
de. Men. Apud Rauracos, nifallor. Og.
Ea est. Men. Lapideam igitur Divam mihi
narras. Sed cui scripsit? Og. Nomini ipsa
in libro.

scis manum Angelī, qui est virginis ab epistolis? Og. Quidni? Men. Quo tandem argumento? Og. Legi Epitaphium Bedæ, quod ab Angelo insculptum est: elementorum figuræ per omnia congruunt. Legi & Syngraphā Divo Ægidio missam: congruunt. Annon hæc satis arguunt rem? Men. Falsæ est inspicere? Og. Fas, si deieres, te taciturum. Men. Oh lapidi dixeris. Og. Iam sunt & lapides hoc nomine infames, quod nihil celent. Men. Muto igitur dixeris, si lapidi parum fidis. Og. Hac lege recitabo, tu fac, utramque arigas aurem. Men. Arrexi.

Og. Maria mater Iesu Glaucopluto S.D. Quod Lutherum sequutus strenue suades, supervacaneum esse, invocare Diuos, à me quidē isto nomine bonam magnamque iniisti gratiam, scito. Nam antehac tantum non enecabar improbis mortalium opporationibus. Ab una postulabantur omnia, quasi filius meus semper infans esset, quia talis singitur, pingiturque in sinu meo, ut ex nutu matris adhuc pendeat, neque quicquam auferit negare petenti, videlicet metuens, ne si quid neget petenti, ego vicissim ipsi negem mammam fitienti. Et nonnunquam ea petunt à virgine, quæ verecundus juvenis vix auderet petere à Lena, quæque me pudet literis committere. Interim negotiator lucri causa navigaturus in Hispaniam, committit mihi pudicitiam suæ concubinæ. Et virgo Deo sacra, abjecto velo fugam adornans, deponit apud me famam integratatis suæ, quam ipsa tendit prostituere. Occlamat mihi miles impius, & ad lanienam conductus: Beata virgo da prædam opimam. Occlamat aleator: Fave Diva, pars lucriti tibi decidetur. Etsi parum faveat alea, me convitiis lacerant, maleque precantrunt, quæ non adfuerim sceleri. Occlamat, quæ quæstui turpi semet exponit: Da proventum uberem. Si quid negem, illico reclamat: Ergone sis mater misericordiæ? Aliorum vota non tam impia sunt, quam inepta. Clamat innupta, Maria, da mihi formosum ac divitem sponsum. Clamat nupta, da mihi bellos catus. Clamat gravida, da mihi facilem partum. Clamat anus, da mihi diu vivere sine tussi sitique. Clamat senex delirus, da repubesccere. Clamat Philosophus, da nodos insolubiles netere. Clamat Sacerdos, da sacerdotium opimum. Clamat Episcopus, serva meam Ecclesiam. Clamat nauta, da prosperos Cursus. Clamat præfectus, ostende mihi filium tuum, antequam moriar. Clamat aulicus, da ve-

S. Itego ac in Iuu. audio. Vult inquit quid tu vis. Ita ne ego sola, & mulier & virgo dabo operam navigantibus, belligerantibus, negotiantibus, ludentibus aleam, nubentibus, parturientibus, strapis, regibus, & agricolis? Atqui quod dixi minimum est præ his, quæ patior. Sed his negotiis nunc multo minus gravor quo, quidē nomine tibi gratias agere maximas nisi commodum hoc incommodum majus secum traheret: plus est ocii, sed minus est honorum, minus est opum. Ante salutabar regina cœlorum, domina mundi: nunc vix à paucis audio, Ave Maria. Ante vestiebar gemmis & auro, abundabam mintatoriis, deferebantur aurea gemmeque donaria: nunc vix rego dimidiato pallio, eoque corroso à muri bus. Proventus autem anni vix tantum est, ut aliam miserum æditiuum, qui accendat lucernulam, aut candelam, aut sevaceam. Atque hæc tamen poterant ferrari, ni majora etiam moliri dicere sis. Huc tendis, ut ajunt, ut quicquid usquam est dñorum, exigas ex ædibus sacris. Et iam atque etiam vide quid agas. Non deest aliis divis, quo suam ulciscantur injuriam. Ejectus templo Petrus, potest tibi vicissim occidere regni cœlestis ostium. c Paulus habet gladium. Bartholomæus cultro armatus est. Guilhelmus sub pallio monachi totus armatus est, non sine gravi lancea. Quid autem agas cum Georgio, & equite & carapracio, hastâ simul & gladio formidabili? Nec inermis est Antonius, habet sacram ignem. Sunt item & cæteris sua vel arma vel malæ, quæ quibus volunt immittunt. Me vero quantumvis inermem, non tamen eiicies, nisi simile ejecto filio, quem ulois teneo. Ab hoc non patiar me divelli: aut hunc unâ mecum extrudes, aut utrumq; relinques, nisi mavis habere templum sine Christo. Hæc te scire volui, tu cogiti, quid mihi respondendum censeas. Nam mihi planè res cordi est. Ex æde nostra lapidea cal. Aug. an. filii mei passi 1504.

Virgo Lapidea mea manus subscripta

Mened. Minax profecto ac formidabilis epistola. Cavebit opinor Glaucoplatus. Og. Si sapit. Men. Quamobrem non eadem de re scripsit huic optimus ille Iacobus? Og. Nescio, nisi quod longius abest, & his temporibus intercipiuntur omnes epistolæ. Men. Sed quis Deus te redegit in Angliam? Og. Ventus illuc invitabat mirè secundus, atque id proptermodum eram pollicitus Divæ Parathalassie, me post biennium ipsam revisum. Men. Quid in iure et illa à Co-

Jonge augustius, quam in Parathalasso.
Og. Haud nego posse, verum aliis in locis alia largitur, sive sic visum est animo illius, sive ut est benigna, semet in hoc nostris affectionibus accommodat. Men. De Jacobo frequenter audiri: sed obsecro te, describe mihi regnum istius Parathalassae. Og. Evidem expediam, quam posterius, paucissimis. Celeberrimum nomen est per universam Angliam, nec tunc mere reperias in ea insuli, qui speret, res suas fore salvas, quin illam quotannis aliquo munusculo, pro facultatum modulo, salutari. Men. Ubi habet? Og. Ad extremum Angliae finem, inter occidentem & septentrionem, haud procul a mari, passuum ferè tribus milibus. Vicus est vix alia revisitans, quam commenitum frequentia. Collegium est Canonorum, sed quibus à Latinis regulæ cognomen additur, medium genus inter monachos & canonicos, quos seculares appellant. Men. Amphibios mihi narras, quod genus est fiber. Og. Imo & Crocodilus. Sed omisssis cavillis, tunc verbis expediam, quod vis. In odiosis canonici sunt, in favorabilibus monachi. Men. Adhuc mihi quidem enigma refers. Og. Quin addam apodixi in mathematicam. Si Rom. Pontifex fulmine feriat omnes monachos, tum canonici fuerint, non monachi: si idem permittat omnibus monachis uxorem ducere, tum fuerint monachi. Men. O novos favores, utinam abducant & meam. Og. Sed ut ad rem: Collegium hoc vix habet alios provenitus, quam ex liberalitate Virginis: nam majora quidem donaria servantur. Ceterum, si quid est nummorum, aut levioris precii, cedit in alimoniam gregis & profecti, quem illi priorem vocant. Men. Proba viri? Og. Non illaudarunt, pietate ditiones, quam annuo censu. Templum est nitidum & elegans, verum in eo non habitat virgo, sed illud honoris gratia cessit filio. Illa suum habet templum, ut dextra fit filio. Men. Dextra? Quod igitur spectat filius? Og. Bene mones. Cum occidentem spectat, dextram habet matrem: ubi se vertit ad solis exortum, sinistra est. Nec hic tamen habitat, nondū enim edificium est absolutum, & locus est undique perhastilis, patentibus ostiis, patentibus fenestris, & in propinquio est Oceanus ventorum pater. Men. Durum: ubi igitur habet illa? Og. In eo templo, quod inabsolutum dixi, est facilius an-

dem, adeo genitius, auctor, arguunt que tent omnia. Men. Accendis animum, ut eō me conferam. Og. Haud penituerit itineris. Men. Nihil est illic olei sacri? Og. Inepte, oleum istud non tesudat, nisi ē sepulchris Divorum, velut Andreæ & Catharinæ. Maria sepulta non est. Men. Erravi, fateor, sed absolve fabulam. Og. Quod latius se spargat religio, alia ains locis ostenduntur. Men. Et fortassis, ut uberior sit largito, juxta illud:

Fit citio per multas præda petita manus.

Ogygus. Et nusquam non praestò iunct mytagog. Menedemus. Ex Canonicis? Ogygius. Nequaquam, illi non adlibentur, ne per occasionem religionis alienentur a religione, ac dum observant virginem, parum ipsi consulant suæ virginicati. Tantum in intimo sacello, quod dixi conclave divæ Virginis, adstat altari canonicus quidam. Menedemus. In quem usum? Ogygius. Ut recipiat servetque, quod datur. Menedemus. An dant, qui nolunt? Ogygius. Minime, sed non nullus prius quidam pudor huc adigit, ut dent, adstante quopiam, non daturi, si testis abesser, aut largius dant aliquanto, quam erant daturi. Men. Affectum humandum dicis, & mihi non inexpertum. Og. Imo vero sunt quidam adeo dediti saeculissimæ Virginis, ut dum simulant, sese munus imponere altari, mira dexteritate suffarentur quod alibi posuerat. Men. Fac, nullum adstat, annón in tales illico fulminaret Virgo? Og. Qui magis id faceret Virgo, quam ipse pater ætherens, quæ non verentur nudare suis ornamenti, vel per osso templi pariete? Men. Non factis mihi constat, utrum magis debeam admirari, illorumne impiam confidentiam an Dei lenitatem. Og. Ad latus itaque septentrionale porta quædam est, non templi, nequid erres, sed septi, quo tota clauditur area templo adiacens. Ea ostiolum habet perpusillum, quale videmus in valvis nobilium, ut qui velit ingressi, primum tibiam pericolo exponeat cogatur, deinde caput etiam submittat. Men. Profecto tutum non fuerit ad hostem ingredi per tale ostiolum. Og. Recte conjectas. Narrabat mystagogus, olim virum equestris ordinis, equo insidentem, per hoc ostium elapsum ē manibus immici, qui jam fugienti imminebat. Ibi miser desperans sui, subita cogitatione salutem suam commendavit Dixit Virginis, cum erat in pueris

admodum facile apud te nouum men pui-
losophum. Og. Ostendebat in ostio lami-
nam cupream clavis affixam, quæ habe-
bat imaginem equitis servati, eoque cul-
tu, quo tum Anglicagens utebatur, quem
& in vetustioribus picturis videmus; quæ
si non mentiuntur, frigebant id statim
tonsores, qui pannos tingunt ac texunt.
Men. Qui sic? Og. Quia barbatus erat non
aliter quam capra, & universa vestis nul-
lam habebat rugam, adeoque non erat
major corpore, ut strictu corpus ipsum
redderet angustius. Erat & altera lami-
na, cellæ figuram ac magnitudinem refe-
rebus. Men. Iam dubitare fas non erat. Og.
Subter ostiolum erat cratis ferrea, quæ
peditem transmitteret. Non convenie-
bat, ut equus post eum calcaret locum,
quæ prior eques virginis consecrasset. Me-
ne. Et merito. Og. Hinc ad orientem est
scallum prodigiis plenum, eò me con-
fero. Excipitalius mystagogus. Illic o-
ravimus paulisper. Mox exhibetur nobis
articulus humani dñiti, è tribus maxi-
mi: exoscular, deinde rogo, cuius sint re-
liquia? Ait, sancti Petri. Num Apostoli;
inquam? Aiebat. Deinde contemplates
magnitudinem articuli, qui gigantis vi-
deri potuerat, oportuit, inquam, Petrum
fuisse virum prægrandi corpore. Ad hanc
vocem è comitibus quidam in cachin-
num solitus est, id certe moleste tuli.
Nam si is siluisset, æditus nos nihil ce-
lasset reliquorum. Eum tamen utcunque
placuimus, datis aliquot drachmis. An-
te ædiculam erat teatum, quod ajebat hy-
berno tempore, cum nix obrexisset om-
nia, eò subito fuisse delatum è longin-
quo.

Sub eo tecto putei duo ad summum
pleni, fontis venam ajunt esse sacram di-
va Virginis: liquor est mire frigidus, effi-
cax medicando capitis & stomachi doloribus.
Men. Si frigida medetur doloribus
capitis & stomachi, posthac & oleum ex-
tinguet incendium. Og. Miraculum au-
dis, ô bone, alioqui quid eset miraculi, si
frigida sedaret sitim? Men. Et ista sane
est una pars fabulæ. Og. Affirmabant,
eum fontem de repente profiliisse è ter-
ra, iussu sanctissimæ Virginis. Ego cun-
& diligenter circumspectiens, rogabam,
quot essent anni, quod ea domuncula fu-
isset eo deportata, dixit, aliquot secula.
Alioqui parietes, inquam, non præse-
runt aliquid vetustatis. Non repugnabat.
Ne columnæ quidem hæ ligneæ. Non
negabam.

Atqui cum jam nulla casæ pars superesset
unde igitur constat, inquam, hanc esse ca-
sulam illam è longinquo delatam? Obs-
cro, quomodo sese ab hoc nodo ex-
pediebat ædilus? Og. Scilicet in-
contanter ille ostendit nobis pervetusti-
us si pellem tignis affixam, ac propemo-
dū irrisit nostram tarditatem, qui ad tam
manifestum argumentum non habetem
oculos. Itaque persuasi, & tarditatiscu-
pam deprecati, vertimus nos ad cœlestis
lac beatæ Virginis. Men. O matrem filii
similimam: ille nobis tantum sanguinis
sui reliquit in terris, hac tantum lacis,
quantum vix credibile est esse posse uni
mulieri uniparæ, etiam si nihil bibisset
infans.

Og. Idem causantur de cruce Domini,
quæ privatum ac publicè tot locis ostendit
ur, ut si fragmenta conferantur in u-
num, navis onerariæ justum onus videri
possint, & tamen totam crucem suam ba-
julavit Dominus. Men. Annón tibi quo-
que mirum videtur? Og. Novum fortasse
dici possit, mirum nequaquam, cum Do-
minus, qui hæc auget pro suo arbitrio, sit
omnipotens. Men. Piè tu quidem inter-
pretaris: at ego vereor, ne multa talia
fingantur ad quæcum. Og. Non arbitror,
Deum passum, si quis ipsum ad istum
irrideat modum. Men. Imo, cum à sacri-
legis spoliatur & mater, & filius, & pater,
& spiritus, ne tantulum quidem sese com-
moveant interdum, ut vel nutu vel crepti-
tu deterreat scelestos. Tanta est numinis
lenitas. Ogygius. Sic est, sed audi reli-
qua. Id lac servatur in altari summo, in
cujus medio Christus, ad dextram mater,
honoris gratia. Lac enim matrem repræ-
sentat. Men. Conspicuum est igitur? Og.
Videlicet, inclusum crystallo. Men. Li-
quidum igitur? Og. Quid liquidum mihi
narras, cum fuisse sic ante annos mil-
le quingentos? Concretum est, dicas cre-
tam tritam, alboque ovi temperatam.
Men. Quin igitur nudum ostentant? Og.
Ne contaminetur virorum osculis lac vir-
gineum. Men. Probè dieis. Nam sunt, o-
pinor, qui os ad moveant nec purum, nec
virgineum. Og. Vbi nos videt mystago-
gus, accurrit, lineam vestem induit, sa-
cram stolam addidit cervici, procubuit
religiose, & adoravit, mox nobis lac sa-
crotanctum osculandum porrexit. His
in extremo altaris gradu religiose pro-
cubuimus & ipsi, Christoque primum

placitatis, quæ nescia malitia, fraudis, ac
doli, lac Evangelicæ doctrinæ concipi-
scit assidue, donec proficiat in vitum per-
ficiam, in mensuram plenitudinis Chri-
sti, cuius felici consortio frueris in æter-
num, cum patre & spiritu sancto, Amen.

P-153. Men. Pia sanè deprecation. Quid il-
la? Og. Visus est uterque annuerit, nisi
me saliebant oculi. Nam subtiliter vide-
batur sacerum lac, & candidior aliquan-
to affligeret Eucharistia.

Interim mystagogus ad nos accessit,
tacitus quidem, sed tabellam pertigens,
qualem apud Germanos offerunt, qui in
postibustelos exigunt. Men. Evidem
sapientiæ male precatus sum illis pe-
nitus tabellis, cum per Germaniam
iter ficerem. Og. Deditus drachmas a-
liquot, quas ille obtulit virginis. Mox
per interpres ejus lingue pulchre pe-
ritum, & iuvenem blandæ cujusdam elo-
quentiæ, [nomen erat, ni fallor, Robertus Alderius] percontatus sum; quām
potui, civilissime, quibus argumentis
cognitum haberet, hoc esse lac virginis.
Idego sanè pio studio scire cupiebam;
quò possem impiis quibusdam hæc omnia
ridere solitis os obiurare.

Primum mystagogus obducta fronte
obtinuit iussi, ut interpres instaret, sed
blandius etiam. Ille vero blandissime,
adeo, ut si matrem ipsam nuper puerpe-
ram talibus verbis appellasset, non fue-
rit ægre latura. At mystagogus tan-
quam afflatus nomine quopiam, nos
intuens oculis stupentibus, ac velut hor-
tore vocem blasphemam execrantibus,
quid opus, inquit, ista percontari, cùm
habeat tabulam authenticam? Et om-
nino videbatur nos ut hereticos ejec-
tus, nisi drachmæ delinissent hominis
ferociam. Menedemus. Quid vos inte-
rim? Oggius. Nos quid censes? Non
aliter, quam fuisse id, aut fulmine ta-
cti, nolmet illic inbduximus, supplici-
ter audaciæ veniam comprecati. Sic e-
num convenient in rebus sacris. Inde pro-
ficiemus ad ædicolam, hospitium dñe
virginis.

Huc cunctibus aperit sese quidam hie-
rophanta ex illis minoribus, nosque re-
lati, nescitans intuerit: aliquantulum
progressis occurrat aliis itidem contem-
plans nos: postquam tertius. Menedemus.
Fortasse cupiebant te pingere. Ogygius.
At ego longe diversum suspi-
cias. Menedemus. Quid isthuc? Ogy-
gius. Sacilegum quempiam suppilatse
non nihil ex munere fave. Mene-

nunc te puram impuri visimus, saluta-
mus, donariolis nostris utcunque colli-
mus, utinam donet nobis filius tuus, ut
sanctissimos tuos mores imitantes, me-
reamur & nos per Spiritus sancti gratia-
m spiritualiter Dominum Jesum inti-
mis animi visceribus concipere,
semelq; conceptum nunquam amittere.
Amen.

Simulque oxosculatus aram, deposui
drachmas aliquot & abii. Men. Quid
hic virgo? Nullone nutu dedit signum
audita precatiuncula? Og. Lumen, ut
dixi, erat ambiguum, & illa stebat in
tenebris ad dextrum latus altaris. Po-
stremo me sic dejecerat oratio prioris
mystagogi, ut non audirem oculos at-
tollere. Men. Iltius igitur profectionis
non erat admodum latus extus. Ogy-
gius. Imo multo letissimus. Menede-
mus. Reddidisti animum: nam mihi quo-
que cor in genia deciderat, ut tuus lo-
quitur Homerus.

Og. A prandio fepetimus templum.
Men. Audebas, suspectus sacrilegi? Og.
Fortassis, sed ipse mihi suspectus non erat.
Nescit pavorem mens sibi bene consicia.
Trahebat me tabulæ visendæ cupiditas,
ad quam mystagogus nos relegarat. Eam
diu quæsiā tandem invenimus, verū
in alto defixam, ut non à quibuslibet o-
culis legi posset. Mihi tales sunt oculi;
ut nec lynceus dici possim, nec omnino
lusciosus. Itaque legentem Alderium ocu-
lis obiter aspergatus sum, nec illi satis fi-
dens in retanta. Men. Excusa est omnis
dubitatio? Og. Poduit me mei, qui sub-
dubitasset, adeo res tota illuc ponebatur
ob oculos, nomen, locus, res, ut erato-
dine gesta: breviter, nihil omissum.

Dicitus est Guillelmus Lutetiae natus,
vir pius cùm alias, tum præcipue religio-
sus in conquirendis toto orbe divisorum
reliquiis. Is peragrat regionibus plu-
rimis, monasteriis, ac templis undique
lustratis, tandem peryenit Constantino-
polim. Nam hujus Guillelmi frater illic
agebat episcopum. Is jam adornantem
reditum admonuit, esse virginem quan-
dam Deo dicaram, quæ lac haberet Virgi-
nis matris: abunde felicem futurum, si
vel precio, vel arte portionem aliquam
possit nancisci. Nam cæteras reliquias
omnes, quas haecenus collegat, nihil
esse ad tam sacrum lac. Ibi Guillelmus
non conquevit, donec exorat dimidi-
um ejus lactis. Eo thesauro plus quam

Undiqueque ienit.

Og. Vbi vidi periculum, accersit clam Gallum, fidissimum ejus peregrinationis comitem, & religiose stipulatur silentium, committit illi lac ea lege, ut, si incolumis domum redeat, deponat eum thesaurum in ara Divæ Virginis, quæ colitur Lutetia in augusto templo, utrinque sequanam præter labentem intuens: & amnis ipse videtur honoris gratia decedere numini virginis.

Vt rem in pauca conferam, sepultus est Guilelmus, alter properat, & hunc morbus corripit. Is desperans sui, tradidit Anglo comiti lac, sed multis obtestationibus adstrieto, ut faceret quod fuerat ipse facturus. Moritur hic, recipit ille, & in aram deponit lac, canonicis ejus loci præsentibus, qui tum temporis adhuc dicabantur regulares, quales adhuc sunt apud divam Genofeuam. Ab his impetravit laetis dimidium. Id delatum in Angliam, tandem in Paratha lassum detulit, huc vocante mentem illius afflatus spiritus. Men. Pulchre certe sibi constat haec narratio. Og. Imo, ne qua reside re posset dubitatio, adscripta, erant

p. 145. nomina episcoporum à suffragiis, qui lac illud invisentibus non absque munusculo, tantum impartierunt relaxationis, quantum ex suo dimenso largiri possunt. Men. Quantum id est? Og. Dierum quadraginta. Men. Etiam apud inferos dies est? Og. Certe tempus est. Men. Vbi totum hoc dimensum semel fuerint elargiti, non superest, quod largiantur? Og. Minime, subscaret enim subinde, quod dent, ac plane diversum quiddam accedit hic, atque in dolio Danaidum. Illud enim cum continenter impleatur, semper tamen inane est: hinc si semper haurias, nihil tamen minus est in dolio. Men. Si centum hominum millibus largiantur quadraginta, singuli tantundem habent? Og. Tantundem. Me. Et si, qui ante prandium acceperunt quadraginta, rursus sub coenam poscerent quadraginta, præstorne esset quod daretur? Og. Imo, si hora eadem decies. Men. Utinam mihi tale scriniolum esset domi, non optrarim nisi tres drachmas, modò sic scateant. Og. Quin optas, ut totus fiat aureus, tantundem accepturus ex voto. Verum ad fabulam redeo. Addebatur & illud pii cuiusdam candoris argumentum: lac virginis, quod aliis compluribus in locis ostendebatur, satis quidem esse venerandum, hoc tamen ceteris esse venerabilius, quod illa abraderentur à saxis, hoc ex insis vir-

grandi contigit gustare lac ex eadē mamma, quam luxit puer Jesus. Unde miror, illum mellifluum dici potius, quam laetisolum. Sed quomodo lac virginis dicitur, quod non fluxit ex uberibus? Og. Fluxit & illud, sed faxo, cui forte lactans insidebat, exceptum concrevit, deinde (volente Deo) sic multiplicatum est. Me. Reste, perge. Og. His itaque peractis, dum paramus abitum, obambulantes interim, & si quid offerretur spectatu dinum, circumspicentes, rursus adsunt mystagogi, limis intuentur, digito subnotant, accurrunt, abeunt, recurrunt, nutant, videbantur compellaturi, si fuisse audaciz satis. Men. Nihil ibi metuebas? Og. Imo faciem illis obuerti, sic aridens & intuens, quasi ad compellandū invitarem. Tandem unus aggressus rogat, quod mihi nomen esset? edo. Num is essem, qui ante biennium affixisset votivam tabellam literis Hebraicis? Fatebar, esse me. Men. Scribis Hebraice? Og. Minime, sed isti quicquid non intelligunt, Hebraicum vocant. Mox accersitus, ut cōjicio, venit illius collegii ωραῖος ὑπερο. Men. Quid isthuc dignitatis nomen est? Non habent Abbatem? Og. Non. Men. Cur ita? Quia nesciunt hebraice. Me. Non Episcopū? Og. Nequaquam. Men. Quamobrē? Og. Quia virgo pauperior etiamnum est, quam ut emat pedum ac mitram, nimio venalem. Men. Non saltēm præpositum? Og. Ne id quidem. Men. Quid obstat Og. Quia præpositus dignitatis est nomen, non sanctimoniz. Et ideo canonicorum collegia nomen abbatis reiiciunt, Præpositi libenter amplectuntur. Men. Arque ωραῖος ὑπερο antehac audi vi nunquam. Og. Næ, tu magnopere rūdis es grāmaticus. Men. ὑπερωραῖος novi in tropis. Og. Tenes. Hic qui prior proximus est, prior est posterior. Men. Superiore dicis. Og. dicis. Og. Is me salutavit satis humaniter. Narrat quantopere sudatum sit à multis, ut versus eos legerent: quot frustra extersa perspicilla. Quoties advenisset aliquis vestitus Theologiz aut Iuris docto, ad ductus est ad tabellam: alius dicebat, celsa literas Arabicas, alius ficticias; tandem repertus est, qui legeret titulum. Is descriptus erat verbis ac literis Romanis, sed majuseulis. Græci versus descriptie-
rant græcis majusculis, quæ prima specie videntur referre majusculas latinas. Rogatus descripsi sententiam carminum latine, verbū verbo reddens. Hujus opellit

berent illinc perferre Hierolymam.
Men. Quid opus te Grammatophoro,
quum illi tot angeli adsint à manibus at-
que à pedibus? Og. Ille protulit è cru-
mea ligni fragmentum desectumè træ-
be, in qua virgo mater visa est consistere.
Odor mirus protinus arguebat, esse rem
oppidò sacram. Ego vero tam insigne
munus pronus & nudato capite, summa
cum veneracione, torque quaterque exo-
sculatus, reposui in crumenam. Me. Li-
cetne videre? Og. Per me quidem licebit:
ceterum, si jejunus non es, aut si nocte
proxima fuit tibi res cum uxore, non sua-
serim, ut videoas. Men. Ostende, nihil
periculi. Og. En tibi. Me. O te beatum
istò munere. Og. Ego, ne sis insciens, nō
permutarim hoc tantillum fragmentu-
mum cum universo auro. Tagi: includam
auro, sed sic, ut per crystallum pellucat;
Tum Hysteroprotus, ubi me videt tam
religiose gestientem eo munusculo, judi-
cans non indignum, cui majora quoque
committerentur, togat, num quando vi-
dissem secreta virginis. Ea vox me non
nihil commovit, non tamen ausus sum
percontari; quz diceret secreta virginis.
Siquidem in rebustam sacris etiam lin-
goz lapidis non vacat pericule. Nego me
vidisse, sed videndi cupidissimum esse;
dico. Indicor jam velut afflatus numis-
ne. Acceditur una atque alterata da ce-
rata, ostenditur imaguncula nec magni-
tudine, nec materia, nec opere præcel-
lens, sed virtute pollens. Men. Moles
non multum habet momenti ad edenda
miracula. Vidi Christophorum Lutetiae
non hamaxizum aut colosizum, sed mon-
ti justo parem, nullis tamen illic miracu-
lis nobilem, quod quidem audierim. Og.
Ad pedes virginis est gemma, cui nondū
apud Latinos aut Græcos nomen indi-
tum: Galli à bufone dederunt nomen;
eo quod bufonis effigiem sic exprimat, ut
nulla ars idem possit efficere. Quodque
majest miraculum, pusillus est lapillus, &
non prominet bufonis imago, sed in ipsa
gemma velut inclusa pellucet. Men. For-
tassis imaginantur bufonis similitudinē
quemadmodū secta filicis stirpe imagina-
tur aquilā. Et quemadmodū pueri, qui
quod nō rident in nubib. ? dracones ignē
spirantes, montes igni carentes, arma-
tos concurrentes. Og. Imo ne sis nesci-
ens nullius bufo virus evidentius expri-
mit seipsum, quam illuc erat expressus.

Men. Cur bufonem addunt virginī. Og.
Quia hæc spurcitiem omnē, virulentiam,
fallum, avaritiam, & quicquid est terre-
narum cupiditatum, vicit calcari-

men. Quoniam garatu cor. Og.
Gratissimum illi cultum præstiteris, si
fueris imitatus. Men. Numero dixisti,
sed istuc perdifficile est. Og. Est sane,
sed idem pulcherrimum.

Men. Age, perge quod cœperas. Og.
Deinde componstrat aureas argenteas
que statuas. Hæc, inquit, mere aurea,
hæc argentea inaurata: addit singulis
pondus, precium, ac doni autorem.
Cum ad singula mirabundus gratularer
virginis tam beatam opulentiam, mysta-
gogus, quoniam, inquit, video tepium
spectatorem, non arbitror æquum, ut
te quicquam celem, videbis, quz virgi-
nis sunt secretissima: simulque depro-
mit ex ipso altari mundum rerum admi-
rabilius, cujus singulas partes si pergam
recensere, dies hic non sufficeret narra-
tioni. Sic illa sane peregrinatio mihi
felicissime cœsit: Expletus sum effatim
spectaculis, & hoc inastimabile domum
mecum aufero, pignus ab ipsa virgineda-
tum.

Men. Nullumne fecisti periculum,
quid valeat lignum tuum? Og. Feci: in
diversorio quodam ante triduum reperi
quendam mente captum, cui jam para-
bantur vincula, lignum hoc suppositum
est illius cervicali clam ipso, obdormiit
somno profundo pariter & prolixo, ma-
nè surrexit integræ mentis. Men. Non
fuerat phrenesis, sed paroxysma fortassis:
huic malo solet mederi somnus. Og.
Cum libebit iocari, Menedeme, fac, ali-
am tibi queras materiam: in divos jocis
Iudere nec pium est nec tutum. Imo vit
ipse narrabat, sibi in somnis apparuisse
muliærem admiranda specie, quz pocu-
lum ipsi porrexerit. Men. Elleborum, o-
piror. Og. Isthuc incertum est, illud cer-
tissimum, homine mentis esse compotē.

Men. Præteristi Thomam Cantuari-
ensem Archiepiscopum? Og. Minimè
gentium. Nulla peregrinatio religiosi-
or. Men. Audire gestio, nisi molestum
est. Og. Imo te quzlo, ut audias. Can-
tium dicitur ea pars Angliæ, quz Gal-
liam & Flandriam spectat. Hujus me-
tropolis est Cantuaria. In ea sunt duo
monasteria penè contigua, utrumque
Benedictinos habet. Id, Id quod ha-
bet divi Augustini titulum, videtur an-
tiquius: hoc, quod nunc appellatur di-
vi Thomæ, sedes Archiepiscopi fuisse
videtur, ubi cum paucis electis mona-
chis vitam ageret, quemadmodum &
hodie præsules habent ad des Ecclesiæ con-
tiguas, sed ab ædibus reliqvorum can-
onicorum.

majeitate leie erigit in celum, ut procul etiam intuentibus religionem incuriat. Itaque nunc suo splendore vicini lumenibus officit, & locum antiquitus religiosissimum velut obscurat. Turres sunt ingentes duæ, procul veluti salutantes advenas, miroque nolarum ænarum boatu longe lateque regionem vicinam personans.

In vestibulo templi, quod est ad Anstrum, stant saxo sculpti tres armati, qui manibus impiis virum sanctissimum trucidarunt: addita sunt gentis cognomina, Tusci, Fasci, Berri. Men. Ceterum honoris habetur impiis? Og. Videlicet idem honoris habetur Iude, Pilato, Caiphæ, cohorti militum sceleratorum, quos operose sculptos vides in auratis altaribus. Adduntur cognomina, ne quis posthac usurpet gloriae causæ. Ingeruntur oculis, ne quis aulicus posthac iniiciat manus vel in Episcopos, vel in possessiones Ecclesiæ. Nam tres illi satellites à peracto facinore veri sunt in rabiem, nec reddita mens est, nisi implorato Thomæ sanctissimi favore. Men. O perpetuam martyrum clementiam.

Og. Ingressis aperit sese spaciofa quædam ædificii majestas. Ea pars quos libet recipit. Men. Nihilne illic visendum? Og. Nihil, præter structuræ molem, & libros aliquot columnis affixos, in quibus est Evangelium Nicodemi, & sepulchrum, nescio cuius. Men. Quid deinde? Og. Cancelli ferrei sic arcent ingressum, ut conspectum admittant eius spaci, quod est inter extremam ædem & chori, quem vocant, locum. Adhuc concenditur multis gradibus, sub quibz testudo quædam aperit ingressum ad latum septentrionale. Illic ostenditur altare ligneum divæ virginis sacrum, pusillum, nec ulla re visendum, nisi monumento vetustatis, luxu hisce temporibz ex probrante. Illic vir pius dicitur extremu vale dixisse virginis, quum immineret. In ara est cuspis gladii, quo præfectus est vertex optimi præfulis, ac cerebrum confusum, videlicet, quod mors esset præsentior. Hujus ferri sacram rubiginem amore martyris religiose sum exosculati.

Hinc degredi subimus cryptoporticum: ea habet suos mystagogos; illuc prium exhibetur calvaria martyris perforata, reliquæ testa sunt argento, summa crani pars nuda patet osculo. Simil ostenditur plumbea lamina, Thomæ Acrensis titulum habens insculptum. Pendit ijdem in tenebris industa cilicina, cingula, subligariaque, quibus

hobisque monachis ac clericis homines exprobantia. Menedemus. Fortassis & monachis ipsis. Ogygius. Istud de de re nec affirmare possum, nec negare, nec refert quidem mea. Men. Vera narras. Og. Hinc redimus in chori locum. Ad latum septentrionale referantur arca, dictu mirum, quantum ossium illuc prolatum fuerit, calvaria, mentes, dentes, manus, digiti, integra brachia, quibus omnibus odoratis fiximus oscula: nec erat futurus finis, nisi, qui mihi tūm comes erat ejus peregrinationis parum commodus, interpellasset ostendandi studium. Men. Quis iste? Og. Anglus erat, nomine Gratianus Pullus, vir eruditus ac pius, sed minus affectus erga partem hanc religionis, quam ego volebam. Men. Wiclevita quispiam, opinor. Og. Non arbitror, etiamsi libros illius legerat, incertum unde natus. Men. Is offendit mystagogum? Og. Prolatum est brachium adhuc carnem habens sanguinolentam, hujus osculum exhorruit, ac vultu quoq; tædiu puoddam præ se ferebat. Mox sua recondidit mystagogus. Hinc spectavimus altaris tabulam & ornamenti, mox quæ sub altari fuerant recondita, opulenta omnia: dices, Midam & Crassum fuisse mendicos, si spectares vim aurataque argenti. Men. Hic nihil escularum? Og. Non, sed aliud votorum genus tetigit animum meum. Men. Quodnam? Og. Suspirabam, domi meæ nihil esse talium reliquiarum. Men. Sacrilegum votum. Og. Fateor, & supplex veniam precatus sum à divo, priusquam pedem efferrem templo. Post hæc ducimur in sacrarium: Deus bone, quæ illic pompa vestium holosericarum; quæ vis candolaborum aureorum? Ibidem vidimus pedem divi Thomæ. Videbatur arundo lamina argentea obvestita minimum erat ponderis, nihil operis, nec altius, quam usque ad cingulum. Men. Nulla cæta? Og. Nullam vidi. Ostensum est pallium holosericum quidem, sed crasso filo, nullo auro gemmis sue insigne. Aderat & sudarium, sudoris ex collo contracti, manifestasq; sanguinis notas retinens. Hæc vetusta frugalitatis monumenta libenter sumus exosculati. Men. Ista non ostenduntur quibuslibet? Og. Nequaquam, ô bone. Men. Vnde tibi tantum est habatum fidei, ut nihil arcani celaretur? Og. Erat mihi non nihil notitia cum R. P. Guilhelmo Waramo archiepiscopo, is me tribus verbis commendavit. Men. Ex multis audio, virum singulari præditum humanitate. Og. Quin potius dicas, ipsam

cederes. Ad his igitur decedentes ad ille-
periora. Nam post altare summum rursus
velut in novum templum ascenditur. Il-
lic in facello quodam ostenditur tua fa-
cies optimi viri inaurata, multisq; gem-
mis insignita. Hic casus quidam inopina-
tus pene totam illam felicitatem inter-
turbavit. Men. Exspecto, quid malidicas.
Og. Hic minimum iniit gratiae comes
meus Gratianus. Is à precatiuncula ro-
gavit mystagogum assessorem: Heus, in-
quit, bone pater, verumne est quod au-
dio, Thomam, dum viveret fuisse beni-
nissimum erga pauperes? Verissimum, in-
quit ille: cœpitq; multa de illius erga
tenues beneficia commemorare. Tum
Gratianus: Non arbitror, eum affectum
in illo mutatum esse, nisi sorte in melius.
Affensus est mystagogus. Rursum ille:
Quum igitur vir sanctissimus tam libera-
lis fuerit in egenos, cum adhuc pauper
esset, & ipse praesidiis pecuniarum egeret
ob corpusculi necessitatem, an non pu-
tas, ex quo animo latrunt nunc, cum tam
opulentus sit, nec ullius egeat, si qua
mulier paupercula, domi habens liberos
famelicos, aut filias ob dotis inopiam de-
pudicitia periclitantes, aut maritum
morbo decubentem, omnibusque praes-
fidiis delitatum, precata veniam, detra-
hat ex his tantis opib; aliquam particu-
lam sublevandæ familiæ, velut à volente
sumens vel dono, vel mutuo? Ad hæc
cum nihil responderet assessor capitis
aurei: Gratianus, ut est vehemens, Ego,
inquit, plane confidio, sanctissimum vi-
rum etiam gavisurum, quod mortuus
quoque suis opibus sublevaret inopiam
pauperum. Ibi mystagogus corrugare
frontem, porrigerere labra, Gorgoneis
oculis nos obtueri: nec dubito, quin spu-
to convitiisque nos ejecurus fuerit è
templo, nisi cognovisset, nos ab Archie-
piscopo commendatos. Evidemus con-
que placavi blandis verbis iram hominis,
negans, Gratianum quicquam horum ex
animoloqui, sed suo more ludere, simul-
que drachinas aliquot deposui.

Men. Ego sane tuam pietatem vehe-
menter approbo. Verum mihi nonnum-
quam serio venit in mentem, quo colore
possint excusari à crimine, qui tantum o-
pum insununt templis extruendis, or-
nandis, locupletandis, ut nullus omnino
sit modus. Fatoe, in sacris vestibus, in
ratis templi debet cultui solenni suam
dignitatem, volo, & structuram habere
majestatem suam. Sed quorsum attinet

cum inter... fratrib; & foras nostra, vi-
væq; Christi templo situ fameque conta-
bescant? Og. In his quidem nemo vir
pius ac prudens modum non desiderat:
verum, quoniam hoc vitium ex immodi-
ca quadam pietate nascitur, favorem
promeretur, præsertim, quoties in men-
tem venit diversus morbus istorum, qui
templo suis opibus spoliant. Ista fere do-
natur à potentibus ac monarchis, de-
terius peritura in aleam ac bellum. Et si
quid hinc alienes, primum habetur pro
sacrilegio, deinde contrahunt manus su-
as, qui dare solent, insuper & invitantur
ad rapinam. Igitur harum rerum magis
illi custodes sunt, quam domini. Deniq;
malim videre templum sacra si pellectile
luxurians, quam, ut sunt quædam, nuda,
sordida, stabulis equorum similiora,
quam templis. Men. At legimus, olim
laudatos episcopos, qui sacra vasæ diven-
diderunt eaque pecunia subvenerunt ege-
nis. Og, laudantur & hodie: sed laudan-
tur tantum, imitari non licet, nec libert;
Opinor.

Me. Remoro tuam narrationem: nunc
expecto fabulæ catastrophen. Og. Accipe
paucis expediam. Inter hæc prodiit sum-
mus ille mystagogus. Men. Quilnam?
Abbas loci? Og. Mitram habet, census p. 157.
habet Abbaticos, solo nomine caret, &
Prior dicitur ob id, quod Archiepisco-
pus abbatis loco est. Nam antiquitus
quisquis erat eius ditionis Archiepisco-
pus, idem erat & monachus. Men. Equi-
dem vel camelus appellari sustineam, si
census esset abbate dignus. OG. Mih; qui-
dem visus est vir pius juxta, & prudens;
neque Scoticæ Theologizæ rudis. Is no-
bis aperuit thecam, in qua reliquum san-
& vii corporis quiescere dicitur. Men.
Vidisti ossa? OG. Id quidam fas non est,
nec liceret, nisi admotis scalis: sed aurea
am thecam theca contegit lignea, ea funi-
bus sublata opes nudat inestimabiles
Men. Quid audio? OG. Vilissima pars e-
rat aurum, gemmis ratis ac prægrandib;
collucebant, nitebant, ac fulgurabant
omnia: quædam superabant ovi anserini
magnitudinem. Ibi multa cum venera-
tione circumstabant aliquot monachi,
sublato tegumento, adoravimus emnes.
Prior candida virga demonstrabat conta-
& singulas gemmas, addens nomen Gal-
licum, precium, & autorem doni. Nam
præciptuas monarchæ dono miserant;
Men. Oportuit illum esse prædictum insi-
gni memoriz. OG. Rebus sociis pas-
tus

domicilium habet vnguentari laborum
rum, semel atque iterum ferre cancellis
circumsepta. Men. Quid metuit? OG.
Nihil, opinor, nisi fures. Non n. un-
quam vidi quicquam divitiis onustius.
Men. Cæcas mihi divitias narras. OG. Ad-
motis lucernis, vidimus plus quam rega-
le spectaculum. Men. Vincit opib. Para-
thalassiam? OG. Specie longe superat,
abstrusa novit ipsa. Hæc nō ostenduntur,
nisi magnatib. aut præcipuis amicis.

Postremo reducimur in sacrarium, illuc
detractum est serinium nigro contextum
corio, depositum est in mensam, aper-
tum est, mox omnes flexis genib. adora-
runt. Men. Quid inerat? OG. Fragmen-
ta quædam linteorum lacera, pleraque
mucci vestigium servantia. His, ut aje-
bant, vir pius extergebatur sudorem à fa-
cie sive collo, pituitam à naribus, aut si
quid esset similium fordium, quibus non
vacant humana corporcula. Ibi meus
Gratianus rursum non optimam iniit
graiam.

Huic & Auglo, & noto, nec mediocris
autoritatis viro, Prior benignus unum è
linteolis obtulit dono, credens, sese mu-
nus longe gratissimum offerre. Sed Gra-
tianus hic parum gratus, non sine fastidii
significatione, digitis contrectavit unum,
& contemptim reposuit, porrectis labijs,
veluti poppylum imitans. Nam hic illi
mos erat, si quid ostenderet, quod tamen
contempendum esse judicaret. Meum a-
nimum simul & pudor & timor discrucia-
bant. Prior tamen, ut est homo non stu-
pidus, dissimulabat hoc factū, nosq; post
oblatum vini poculū humaniter dimisit.

Ergo Londinum petentibus, haud pro-
cul à relicta Cantuaria, occurrit via ve-
hementer cava simul & angusta, præte-
reà declivis, sic utrinq; abrupto aggere,
ut non possis effugere: nec vitari potest,
quin hæc facias iter. Ad eius viæ levum
latus est mendicabulum aliquot seniculo-
rum: ab ijs procurrat aliquis, simulatq;
sentiunt advenientem equitem, consper-
git aqua sacra, mox offert calceifum-
mam partem obvinctam æreo circulo, in
quo vitrum est gemmæ specie. Exosculati-
dant numulum. Gratianus equitabat mi-
hi finister, propior mendicabulo: con-
spersus est aqua, tulit utcunq; ubi por-
rigeretur calceus, rogabat, quid sibi vel-
let? Ait, calceum esse S. Thomæ. Inca-
duit homo, & ad me versus, quid, inquit,
sibi volunt hæc pecudes, ut osculemur cal-
ceos omnium bonorum vitorum? Quin
eadem opera portigunt osculandum spu-

cei soleæq; servareatur, ut argumentum
frugalis vite, non improbare: ceterum
impudens mihi videtur, soleas, calceos,
& subligaria cuiquam osculanda obtru-
dere. Nam si quis id sua sponte faciat ex
ingenti quodam pietatis affectu, venia di-
gnum arbitrer. OG. Præstabat, ista non
fieri, ne quid dissimilem: verum ex his
rebus, quæ subito corrigi non possunt,
soleo, si quid inest boni, decerpere.

Men. Demiror, te, quum isto sis ani-
mo, nunquam invisiisse antrum S. Patri-
ci, de quo prodigiosa quædam vulgo ja-
gant, nec mihi satis verisimilia. OG. Imo
nulla hic tam prodigiosa potest esse nar-
ratio, quin res ipsa superet. Men. Ergo
illuc quoq; penetrasti? OG. Enavigavi
paludem verè stygiam, descendì in fauces
averni, vidi, quicquid apud inferos geri-
tur. Sed heus tu; nonne titillat te animus,
ut has peregrinationes obeas? Men. For-
tasse titillabit, ubi tu peroraveris: nunc
tit affectus sum, sat habeo stationes obire
Romanas. OG. Romanas, qui Romam
nunquam videris?

Men. Dicam: sic domi obambulo, in-
gredior conclave, curoq;, ut salva sit fa-
iliarum pudicitia. Rursus hinc officinam
contemplor, quid agant famuli famulæ-
que: inde in culinam, circumspiciens, si
quid opus sit admonitu: hinc alio atque
alio, observans quid agatur. Hæc mihi
funt stationes Romanæ. OG. At ista pro-
te curaret divus Iacobus. Men. Ut ipse
curem ista, præcipiunt sacræ literæ: ut di-
vis commitram, nusquam legi præceptum.

Idem in Colloquio Funq. Phædrus Acci-
ēus (ad Georgii cuiusdā agonē) est Bern-
hardinus, Franciscanorum custos, qui
confessionem exciperet. Vix peracta est
confessio, jam aderat in ædibus turba
quatuor ordinum, quos vulgus appellat
mendicantium. Marcolphus. Tot vulni-
res ad unum cadaver? Ph. Deinde voca-
tus est parochus, qui hominem inunge-
ret, sacramq; symbolum corporis Domini-
ni porrigeret: minimum absuit, quin
inter parochum & monachos cruenta pu-
gnafuerit orta. Parochus, n. ut cognovit,
ægrotū fuisse confessum Franciscano, ne-
gavit, se vel unctionis sacramentum, vel
eucharistiam, vel sepulturam impartitu-
rum, ni suis auribus audisset ægroti con-
fessionem: se parochum esse: sibi pro sua
ovicula reddendam Domino rationem:
id non posse, si solus ignoraret arcana
conscientiæ.

Tum Bernhardinus & Vincentius Domi-
nicanus reclamabant, & magnis convi-

titulo insigniendus: tu vix legis Evangelium: tantum abest, ut possis excutere secreta conscientiz. Quod si liber esse cuitosum: exquirere, quid agat uxor, & manzaries (Ipurii ex incestu) tui domi: aliaq; permulta, quæ me pudet ferre.

Parochus contra: Ego, inquit, baccalaureos multo te meliores nec tam è stirps fabarum. Autores ordinum vestrorum, Dominicus & Franciscus ubi didicierunt philosophiam Aristotelicam, aut argumenta Thomæ, aut speculationes Scotti? aut ubi donati sunt titulo baccalaureorum? Irrepfistis in mundum adhuc credulum: sed pauci, humiles, quidam etiam docti, & pii: nidulabamini in agris, ac vicis, mox in opulentissimas quasque civitates, & in florentissimam civitatem partem demigratis. Tot sunt agri, qui pastorem alere non possunt, ibi locus erat vestra opera: nunc nusquam adeftis, nisi in ædib. divitum. Iactatis nomen pontificium: at vestra privilegia nihil valent, nisi cum cessat episcop⁹, pastor, aut hujus vicarius. In meo templo nullus vestrum concionabitur, me pastore incolumi. Non sum baccalaureus: nec S. Martinus erat, & tamen ægabat episcopum. Si quid mihi deest, à vobis non petam. An creditis, etiamnum mundum esse tam stupidum, ut, ubicunque viderit vestem Dominicī, aut Francisci, putet, adesse illorum sanctimoniam? Num vestra refert, quid agam domi me? Quid vos agitis in latebris vestris: quomodo tractetis sacras virgines, etiam populus novit. Iam quam nihil sint vel feliores, vel puriores divitum domus, quas frequentatis, omnib. & lippis & tonsorib. notissimum est. Cetera non audeo referre.

Omnino patres illos reverendos minime reverenter tractavit. Nec finis futurus era: ni ægrotus signum manu dedisset se velle quicquam dicere, ægerixatus tisper consiluit. Tum parochio pro unctione, sculptura, & aliis pecuniam, pessime habentibus monachis, hanc prædam parochio decidi, ægrotus numeravit: hac accepta, discessit.

Postea confluxerant in ædes quatuor ordines mendicantium, his adjunxit se quintus cruciferorum. Adversus hunc, cœu nothum, quatuor illi magno tumultu coorti sunt rogabant, ubi vidissent unquam plaustrum quinque rotarum? aut quæ fronte vellent esse plures mendicantium ordines, quam sint Evangelistæ? Eadem, inquit, operæ adducite huc mendicos omnes è pontibus ac trivis. Marcolph.

ponticæ. Quæ Evangelistarum, inquit, numerum nihil plus habere affinitatis cum nostris ordinibus; quam cum alea, quæ undiq; quatuor ostendit angulos. Augustinenses quis allegit in ordinem mendicantium? aut quis Carmelitas?

Quando mendicavit Augustinus, aut quando Helias? hos enim faciunt suorum ordinum autores. Cruciferi igitur non fermentes quatuor exercituum impressiōnem, cesserunt, dira minantes.

Deinde syncretismus in quintum ordinem versus est in pugnam gladiatoriā. Franciscanus & Dominicanus contendebant, nec Augustinenses nec Carmelitas esse germane mendicos, sed nothos, ac suppositios. Hæc rixa sic intruduit, ut plane vererer, ne veniretur ad manus.

Tandem ægrotus per uxorem Augustinenses & Carmelitas discedere, sed sine detrimento eorum, jussit. Nam tandem cibi eis se domum missurum, quantum hic manentibus sit daturus.

In funere omnes ægrotus adesse voluit ordines, etiam quintum: ut æqua dividetur portio pecunie: non autem convivio adesse, ne turbas darent. Bernhardinus igitur & Vincentius, cum aliquot sui ordinis sodalibus, remanserunt apud ægrotum, ad reliquos missus est commensalus. Interea qui remanserunt in praesidio, grunniebant nescio quid de prærogationis diplomatum. Testamento non exiguum partem bonorum legari sibi, sedulo operam dederunt. Animam jam agenti recitat diploma coemtum, in quo promittebatur omnium criminum abolitio, totusq; purgatorii metus adimebarur: ad hæc justificabatur omnia illius bona rapto parta.

Ægrotus cum ex quodam errato in diplomate fere in desperationem incideret, Vincentius cum bono animo esse jubet, dicens, sibi esse potestatem corrigiendi supplendi; si quid in diplomate omissum erratum sit. Præterea, inquit, si te refellerit diploma: ego jam nunc hanc animam pro tua suppono animam, ut tua petat cœlos, mea dedatur orco.

Marcol. Accipitne Deus tales animarum permutationes? Quid, si Vincentii anima vel absque permutatione debebatur inferis? Ph. Quod gestum est, narrat. Ægrotus animum est visus recipere. Mox etiam recitantur cautiones, quibus Georgio morienti promittebatur societas omnium operum, quæ fierent per quatuor ordines, & quintum Carthusiensem. Marcol. Ego metuerem, ne deprimereret

Pot hæc iterata est confessio, dataque benedictio: strata etiam est storea humi contexta juncis, sic, ut ab initio convoluta cervicalis speciem ex se faceret. Mar col. Quid nunc futurum est? Ph. Eam consperserunt cinere, sed raro: ibi depositare corpus ægroti. Instrata est tunica Franciscana: sed prius consecrata preculis, & aquâ lustrali: cuculla supposita est capiti. Nam tum indui non poterat: una cum illâ suppositum est diploma cum cautionibus. Mar. Nova mortis species. Ph. Atqui confitunt, dæmoni nullum esse Iesu in eos, qui sic moriuntur. Sic, ajunt, præter alios mortuum S. Martinum, & Franciscum. Demum porrecta est ægroti crucis imago, & candela cerea.

Ad crucem porrectam dixit ægrotus: soleo in bellis tutus esse meo clypeo: nunc hunc clypeum opponam hosti meo, & exosculatus admovit humero lævo. Ad p. 159. ceream vero sacram: Ollm, inquit, hasta valui in bellis: nunc hanc hastam vibrabo adversus hostem antimarum. Has postremas voces edidit. Nam mox linguam morsoccupavit, simulque cœpit agere animam.

Bernardinus à dextris imminebat morienti, Vincentius à sinistris, uterque pulchre vocalis. Alter ostendebat imaginem S. Francisci, alter Dominici. Ceteri sparsi per cubiculum, demurmurabant psalmos aliquot voce lugubri. Bernardinus magnis vociferationib. perceliebat aures dextram, Vincentius sinistram.

Mar. Quid occlamabant? Ph. Sic ferme Bernardinus: Georgi, si nunc quoq; porbas ea, quæ sunt acta inter nos, fleste caput in dextrum. Elexit, Vicentius contra: Ne quid trepides, Georgi, habes Franciscum & Dominicum propugnatores. Esto securus. Cogita, quantum habeam astieritorum, quod diploma: denique memineris, meam animam pro tua oppignoratum, si quid esset periculi. Hæc si sentis, & probas, fleste caput in lævum. Elexit. Rursus simili clamore: si hæc sensi nisi inquietum, preme manum meam: tum manum pressit. Ita huc & illuc flectendo capite, & premendis manibus ferme ttes horæ transactæ sunt. Osticante jam illo Georgio/Bernardinus eretus pronunciavit absolutionem, quam perficere non potuit, quin ille efflasceret animam. Ultimo eonstititus amictu Franciscano sepelitur.

Hæc si pia sunt ipsorum (monachorum & sacrificiorum,) interest, hæc scire populum: sin minus, quotquot inter illos boni fidei, & iusti.

Idem in Colloquio IXΘΟΦΑΓΙΑ. Habebam affinem Priorem, Abbatem proximum, ordinis Benedicti: sed ex eorum numero, qui non vescuntur carnibus, nisi extra locum, quem appellant magnum refectorium. Habebatur doctus, & ipse volebat haberi, annos natus fere quinquaginta. Certare poculis, & hilare scere vino erat illi quotidianum. Dodecimo quoque die adibat thermas publicas: illi dabatur opera purgandis retributis: possidebat annue sexcentos florenos. Ex vino & venere incidit in phtisim. Desperantibus medicis, Abbas imperabat esum carnium, addens illud terribile verbum. Sub pœnâ inobedientiæ. Ille vix adigere potuit ut moriens gustaret carnes, à quibus tot annos non abhoruerat.

Audi quod nuper ipse vidi, cuique non interfui solum, verum etiam proptermodum præfui. Erant duæ monachæ, quæ viscebant cognatos suos. Vbi venissent, quo volebant: famulus per oblivionem reliquerat, codicem precum, juxta consuetudinem ordinis & loci, in quo vivabant. Deum immortalem, quanta illic perturbatio. Non audebant cœnare, nisi dictis precibus vespertinis: nec sustinebant ex alio codice dicere, quam ex suo. Interim tota domus cœnaturiebat. Quid multis? Canterio recurrerat famulus, sub multam noctem adfert reliquum codicem. Ducuntur preces: vixq; ad decimam cœnavimus. Inter cœnandum cœperunt illæ virgines hilare scere vino: tandem rivo soluto, jocis parum pudicis per strepuit convivium: sed nemo licentius egit quam illæ: quæ ex ordinis formâ sine precibus cœnare noluerunt. A convivio lusus, choreæ, cantilenæ: reliqua non audeo commemorare: sed plane vereor, ne quid eâ nocte patratum sit parum virginem: nisi me falliebant procemia. lascivi lusus nutus, & suavia. Istam perversitatem non tam imputo virginibus, quam sacerdotibus earum curam gerentibus.

Idem. Debetur episcopis suis honos, quis negat? præfertim, si agunt, quod dicuntur. Sed impium est, honores solidè debitos transferre in homines, & dum impense reveremur hominem, parum reveri Deum. Honorandus Deus in proximo, venerandus in proximo: sed interim adhibenda, ne Deus per hanc occasionem suo fraudetur honore.

Itidem videmus, multos in tantum fidere corporalib. ceremoniis: ut his freti negligant ea, quæ sunt veræ pietatis: suis

vi criminis auctor, ut est: ut peritura do-
ctrina, vixeris institutis corrupisse men-
tem hominis, ludus est.

Novi quosdam monachos adeo super-
stitiones, ut existimant, se esse in manu
diaboli, si vel calu sacra vestis absit: nec
metuantur ab unguibus diaboli, si menti-
antur, si calumnientur, si inebrientur, si
invideant.

Idem in Colloquio Charon. Alatior.
Sunt aliqui, qui non minus juventrem
nostram (animarum interitum, & sanguini-
nis humani profusionem) quam ipsa fu-
rit. CH. Quinam illi? Alatior. Sunt ani-
malia quædam pullis & candidis palliis,
cineritis tunicis, variis ornata plumis,
hæc nunquam recedunt ab aulis princi-
pium: instillent in autem amorem belli:
hortantur eodem proceres ac plebem: in
Evangelicis illis concionibus clamitant,
bellum esse justum, sanctum, & pium.
Quodq; magis mireris fortè hominum
animum, clamitant idem apud utramq;
partem. Apud Gallos concionantur. De-
um stare pro Gallis, nec vinci posse, qui
Deum habeat protectorem. Apud An-
glos, & Hispanos, hoc bellum non à Ca-
fare geri, sed à Deo: tantum praebent se
viros fortes, victoriam esse certam. Quod
si quis intercederit: eum non perire, sed
recta subvolare in cœlum, sic ut erat, ar-
matum.

Ch. Quæ istos moveat, ut tantopere
promoveant bellum, aut quid metuant
hinc commodi? Al. Quia plus emolu-
menti capiunt è morientibus, quam ex
vivis. Sunt testamenta, parentalia, bul-
lae, multaq; alia non aspernanda lucra.
Deniq; malunt in castris versari, quam in
suis alvearibus. Bellum multos gignit
episcopos, qui in pace ne teruncii qui-
dem fiebant.

p. 160. Idem in Colloquio Militis confessio,
ubi introducta persona Hanno ad Thra-
symachum militem inquit: Non eras so-
licitus, quonam esset migratura anima-
tua, si contigisset in bello cadere? Thra-
symachus. Non admodum. Bona spes ha-
bebat animum meum. Nam Divæ Barba-
ræ me lemel commendaram. Han. Rece-
perat illa tutelam tui? Th. Sic mihi visa
est annuere capite aliquantulum. H.
Quando isthac tibi visum est? mane?
T. Non, sed a cœna. H. Sed tum, ut ar-
bitror, etiam arbore tibi visa sunt am-
bulare. T. Ut hic divinat omnia!

Sed præcipua sperat in Diuo Chris-
tophorō, cuius imaginem quotidie con-
templabat. H. In centuris? Vnde illic
divi? T. Carbone nigrum.

T. Imo novi viam breviores. H. Quare?
T. Ibo ad Dominicales, illic paulo tran-
sigam cum Commissariis. H. Etiam de
sacrilegiis? Th. Etiam si Christum ipsum
spoliasset, ac decolasse etiam: tam
largas habent indulgentias, autorita-
tem componendi. H. Bene habet, si ve-
stram compositionem Deus ratam habue-
buerit. T. Imo magis metuo, ne diabo-
lus non habeat ratam. Nam Deus natura
placabilis. H. Quem tibi sacerdotem de-
liges? T. Cui cognovero quam minimum
esse frontis, ac bonæ mentis. H. Ne non
habant similes labra lactucas. Ab illo
purus abibis ad corpus Dominicum? T.
Quidni? Posteaquam semel effundero
sentinam in illius cucullam, ego me exo-
neravero sarcinâ: ipse viderit, qui absolvit.

H. Qui scis, an absolvat? T. Scio. H.
Quonam indicio? T. Quia manus im-
ponit capiti, admurmurans nescio quid. H.
Quid. si tibi reddat omnia peccata tua,
cum manu imponit, hæc admurmurans:
Absolu te ab omnib. benet. Etis, quæ
nulla in te competio: & restitu te tuis
moribus, talesq; dimittit, qualem ac-
cepit. T. Viderit ille, quid dicat: mihi fa-
tis est, quod me credo absolutum. H. Sed
isthuc tuo periculo credis. Fortasse non
fuerit sat's Deo, cui debes. T. Vnde tu
mihi obvius, qui mihi conscientiam è
serena nubilam redderes? H. Felix o-
cursus. Bona avis est obvius amicus, qui
benè moneat. T. Nescio, quam bona, cer-
tè patrem suavis.

Idem in Lingua. Monachi non veren-
tut apud populum asseverare, mulie-
rem, quæ dormit cum sacrificio, haud
gravius peccare, quam si coiret cum ani-
mante bruto. Non hæc à me finguntur.
Vox ista audita est in publicis concioni-
bus. Vbi ventum est ad ipsum flagitia,
quæ manifestiora sunt, quam ut infici-
andi sit locus, tum, quod in aliis inexpia-
bilis erat impietas, fit lapsus humanus
fit erratum aliis pluribus beneficis con-
donandum, & ob honorem ordinis sup-
primendum. Quum fraudatus est credi-
tor, quum interversum est depositum, aut
interceptum testamentum: allegatur fa-
vor religionis: respondetur: Deum non
eclœsiā portione fraudandum.

Quum datum est venenum, aut inten-
tata calunnia capitalis: allegatur zelus,
& hostis Ecclesiæ proscriptus, quisquis
parum favet his, qui nutantem ecclesiam
humeris suis falciunt. Et habent arcana

quid decidatur ipsorum commodis, vel
authoritati.

Idem de ratione Concionandi. lib. 3.
Robertus de Licio Minorita. Cardinalib.
ac summo pontifici exprobrasse fastum
ac delitias hoc modo fertur: Erat apud
illos dicturus: quos cum videret strepitu
plusquam regio ingredi, deniq; & ponti-
ficem gestari hexaphoro, & ab omnibus
adorari: ubi tandem confessissent, jamq;
expe&aretur vox hominis: is nihil aliud
prolocutus. Pfui sanctum Petrum, Pfui
sanctum Paulum, subinde; cum execrati-
ris voce exspuens, nunc in dextrum, nunc
in sinistrum: nec aliud addens, è medio
protulit se, relinquens omnes artonitos:
aliis suspicantib. eum esse versum in fu-
rorem: aliis dubitantibus, num in heresin
quampiam, aut Iudaismum, Paganismum
ve prolapsus, in eas blasphemias erupi-
set.

Cumq; ageretur de homine coniicien-
do in vincula: Cardinalis quidam, qui
propius noverat eius ingenium, atque et-
iam amabat, persuasit, ut prius ad Pon-
tificem evocaretur, paucisq; Cardinalib.
testibus audiretur.

Rogatus, quomodo in tam horrendas
blasphemias erupisset, respondit: sibi
longè aliud argumentum fuisse præpara-
tum, & paucis summā orationis exposu-
it. Ceterum ubi spe&arem, inquit, vos
tanto strepitu, tantisq; in delitiis vivere,
simulq; reputarem, quam humilem, labo-
riosam, & in amoenam vitam egerint A-
postoli, quorum vices geritis: collige-
bam, aut illos fuisse dementes, qui tam
spinoso itinere contenderint in cœlum:
aut vos rectâ ad inferos proficiisci. Sed
de vobis, qui tenetis claves regni cœlo-
rum, nihil malæ suspicionis in animum
inducere potui, supererat, ut illorum stu-
ticiam detestarer: qui, cum licuisset ad
istum modum splendidè suaviterq; vive-
re, maluerunt per omnem vitam jejuniis,
vigliis, ac laborib. discruciarı.

Idem Robertus in concione quadam
Principes & populum ad bellum Turci-
cum suscipiendum exhortatus est: igna-
viam quoq; principum incusavit, quod
nemo ex ipsis facile belli eius ducem se
præbeat, simul exclamans: Si Dux, inquit,
desideretur: en ego, abjecto Francisci
habitu, dux vester ero: simulq; cum di-
cto summam vestem abjecit. Intus planè
miles erat, byssino lago, accinctus pre-
longo gladio. Hoc habitu dimidiū horz
sub personā ducis concionatus est.

Finita concione Cardinales hominem
ad se aceersentes, ex eo quæsiverunt:

Splicere. Itaq; ie ex ea lucitatem eis,
quoniam potissimum habitu dele&aretur
respondisse eam, militari. Sese ergo ius-
fisse, ut postridie concionem sacram ac-
cederet, eam ibi visuram talis se habitu-
mictum. Hæc rectius scurræ, quam divi-
ni verbi præconi conveniunt.

Idem in Moria. Nunc ferè, si quid la-
boris est, id Petro & Paulo relinqunt,
quib. abunde satis est ocii. Porro si quid
splendoris, aut voluptatis, id sibi sumunt.
Atque ita sit meā quidem operā, ut nul-
lum penè hominum genus vivat mollius,
minusque sollicitum, ut qui abunde Chri-
sto satisfactum existiment, si mystico ac
pene scenico ornatu, ceremoniis, beat-
itudinum, reverentiarum, sanctitatum ti-
tulis, & benedictionibus, ac maledictio-
nibus Episcopos agant.

Priscum & obsoletum, nec horum o-
mnino temporum, miracula ædere: doce-
re populum, laboriosum: sacras inter-
pretari literas, scholasticam: orare, oci-
ofum: lachrymas fundere, miserum ac
muliebre: egere, sordidum: vinci, tur-
pe, parumque dignum eo, qui vix Reges
etiam summos ad pedum beatorum ad-
mittit oscula: deniq; mori, inamabile:
tolli in crucem, infame. Restant sola hæc
arma ac benedictiones dulces, quarum
meminit Paulus, atq; harum quidem sunt
sane quam benigni, interdictiones, su-
sensiones, aggravationes, redaggrava-
tiones, anathematizations, ultrices
picturæ, ac fulmen illud terrificum
quo solo nutu mortalium animas vel ul-
tra tartara mittunt.

Quod ipsum tamen sanguissimi inChri-
sto patres, & Christi vicarii, in nullos tor-
quent arcuus, quam in eos, qui, ini-
gante diabolo, patrimonia Petri minue-
re, atq; arrodere conantur, cujus cum hac
vox sit in Evangelio: reliquimus omnia
& sequuti sumus testamentum hujus patrimo-
nium appellant agros, oppida, vedi-
lia, portoria, ditiones. Pro quib. dum
zelo Christi accensi ferro ignique dimi-
cant, non absq; plurimo Christiani san-
guinis dispendio, tum demum Ecclesiam
Christi sponsam sese credunt Apostolicè
defendere, fortiter profligatis, ut vocant,
hostibus. Quasi vero ulli sint hostes ecclæ-
sis pernicioſores, quam impii Pontifices,
qui & silentio Christum finunt abolesce-
re, & quæstuaris legibus alligant, & co-
actis interpretationibus adulterant, &
pestilente vita jugulant.

Porro cum Christiana ecclesia sangu-
ne aucta, nunc perinde quasi Christus ne-

nocentii pervenerat. Othomanno autem cum non ignota esset Vicarii avaritia, quotannis 40. millia aureorum promisit, & solvit, ut Papa, ne in aliorum manus pereniret, eum in vinculis detinere: metuens, ne quis eo contra ipsum uteretur. Cum verò Rex Carolus Galliz movere vellet bellum contra Turcam, hunc (Gemen) sibi omnino tradi, expectavit. Pontifex autem cum ob stipendum 40. millium coronatorum annuorum eum ex manibus invitus emitteret, ut Rex nullum commodum inde perciperet, misero captivo vitam ademit veneno.

Invidebat enim gloriae Caroli, & simul metuebat, ne si forte adverlus Turcas ei prospere cederet) mox suas cogitationes ad Ecclesiam Romanam, quod ab antiquis motibus & ritibus penitus descivisset, & magis indies magisq; Christianae Religionis authoritas minueretur, corrigendam verteret, omnibus certe timentibus, eam labem in ejus Pontificatus, turpissimis artibus partus, nunquam post hominum memoriam & deterioribus fuit administratus.

Nec defuere, qui crederent, (nihil enim tam iniquum est, quod in ejus Pontificis scelestata natura non facile credetur) Baizerem, cognito Regis Galliz animo, Pontificem pecunia corrupisse, ut Gemen vita privaret.

Ecce tibi facta papalia, Christi vicarii. Habet hanc historiam ab aliis quoque recitatam: sed à nemine verius, quam hic ab Italo veracissimo.

Idem. Alexander sextus pontifex Lucretiam filiam, quæ jam tribus viris sponsa fuerat, & tunc Gismundi Biseliorum principis Alfonsi Neapolitani regis nothi filii, quem Valentinus dux, Pontificis F. trucidaverat, obitu, vidua erat, Alfonso Herculis Estensis natu maximo, cum centum millibus aureorum numeratum in pecunia numerata, dotis nomine, multisque maximi precii muniberibus, anno 1501, connubio junxit. Cui matrimonio Estensi familia, nobilissimis affinitatibus contrahendis assueta, indigno, Hercules & Alfonsus, quia rex Galliz Ludovicus XII. Pontifici in omnibus subsequendi cupidus, id summopere urgebat, consenserunt: sui etiam regni, à Valentini armis & ambitione (si tamen aliquia adversus tantam perfidiam erat idonea cautio) muniendi desiderio ducti, qui Pontificatus pecuniis & autoritate, nec non Galliz regis favore poterant.

moreisque turpissimi. Non sinceritas in homine, non pudor, non veritas, non modestus, non religio, sed insatiabilis avaritia, ambitio immoderata, crudelitas plus quam barbara, &c.

Idem. Pontificatus plerumque ambitione, & male pacatis consiliis administratur.

Idem. Cardinales dicebant, se sine pontificis auctoritate concilium convocare posse, & Ecclesiam non solum in membris, sed etiam in capite, hoc est, in Pontificis persona emendatione indigere, ut qui in sacrorum venditione, quam simoni vocant, & infandis perditisque moribus inveteratus, nec ad pontificatum idoneus, tot bellorum author, correctionem nullam, cum totius Christianæ Rerip. offensione, admitteret.

Idem. Luther occasionem dederunt Indulgenciaz nimis licenter concessas à pontificibus, quæ, quia, pecuniaz tantum à mortalibus exigendæ gratia concedi, notum erat, magnam turbam excitarunt: & quandoquidem in scipis, quæ damnari poterant, non correxerunt, qui pontifici adhærebant, ignem flatu accedebant: & ut homines naturā ad vehementia medicamenta adhibenda sunt proni, quod dissimulatione dissolvi potuisset, rigor & minaz perdidérunt.

Idem. Pontifex Alexander VI. repente ex vinea prope Vaticanum, quod, sui auctori recreandi gratiâ, ad cœnam se contulerat, pene exanimis in regiam suam, ac paulò post ejus quoque filius Caesar Borgia, dux Valentinus, eodem modo fertur: sed Pontifex postero die, qui fuit 18. Augusti, anni 1503, mortuus, pontificio ritu, in D. Petri aedem, ater, tumefactus, totusque deformatus, quæ apertissima sunt veneni indicia, elatus fuit: at Valentinus aetatis vigore, optimis statim, atque ei veneno accommodatis remediis usus, longa & gravi ægritudine oppressus, vita tamen conservavit. Hujus casus venenum causam fuisse, constans opinio fuit, & comuni fama, res in hunc est acta modū.

Valentinus, qui eidem cœnaræ interfutus erat, Adrianum Corneti Cardinalem, in cuius vinea cœnaturi erant, veneno tollere constituerat. Neque enim ignorantum est, hanc fuisse patris & ipsius frequenter consuetudinem, ut veneno non modo adversus hostes, ultionis vel metus gratiâ, uterentur, verum etiam, nefariæ divites propriis facultatibus spoliandi cupiditate, in Cardinales & alios aulicos, etiamsi nullam unquam ab illis in-

nocentii pervenerat. Othomanno autem cum non ignota esset Vicarii avaritia, quotannis 40. millia aureorum promisit, & solvit, ut Papa, ne in aliorum manus pereniret, eum in vinculis detinere: metuens, ne quis eo contra ipsum uteretur. Cum verò Rex Carolus Galliz movere vellet bellum contra Turcam, hunc (Gemen) sibi omnino tradi, expectavit. Pontifex autem cum ob stipendum 40. millium coronatorum annuorum eum ex manibus invitus emitteret, ut Rex nullum commodum inde perciperet, misero captivo vitam ademit veneno.

Invidebat enim gloriae Caroli, & simul metuebat, ne si forte adverlus Turcas ei prospere cederet) mox suas cogitationes ad Ecclesiam Romanam, quod ab antiquis motibus & ritibus penitus descivisset, & magis indies magisq; Christianae Religionis authoritas minueretur, corrigendam verteret, omnibus certe timentibus, eam labem in ejus Pontificatus, turpissimis artibus partus, nunquam post hominum memoriam & deterioribus fuit administratus.

Nec defuere, qui crederent, (nihil enim tam iniquum est, quod in ejus Pontificis scelestata natura non facile credetur) Baizerem, cognito Regis Galliz animo, Pontificem pecunia corrupisse, ut Gemen vita privaret.

Ecce tibi facta papalia, Christi vicarii. Habet hanc historiam ab aliis quoque recitatam: sed à nemine verius, quam hic ab Italo veracissimo.

Idem. Alexander sextus pontifex Lucretiam filiam, quæ jam tribus viris sponsa fuerat, & tunc Gismundi Biseliorum principis Alfonsi Neapolitani regis nothi filii, quem Valentinus dux, Pontificis F. trucidaverat, obitu, vidua erat, Alfonso Herculis Estensis natu maximo, cum centum millibus aureorum numeratum in pecunia numerata, dotis nomine, multisque maximi precii muniberibus, anno 1501, connubio junxit. Cui matrimonio Estensi familia, nobilissimis affinitatibus contrahendis assueta, indigno, Hercules & Alfonsus, quia rex Galliz Ludovicus XII. Pontifici in omnibus subsequendi cupidus, id summopere urgebat, consenserunt: sui etiam regni, à Valentini armis & ambitione (si tamen aliquia adversus tantam perfidiam erat idonea cautio) muniendi desiderio ducti, qui Pontificatus pecuniis & autoritate, nec non Galliz regis favore poterant.

moreisque turpissimi. Non sinceritas in homine, non pudor, non veritas, non modestus, non religio, sed insatiabilis avaritia, ambitio immoderata, crudelitas plus quam barbara, &c.

Idem. Pontificatus plerumque ambitione, & male pacatis consiliis administratur.

Idem. Cardinales dicebant, se sine pontificis auctoritate concilium convocare posse, & Ecclesiam non solum in membris, sed etiam in capite, hoc est, in Pontificis persona emendatione indigere, ut qui in sacrorum venditione, quam simoni vocant, & infandis perditisque moribus inveteratus, nec ad pontificatum idoneus, tot bellorum author, correctionem nullam, cum totius Christianæ Rerip. offensione, admitteret.

Idem. Luther occasionem dederunt Indulgenciaz nimis licenter concessas à pontificibus, quæ, quia, pecuniaz tantum à mortalibus exigendæ gratia concedi, notum erat, magnam turbam excitarunt: & quandoquidem in scipis, quæ damnari poterant, non correxerunt, qui pontifici adhærebant, ignem flatu accedebant: & ut homines naturā ad vehementia medicamenta adhibenda sunt proni, quod dissimulatione dissolvi potuisset, rigor & minaz perdidérunt.

Idem. Pontifex Alexander VI. repente ex vinea prope Vaticanum, quod, sui auctori recreandi gratiâ, ad cœnam se contulerat, pene exanimis in regiam suam, ac paulò post ejus quoque filius Caesar Borgia, dux Valentinus, eodem modo fertur: sed Pontifex postero die, qui fuit 18. Augusti, anni 1503, mortuus, pontificio ritu, in D. Petri aedem, ater, tumefactus, totusque deformatus, quæ apertissima sunt veneni indicia, elatus fuit: at Valentinus aetatis vigore, optimis statim, atque ei veneno accommodatis remediis usus, longa & gravi ægritudine oppressus, vita tamen conservavit. Hujus casus venenum causam fuisse, constans opinio fuit, & comuni fama, res in hunc est acta modū.

Valentinus, qui eidem cœnaræ interfutus erat, Adrianum Corneti Cardinalem, in cuius vinea cœnaturi erant, veneno tollere constituerat. Neque enim ignorantum est, hanc fuisse patris & ipsius frequenter consuetudinem, ut veneno non modo adversus hostes, ultionis vel metus gratiâ, uterentur, verum etiam, nefariæ divites propriis facultatibus spoliandi cupiditate, in Cardinales & alios aulicos, etiamsi nullam unquam ab illis in-

dileximus inimicis lucram.

Valentinus igitur suum secutus mortem, quum lagenas quasdam vino venato plenas præmisisset, easque ministro cuidam rei minimè concio, cum mandato, ne cuiquam daret, tradidisset, forte fortunā Pontifex ante cœnā tempus eō venit, qui siti, ingentique, ut tunc erat, astu vīctus, potum petivit: sed quia nondum ex Vaticano ea, quae ad cœnam erant necessaria, allata fuerant: minister is, qui id vīnum velut præstantius conservari crederet, ex eis lagenis, quas Valentinus præmiserat, Pontifici infudit. Valentinus, pars bibente, eō supervenit, atque ex eodem vīno bibit.

Hic Alexander veneno sic absuntus, mortuus in D. Petri templo reponitur, ad ejus corpus spē & andū urbs Roma incredibili læticiā accurrit: nec cujusquam oculi draconem illum (qui immoderatā ambitione & pestiferā perfidiā, omnibusque horrendā crudelitatis, monstrōsib[us] libidinis, & inauditā avariciz exemplis, sacrisque atque profanis rebus absque discrimine venditis, universum orbem venenis infecerat) extinctum spe &ando expleri poterant.

Vaticinum Sibyllæ de Rege Francia & Navarra, Henrico IV. & calamitatibus toti Europa impendebus.

ANNO C I I I xx. die mensis Martii iii. repertum est in Helvetia, iti Tauri montis ihatu, qui tum magnis imbris acciderat, monumentum quoddam, hoc modo inscriptum: PROPHETIAT. SIBYL. LÆ OLLVII MVNNE. quibus notis quid significetur, hand facilē (ut opinor) quisquam, quantumvis acutus, divinārit. Verba autem monumento insculpta hæc fuerunt: Orientur Sydus iti Europa supra Iberos, ad magnam septentrionis domum, cuius radii orbem terrarum ex improviso illustrabunt. Hoc verò erit tempore desideratissimo: quo mortales, possitis armis pacem unanimes complectentur. Certabitur quidem variis per diuturni interregni occasionem studiis, cui imperii habent tradantur: sed vincet tandem avii sanguinis propago, quæ eō usque armorum vi progredietur, donec fata contraria fatis obstiterint. Nam eodem ferè tempore, hoc demerso sydere, coxiūm quoddam eūs lumen longe adestioribus Mavortis ignibus exardeſcer. Verum hocce iubar ante diem ingenti mortalium desiderio, diu-

labeſatabitur: concurrent urbibus urbes, fixæ cursu antevertent Erraticas, et quib[us] æqua montes: hæc omnia denique erunt nox, interius, ruina, damnatio, ac æternæ tenebres.

Hoc ænigma cum in manus meas nuper incidisset, pupigit illico meum animum cogitatio Regni Franciæ, & ejus status, in quo nunc serenissimus, & re æque cognomento Christianissimus Rex, Henricus quartus versatur: verbisq; illi oraculi dia multumque perpenſis atque animadversis, tandem in eam opinionem sum adductus, ut initium ejus ad illum ipsum Regem & varias de ipsis hostibus ac perduellib[us] victorias pertinere, existimem: reliquam verò partem ad calamitates Europæ universæ, totique adeo terrarum orbi imminentes.

Nam illa verba: orientur Sydus in Europa supra liberos, ad magnam septentrionis domum: haud facile, ut opinor, quisquam alio spectare existimabit, quam ad eundem Henricum IV. quiccum solum Navarræ & Bearnæ regnum (quod supra Hispaniam ad Pyrenæos montes pertinet) obtineret, jure tamen propinquitatis & agnationis, & magnam leptentrionis domum, hoc est, ad spem regni Francici (quod ab Hispaniæ finibus ad septentriones spectat) vocabitur.

Quod autem sequitur, radios illius syderis de improviso terrarum orbem illustratos, facile quivis sentiet, ad eundem Regem pertinere: qui certe præter omnium expectationem, superiore Rege vilissimi monachi manu imperfecto, ad regnum enectus, splendore sui nominis priorum omnium animos, qui in ore Christiano sunt, collustravit, lætitiae & gratulatione complevit. p. 164.

Sequitur: futurum istud tempore desideratissimo, quo mortales, positis armis, pacem unanimes complectentur: hoc est, venturum, exorta illa luce, tempus optatissimum, quo miseri mortales Franci, tot latrociniis, tot luctuosis ac longinquis bellis defessi, abjectis armis, summo studio pacem, compluribus præliis secundis ac victoriis à Rege partam, sibi que ab eodem oblatam, amplectentur. Quod tempus verissime Sibylla desideratissimum atque optatissimum appellat. Parta enim post bellum diuturnum pace,

Tatius bos (natus Horatius) rura perambulat,

Pacatum volitant per mare navita,

diuturni Interregni occasionem studiis, cui Imperii habent tradantur. Vbi interregnum perspicue appellat eum regni statum, qui jam in Gallia certitum: cum regio civili dominatu prope intermortuo, multo maxima civitatum pars à Rege defecit, eorumque se latronum ac tyrannorum partibus adjunxit, qui Regium imperium affectant, tegnique gubernacula armis occupare conantur. Quanquam eccujus tandem regni administrationem occupare poterunt, cum plures se reges futuros sperent, quam regna tota Gallia sustinere posse?

Iraque recte Sibylla subjunxit: sed vincet tandem aviti regni propago: id est: jus legitimæ successionis & hereditatis, quæ huic Regi Henrico propter gradum agnationis proximum, quo defuncto Regi conjunctus erat, divino atque humano jure debetur. Vincet, inquit, furiales illos conatus & latrocinia hæc soboles, atque propago familie Borbonicæ, quæ tam diu arma contra perduelles exercebit, atque adversus eos progredietur, donec fata contraria fatis obfliterint: hoc est, quam diu fatales illæ tempestates inter se conficiabuntur: quam diu fatalis ille defectionum morbus Franciæ civitates occupabit.

Nam eodem fere tempore, inquit, (quo scilicet illa regii & aviti sanguinis soboles efflorescat) hoc demerso sydere, coæcum quoddam ejus lumen longè ardentioribus Mauortis ignib⁹ exardescet: hoc est, sydere illo non extincto, sed in pacis atque otii studium intento, & quasi demerso, alter quidam quasi syderis illius radius, hoc est, Regis ipsius propinquus & cognatus, exorietur: qui acrius atque ardenter, & quasi præcepis in arma ruens & ejus Arribityratini trucem atque immamnam dominatum evertet: qui suis rebus diffidens, alastoras & parricidas illos contra principem & nomine Christianissimum excitavit. Verum hoc posterrins jubar ante diem, id est, prematura morte, magno mortalium desiderio & iudei, extinguetur.

Quod autem sequitur, si non ad orbis totius, certe ad Europæ universæ calamitates pertinet. Ita autem perspicuum est, ut nullius interpretationis indigeat: urbes, inquit, concurrent urbibus. Vergilius scire (ut omnia) his versib⁹ describit:

Vicine, rapius inter se legibus, urbis
Concurrent sevit toto Mars impius orbe.
Ut cum carcerib⁹ se se offendore quadriga,
Addunt sc in spacia: & frustra res inach-

Francisci Guicciardini, Patriu Florentini locus unus, ob rerum, qua continent, gravitatem cognitione dignissimus, ac ex ipsis historiarum libri 3. & 4. dolo male detractus, in exemplaribus hanc impressis non lectus: nunc tandem vni ab interitu vendicatus & Latine, Italicè, Galiceq; editus.

Pontifices Romani, quorum primus Petrus Apostolus fuit, accepta ab IESV Christo in rebus sacris ac divinis auctoritate, charitate, submissione, patientia, Spiritu sacro, & prodigiis magni, per illorum initia, non modo potentiam civilis & mundana penitus nudati, verum etiam ab illa vexati, diu obscuri, ac fere ignorantati fuerunt: eorum nomine nulla remagis, quam suppliciis & cruciatibus perrendis, innotescente, quæ unâ cum iis, qui eos sequebantur, sustinebant.

Nam eti, cum propter infinitam multitudinem diversarum nationum & sectarum, quæ in urbem Romanam confluxerat, patrum Christianorum progressos & actiones animadverterentur, essentque ab quorundam Imperatorum vi & vexationibus immunes, nisi si quando illorum publici ritus silentio præteriti non possent: nihilominus tamen aliqui alii sive innata feritate, sive Deorum suorum insano quodam amore pereculsi, eos, tanquam novarum superstitionum auctores, & sua religionis eversores, atrociter persequebantur.

Hoc in statu, cum voluntaria paupertate, cum vitæ reliquæ sanctimonia, cum suppliciorum acerbitatibus clarissimi, ad Sylvestri Pontificatum perstiterunt: cuius temporibus, cum ad Christianam religionem Constantinus, moribus sanctissimis Christianorum, & prodigiis ac miraculis, quæ frequentissima in iis, qui Christi vestigia sequebantur, elucebant, permotus, animum appulisset, cœperunt Pontifices à periculis, in quibus annos circiter trecentos versati fuerant, tuti, liberius cultum divinum exercere, ritusq; Christianos palam profiteri. Quam obtinendum est, ut partim morum & vita admiratione, partim præceptorum, quæ nostra religione continentur, sanctitate, partim quoq; facilitate quadam mortaliū, quæ plerumque, vel ambitione vel metu, Principis sui exemplum imitantur, nomen Christianum mirifice omnibus in locis propagari, paupertas vero illa sacerdotum beata diminui cœperint.

Nam Constantinus, templo in Late-

sarta testa tueri, ac renovare, que exstruxerant, seque, qui rebus sacris operam darent, sustentare possent, praediis, atque aliis vestigalibus donavit; alii præterea multi post lecuti, rati, beneficiis hujusmodi faciliorem aditum in celo leste regnum sibi patiferoi, aut nova extruebant fana, ea que donis cumulabant: aut jam extructis suorum bonorum portionem aliquam attribuebant, quinetiam, sive lege quam inveterata, sive consuetudine, ad legis Mose exemplum, quisquis de sumrum bonorum fructibus decimam partem locis religiosis pendebat: ad quod quidem efficiendum, magno cum ardore exercitabantur, quod viderent, ab initio Sacerdotes, eo excepto, quod ad parcissimum vicum sibi reservabant, quicquid reliquum erat, partim in edificia religiosa, corumque supellestilem, partim in egenos, aliosque pios usus impendere: cumque nondum superbia & ambitio in eorum pectoribus insedisset, ab universis, qui ubique erant, Christianis omnium Ecclesiarum supremus custos, & tanquam Petri Apostoli successor, episcopus Romanus agnoscebat: primam, quod ea civitas ob suam antiquam dignitatem, tanquam reliquarum caput & princeps, Imperii nomen majestatemq; recinebat: deinde, quod illinc in bonam Europæ partem religio Christiana diffusa erat: postremò, quia Constantinus à Sylvester ritu Christiano aquis iniciatus, ejusmodi auctoritatem in eo, atque in ejus successoribus libenter agnoverat.

Fama quoque est, Constantium Orientis provinciarum motibus, Imperii sedem Bizantium, post de suo nomine Constantinopolim appellatam, transferre compulsum, Pontifici Romanae urbis, aliarumque & urbium, & regionum in Italia, imperium donasse. Quæ fama quamvis à frequentibus Pontificibus diligenter fuerit enarrata & sustentata, eorumque auctoritate à multis credita: est nihilominus cum ab scriptoribus gravissimis, tum vero rebus ipsis refutata.

Illiad autem certò constat, & tunc, & longo post tempore, urbem Romam, Italiamque omnem, tanquam imperio Cæsarum obnoxiam, ab Imperatorum ministris ac præficiis fuisse gubernatam: nec desunt, qui, quicquid de Constantino & Sylvester dicunt, (usque adeo sèpè profundis in tenebris res vetustæ demeritæ latent) redarguant, ostendantque eos longè diversis temporibus extitisse: nemmo tamen negat, Imperii Constantinopolim translatione ad pontificum potentiam viam esse pacificam, ex ea que originem habuisse.

solentia, tum quod gravissima in oriente bellis distinserunt, in Italia debilitata, populus Romanus ab Imperatorum obedientia paulatim desciscens, atque ob eam rem tanto magis Pontifices presentes respiciens, eis cœpit non obedientiā quidem sed voluntarium quodam obsequium exhibere. Quanquam ne hæc quidem nisi lente sese ostenderunt, ob Gothorum & Vandalorum, alias romque barbararum nationum in Italia effusiones: à quibus capta sèpè ac diupta Roma, & Pontificum nomen, quod ad civiles attinet res, in obscurò penè contentum jacebat, & imperatorum in Italia auctoritas evanescebat: quando quidem eam tanta cum ignominia prædicti barbaris exposicam deferebant.

Aliarum nationum impetus cum totrentis instar erupisset, Gothorum per annos septuaginta potentia permanxit. Erant hi nomine & professione Christiani, genere à prima origine Scythæ & Dacæ: quibus tandem Cæsarum armis Italia pulsis, per Græcos iterum magistratus cœpit Italia gubernari: quorum qui ceteris imperabat, Græca voce Hexarchus appellabatur, sedemque Ravennæ in urbe vetustissima, eisque temporibus opulentissima, acque ob agri bonitatem frequentissima, habebat.

Nam post magnum incrementum, ex Cæsaris Augusti, atque aliorum Imperatorum classe validissima suscepimus, quam in eius portu urbi pene conjuncto, cuius nunc vix ullum extat vestigium, continentem tenerunt, à multis belli ducibus, deinde ab Theodorico Gothorum rege, ejusque successoribus fuerat habitata: qui quod imperatorum potentiam suspectam haberent eam potius quam Romanam, regni sui sedem, opportunitate maris Byzantio propioris d'ucti, delegerunt: cum p. 166, opportunitatem Hexarchi, et si contraria ratione, securi, cum ibi confedissent, Romanæ urbi, aliisque Italiz civitatibz, proprios imponebant præfectos, quos Duces appellabant.

Hinc Ravennatis Hexarchatus nomen: quo nomine omnia comprehendebantur, quæ proprios Duces non habebant, sed uni Hexarcho obtemperabant. Quæ tempestate Pontifices Romani, civilis potestatis penitus expertes, atq; in mortalium animis admiratione & observantia (moribus ipsorum ab illa pristina puritate jam fatigentibus) obsolescente, tanquam Imperatoribus subjectis, statutam agebant: sine quorum, & eorum, quos Hexarchos diximus appellatos, auctoritate quamvis sacerdotum populis;

Episcopi Constantinopolitanus & Ravennas, quoniam religionis sedes imperii atque armorum potentiam sequi consuevit, cum Romano episcopo sacerdotio de principatu disputabant. Ceterum haud multo post rerum mutatio consecuta.

Nam Longobardi, gens ferocissima, in Italiam ingressi, Galliam Cisalpinam occuparunt, ab quorum Imperio Longobardia est appellata. Adjecerunt etiam Ravennam cum Hexarchatu universo, & alias præterea multas Italiz partes: armis Picenum usque, & Spoleto, & Beneventum prolati, quibus in locis Duces a se dictos imperare jusserunt: atque hæc omnia, dum Imperatores partim ignavia, partim Asiaticis bellis detentis, hisce rebus parum prospiciunt.

Horum igitur auxiliis Roma destituta, cum nec jam Hexarchorum magistratus essent in Italia, consiliis atque auctoritate Pontificum gubernari cœpit: qui cum aliquot annis post unâ cum Romanis ab Longobardis opprimerentur, ad Pipini Francorum Regis auxilia tandem se receperunt. Qui valido in Italiam exercitu, ubi Longobardi annos ultra ducentos dominatum tenuerant, duxo, eos inde pepulit: partemque ipsorum imperii, quasi belli jure parti, Pontifici & Ecclesiæ Romanæ condonavit: in quibus non modo Vrbinum, Fanum Fortunæ, Eugubium (Ignium olim) multaque alia Romæ vicina oppida, verum etiam Ravennam cum Hexarchatu suo, quo contineri aiunt, quicquid a Placentiæ & Papiz finibus Ariminum usque, Padum inter & Apenninum, stagna sive paludes Venetorum, & Adriaticum finum claudit, ad hæc ipsum Ariminum ad Toglam flumen, tunc Isaurum appellatum.

Pipino autem mortuo, cum denuo Pontificibus Longobardi essent infesti, & quæ ipsis donata erant, invaderent, Carolus ejus filius, qui post ob maximas victorias Magni cognomentum merito est adeptus, eorum imperio funditus everso, a patre Ecclesiæ Romanæ donata comprobavit: & nominatim Picenum & Spoleto Ducatum, quo Aquila oppidum, Brutiorumque pars continetur, Pontifici tunc, cum cum Longobardis bellum gereret, attribuit.

Hæc sic habere, certo affirmant, quibus Pontifici quidam scriptores addunt, eundem Carolum Ecclesiæ donasse Liguriam ad Varum amnem, Italiz terminum Mantuanum iram, & aquacaudum Laganum.

a Pontificibus affecti, Christianissimam appellationem sunt consecuti.

Post etiam, anno salutis octingentesimo, Leo Pontifex unâ cum populo Romano (verum pontifex haud alia auctoritate, quam ut ejus populi caput) eundem Carolum Romanorum imperatori nominârunt, nomine quoque ipso hanc imperii partem ab Imperatoribus Constantinopoli agentibus sejungentes, tanquam Roma, provinciæque Occidentis ab illis desertæ in periculis, proprietum principum tutela opus haberent.

Hac imperii distractione, transmarini Imperatores nec Sicilia insula, nec caltælia parte, quæ ab urbe ipsa Neapoli, Mafredoniam usq; pertingens, mari terminatur, (quoniam semper illorum imperium agnoverat) exclusi fuere: nec ob id de consuetudine, qua Pontifices imperatorum, quorum nomine Roma gubernabatur, auctoritate confirmarentur, derogatum est: quinetiam in suis diplomatis scripturæ tempore his verbis consignabant: IMPERANTE CAROLO, DOMINO NOSTRO. In qua minime gravi vel submissione, vel observantia persistere, dum rerum eventus animos addidere, ut suo fætu regerent: quippe cum imperatorum potentia debilitari cœpisset, primum dissidiis inter Caroli magni posteros; (duum penes eos imperii majestas stetit) deinde Imperii ad Principes Germanos translatione, potentia Caroli Magni successoribus minime patres, Pontifices, populusq; Romanus (cujus magistratibus Roma cœpit, quamvis perturbatè & confuse, gubernari) Imperatorum auctoritati quibuscumq; modis derogantes, lege sanxerunt, ne deinceps Pontificum legio imperatorum auctoritate niteretur: quod quidem per annos plures varie servatum est prout rerum vicissitudine Imperatorum potentia a surgebat, aut inclinabat: qua, posteaquâ ad Othones Saxonas imperium pervenit, aucta: Gregorius Quintus Othonis tertii favore, qui tum Romæ erat, ad pontificatum assumptus, hinc suæ gentis amore, illinc Romanorum quibusdam injuriis impulsus, suo decreto legendi Imperatoris jus & auctoritatem. ea forma, quæ ad hæc usque tempora perducta servatur, in Germanorum nationem transluit: atq; ut Pontificibus in Imperatores auctoritatem aliquam retineret, eis que vicem redderet, interdixit, ne quis Imperatoris Augustive appellatione, aliò.

reges hereditatio jure imperium non veniret, Roma palam ab illorum obediensia defecit: multaq; urbes, Contrado Suevo imperante, rebellarunt: & Pontifices sua amplificanda auctoritati intenti, Rom. civitatis dominatum propemodū obtinebant: s̄pē tamen propter populi insolentiam & discordias, multis difficultib. laborabant: quem ut in officio continerent, Henrici secundi favore, qui tum Romæ erat, Pontificis creandi ius in Cardinales solos transtulerant.

Pontificum magnitudini nova accessio facta est. Nam cum Normannis, quorum primus Guilelmus Ferabachius est appellatus, ab Imperio Constantinopolitano Apulia & Calabria subtracta Robertus Guicciardus ex illa gente unus, siue ut colore juris aliquo se muniret, siue quo adversus eos imperatores potentia se armaret, sive alia de causa, Benevento Pontifici, quasi pontificii juris esset, restituto, Apulia & Calabriæq; principatum, quasi Ecclesiæ Romanæ fundum, recognovit: cuius exemplum Rogerius, eius successoruni unus secutus, inde pulso Guilielmo, eadem familia orto, post etiam Sicilia occupata, fere anno Salutis 1130. harum provinciarum jus à Pontifice accepit: estq; rex utriusq; Siciliae, quarū una ultra, altera cis fretum sita est, appellatus. Neq; enim Pontifices, ambitione & propria utilitate adducti, alienam cupiditatem & vim fovere recusaverunt.

Hac juris specie freti, ulterius Pontifices progressi (ut cupido humanae gradum sistere nequit) quosdam Reges illis regnis, quasi contumaces, privare cœperunt, in aliasque transferre: quo mox ad Henicum Friderici Barbarossa filium, ab hoc ad Fridericum secundum, eius filium, quirtes ordine Romani Imperatores fuerunt, ea regna pervenere.

Verum cum Fridericus Pontificem bello persequeretur, essentque illo tempore Guelorum & Gibellinorum factiones excitatae, quarum alterius caput erat Pontifex, alterius Imperator: Pontifex, mortuo Frederico, Carolum Andivinorum & Provinciæ comitem (cuius antea facta mentio est) utriusque Siciliæ regem appellavit, hac lege, ut quotannis aurunciarum sena milliatributi nomine penderet, ac ne quis eorum regum in posterum Imperatoris Romani appellationem dossit admittere: quia

ta, quam ea, quæ hactenus dicta sunt.) M. thildam principem in Italia præpotenter Ecclesiæ eam partem Etruriæ donasse, qui e Pescia torrente & Quirici castello in Senensem finib. ab una parte, ab altera mari in Fero & Tyberiamne, quæ hodie Patrimonium Petri vulgo nominatur, circumscrribitur: & addunt alii, ab eadem Ferrariam Ecclesiæ donatam.

Hæc postrema dubia fide retulimus, certum multò magis dubia, quæ ab ali quo scripta sunt, videlicet, Antwerpum Longobardorum regem, florente ipsorum regno, eidem Ecclesiæ Alpes Coccias, in quib. Genua, & quicquid ab ea in Provincia usq; Romanorum pater: & Luitprandum ejusdem gentis regem. Sabianam, Romæ propinquam regionem, Narniam, & Anconem, cum aliis quibusdam oppidis attribuisse.

In hunc igitur modum refutum statu variante, varia pariter Pontificum, atque Imperatorum res fiere. Nam a primis Imperatorib. per multa annorum cutricula vexati, post Constantini ad Christum conversionem, ab eo terrore liberati, reb. Sacris tantum operantes, in reliquis Imperatorum auctoritati ferè subjecti, sub corum umbra quieverunt.

In hoc humili statu diutissimè post viam egerunt: ab Imperatorum commercio, propter magnam in Italia Longobardorum potentiam, se juncti. Post autem, Galliæ regum beneficio, oibis & potentia aucti, cum Imperatorib. conjunctissimi stetero, ab illorum auctoritate, dum imperatoria majestas in Caroli Magni posteris mansit, alaci animo pendentes, quod quidem siebat cum propter beneficia vicissim data & accepta, tum etiam ob imperatorum potentiam: quæ ubi post cœpit inclinare, & quasi flaccescere, illorum amicitia proflus rejecta, ita se gerere cœperunt, quasi pontificis dignitatis esset, leges potius Imperatorib. dare, quam accipere.

Cumq; à veteri illo, quo subjecti erant Imperatoribus, statu penitus abhorrent, veritique, ne illi Romæ, atque alibi antiqua Imperii jura recuperare, ut quidam illorum aut potentia maiore, aut animo erectori efficere conabantur, tentarent, armata vi se Imperatorum potentia, ab illis tyrannis, qui se Principes appellabant, & ab illis urbibus, quæ se in libertatem vendicaverant. nec iam

ritatem in Imperatores, quos etiam
in terris vices gerentes, assumserint, affir-
mant, ad se multis in rebus regnorum
ataque Imperiorum procurationem per-
tinere. Qua persuasione freti, Imperato-
ribus interdum imperii dignitatem ab-
rogabant, Septemviro Augustales, ut a-
p. 168. lios in eorum locum surrogarent, inci-
tabant. Vicissim quoq; imperatores aut
ipsi creabant novos Pontifices, aut, ut
ercentur, procurabant.

Ex his controversiis, atq; etiam quod
Pontifices per annos septuaginta Aveni-
one sedem habuissent, nec non ex illo ec-
clesiae dissidio, quod in Italia, Pontifice
Romam revertente, est exortum, cum
Ecclesiae status admodum concuslus ac
debilitatus esset, factum est, ut in oppidis
Ecclesiae subiectis, præcipue vero in ea
Italiae parte, qua olim Gallia togata di-
eta est, complures in eis cives, potentia
ceteris superiores, in sua quisq; patria
tyrannidem occuparent: quos Pontifices
aut persequebantur, aut, si ad eos oppri-
mendos impares essent, quasi Ecclesiae be-
neficio regnare jubebant, aut aliis in eos
excitatis regnandi jus attribuebant. In
hunc igitur modum Galliae togatae oppi-
da proprios dominos, ac plerosq; quasi
ecclesiae vicarios, habere cœperunt.

Eodem modo Ferraria Actio Atestino
à Pontifice gubernanda tradita, eidem
est post beneficij nomine attributa: ex
quo deinde ea familia illustriorib. hono-
rum titulis est exornata. Sic Bononia ab
Ioanne Vicecomite, Mediolanensium
Archiepiscopo occupata, eidem pari jure
concessa fuit. Iisdem quoq; de causis in
multis Piceni oppidis, divi Petri patri-
monio. & Vmbria, qua nunc Ducatus
appellatur, plures reguli, pars invito,
pars ad consentiendum adacto Pontifice,
sunt exorti: nec Longobardia, in im-
periis præsertim oppidis, ab hujusmodi
mutationib. immunis fuit: sic ut, qui in
Flaminia atq; aliis pontificiis locis do-
minabantur, à Pontificum obedientia de-
ficientes, ad Imperatorum auctoritatem
confugerent: & vicissim, qui Mediola-
num, Mantuam, & alia Imperii oppida
tenebant, à Pontificib. regandi jus obti-
nerent.

Roma vero quanquam nomen Eccle-
sie temporibus illis præ se ferrer, magi-
stratib. tamen regebatur propriis & suis:
& quamvis initio, cum Avenione in Ita-
liam postlimino revertissent, tanquam
domini agnoscerentur, paulò tamen post
Romani, creato magistratu, quem Ban-
derensium appellabant, in veterem con-

reddacti, atque in magnam, propter eius
absentiam, confusione delapsi, cum an-
nus millefimus quadringentesimus ap-
propinquaret (in quo anno si Pontifex in
Urbe esset, sperabant, ingentem fore pro-
pter annum secularem, quem iubilum
vocant, mortalium concursum) precib.
quam demississimis Bonifacium Pontifi-
cem orarunt, Romam rediret; id si face-
ret, Banderensium magistratum abroga-
tuos, seq; ei obsequates in omnibus
futuros.

His conditionib. in urbem reversus,
dum Romani illius anni quæstum unum
attendant, Pontifex, occupato omni ut-
bis imperio, Angelicam arcem commu-
nivit, eique præsidium imposuit: cujus
successores ad Eugenium usque et si non
paucis difficultatibus conflitati, nihil
minus dominatu post plenè stabilito, in-
secuti Pontifices citra ullam controversi-
am, Roma sunt pro sua libidine dominati

His igitur fundamentis & modis ad
terrenam potentiam elati, ac sensim ani-
marum salutis, divinorumq; præcepto-
rum oblii, atq; ad mundana imperia o-
mini cogitatione conversi, nec divina au-
toritate aliter, quam quasi telo & instru-
mento rerum fragilium abutentes, princi-
pes potius gentium, quam rerum sacra-
rum Pontifices videri cœperunt. Horum
curæ & negotia non jam vitæ sanctimo-
nia, non religionis incrementa, non erga
Deum & homines charitas: sed exerci-
tus, sed bella in Christianos, cogitatione
& manibus sanguine respersis sacra tra-
gantes: sed pecunia immensa cupido,
novæ leges, novæ artes, novæ insidie ad
pecuniam undiq; cogendam: in hunc fi-
nem audacissimè arma cœlestia vibrare,
profanarum sacrarumq; rerum nundina-
tionem impudentissime exercere: hinc
opæ in immensum adauitæ, & in totam
ipsorum aulam effusæ: ex quib. fastus, lu-
xus, mores turpissimi, libidines, volu-
ptatesque nefandæ: nulla de successorib.
nulla majestatis perpetua pontificatus
solicitudo: sed horum loco cupidio anxie-
& pestifera, filios, nepotes, item alios si-
bi conjunctos & necessarios non modo
ad opes immoderatas, verum etiam ad
regna & imperia evehendi: non tam ho-
nores & emolumenta in merentes & bo-
nos conferendo, sed plerumq; auctionan-
do, aut in homines ambitione, avaritia,
& pudendis voluptatib. perditos effun-
dendo.

His morib. effectum est, ut, excussa
resistitur, ut in hanc iurum illa vetera

mine, maiestate, & facultate, qua pol-
lent, ptincipibus, atque iis, qui apud
illos maxime possunt, sacris beneficiis &
honorib. conferendis, gratificandi adju-
ta sustentetur. qui cum sciat, magna se in
admiratione mortalium esse: & qui ad-
versus eos arma sumunt, eos gravis infam-
ia notam, & saepeniusm aliorum
Principum odia subire: ac quidem docun-
que res cadat, per exiguum emolumen-
tum ad eos, à quibus impugnantur, re-
dundare: & vñtores ex suo arbitrio victo-
ria useros: vñtos, quibus velint condic-
tionibus pacem habituros: ad hæc suos
propinquos ex privata conditione ad
principatus attollendi cupidine inflam-
mati, jam per multos annos hollorum
autores, novorumq; incendiortum faces
in Italia extiterunt.

p. 169. Sed ut ad id, à q: o justissimus publici
damni dolor me longius acriusque, quam
leges historiz forsitan permittunt, abdu-
xit, revertamur.

1520. *Adrianus Barlandus in vita Ca- roli Burgundionis.*

Vltima eius uxor Margareta, defuncto
marito, plurimis annis supervixit. Certe
multorum bono. Suis enim facultatibus
interim p̄eclarafavit ingenia, studiis
que modis omnib. sacras literas excitare.
Nulli unquam attribuit sacerdotium nisi
prius & eruditio nem, & vitam inspexisset.
Quod utinam (inquit Barlandus) & ho-
die facerent Principes: non tam multos
passim videremus Idiotas in Ecclesia Dei,
quos fortasse præstaret deſtricandis prin-
cipium matulis, quam hominum conſci-
entiis præesse. Imp. & PP. V.S.

1520. *Lutheri Biblia.*

Hoc tempore Lutetus Witebergæ
ex Ebræo Biblia in linguam Germanicā
tranſtulit. Rem miraculosam, unum Mo-
nachum Saxonem, qui prius tota vita in-
ter privatos, & in abdito vixerat, con-
vertere eleganti aulico stylo, & quod et-
iam homini in Cancellariatus officio po-
ſito difficile fuisset, felicius, quam olim
70. viri interpres præſtiterunt, quod fa-
& cum ajunt Philo & Epiphanius libro de
mensura & ponderib. anno Mundi 3695.
Olymp. 127. in Phato insula prope urbem
Alexandriam. Et addit Philo, etiam ad-
huc hodie contingere, ut non tantum Ju-
dei, sed allii plurimi traicant, locum
veneraturi, in quo primum facta est hæc
interpretatio. & pro tanto beneſ.

noster ea fide sacram Scripturam træget,
qua palmati omnib. adversariis, Italis,
Grecis, & Hebreis, longè præripiat. Et
dico amplius: Martinus Evangelicam
veritatem magis amat, ac omnes adver-
ſarii, Scripta eius ita mihi placent: quæ
diligenter haetenus evolvi, ut ab illis
haud ullus Papa me, non cardinalis, aut
monachus, quantumlibet atrocis sit, avel-
lere possit. Imperatore Carolo 5. Papa
Leone 10. ut suprā.

Felinus C. Ego de Iure iur. 1520.

Papa, inquit, non Canonice electus,
est dabolus, non habens claves regnicœ-
jorum, sed infetni, Imp. Carolo 5. PP.
Leone 10.

Reginaldus Polus Cardinalis, 1520.

Anglus.

Quodam libro edito, hic acerrime
conatus est incitare animum Cæsaris ad
sumenda arma contra eos, qui in Germa-
nia Evangelio nomen dederunt, dilectissi-
misq; verbis dixit: Principes Imperii
novos esse Turcas, ac etiam detiores
Turcis, quin ipsum Evangelium esse Tur-
icum semen, Imp. Carolo 5. PP. Leone 10.

Idem in oratione quādam suadet Imp:
Carolo quinto, ut, reliquis Turcis, Luth-
eranis bellum inferat.

Idem alibi ait: Cum Ioannes & Petrus
simul properarent ad sepulchrum Domini,
Ioannem noluisse priorem ingredi, sed
honorem hunc illi detulisse: & rete plenū
piscibus, quod à multis trahi non posue-
tit, ab uno Petro frisse per tractum ad littus:
Ergo ad Petrum pertinere primatum
& vicariatū.

Hunc Polum, quidam affirmant, Evan-
gelio omnino addictum fuisse, sed ut si-
spicionem Lutheranismi evitaret, & Car-
inalis à Papæ crearetur, librum pro le-
de Romana in lucem emisisse: ut plures
alii, quos non veritas, sed venter, multo-
rum malorum causa, ad simile compolit:

Paulus Langius Monachus, pla- 1520.

nē Lutheranus, in Chronicō

Ziticensi.

Anno 1352. Ioannes Episcopus noster
(ut in multis legitur chronicis) in die
Ioannis Evangelistæ, ob honorem nomi-
nis sui, complures dominas speciosas &
nobiles invitaverat. Chorizansque inter
duas medius, quas ipse manib. tenebat,
repente cadens, miserabilis morte expira-
vit, anno ordinationis suæ V. mortuus
(inquam) non ut Episcopus, non ut sa-

rea. Proinde ex fine eius & operibus, ille
præsul fuisse probatur ex g̃tēge illorum
præsulum, qui non per ostium, sed ali-
unde condescendunt in ovile Christi, & of-
ficium Episcopale nesciunt: curam pa-
storalem postponunt: clerum contem-
nunt, populum sibi commissum negli-
gunt, pauperes floccificacunt, & fame
perire sinunt: qui cartiludio aut fritillo
plus, quam Evangelio intendunt: & Ve-
nerem Bacchumque magis, quam Chri-
stum venerantur & colunt: qui denique
deliciis corporalibus, & mundi volupta-
tibus sine Dei metu inservientes, sola
terrena sapiunt, pariterq; & propriæ &
commissorum salutis immemores, futura
minimè prospiciunt. Quos quidem Ba-
ptista Mantuanus, poëtarum nostri tem-
poris facile princeps alterq; Virgilius,
in quodam carmine egregiè taxat, inter
alia ita refonans.

*Neglecto superum cultu, spretogzonantis
Imperio, Baccho indulgent, Venerique
ministrant.*

*Sacra ferunt auro : nimmis altaria con-
dunt : (genti -*

*Auro vinalibant: auro laquearia ful-
Scortategunt gemmis: canibui conusvia
penunt:*

*Exnuis inopum culti, ditesq; rapinis:
Successu elati, superos Acherontaque ri-
dente.*

*Et post pauca: Heu frustra incessis ite-
rant sacra orgia dextris,
Sanctum Deum vanis penetralia vocibue*

*Irritant, irasq; movent, non numina
fletunt.*

Imp. & P.P. V.S.

Idem Otto tertius fuit vir in armis exercitatus, insuper devotissimus ac pieissimus in Deum & homines extitit: quandoquidem totam s̄epē hebdomadā, pr̄ter quintam feriam, jejunabar, elemosynas largissimas dabat. Nullus denique largior & clementior eo. Hic zelo Dei motus, Gisilarium archiepiscopum, eō, quod duas teneret parochias, in synodo Romana judiciali sententia ab officio suspendi, ac per internuncios ab Apostolico missos, eundem illō vocari & comparere praecepit. Verum interim Gisilius paralysi perculsus comparere nequit, sed dictas parochias in finem retinuit.

*O si nostro hoc muliebri tempore Otto
ille Christianissimus viveret Imperator,
& in Ecclesia Christi monstrum hoc tri-
corporeum cerneret, dubio procul am-*

penè diceatis: quomodo pateretur, unum
tribus, & quidem maximis & opulentis-
simis præsidere archiepiscopiis?

Idem. Non etenim tunc ordines tot
in Ecclesia Claustralium erant: sed duo
tantum, *Canonicorum* videlicet sancti
Augustini, & noster divi Benedicti, in
Ecclesia Christi radiabant. Nec dum
Carthusiensium, non Præmonstratensi-
um, non Ioannitarum, multò minus or-
dines mendicantium, qui novissimi ei-
merſere (quos ordo noster septingentis
à suo exordio antecessit annis) qui qui-
dem ab initio per annos trecentos in vi-
nea Domini magnum protulerunt, & ad-
huc proferunt frumentum.

Attamen illorum ob nimiam multitudinem, & præcipue quorundam affectum inter gentes commixtionem, remissam & voluptuariam conversationem, monachi vocabulum non in patrum devenit contemptum, per circumforaneos, inquam (ut quidam ait) quos ordo noster habet, & rotundos, qui religionis sub specie au-
cupantur victimum sine labore & sudore: paupertatem rerumque contemntum; ali-
is prædicantes, qui est eis qualitus uber-
tus, & lautissimus. victimus. & quia A-
postolicum contra dogma plus quam ex-
pedit, negotiis se implicant secularibus:
exiit dictum de gyrovagis, eiusmodi:
actibus, moribusq; eorundem satis con-
sonum.

*Quicquid agit mundus, monachum vali
esse secundus.*

Ita dispersuntur lapides sanctuarii in capite omnium platearum: unde & frequenter in symposiis non modo laicorum, verum & clericorum, si interfuerit religiosus, inibi, ni multum fuerit natus & maturus, à cunctis ridetur & recipienditur fabulis obscenis & scurrilibus, in contumeliam eius, & cæterorum podium religiosorum confitatis, paucimis recitatibus, exasperatur & dehonesta rura & mihi quidam superiori anno, antea quam ista scribetem, plebanus osorius properans, nos reservare dixit in claustro gulam. In mundo hæc & similia patimur à seculi nostra tempestate hominibus: quoniam à sanctorum deviamus patrum semitis, à primo feruore tepercimus: nec conversatione sancta, rigida vel vita, aut certè salutari populum Dei ædificantes doctrina, ad amorem nostrum deducimus. Obscuratum est, inquit Propheta, aurum, mittamus ad eum.

monachis nec conversatione, neque do-
ctrina pares sumus.

Addamus, quod nunc raro electio pu-
re celebratur & canonice: cum non me-
lior, non sanctior, non utilior, sed fre-
quenter qui pecuniosior, qui potentior
qui nobilior atq; propinquior fuerit, eli-
gi soleat. Quibus vix eternum Dominus
per prophetam ominatur: Vix inquiens,
qui adificant Sion in sanguinibus. Vnde
metricus quidam, affirmans, hoc ex de-
fectu ac divinae gratiae subtractione fieri,
ita concinit.

Dum factor rerum privaret flamine Cle-
rum,

Ad Sarbanas viuum successit turbanepo-
thm.

Itaq; ut supra memoratum est, tempo-
rib. Caroli Magni atq; Ottonum pauci
erant monachi, & hi quidem verbo & o-
pere potentes, sanctimonia vita, & sapi-
entia doctrina insignes, etiam miraculis
coruscantes: eapropter & Deo dilecti, &
hominib. erant acceptissimi.

Idem. Ioannes igitur 22. reliquit in
thesauris suis ingentem vim auri atque
argenti, cujus computatio fuit aurearum
drachmarum xxv. millia, hoc est, milli-
es xxv. millia, quod scripsisse arduum
certe videtur. Nec legitur aliis temporib.
Ecclesia Romana fuisse locupletior,
ut inquit Antoninus: quod quidem cer-
tissimum est. Neque enim tam dives erat
temporib. Apostolorum, dum videlicet
beatus Petrus eandem rexerat Ecclesiam.
Qui, velut verus Christi paupertatis zela-
tor, petenti eleemosynam pauperi re-
spondit: Argentum mihi & aurum non
est, quod autem habeo, hoc tibi do. Ha-
buit quippe alium thesaurum, virtutum
videlicet & gratiarum, quem & egeni
communicavit. Papa inops auro, virtute
locuples: pauper in arca, dives in con-
scientia, vacans aere, plenus sanctitate.

Ditior deniq; dubio procul & hoc
tempore fuit, quam olim Sixti Pape &
martyris 20, qui per beatum Laurentiu-
m thesauros Ecclesie distribuit paupe-
ribus. Opulentior insuper, quam fuerat
Gregorii primi temporibus, viri beatissimi,
qui aliquot pauperum quotidie ale-
bat millia. Quorum pastoralem solicitu-
dinem, gubernationem, & vitam iste si
Ioannes Papa fuisse imitatus, tantam au-
ri copiam minimè post relinquere quivis-
set, securiorq; atq; beatior, misericor-
de videlicet, ac bonorum operum fu-
tu comitatus, seculo ex hoc migravisset.
Sola equidem ipsa misericordia comes
est defunctorum, unicusq; ac lauberrimus
divitiarum fructus ipsa eleemosyna: si no-

nec considerandus, sed pauperibus, vi-
duisq; ac orphanis erogandus, juxta illud
Salvatoris dictum. Quod superfluum
est, date pauperibus. Et Canon inquit.:
Aurum habet Ecclesia, non ut conservet,
sed ut pauperib. erroget. non dicit, scor-
tit aut histriobus. Quamobrem, nisi Pon-
tifex iste Ioannes magnus quoque fuerit
eleemosynarius, minimè ob prædicti
thesauri collationem tantoper laudan-
dus foret, sed magis arguendus. Pasce-
darum equidem ovium Christi, non etiam
oculorum, & ruginis, & tinearum curam
suscepit, quintam ob eaduca illa,
fluxaque bonatemporalia, quæ dare & eri-
pere ipsa fortuna potest, nemo vel bonus
laudabilis efficitur.

Idem Anno D. M. CCC. LXXXI.
Witigo episcopus noster migravit a se-
culo, cui Christianus (ut infra patebit)
successit. Eodem anno, Ludovicus archie-
piscopus Magdeburgensis lamentabili &
horrenda extensus est morte. Hic namq;
ob altitudinem stemmatum elatus, plus
seculi vanitatibus, quam divino cultui
mancipatus, contra Apostoli Pauli mo-
nita, in omni apparatu, vita & morib. su-
is huic se mundo confirmare studuit; con-
versatione sua rotunda & tumida, popu-
lo non salutem, sed perditionis viam de-
monstrans: cum ipse palam & invere-
cundè ea patrare hand formidaret, à quib.
suos retrahere debuerat subditos: spe-
ciaculis vanis, & lusibus, atq; choreis
exultans: Dei offensam, & commissorum
scandalum minimè timens: nec illud ter-
rible beati Gregorii de pastorib. diq; um
animadvertis, quo dicit, prælatos tot
mortibus esse dignos, quot exempla per-
ditionis in posteros relinquent. Tandem
omni prorsus Dei timore exploso, more
suo, dieb. larvalibus, tempore videlicet
carnisprivii, secularib. se conformitans,
cum eisdem & cursitare, & tripudiare, ne
dicam delirare, cœpit: secunda feria E-
sto mihi, post Dominicam, tempore pra-
narrato bacchanalia celebrando, magnā
nobilium virginum & matronarum in
Calvis oppido cohortem congregans,
choream instituit, ubi dum eodem die us-
que in noctem choreis protensis interef-
set, repentina super eum irruit calamitas
& ut scriptum est, extrema gaudii lugus
occupavit.

Subito enim clamore & tumultu super
incendio exorto, episcopus perterritus
ipse primus omnium cum ea, quam ma-
nu tenebat, fugam iniit, quem ceteri ter-
tore pari percussi insequentes, in descen-
su porrecto pondere, & pressura urgente

beati Augustini sententia, quā dicit: Quantò status altior, tantò & casus gravior. Nam & celsi graviore casu decidunt turres.

Et ita conversa est cithara in luctum, & vox lamentum in lamentum. Et mundus ille fallax, qui his suis amatoribus prospera & læta pollicebatur, per tempora longa illis subitaneam & improvissam cladem, calamitosam propinavit, & mortem. O igitur quam brevis & caduca omnis gloria mundi? Quam incertus & dubius mundanus felicitatis finis est exitus? Benè hinc Ethnicus ille poëta prædictis quadrat suo carmine, dicens:

*Omnia sunt hominū tenui pendentes filio.
Et subito casu, que valuerē, ruunt.*

Idem. Anno D. CCC. XXII. vel circa, per Martinum Papam crux data est contra Bohemos. Hussitas. Missusque ob eam rem Julianus Cardinalis S. Angeli in Germaniam. Eius opera maximus exercitus collectus est, in cuius expeditione fuerunt multi principes, barones, comites, & Episcopi. Dux militiæ fuit Fridericus marchio Brandenburgensis. Cum eo præcipui fuere Otto Trevirensis, Theodoricus Coloniensis, Guntherus Magdeburgensis, archiepiscopi. Item Episcopus Leodiensis, & alii: Ludovicus comes Palatinus, Albertus Dux Saxonias, Ludovicus Landgravius Hassiae, Fridericus & wilhelmus marchiones Misnenses: domini nostri Borni, Gregorius, & Adolphus, principes de Anhalt: Fridericus Landgravius Doringiæ, Ioannes dux de Berge, Henricus comes de Schvarzburg. Volradus & Gevehardus, comites de Mansfelt, Bedo de Stalberg comes, & plures alii, quorum quadraginta equitum fuere millia, demta multitudine perditum. Et cum tot & tanti essent, vix Bohemiam ingressi, subito pavore omnes percussi, & priusquam hostis ullus in conspectu daretur, fœdissimè omnes simul cœperunt fugere, quilibet extra Bohemiam. Hostis ex in metu alieno ingenitam præda poterit, quam relictam invenit

Idem. Quis ignorat, aut sine mœrore gravi audire poterit, sub Frid. 3. imperio, ipso vivente & regnante, à Christiana religione abrepta esse duo ista totius mundi pulcherrima, Constantinopolitanum, ac cum nobili illa urbe Sinopi Trapezuntinum, imperia? Quisue etiam ignoret totidem regna, à nobis paucis hinc annis divulsa, Thraciam, Bœotiam, Atticam, Macedoniam, Thessalam, Achajam, Aitoliam, Bithyniam, Cappadociam, Lyciam, Cariam, Lydiam, Ciliciam, Paphlagoniam, omniaq; cum Rakiia servam, & quicquid deniq; ab Andrinopoli Sauuumq; inter amnem ad Danubium usq; interiacet, Bosnam, nobilemque illam Mitylenen, cum innumeris gentib; quas inter nuncupatim Scordiscos, Tribulos Bastarnas, & Taurinos meminisse magnitudo clades interpellat. Mitto Dalmatas, Epiroticos, Isauros, Hellades, Illyricos, Noricos, Pannonios, & cum Polonis à suis propè sedib; profligatis nos ipsos Germanos, cruentissima Mahumeticæ furoris arma roties expertos. Taceo Chalcidis sive Nigroponti excidium, Hydruntinæq; urbis, etiam in præcedentib; suæ miserie anno memoratæ, calamitatæ, cujus archiepiscopum lignæ ferræ intersum meminisse horret: totius denique Malefænsis archiepiscopatus lamentabilem vastationem. Tacco Euxini maris obsidium, mediterranei captivitatem, quod ille immanissimus Christiani nominis hostis liberè nunc, potenterq; obquitat. Et ut brevib; amplissima perfringam catholicæ fidei detrimenta, Africa amissa est: Asia tota sub jugum missa, adeoq; in angustiam ducta Europa, ut si dem, quam totus pridem personuit orbis, nunc angustus Occidentis incomitusq; hirtæ septentrionis angulus vix satis audeat tuto profiteri. Tot ergo, tantaq;, immò multò plura, quam quisquam calamè exprimere possit, Christianæ reipublicæ detrimenta & incommoda solum patimur Pontificum, Regum, Principumq; nostrum negligentia, & discordia: quidum intestinis odiis, mutuisq; bellis ardent, aut etiam delitiis otioq; marcet, Christianorum provincias terrasq; expugnari, diripi, auferriique etiam in propriam tandem sinunt perniciem.

Idem. Anno D.M. CCCC. LIII. Machometes Imperator Tureorum, anno imperii sui tertio (Amarathus quippe pater suus obiit anno M. CCCC. L.) Constantinopolim, Orientis Imperii sedem, terra mariq; plus, quam cum CCC. millib. hominum, LXVI. dieb. continuè obsessam & oppugnatam, tandem vi & armis cepit: Imperatore ipso Græcorum Constantino Palæologo, ex matre Helenâ genito, nec non patriarcha eorum, cum omnib. Christianis masculis, ad instar pecudum trucidatis, mulierib; abductis, raptisq; virginib. Et hoc quidem vigesimo octavo die Martii miserabilissimum factum est excidium: & (ut ferunt) proditione cuiusdam Iannenæ, qui, juxta promissum, per Thurcum constitutus Rex per triduum, quarto die cuiusdem iussu desollatus fuit.

Porro calamitatem prædictam & expugnationem Graci passi referuntur Dei ultione; ob peccata eorum, præsertim perfidiae & inobedientie. Nuper enim sub Eugenio Papa in consilio Florentino Romanæ Ecclesiæ reconciliati & uniti, paulò post recidivantes denuò ab obediencia prædictæ Romanæ Ecclesiæ recesserunt; ac pristinis se erroribus, utpote de processione Spiritus sancti, deque infernamento consecratione, & similibus, itopis addixerunt: propter quæ etiam iram Dei incurserunt. Quam nihilominus & nos formidare valde debemus, quia non minoribus, imo gravioribus, utpote Simoniz, avaritiez, ambitionis, ac libidinis turpissimis irretiunt sceleribus. Quæ nisi pœnitudine & vita emendatione expiare curavimus, simile exitium per Dei indignationem, & Turcorum infestationem, nobis imminente non dubitemus. Qui enim illis non percit, nec nobis parcer. Nam enim secundis ad radicem arboris posita est, jam continuis armis & classibus Turcus fidelium littora pulsat.

Nestraq[ue] res agitur, paries cum proximus ardet.

Nihil siquidem aliud cogitat & comminatur, nihil adeò cupit, quam, quemadmodum Romanæ Ecclesiæ cum suo imperio ac tota Europa sua possit subjicere potestati. Satagamus ergo mores nostros corrigerem, vitamque emendare, ut & Deus, in cuius manu omnia sunt jura regnum, & gratia, & in ineffabili sua potentia nos a Turcorum furoribus & conservare & defensare dignetur, ad laudem & gloriam nominis sui, Amen.

p. 173 Idem anno D. M. D. III. Fridericus Saxoniz Dux & Elector, princeps noster Sapientissimus, emprium sive literarum studiū universale erexit & instituit VVictembergæ in Saxonia, unde electura imperialis manat: ubi hoc anno quo hæc scribo, Dominicæ Incarnationis M. D. XX. ob florentissimum ac famatissimum Theologiz, & omnigenz sapientiez studium, feruntur mille quingentique studentes existere, fama eruditissimum viorum, Martini Lutheri Augustinensis, & Andrez Carolostadii Archidiaconi & canonici Ecclesiæ collegiaz, & exempto omnium sanctorum ibidem, nec non Philiippi Melanchthonis, rhetoris, sacraeque Theosophiz Baccalaurei. Græcæ & Latinæ peritissimi, alleati & adunati.

morumve mixtura, purissimè tractant, & edocent sacram scripturam, & potissimum Christi Evangelium, & Paulum Apostolum habentes pro Archetypo & fundamento, cum ipso literarum studio timorem Dei, & cunctarum virtutum semina, verbo, exemplo, & calamo in discipulorum pectora spargentes.

Neque enim in hac almifua sapientie palæstra fatuus ille Peripateticorū princeps Aristoteles, vel impius Porphyrius, aut certè ille blasphemus Averroës, & similes orthodoxæ fidei spretores, & irrefores, cathedrā ullā habent vel audientiā.

Verum & de hoc infra locis suis, & annis opportunitis dicetur plus, quemadmodum & suprà anno Domini M. CCC.XXX. copiosè factum constat.

Idem. Patrio more, Leo noster X. Papa (ut opera ejus de eo testimonium prohibent) auri sufficientissimus est, nimirum; cùm Romanorum avaritez Florentinorū accesserit cupiditas, aurique sacra famæ creverit in immensum, crescitq; modo amor numi, quantum ipsa pecunia crescit, seviorq; ignibus Æthnicæ ardet amor habendi, quemadmedium & pulcherrimè concordans dicit Naso inquit:

Creverant & opes, & opum furiosa libido;

Quo magè sans pote, plu sicutunt aquæ.

Amore equidem auri & nunc Romæ cunctæ venalia sunt: auro mediante simonia toleratur; præbendarum pluralitas in infinitum conceditur: beneficia dignitatesque cujusvis qualitatis Cardinalibus & protonotariis, atque amicis Papæ servantur: expectativæ gratiæ sine nocte conceduntur: annatæ sive medii fructu absque ulla dilatatione exiguntur.

Quin imò ipsæ annatæ, in quas tempore Calixti Papæ tertii, ad quatuor principes consenserunt annos, non modo adhuc durant, sed & indies magis crescunt, duriusque preimunt & opprimunt. Et nisi iidem principes remedium adhibere procurent, omne æs & aurum pedetentim hoc malo è Germania corrasum & hauustum, Romam, velut in sackulum pertusum, & inexplebilem voraginem, portabitur.

Dimembrationes monasteriorum, & Ecclesiærum permutations, quemadmodum Hallis inter canonicos regulares & fratres prædicatores nunc de novo, & nostro hoc præsenti anno, quoquo hæc scribo, Domini videlicet 1520. do lenter certinius fieri, justissime admittuntur.

Et memorati quidem integerrimi do-

munum Ecclesiarū, contra iunctione Leonis Papæ ejus nominis secundi, imò contra facti Basiliensis concilii decretū (pro usu pallii, aliorumve officiorum confirmatione & impetratōne nihil persolendum, statuentis) exigitur & extorquetur. Quam quidem exactionem præter Simoniam complura alia sequuntur incommoda.

Nam nostra ætate archipræfules pecuniam, quam pro pallio, seu etiam confirmatione obtinenda, Romā mittere coguntur immediate, quatenus ipsi indemnes maneant, & thesauros suos non minuant, equivalentem, imò multò ampliore sub nomine subsidii extorquent, quemadmodum nuper in archiepiscopatu Magdeburg. contigisse, haud absque querela pauperum (prohdolor) audivimus.

Per prædicta itaque & similia, quæ ex Romana curia manant, gravamina, per orbem Christianum ruinæ, destrunctiones, & ærumpæ oriuntur. Nec mirum, cum ipsa Germaniz suprema & principalis, quondamq; potentissima Mogantinensis archiepiscopalis Ecclesia, ob eas res causisque maximis & permultis onerata sit debitibus, & vehementer exhausta.

Proinde non immeritò, cum supra memorata gravamina sub isto Leone Papa decimo, in Gallia plus solito grassari jam pridem inciperent, Vniversitas Parisiensis, pro conservatione & bono Ecclesiæ rum totius regni, contra eundem Papam ad concilium appellavit generale: & potissimum, quod idem Papa Leo in quodā cœtu, sive conciliabulo cardinalium Romæ celebrato, Basiliense concilium damnare & irritare præsumserit, quod prædicta gravamina interdixit & prohibuit. Sed de hoc alibi latius.

Vaticinia ejusdem Langii, Monachi Lutherani.

Exaltavit Leo Papa inter alios præcipue Sylvestrum de Pierio, Theologum, facique palatii magistrum, & Thomam Cajetanum, totius ordinis prædicatorii generalem magistrum, ipsum Cardinalem sancti Sixti faciens & creans, quem & paulo post (ut infra patebit) ad Germaniam misit legatum. Creavit denique eodem tempore & alios triginta Cardinales, à quib. ex pacto quingenta millia aureorum suscepit. Promiserat enim eis grandia.

Ast cum de patrimonio divi Petri cō-

mitari congerient pecuniam, eis, tam mis & plenissimis misit indulgentiis, & collectam pecuniam tali astu tandem copiose inter Cardinalium novas creatureas suas distribuere posset.

Præterea ex cunctis fidelium regionib. præsertim Germania, mediantib. indulgentiarum commissariis, sub specie fabricæ basilicæ sancti Petri, pecuniam omnimodis aggregare ferventissime annus est technis: tametsi ad dictæ fabricæ consummationem, prædecessor suis Iulius Papa, qui eandem operose & magnifice incepérat, thesaurum reliquerit innumerabilem. Nihilo seciùs & leno & segniter cœptum opus progredivit. Nec mirum, cum lapides secti in die, non & tu (ut dicitur) ad palatium grande Florentinorum, de Medicis dictum, quod nunc construitur, clam deferantur, & ipsa pecunia collecta non in usum fabricæ, non contra infideles, sed inter amicos Papæ cardinalesque distribuatur.

Nam cum in hunc finem (ut prælumitur) ipse Papa indulgentias maximas, & antea (ut declamabant) inauditas ostensione per Germaniam duraturas dedisset, & jam penè triennio in Misnia, & Saxonia, & circumquaque viguissent, & infinita pecunia congesta per commissarios fuisset: tandem Germani nostri Romanensium, & fraudem, & astutiam, indulgentiasque prædicantium, abusum &avaritiam intelligentes, manus retrahere cœpere: potissimum contra easdem indulgentias, imò (ut dixi) declamantium intolerabilem abusum & excessum, di-disputante, prædicante, & scribente, venendo viro, & profundissimo Theologo, patre Martino Luthero, wittenbergensis academiz & conventus, qui sua doctrina & prædicatione mirabili indulgentiarum omnium valorem annihilavit, & prorsus indubium vertit, populique ab eisdem redemptione avertit, eas mihi m̄ ad salutem fore necessarias, affirmans, non remissionem peccatorum, sed pœnitentia neglegunt, & alicorū pietatis operum relaxationem, impedimentum, & vitium esse: nec merita Christi & sanctorum thesaurum indulgentiarum esse, cum in primitiva Ecclesia, & longè post, pene per mille & ultra annos, nihil de eis scriptum per sanctos reperiatur orthodoxæ Ecclesiæ Doctores, nec quippiam magnifice (ut nunc auri amore fit) de eis creditum aut æstimatum fuerit, affirmare inserviat. Et pro-

lum agnolentes, & dictorum veritatem perpendentes, indulgentias ipsas relinquentem naucique pendere cōperint, potioribus, id est, pœnitudinis & misericordia, sese operibus, Martini ejusdem hortatu, mancipantes. Et in tantum ipse unus homo suis declamationib. invaliduit, ut ipsi indulgentiarum præfeci & commissarii, immo archiepiscopi & episcopi in Ecclesiis suis ipsas indulgentias depoñere & suspendere cogerentur.

Quamobrem ipse Papa, & cardinales, omnesque Romanenses, modum in mirum contra Martinum & tremere & excedescere cōperunt, doctrinam ejus a mathematizantes, idolum Martini suis cum scriptis, veluti hæresiarcham, igne publicè Romæ cremantes, & in pœnitenctiis utq; modis omnibus ceu alterum Athanasium persequi non desistunt, potissimum, quod disputaverit, Romanam Ecclesiam non esse divino jure primam, & caput Ecclesiarum orbis: & alia quædam ejus rara & ardua dogmata, quæ non modo Romanenses, sed & complures ali i doctissimi præcipue tamen Thomistæ, impugnare non cessant.

Veruntamen Martinus ille, Theologorum nostrorū tempestatis omnium facile sapientissimus princeps, doctrinam suam evangelicis testimoniis, & divi Apostoli Pauli, nec non priscorum orthodoxorum patrum originalibus dictis roborsans & comprobans, eatus perstitit invictus, habens & ipse nihilominus adhærentes & consentientes etiam aliarum regionum consumatissimos theologi doctores, ut eruditissimum & eloquentissimum illum divinatum scripturarum interpres novum, Erasmum de Roterodamo, Ioannem Reuchlin, Iacobum Stapulensem, Ludocum Clitoveum, & plures alios.

Cœpit autem prænarratum bellum literarum inter eum & Romanenses, & ipsa indulgentiarum cessatio, anno D. millesimo centesimo decimo septimo. Hallis autem, & per Saxoniam sequenti fuit annos suspenſa, primo & unico anno (ut fama fuit) centum millium aureorum damnosam privationem inferens Romanis. Proinde pius lector pensitare poterit, quām inestimabilis collecta dum taxat per Germaniam fuisset pecunia, ipsum si indulgentiarum negotium adhuc integro iusto, uti præfixum institutumq; fuerat, perdurasset. Altò Deus, quo sum tanta tandem devenisset pecunia? Reversa haud aduersa Thuscum,

vix aut nunquam præcindatur expolita. Quo igitur deveniet? Dubio procul illo, quo indicibilis hesaurus sub Alexander sexto per Raymundum, gracioſissimi ac indulgentissimi Iubilæi à latere legatum, contra Thurcos collectus, deuenit, in cardinalium videlicet, & præser-tim papalium amicorum araria repositus.

Nec mirum, cum nuper quidam frater ordinis mendicantium, præfatarum indulgentiatum per Saxoniam terrasq; nostras commissarius, moriens duo millia florenorum, quos ex pœnitentium lachrymis corraserat & exraxerat, in extremitis reliquerit. Et quidem, expeditio nem in Thurcos magnopere necessaria, ambigit nemo, sed ad eam promovendā Romanenses post mortem Calixtitertii, qui magna eam ob rem fecit, pecuniam, nou dicā propriam, sed nec in hunc quidē finem collectam, unquam curarunt exponere: qui ut sunt & dictissimi & potētissimi, si à dicto tempore decimam duntaxat bonorum suorum partem, id est, decimum denarium contra Thurcos impendissent, dodum ipsum. Thurcum extra Europam fugassent, & ultra Bosporum residere ac quiescere coegerissent. Ast nunc eorum injuria, fraude, & avaritia asiidiue Thurcorum vires increscunt, habentque exire timere (quod Deus avertat) ut, qui nunc modicum pro cuitione fidelium sponte detrectant exponere, tandem totum cum ipsa vita dare cogantur, etiam invictissime.

Et quidem prædicta omnia, quæ de Romanis exaravi moribus, non meo sensu vaticinatus sum, sed ea cuocita ferme in quodam tractatulo, vernacula nostra lingua impresso, descripta comperti, eaque huic operi vitiiorum odio, veritatis autem amore, intexui.

Porro quæ de Martini Lutheri doctrina differui, non sicut discipulus illius affectivè, (quod absit) sed potius admirative posui, utpote nullius adhuc juratus in verba magistri. Sed cum si & ego more suspensus multorum quo usque per Oecumenicum universale & generale concilium, quid in tam arduare tenuendum sit, decretum fuerit, paratus nihil tamen minus, & modo & semper à recte sapientibus doceri, quorum etiam, & potissimum Romanæ Ecclesiæ judicio hac præsentia, & alia qualiacunq; mea scripta & corrigenda & examinanda subiiciota, metsi ego supra narrata non de Romanis

biora, & execrabiliora de Romanis ad Eugenium summum Pontificem depromserit. Quæ utinam vera non essent, utinam mendaces in hac parte essemus omnes, ut vitiis eliminatis, Romæ sanctitas ipsa, & morum integritas, justitia, & veritas, ad salutem totius orbis, & fidei rebatur, inveniretur: destruereturque, ceu falsum & injuriosum, illud vulgatissimum etiam laicorum dicerium, quo dicunt, Romæ propiores Christianos esse deteriores, & curiam Romanam non querere ové sine lana. Sed nūc de hisfatis.

Idem. Anno Domini 1514. Hallis oppido Saxoniz, quidam Iudeus baptizatus, Ioannes Pfefferkorn dictus, homo flagitosissimus, captus, & in vincula coniectus, tortusque, scelera immanissima & inaudita de se fassus est, quæ nec in morte revocavit, & in primis quidem, quod per viginti annos Sacerdotis officia celebrando, baptizando, confessiones audiendo, &c. exercuerit, cum ordinatus aut consecratus nunquam fuerit: item, quod tres hostias consecratas subtraxerit, unanq; per sead crux usque effusionem dispunxerit, reliquas Iudeis vendiderit, item quod Albertum Archiepiscopum Magdeburgensem, & fratrem ejus Ioachimum, marchionem & Principem Electorem intoxicare intenderit, & ob hanc rem centum à Iudeis florenos, qui ex marchia pulsi & ejecti fuerant, ob scelus complicum corundē, quo nuper Sacramentum Eucharistiz à pseudochristiano emtum, etiam usque ad sanguinis emanationem, aliorumq; prodigiorum ostensionem, martyrizaverant, & eapropter ad sexaginta combusti fuerant, ceteris omnibus fugatis & dispersis, & quibus & ipse (ut dictum est) prædictam pecuniam pro intoxicatione acceperat. Ipse siquidem curias magnatum, tanquam Sacerdos & in medicina peritus, frequentabat. Quare facile id, ni Deus impedit, facere potuisset.

Proinde & confessus fuit, complures se medicinæ sub specie peremisse Christianos: item, quod se ad tempus pro Messia gesserit, & cum duodecim discipulis per pagos & oppida quæstus causa ierit, multaque mira appareret, sed & factæ tecerit: quod duos infantes rapuerit, unumque Iudeis venditum, mox eundem, cum eis pariter sanguinem extrahendo, interficerit: (alium tamen intactum restituit:) item quod omnem populum, & Magdeburgensis & Halberstadiensis diœcesum, & intoxicare, & eorum bona, quantum ei possibile foret, comburere voluerit. &

quinq; aureis vendidet.

Præterea complura alia piacula confessus est, ob quæ morti adjudicatus, pri-
mum cudentibus uncinis disceptus fu-
it: deinde ad locum supplicii, ad carni-
terium videlicet Iudeorum tractus, ibi-
dem igne assatus & combustus, horribili-
tet interiit. Obiit tamen (ut & vox & fa-
ma cōmuni erat, & impressū vernacula
lingua extat) ut verus Christianus, deme-
ritas pœnas sub bona spe fideq; sufferens,

Idem. Hæc omnia ille Simon de Cas-
sia, Christianissimus theologus, quem per
omnia sui quidem ordinis, nostri sed tē-
poris magnus ille theologus Martinus
Luther, Wittenbergensis Academiz or-
namentum & corona, in divinarum ex-
positione scripsit aratum imitatur.

Qui & ipse, omni prorsus posthabita
& contenta Philosophia, purissimè tra-
ctat docetque literas aspidè admiranda
& penè inaudita divinorum eloquiorum
arcana producens in lucem, ob magi-
tudinem ingenii & dexteritatem toto
clarus in orbe: quanquam nec ipse, instar
divi Hieronymi, æmulorum careat invi-
dientia, scholasticorum videlicet Theolo-
gistarum, qui in sacris philosophantur li-
teris, persecutione. De quibus omnibus
infra suis locis & annis dicetar propensi.

Idem. Copiosissima materia scribendi,
vel potius plangendi de his temporibus
infamibus, & effeminitatis, se offert: qui-
bus totam Italiam, maximè tamen Ro-
mam magnitudo scelerum, & vitiorum
vorago penè absoruerat, & Simoniacæ
pestis lethaliter omnino infecerat. Lon-
gum esset etenim, singula dinumerares: i-
mò prolixum foret plurimum, folius Bo-
nifacii præfati noni bella & acta languida
perstringere, & quæ ab temporibus ejus.
dem usq; ad Ioannem XXXIII. in Eccle-
sia, propter pesimum schisma & pontifi-
cum ambitionem, contigerunt mala.

Idem. Anno Domini 1484. fuit legans
quidam eum indulgentiarum remissione
plenaria in Suecia, ubi & hoc anno, &
stivo præsertim tempore, prævalida fer-
buit pestilentia. Qua fretus legatus ille,
miro modo & insatiabili explumavit pau-
peres. Quare author historiz Sclavicz, ex
quâ hæc transcripsi, ita exclamat: O Petre
Petre: non tibi dixit Christus, Mulge, aut
Tonde, sed pasce, pasce, Ioan. 21. Ideo ape-
ruit infernus os suū sine termino: & intra-
bunt majoros sine numero, Esaiæ 5. Mis-
ericordia autem conceditur parvulo, &
exiguo, quoniam potentes potenter tor-
menta patiuntur, &c. Sapient. 6.

Idem. Anno Domini M. CCC. XCIV.

cogerentur manere in praedicta urbe, & visitare ecclesias septem, ex quibus Ecclesia monasterii nostri, ibidem in suburbio posita, etiam erat una: quibus indulgentiis praedictus Papa maximas pecuniarum summas a fidelibus Christi exhauit & extorsit que omnino sufficere videbantur ad passagium terrarum sanctarum contra Saracenos. Sed o Deus, quod de veneruntur: sed non in perpetuum. Dies enim Domini revelabit, qui abscondita tenebrarum producit in apertum, &c.

Idem. Anno 1365. lector quidam, Paulus Cracoviz in conventu fratrum praedicatorum contra conceptionem immaculatae beatissimae virginis praedicans, subito coram omni populo corrueens, horribiliter expiravit: ut testatur Henricus de Hasia, & multi alii. Quod factum plures terruit in hac materia scribentes. Fatuum est enim de secretis Dei nimis curiosè investigare.

Idem. Quid facit Philosophia in Theologiam? Nempe, quod canis in balneo, Ego adiicio, & dico, quod secularis Philosophia in sacra Theologia facit id, quod absynthium in melle, venenum in laete, fel in vino, acetum in balsamo, zizania in agro, in ueste tinea, mus in pera, serpens in gremio.

Idem. Anno 1403. omnes dictiones euriiales summi Pontificis obierunt quasi: Cardinalis Yseriensis reliquit triginta millia ducatorum. Sed o quot Ecclesiastis, & monasteria, alia beneficia Ecclesiastica, antequam tot millia acquireret, estimatur gravasse & depauperasse? Item dominus cardinalis Mopolitanus decedens, ultra centum millia ducatorum auti reliquit.

Idem. Innocentius 7. Papa Romanus cives civitatis cum ramis palmarum obtulerunt, & omne dominium urbis Romae, etiam temporale illi concesserunt: sed minus juste, minusque laudabiliter: quoniam illa temporalium affluentia officiunt hand parum spiritualibus. Nec Petri successor, ipse Papa ejusmodi periculum sum temporale dominium sumisse debuerat. Nusquam equidem legitur, priscis quod temporibus, etiam post donationem Constantini (de qua cuncti curiosi canonistæ magnum faciunt festum quispam summus Pontifex temporale dominium urbis Romae gubernaverit. At novis temporibus, nos iraque memoria creati Pontifices, de illo, labores & dolores schismatis, &c.

frustra Rex appellaretur Romanorum: quia non verbis, sed factis prosperari quis debet, cum & lex non verbis, sed factis imposita sit. Et id ipsum copiose veteres protestantur historiæ. Eadem reperiuntur apud Engelbertum, Wusterwitz in Chronicis Marchicis; qui Romæ diu vivit, & oculis propriis pieraque vidit.

Idem. Anno D. 1294. Celestinus 5. in sumum est electus Pontificem, Anchoreta, ordinis divi patris nostri Benedicti, vir vita sanctissima. Qui cum vicarius & imitator Christi vere mitis esset, & humilis corde: constituit in primo consistorio suo, quod deinceps nec Papa nec Cardinales cum tanta pompa solennibus equis uterentur, nec mulis quidem, sed asinis veherentur tantum, dicens: Jesus Christus, filius Dei humili asini dorso uestus est, cujus nos imitatores esse debemus. Offensam igitur ob id incidit Cardinalium omnium ferme, praesertim Benedicti Cajetani, hominis ambitiosissimi, qui partes omnium agens, Celestium Papam, virum vere regum & simplicem, velut insufficientem tanto operi, resignare papatui persuasit. Per fistulam etiam frequentius noctu in cubile per parietem missam, velut coelica vox esset, loquebatur ei: Celestine, Celestine, renuncia papatui, quia aliter salvari non poteris, nam vires tuas excedit.

Idem. Anno D. 1328. Ioannes 21. Papa in publico consistorio condemnavit literam capituli generalis fratrum Minorum in Perusio celebrati. Quamobrem anno eodem Michael de Cesano, ejusdem ordinis minister generalis appellavit contra Papam, afferens, Papæ determinationem de paupertate Christi fore hereticam: praedicta siquidem litera synodaliz fratrum Minoritariorum continebat, p. 177, quod Christus & Apostoli nullitus rei dominium habuerint in proprio vel communio: & quod in his, que habuisse leguntur, tantum habuerint, absque jure aliquo, simplicem usum facti, id est, rei, Papa autem contrarium determinans, prefatum Michælem, & multos alios doctores illi consentientes excommunicavit, & pro hereticis damnavit: ediditque proinde constitutionem, que incipit: In agro Dominico propter singularia, dubia, suspecta, & temeraria, que Begardi, & Beguinæ prædicabant, & strictissime observabant, &c.

Idem. Anno D. 1513. Iulius 2. PP. non tam Apostolicæ sedis claviger quam ar-

autem decimo pontificatus sui anno.

Idem. Anno 1503. Alexander PP. VI.
ejus nominis, 18. die mensis Augusti, ve-
neno periit: sub cuius papatu Roma (ut
ait Volaterranus) gentium refugium, &
arx populorum, omnibus seculis nobilis,
jam carnificina facta erat. Erant &, eo vi-
vente, Romæ sacra venalia cuncta.

Idem. Notandum, secundum Volater-
ranum, quod cœnobium Cassinense, re-
ligionis nostræ caput, quadraginta mil-
lia aureorum redditus olim habuit: Ur-
bes insuper, opesque complurimas, si
per Tyrannorum rapinam licuisse, pos-
sedit. Vnde videtur, regna potius quam
cœnobia virum sanctum posteris reli-
quisse: & forsitan ignorasse, non se tam
pauperibus hospitium, aut Christi servis
ad divina subsidium, (uti sperabat) quam
Clericis ac Sacerdotibus otium atque lu-
xuriam parasse.

Idem. Devorat agricolam Rex, Regens
tyro, sed illum
Vsurator edit, comedit sed presbyter istū,
Presbyterum meretrix, meretricem leno
remordet.

Lenonem capo, sed casponem parasitus,
Illum sexipedes, simia scxipedes.

Idem. Magister Ioannes Kemnitz, co-
gnomine Dorre, concionator fuit verbi
Dei zelosus, & irrefragabilis veritatis
affertor, tam Episcoporum, quam alio-
rum potentum excessus libere, & con-
stantissime corrigens, & denuncians: cla-
rus anno 1512.

Idem. Adpœnam tardus sit Rex, ad pre-
mia velox,

Et dolens, quoties cogitur esse ferox.
Quanto quis major, tanto placabilis ira:
Et faciles motu mens generosa capit.
Parcere prostratis scit nobilis ira Leonis:
Tu quoque fac simile, qui quis regnabis
in orbe.

1524. *Wilhelmus Farellus.*

Hic inter primos Basileæ contra Mis-
sam & papisticos abusus publicè dispu-
tavit, & populum docuit: quem secutus
est Oecolampadius. In gravi hoc reli-
gionis dissidio Senatus Basiliensis Eras-
mi, qui tunc ibi degebat, consilium per-
quisivit, sed ille suo more super quæstio-
nibus Theologicis politice respondit:
quaæ quidem in operibus ejus non reperiun-
tur. Sed apud Wurstisium in Chronico 7.
part. Lector earepetiet. Imp. & PP. V. S.

1524. *Marinus Caracciolum, & Hie- ronymus Aleander Cardinalis.*

us, quam firmis scripturæ testimoniis fue-
rit convictus, Lutherum paratum esse
ad eam rem, quocunque loco iustus fue-
rit sese sistere, modo rectè caveatur. Qui
oblatione minime contenti, paulò post
Lutheri lucubrations, incognita causa,
incendunt, & exurunt. Eo cognito, Lu-
therus, convocata omni multitudine
scholastica, Wittembergæ, & magna
doctorum hominum comitante turba, jus
pontificium, & illud nuper evulgatum
Pontificis decretum, palam incendit,
Decembri die decimæ: & postridie, cum
doceret, vehementer admonuit, qui suæ
saluti consultum esse vellent, ut à regno
pontificio sibi caverent.

Edito deinde scripto, sui facti ratio-
nen exponit, suaque voluntate, consilio,
& opera pontificios libros esse crematos,
proficitur, his nimis de causis: primò,
verus esse morem, & singulis temporis
bus observatum, ut mali & perniciosi libri
flammis aboleantur, ejusque rei testi-
monium in actis Apostolorum extare:
deinde, ad suum officium, ut qui sit in
Christo baptisatus, qui sit sacrarum lite-
rarum Professor & doctor publicus, per-
tinere, ut impiam doctrinam oppugner,
& salutarem hominibus proponat, & fal-
sas opiniones hominum animis eripiat:
idem officium ad complures etiam alios
pertinere, & ut hi vel imperitia, vel pe-
riculi metu impediti, non faciant quod
debent, se tamen idcirco excusari non
posse, nisi bona fide munus suum faciat:
Pontificem quoque, & ipsius clientelam
omnem sic esse deploratè miseros, & ob-
stinatos, ut non solum rectas admonicio-
nes non admittant, verum etiam Christi
doctrinam, & Apostolorum damnent, &
homines ad manifestam impietatem co-
gant. Imp. & PP. V. S.

De eisdem.

Anno Domini 1521. habitis Comitiis
Wormatiæ, magna exparte digressis
principibus, cum ab Aleandro & Carac-
ciola in angulo quodam edictum contra
Lutheri dogma esset cusum: proximum
etiam fuit, ut libri ejus cremarentur,
quos quidem ante palatium Cæsaris si-
carii & ligores, præente & præcinen-
temonacho, qui Iesus dicebatur, ad ig-
nem gerebant, flammisque exurebant.
Et cum ad hoc spectaculum ipsi legati,
Aleander & Caracciola, sublimes ad
fenestrarum confiserent, oculosque su-
os invicentes, sicut leonardus ad son-

temere emulum, & irrevocabile verbum
quidam, qui post ipsos hærebat, auribus
arripuit, & propalavit: unde monitile
gati, præ angustia non audebant amplius
de die in plateis incedere: sed conti
nentes sese intra palatium Cæsaris, cum
illo tandem secundo Rheno Moguntiam
navigarunt. Qua in urbe, veluti etiam
Antuerpiz, cum similem in modum cum
Lutheranis libris procederent: prætor
quidam civitatis Alexandro in frontem
dixit: Consilium, inquiens, impiorum
tu quoq; non adiuves. Quod & ipsi non
modo à viris summis, verum etiam ab
infima plebe audire cogebantur, quæ di
cebat: longè melius videri, si ligna ista,
quibus Lutheri scripta comburebantur,
ad Sodomitas Romanenses uno in rogo
extremandos reservarentur. Hedio. Imp
Car. 5. Papa Paulo quarto.

D. Hier. Schurf.

1521. Cum Wormatiæ D. Martinus Luthe
rus, simplicitate & ignorantia politico
rum negotiorum & processuum, ex spiri
tus magnitudine, & conscientia bonæ
solatio, salvum conductum suum, publicis
cè datum sibi à Cæs. Majest. curia, renun
ciasset, & sic penè se ipsum in discrimen
conjecisset, ipse Doctor Schurfius (quem
Illustrissimus Saxoniz Dux, Elector Io
an. Frid. adjunxerat illi) non solum hoc
arte diluit, & excusavit, sed & Eccii alia
as fraudes ita avertit, ut Lutherus saluus
inde revolarit. Ex quo sanè mirabilis
Dei Opt. Max. sapientia, & providentia
elucescit, quod, cum nec honorificè me
moratus Princeps, nec diætus Doctor
Schurfius fuerint ejusdem cum Lathero
religiois, temen singulari Dei consilio
& voluntate, & salutem & religionem e
jus strenue defenderunt. Imperatore &
Papa ut supra.

De eisdem Comitiis Worma maciensibus.

Pontifici cum audirent, Lutherum ini
tinere esse, quem exemplo Ioan. Hussi
territum, non comparitum speraverant
cause summetuentes, efficiunt, ut Cæsar
Glapecensem Gallum, concionatorem su
am, & Paulum Armbsdorfum cubicula
rium, ad Franciscum Siccingum ableget,
petens, ut is Lutherum in arcem suam E
bernburg suscipiat, esse enim tot & tan
ta negotia præ foribus, ut commode non
possit audiri Lutherus Wormatiæ, quem
in arce Ebernburg causam suam dicere
velit.

Lutherus, hoc auditio, verbum Dei, in
quit, injuriam patitur: at ego, qui voca
tus sum literis, cò me conferam. Fue
runt autem pleri; in ea opinione, subor
natam fuisse istam ad Siccingum legatio
nem artibus Pontificiorum quorundam,
sine Cæsar's jussu, volentium & impedire
adventum sui Eliæ, & prægravare Luthe
rum, quasi sponte & de consilio suo no
luisset wormatiam ex metu ingredi, &
censuram de se refugisset:

Et cum alii essent, qui bono animo des
hortabantur Lutherū, ne adversariis con
fideret, vel VVormaciā veniret, re
spondit ipsis, inquiens: Hæc est dies quam
fecit Dominus, vocatus ego venio, voca
tus ingrediar in nomine Domini nostri
Iesu Christi, etiam si scirem, tot esse dia
bolos VVormaciæ, quot sunt regula in
edium tecis. Venit ergo VVormaciā
16. die Aprilis, ubi, cum ingrederetur,
accidit, ut Ducis Bavariæ histrio aulicus,
Coclæus, vel, justus ab aliis, vel, quod
verisimilius est, fatidico quodam, qui ei
tribuitur, spirito, obviam venerit Luthe
ro, manu gestans crucem, cuius in funeri
bus usus est, & alta voce canens: Adven
isti desiderabilis, quem expectabamus in
tenebris. Selneccerus, & alii.

Ex B. L. de Roma & eius 1521; Imperio.

Imperium postquam Romanum vasit, &
urbem.

Ausonia clerus falsis invasit apachis,
Et Constantini valuit donatio ficta,
Romanus quamvis sceptro tripliciæ coronâ,
Ensis horrendus Presul feret atq; duobus:
Non tamen inflato potuit considerare regno.
Qs in sceleris tanti mens, & sibi conscientia p. 179;

furti.
Subrepidet, nec posse diu male partaturi,
Ereptumq; iri timeat cornicula plumae.
Sed quid non penetrat regnandi saera cuso
pido?

Fertur in omne nefas, nulla est reverentia
divinæ,
Nullus amor recti, sanctum nec curat bone
sum;

Quem sensel infecit dominandi dulce vene
num.

Iamq; Dei Chistique vices, persuaserap
emni,

Se gerere in terris populo simulata prophans
Pontificis pietas, & coeli lumina nesse.

Esse nisi, leges vel iniquas condere, nullo
Condita Pontificem dissolvere iurare atque.
Se Phœbum, terris & lumen posse negare,
A radisq; suis sua sumere lumina Phœbus,
Pontificem in summa Romanum singula
posse.

Sed timor usque subest, habet & formido
tyrannum,

Credulane fraudes deprendat turba dolosar,
Excutiatque iugum scelerati Principis, atq;
In libertatem sapiens se vendicet olim,
Romanaq; velit volucris sua iurare ferri,
Gestasq; proprias ut dominetur Caesar in
urbe.

Edicit, summūq; Deum mandasse subinfert,
Audiat ut solus plebis secret a sacerdos.
Nec satis esse ramen, sepe peccasse fateri:
Tempora, chmque loco personam, punctaque
myste

Sed retegenda sacro, cordisq; arcana fatenda
In sua dein cantum Idolum iurare coegerit
Verba sacerdotes: comisit quid quoque si
plebs

In maiestatem, turpis mortemq; Cynadi,
Imperat ut referant lapidi sint cetera dicta.
Qui melius potuit firmasse tyrannida verum
Regnum Antichristi q; suum, sceptrumque
superbum?

Nil fuit usque adeo arcanum iam tempore
ab illo,

Quod non vulgavit turpi confessio cleris.
Nec satis esse ratus, venerandum ex ordine
ne ademit

Coningium cleri: quia caste nebulo gentem,
Inter delicias Cereris fomentaq; Bacchi
Nutritam, nullo vulturam tempore nosset,
Atq; ita legitima uxoris cum copia absset,
Sollicitaturam ibalamos gentisq; probane
Uxores: quibus ex. si quid fortasse maritus
Arcani gereret, cleris resciret adulter.
Feminanam rigido quid posset villa Priapo
litibus & cali crebris moribunda, sacere?
Fortior ad Veneris quo sit quoque prælia
clerus,

Famineoq; gregi longe sic charior, omnes.
Papa iubet summo crines de vertice radis.
Redditur etate affectus sic masculus anser
Utilis ad Venerem, vulsi de vertice plumis.
Summan o' nequitiam Anichristi: Christe,
precamus

Poplitibus flexis, summo delabere caelo,
Atq; hostem prosterne tuum. Sat Christe ma-
lorum

Perpetuum humanum geno est. Sat curiae ne-
quam

Anichristi ovium deglubit. Perde nefan-

Pandere non patitur Romanus, Christe,
tyrannus.

Antonius Cornelius Lynnichanus
in oratione sua, habita Colonia frequen-
ti clero, de regula vita Pontificum, sa-
cerdotum, clericorum & mo-
nachorum, quales esse de-
beant.

Officium tuum, inquit, aptissime Hiero-
nymus super Levitico scribens commo-
nistrat: ut habes 36, distinctione, quem Ca-
nonem ad verbum hic subiicere lubet: Si
quis, inquit, Pontifex vult esse, non tam
vocabulo, quam merito imitetur Moses
& Aron. Quid enim dicitur de eis? Quod
non descendunt de tabernaculo Domini.
Erat ergo Moyses indesinenter in ta-
bernaculo Domini. Quid autem ei opus
erat? ut à DEO aliquid disceret: aut ipse
populum doceret. Hæc duo sunt Pontifi-
cis opera, ut à DEO discat, legendo
Scripturas divinas, & sepius meditando:
aut populum doceat: sed illa doceat, quæ
à DEO ipse didicerat, non ex proprio
corde, vel humano sensu, sed quæ Spiritus
Sanctus docet. Est aliud opus quod
fecit Moses: Ad bella non vadit: non
pugnat contra inimicos: sed quid facit?
Orat: & donec orat, vincit populus: si
relaxaverit & dimiserit manus: populus
vincitur & fugatur. Oret ergo sacerdos
Ecclesiæ, ut vincat populus, qui sub ipso
est, hostes invisibles Amalechitas, qui sūt
daemones impugnantes eos, qui volunt
pie vivere in Christo. Hæc Hieronymus.
Verendum est proh dolor (tu audentius
quid dicam) Pontifices nostros non mul-
tum vacasse orationibus: non usque adeò
meditatos fuissent legem Domini: non con-
tinuam moram traxisse in tabernaculo
Domini: quin pro lege Domini, medita-
tos fuissent legem Martis, Veneris, & Bac-
chi: de tabernaculo Domini abscessisse
ad cruenta bella: pro gladio Spiritus
sancti, quod est efficax verbum Dei, ex-
missis gladiis cruentis Martis: non ex-
pansisse manus in cælum: sed per igna-
viam remisisse in cœnum. Imper. Carolo
5. Papa Leone zo. ut supra.

Ibidein. Audis præterea, non li-
cere plurimas habere uxores, quæ ani-
mum tuum allicant: non decere domi-
alere tot scorta, tot veneres, quæ te con-
tinuè exedunt, tuamque substantiam di-

Veneris os & labia circumlamberint? Quid est nocte se exhibere filium Veneris: die autem polluto ore, pollutissimamente insumere filium virginis? Tu quisquis sacerdos es, qui que totus divinis rebus es consecratus, cogita, quam indignum sit facinus, eo ore sumere adorandum illud corpus, quo putidam scorti carnem contigisti: iisdem manib; abominandas fortes contrectare, quibus ministrantibus angelis ineffabile illud mysterium peragis.

Item quam non conveniat idem corpus eundem cum Deo spiritum fieri, & unum corpus fieri cum meretrice. Pudet me multa de his dicere: quz tamen mulieres minime pudet facere. Vellem mendacii arguerer. Hæc, ut vereor, veriora sunt, quam ut redargui possint. His & aliis datur scandalum populo: præbetur offendiculum vulgo: cui hac tempestate viles & contemptui est ordo quilibet sacerdotis. Vilis plebs te sacerdotem nunc cachinnans, atq; ludibriis incessit, & odit, ut qui calumniandi ansam ultrò præbueris. Dicit namq; Tot hic aut ille scorta domini sue ex patrimonio crucifixi nutrit: quo non sordida scorta, sed pauperes Christi forent sustentandi. Tot hic aut ille sacerdotiis seu (ut dicunt) præbendis & beneficiis Ecclesiasticis est sufficiens: quem non multis sacerdotiis deceperet esse sufficiatum, sed vita, moribus, atq; virtutibus esse probatum.

152 i. Alydenus Corallus in oratione sua ad Carolum maximum, Augustum & Germania Principes.

Ita illorum gratia, & vos quoq; rosas recipitis, & aureos mucrones, ampullofa nomina: videlicet, Christianissimus, catholicus, strenuus, & si quz sunt alia vobis nota: que vobis decernunt Principibus: non quod tam ardenter ament, vel propagari velint limites Christianos, sed quod ansa non sit resistendi posthac illorum tapacitari. Subinde ut obstrictos faciant vos: ut, si quid cum populo vestro egerint crudelius, nemo vestrum austre reclamate: nemo cristas erigere: demulces nimis in magnificis munieribus in anum nominum, Catholicus, vel Christianissimos. Id est, ut clare dicam, pastores mandragoræ poculo inebriant: quo, illis dormitantibus, ipsos oves deglubant,

Ibidem. Commendat D. Hieronymus Episcopum aquendam, quod fatus

ut suum templum magnifice esset extrahum. Quod utcunque tamen ferendum esset, si in Basilikam conferretur, non in castrum, in scorta, in pompam, & luxum. Nostis fortasse, quid nuper Pasquillus, & Vadiscus dixerint. Christus, cujus se ille successorem jactat, in terra non habuit, ubi caput suum reclinaret. Electus in regem, aufugit. Discipulos docuit paupertatem, humilitatem. Ille ædes sibi extraxit magnificentissimas. Quis vestrum, O Principes, tam sumtuosam & spacieatam habet arcem, ut ille servorum servus? Quis vestrum tot satellites, tot satrapas, tot miliones, ut ille?

Ibidem. Quid jam est illorum religio?

Tolle illorum traditiones, & vide, qualem invenias Christum. Succide illis quæstum, & vide, quam diu se cingant funibus, ciliciis. Quia tamen, si tales essent, quales se venditant eiusmodi imposturis, tolerari utcunque possent. Imp. Carolo. Papa Leone 10. ut sup.

Bartholomaeus de Saligniaco, E- 152 z. ques, & Iureconsultus Gallus, in Itinerario Hierosol.

Hic in capite quinto sic scribit: Progradientes venimus ad portam speciosam, per quam itur à Ierusalem in Bethaniam. In hac porta Petrus ascendens in templum, rogans eleemosynam ab Aenea fratre, aurum & argentum non habeo, quod autem habeo, tibi do in nomine Domini Iesu surge, & ambula memor verbi Iesu, gratis accepistis, gratis date. O tu Papa, qui es, quique futurus es, aut Evangelium nega. Hæc ille Imp. Carolo. 3. Papa 225. Adriano 6.

Mattheus Schienerus, Episcopus 152 z. & Cardinalis Sedanensis.

Iste ubi primo intuitu nonnulla de Lutheri scriptis hinc inde legit, addidit: O Luther, Luther, tu sane secundum ostinentium Lutherus es, & impidus. Idem etiam cuidam, qui, se mox bona nova de Victoria Eccii, contra Lutherum Lipsiz disputantis, allatorum esse promittebat, expeditè respondit. Disputet Eccius, de quo voluerit Lutherus nihil, nisi veritatem scribit. Imp. & Pp. ut sup.

plus, & Cuius iustus homo, nō
therus summā ope nititur, ut nos ē ca-
ptivitate Babylonicā rapiat: at nos caci-
sumus, & in carcere cum voluptate per-
manentē volumus: cum potius Deo
gratias agere deberemus, ut qui nobis
hunc, velut Eliam quendam, miserit in
angustiis nostris: orare deberemus inde-
finenter pro tantis viris vitā: sed nedum
hoc agamus, illum etiam intrīscere cupi-
mus: & ecce salus nostra p̄r fortibus est,
at nos ostio pessulum obdimus, &c. Imp.
Carolo 5. Papa Adriano 6. ut sup.

*Iacobus Fontanus in Historiis Ec-
clesiasticis libro 1.*

Anno salutis humanæ 1517. ex liberali-
tate authoritatis Apostolicae sedis con-
cessis indulgentiis; ad remissionem o-
mnium peccatorum firmiter certiusque
consequendā, impudenter, nimis immo-
dice, vili pecunia studio flagrantes, plu-
rimi, nimis præconeis beneficiorum si-
ve indulgentiarum, his inquam concessis
indulgentiis abusi, ansam F. Martino
Lutherō, supra modum malignandi, in-
vehendi contra indulgentias, deinde ve-
rō annihilandi authoritatem ecclesiaz, de-
derunt.

Cæterum si res ita se haberet, nec dico,
hec asserere queo: nihilominus recordor
interim, beneficium indulgentiarum
concessarum à supra dicto pontifice, no-
men à Cruce mutuasse (Cruciata) earum-
que indulgentiarum declamatoribns seu
prædicatoribus, ingentes baji lantibus &
circumferentibus p̄ locatunc atque pa-
rochias, seu Ecclesiás, crucis imagines,
ex ligno fabricatas, & rubricatas, ibi-
demque circumcircà relictis, gravi exa-
& tione populum mulasie, cum impo-
sturā & derisione populi illius.

Verum qualecunque sit vulgi hac de-
rejudicium, istud quoque constat: o-
mnem illam pecuniam talibus artibus
comparatam, in alium usum esse conver-
sam. Etenim hinc neque templum, seu Ba-
silica D. Petro nuncupata, emolumen-
tum aliquod accepit nec Turcam p̄rin-
cipis extincta aut diminuta fuit pote-
stas, atque tyrannis ademta. Vnde ple-
risque persuasum est, numeratam istam
pecuniam, Pontificis aliorumque prin-
cipum & Prælatorum, communem fuisse
prædam & spolium.

Et hic summus pontifex, cæterique
tam pretiosi beneficii dispensatores, offi-
cii sui memores esse debent, & hanc A-
stoli sententiam dispicere, qua dicit: Po-
testatem dedit nobis Deus in ædificatio-

Itanismo hanc prætentem intulerunt
pernitiem, quā cum & animorum & vitz
periculo sunt proh dolor exterritati
non pauci mortales.

Confestim hujus rei atq; tragœdia fa-
etus certior Frater Ioannes Staupitius, Vi-
carius Generalis dicti Ordinis, quum ex
officio maxime ad se pertinere id negotii
(quod cum dispendio suorum agitaba-
tur) animadverteret; & vir ingenio &
præclaris facinoribus esset præditus: in-
super quoq; ex Illustri familiâ procrea-
tus, in vultu & staturâ majestarem quan-
dam p̄ se ferret, cum demique tacundia
polleret; profectus adaulam Friderici
Ducis Saxoniz, ibidem honorificè fuit
susceptus, quem idem Dux, omnium pri-
cipum Germaniz facile primus & potes-
tissimus; benevolentia prosequebatur
singulari: is, inquam. F. Ioannes suprà
memoratus; optimo aliquo Duci, tan-
dem p̄ sua sit speciosis verborum fucis &
pompis, indulgentias has pontificias
(quas tantopere suspiciebant, & extolle-
bant prædicatores quidam) metas esse
fraudes, depauperationes, & depreda-
tiones vulgi, & quotquot eorum essent
præcones, perversitatis & abusionis insi-
mulabat: & nihil minus agere, quam
quod animarum salutem curarent, solū
amorem nummi ducti, autemabat.

Acquiescens itaq; Dux optimus sermo-
nibus Augustini huius, quasi piis,
veris, & orthodoxis, afflatus ludibrio,
act tandem ita etiamnum cædio, indulgen-
tiaz Papales displicere & illi cœperunt:
cœpitq; & is ipse aversari, infringere, &
explodere. Hæc pontificius scribit. Imp.
Maximiliano 1. Papa Hadriano 6. ut sup.

Idem. Haeresis Lutheri nunquam eum
progressum sortita fuisset, si non perpe-
tua vicissitudine affinium & cognatorum
magis, quam doctorum hominum ratio
haberetur, quibus Ecclesiarum cura delo-
gata fuisset si quoq; non favoribus, divi-
tiis, & genere pastoralem curam exercu-
issent indocti: sed rectius, verius, & di-
gnius, si de viris probioribus, & doctio-
ribus, quam haecenus, Ecclesiis prolo-
& cum fuisset.

Ioannes Podusca:

Scripsit etiam Lutheri Sacrificulus qui-
dam in Bohemia, Ioannes Podusca: Ma-
gna me tenet admiratio, mi Martine, quod
cum cæteri omnes, ut videri volunt, do-
ctissimi teceant, tu solus ad prædicandū
palam surrexeris haud: in animum indu-
sistor criminacionibus. & execratio-

proponere. I. proposito agnoscitur, p.
li sui Deus constituit, quem scio non
mercenaria si aude, quia necessaria sunt
ad salutem, doq[ue]rum esse. Imp. & Papa
ut sup.

Nicolaus Egmondanus.

Nicolaus iste, magister Louaniensis,
& Carmelita, sub ipsa Evangelii luce,
talgā cœcior credidit, docuit, ac scripsit:
Pontificem Romanum esse omnium re-
rum cœlestium, terrestrium, & subterra-
nearum dominum: omnesque principes
Christianos ab eius natu pendere: & ha-
bere imperium in angelos, ac dæmones.
Eius vitam, cum Epistola ad H. Zingulum
de magistris Lovaniensibus, Balwus se vi-
disse ait. Imp. Caro. 5. Papa Adriano 6.
ut sup.

Georgius Lilius in Chron. Angl.

Henricus 8. Anglorum Rex, quod li-
brum in Lutherum scripsisset, titulum
meruit Defensoris fidei, sibi & posteris à
Leone x. concessum. Imp. & Papa ut sup.

Ioan. Neuizanus in Sylva nuptiali.

Nihil honore in hac vita adeò fulget,
quia usu nimio vilesçat: abundâtia enim
generat fastidium, prout in sacerdotib.
videmus fieri, quorum multitudo eos
contemptibiles facit: & in pica, quia est
pulchra avis, & tamen, quia nimis lape
apparet, non magni fit. Imp. Caro. 5.
Papa Adriano 6. ut sup.

Monstrosum.

Lunzburgi non procul ab Hamburgi
monstrum è scrofa natum est anno 1523.
cujus caput hominis erat facies, longum
porrectum nasum habebat, in vertice gla-
brum & depile, instar rasi monachi, &
coronam, velut in monachis conspicitur,
collumque gruis: brachia, femora, pe-
des, manusque protus humanas habe-
bat, distentus & rotundum ventrem,
brachia salatum erat, & plumis femora
vestita fuerunt. Finc. lib. 2. Imp. Caro. 5.
Papa Adriano 6.

Terribile.

Eodem anno porcosacerdos Hale in
Saxonîa ipso die Palchatis natus est. Et
circa autumnum in regno Granatz, ma-
gnus castrorum ac civitatum numerus
terrâ absorptus est: ac Neapoli in diu
Gall. festo, tanta cœli tempestate sœvi-
tum, ut castella, arces, ac ingentia hinc
indantur.

Editus est liber sub nomine Claus Buer,
quem tamen conscripsi M. B. do Minen-
sis. In illo continentur scelerâ & flagitia
multa Sacrificulorum & Monachorum.
Primò impressus fuit anno 1523. & deinceps iterum. Imp. Car. 5. Papa Adr. 6 ut
sup.

Hermannus Episcopus Coloni- ensis.

i 5 2 3:

Padebornenses cum Lutheranæ religi-
onis tres pastores aletent, Hermannum E-
piscopum Coloniæ multis modis infen-
sum sibi reddiderunt. Hinc frigidam sus-
fudentibus Papistis, ipse adornavit
clanculum in civitate petorritum atque
milites, qui, occasione arreptâ, tres mil-
les celerrimè abduxerunt. Sed pluviis
semiram opplentibus, nescius autiga
quo vellet, exorbitavit, & delirio fa-
tali ad solem urbem Lutheranam dece-
nit. Eius loci cives rei imquam rati, at-
gnoscentes pastores illos, liberarunt, cur
rumq; vacuum quoque vehendo d. misere-
runt. Episcopus autem inde excandescens,
urbē variis minis de tradendis pastotib; s
folicitavit. Atqui Senatus respondit: vel
le se pro foro Pastorum causam audire: si
liberet episcopo, veniret, atque accusa-
ret. Quod quidem Hermannus, cum fas
cile videret, sed legitimè nihil obtinere
posse, non sine sanguinarii animi dolo-
re, concedere debuit. Imp. Caro. 5. Papa
Adriano 6. ut sup.

Aſtepius Barbatus.

i 5 2 3:

Sylvam hic conscripsit, in qua interg-
lia etiam Elegia in obitum Georgii For-
cheymii, qui Erphordiz, propter refor-
matam religionem, veneno sublatuſ fue-
rat, reperitur. Imp. Caro. 5. Papa Adri-
ano 6. ut sup.

Christiani tutiores sub Turca, quam Pontifice.

i 5 2 3:

Publicam pacem Pontificis in Græcia,
& alibi locorum indulget Turca non qui-
dem, quod bene cupiat ulli Christiano,
sed ut hac ratione (finis docebit forsitan,
aliud eius fuisse consilium) eò plures in-
nassam pertrahat, & ad obedientiam al-
liat. Nam cum videat, Pontificem Ro-
manum, quem Deum faciunt Christiani,
immanit truculentia persequi eos, qui
sunt religionis à sua alieni: ipse cupiens
humanior & clementior mereri, cuius-
cunque Deicultum relinquit cujoslibet
arbitrio liberum. In quo sancti mulieris

tras Sodomitas, & Indios, apertissimos Christi hostes, quam sinceros ejusdem cultores, ferre, fovere, & amare. Vnde canon Papisticus: *Grecis/Sauisis/Hurtis/Hubis/ thuts was ihr wolt/ allein werdis nur nicht Lutherisch.*

p. 184. Prodiit circa hæc tempora
1523. scriptum Henrici Kettenbach
sequentii titulo:

Delineatio, quam bellè conueniat Sanctissimo Domino ac Patri Pape, cum rare & peregrino, in Christiano orbe, hospite, IESU CHRISTO, qui haud pridem in Germaniam reversus, cideamus ob summum verbi sui contemptum valeatur, Aegyptum repetere animum induxit.

Etsi quam plurimi inveniuntur, qui Antichristum venturum existimant, & hucusq; expectant: misericordiam & alios fallunt, & ipsi falluntur. Regnum enim ipsius tyrannicum per multa jam secula floruit: nec non incrementa sumvit, & in altum surgere cœpit tempore primi Papæ, qui ad Cæsaream majestatem aspirabat: summam præminentiam affectabat: atq; præter, imò contra morem & consuetudinem, supra Romanum Imperatorem sese extollebant: cum tamen penes hunc esset facultas ac jus, Episcopos ac Pontifices vel creandi, vel depoenendi, prout sese in officio gerebant. Et sanè optimus tum temporis Ecclesiæ Christianæ status erat: quippe, quod multi doctrinæ, pietate, & religione conspicui florebant viri, Episcopi, ac presbyteri: Imperator Romanus nummis, & bonis valebat: nobiles ab Imperatore, eiusque principibus, stipendiis ornabantur.

Quò autem meliori statu tum orbis Christianus fruebatur: eò in pejorem, prohdolor, incidit: cum Papa Imperatoris majestatem involaret. Quemadmodum enim Imperatores Reges, principes, & in primis nobiles in summas pecunias, & fortunæ angustias adacti, stipendiis privati, regno, aulis, divitiisque expulsi sunt: ita Papa cum totâ clericorum catervâ, omnes totius Christiani orbis opes, ac bona, vi, fraude, dolis, impostris, mendacitis, aliisque miris technis, ad se rapuit: omnes mundi thesauros exhausit: Imperatorem regno, principes regionibus, nobiles atcibus præstigiis suis emunxit: Germaniam singulis annis censu trium auri tonnarum oneravit: Aquilam nido suo, Italiâ, extrafir: & ut

Meliam iunctum Christum, videre dehinc rānt. Ut enim hic ante mille quingentos viginti tres annos ex Maria virginine homo in mundum hunc natus est: ita & ille prius, quam regnum suum ad finem fere per venerit, haud cognoscetur. Id quod tum fiet: si totus clericorum grec, Papa, Episcopi, Sacerdotes, & Monachhi in pristinam servitutem redacti, Ecclesiæ subiecti, eique ministrare: contra verò eorum servi, Imperatores, Reges, Principes, ac nobiles, in priorem libertatem constituti, Clericis imperare confuerint. Et quidem haud immerito. His enim, & non illis data est potestas ad Reipublicæ gubernacula sedendi, clavosq; Imperii tenendi: his, inquam, dictum, TV PROTEGE: Illis verò, TV ORA SVPPLEX.

Verum enim verò ne quis putet, & falsè sibi imaginetur, Papam cum suis clericis tam doctrinæ sinceritate, quam vita integritate, ad Christum accederet operæ pretium fore duxi, si aliquanto altius perpenderas, an Papæ doctrinæ & virtutis cum Christo, eiusque officio conveniat, necnē. Si conformis erit Christo: Antichristi nomen ab eodem quam longissime aberit. Sin minus: Antichristus ab omnibus judicabitur.

Sciendum autem ὁντινός, hoc est, Antichristi vocabulum non unum tantum, sed multis, sibi invicem loco temporeq; succendentibus, adscribitur ibique posse: ita ut Antichristus primus Alexander, secundus Iulius, tertius Leo, & quisvis sanctissimus dicatur: cuius (ut Paulus 2. Thes. 2. vaticinatur) mandata Dei præceptis præterantur. Hæc si quis violat, vel à minimo sacrificulo vinolento immunis pronunciari: Illis vero qui non satisfecerit, non nisi vel ab ipsomet pontifice Romano vel à Lenonib, suis, interventu tamen & Papæ mandati, & magnis nummorum copiæ, absolvi potest.

At quid in hisce diu moror? & non potius Christum, & eius vicarium Papam inter se confero? ut quivis facile perspicere queat, talem inter eos esse consensum, qualis sit inter Luciferum & Michaelem: inter Lucem, & tenebras: inter veritatem, & mendacium: & ubi vicarius sit, illuc Christo nullum aditum patere. Christus. Regnum meum non est de hoc mundo. Ioan. 17.

Papa. Ego sum Regni Dominus. Imperator meus est vasallus, ac præses. Ideoque Grecos & Gallos suis regnis spoliari: sed Germanos, alijs liberos trans-

2. Christus. Vulpes toveas habent, & volucres cœli nidos: Filius autem hominis non habet, ubi caput suum reclinet. Luc. 9.

Papa. Roma, Persia, Sicilia, Asia, Lutetia, adeoq; totius orbis terrarum bona Dominum me salutant. Hoc qui non credit, omnes Romani Pontificis regiones, ac civitates enumeret:

3. Christus. Si vis perfectus esse: vade, vende omnia, quæ habes, & dā pauperibus: & habebis thesaurum in cœlo. Matth. 19.

Papa. Si Imperator Romanus vitam cum morte commutat: imperium ad me hereditariò pervenit.

4. Christus, cùm Iudei regem ipsum facere vellente, a fugit. Io. 6.

Papa. Ego & terrestris, & cœlestis Imperii Domini vocari volo. C. omnis dis. 22.

5. Christus. Reges gentium dominantur eorum: & qui potestatem habent super eos, benefici vocantur: vos autem non sic. 22.

Papa. Omnes Imperatores, Reges, principes, nobiles, &c. dominio meo sunt subjecti. Hæc in bullis suis, ubi ipsis, tanquam Domini servis, imperat, leguntur.

6. Christus. Quicunque voluerit inter vos primus esse, erit vester servus: & qui voluerit inter vos major fieri, erit vester minister. Matth. 20.

Papa. Cæsar iuramentum præstare tenetur, quod mihi, tanquam domino suo, subesse: extollere, & summâ veneratione ac honore prosequi me, velit.

7. Christus spineam coronam capiti suo impositam portavit. Ioan. 19.

Papa. Aurea mihi, & quidem triplex corona debetur.

8. Christus. Sine causâ & frustra collunt me docentes doctrinas, & mandata hominum. Matth. 15.

Papa mandatum, ac doctrina mea non aliter serventur, ac si vel ipsemet Christus dedisset, vel D. Petrus prædicasset.

9. Christus. Iugum meum suave, & onus meum leue eit. Matth. 11.

Papa. Si onus meum, quod vobis impono, tam grave est, ut vix quidem ferri, ac servari possit: nihilominus tamen obedientia mihi præstetur,

10. Christus. Scrutamini Scripturas, quia putatis, vos in ipsis vitam æternam habere. Ioan. 5.

Papa. Omnis sacræ Scripturæ authoritas ac veritas à me pender, cum cā prælubitu ago.

11. Christus. Ego sum via, veritas, & vita. Ioan. 14. Item. Si quis diligit me, mandata & sermonem meum servabit, &c.

Papa. Romanæ Ecclesiæ (scilicet) &

21. Christus. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur. Marc. ult.

Papa. Qui magnâ pecunia copiâ meas indulgentias sibi compareverit, non tam à culpâ, quam penâ peccati absolvetur: secus si quis vel fecerit, vel docuerit: hereticus est. Indulgentiaz hoc testantur.

13. Christus. Si quis delicti sui convictus: tamen nec unum, nec duos, nec tres testes, immo nec Ecclesiæ ipsam audierit: sic sicut ethnicus, & publicanus. Matth. 18.

Papa. Quid ad me hæc? Ego fulmen excommunicationis, quando, & in quem liber, sive rex sit, sive Imperator, vel magaz, vel parva autoritatis, conjicio. Hæc historiae, & jura ipsius testantur. Multos enim Imperatores, Reges, Episcopos, & Principes, contra Deum & jura excommunicavimus.

14. Christus omnib. veram penitentiam agentibus remissionem peccatorum ac regnum cœlorum promittit. Matth. 4.

Papa. Nemo apud nos salvatur nisi qui monachis, ac clericis meis omnia sua peccata confessus fuerit.

15. Christus. Diligite inimicos vestros, & benefacite his, qui oderunt vos. Matt. 5.

Papa. Omnes mihi, meisque Cardinalibus infernos summa excommunicatione persequor: nec eosdem absolvo, nisi magnam pecunia copiam exposuerint: Mos Antichtisto dignus, nec non jura ipsius hæc edocent.

16. Caristus. Si quis percussit te in dextra maxillam tuam: præbe illi & altera.

Papa. Vim vi repellere licet. (Matt. 5.)

17. Caristum, jubet DEVS OPT. MAX. ut audiamus. Matth. 17.

Papa. Omnes me audiint: judicium meum ratum & habento, & servanto.

18. Christus ad duos dicit fratres: Quis me constituit judicem aut divisorem super vos? q. d. ad mundanos judices hæc res spectat. Luc. 62.

Papa. Ego super omnia negotia judex sum constitutus: id quod in meum arbitrium plurimum facit.

19. Christus. Sermo vester sit, est est, non non Matth. 5.

Papa. Ante meridiem aliquid affirmo: immo literis ac sigillis confirmo, non fecus, ac si in æternum fixum, firmumq; esse debeat: at à meridie pecunia corruptus, idem nego. Quid? quod eandem tem decies litteris ac sigillis & confirmare & infirmare non erubesco? At, curiam meam hac ratione pecuniæ compleri, video.

20. Christus. Petre, pasce oves meas. Io. 22.

Papa. Pasce oves meas, & non dubitabis.

getentur, puta, ut iacircum latus capitis
bus, & linea tunicā incedant; licet intrin-
secus bipedum nequissimi, perditissimi-
que homines sient.

37. Christus. Oportet me & aliis civi-
tatis regnum Dei evangelizare. Luc. 4.

Papa. Ego evangelizare nolo, imo es
rubisco. Satis enim est, si alios ad prædi-
candum emitto. Hactatione & Turcicus Im-
perator Papam agere posset.

38. Christus. Simplices estote; sicut co-
lumbæ. Matth. 10.

Papa. Ad placitum omnis generis præ-
stigiis, ac imposturis utor: ut impleatur
Scriptura, quæ Dan. 8. de me hisce vati-
cinatur verbis: dirigitur dolus in manu
eius.

39. Christus pedes discipulis suis la-
vabat. Io. 13.

Papa. Reges, Imperatores ad pedem
meorum oscula adigo.

40. Christus semetipsum extinxivit,
formam servi accipiens. Phil. 2.

Papa. Hoc summo nobis vetteretur de-
decori.

41. Christus à Petro dilectionem exi-
git, dicens, Petre, diligis me? Io. 21.

Papa vero ab omnib. episcopis, adeoq;
Imperatore ipso, juramentum exigit.

42. Christus docet opera misericordie
inegenes collocare. Matth. 25. Luc. 24.

Papa docet indulgentias cithere, tem-
pla, monasteria, altaria, vigilias, Missas,
peregrinationes ad de mortuos sanctos,
sancire, condere, facere. Hæc enim nego-
ciationis, & nundinationis natura est.

43. Christus. Si in te peccaverit frater:
vade, & corrige eum inter te, & ipsum
Iolum. Matth. 18.

Papa. Nemo hominum me reprehendere
tentet. In album enim Christiano-
rum fratrum me inscribere nefas est.

44. Christus mortuus est pro peccatis
velitis: & factus nobis à Deo sapientia,
justitia, sanctificatio, & redemptio. 1. Io.
2. 1. Cor. 1.

Papa. Nihil Christo opus habergus. Sed
si quis meam gratiam & diplomata pecu-
cuniā sibi comparaverit: is, nisi vana la-
etetur spe, falso erit.

45. Christus. Bibite omnes sanguinem
meum ex hoc poculo. Matth. 26. Mar. 14.
Luc. 23 1. Cor. 11.

Papa. Nihil minus. Hereticum enim
hoc est: sed sacrificuli mei tantummodo
sanguinem Christi ex calice bibunt: reli-
qui plebeii tū an scribū aqua cōtentī sint.

46. Christus emittit discipulos ad

externum exercitum precepit: id quæ
quam sepiissimè cum Indulgētiis factum.

47. Christi Apostoli veritatem confi-
tebantur: & mercedis loco multas repor-
tabant plagas. Act. 5.

Papæ autem nuncii quamvis animam,
corpus, & omnia corrumpant, & defor-
ment, plus tamen honoris ipsis tribuitur,
quam aliis mundanis dominis, ac princi-
pibus. Res ipsa loquitur.

48. Christi Apostolus Iacobus docet,
ut in firmi oleo ungantur, quo oratio fi-
delium salvos eos faciat. Iac. 5.

Papæ discipuli & Apostatae mandant,
ut nemo olro ungatur; nisi qui secundum
hominum judicium animam egerit. Hoc
quotidiano uī papicola adhuc confron-
tant.

49. Christi Apostolus Paulus inquit:
magnum mysterium hoc est. Ego autem
dico, in Christo, & in Ecclesiâ quamlibet
sponsam associavit. Eph. 5.

Papa. Verba hæc intelligenda sunt de
conjugio inter maritum & uxorem, ex
quo Sacramentum condidi: id quod
Scholastici, utpote constituti me affec-
cti, retractare non audent. Plurimum
hoc in culinam mesm facit.

50. Christi ele&um vas, Paulus inquit:
Prophetæ duo aut tres dicant, ceteri di-
judicent. Quod si alii revelatum fuerit se-
denti, prior taceat. 1. Cor. 14.

Papa. Egone hoc facerem? minime?
Penes enim me est omnes homines iudi-
care, nec à quoquam judicari. xix. q. 11.
c. conq. Si enim alius ex sacrâ Scriptu-
râ judicium ferret: eventus, credite mihi,
probaret me, meosque complices her-
eticos: Lutherum vero, ejusq; discipu-
los veros esse Christianos, (referente o-
litu Athanasio.) Nos enim ex sacris lite-
ris adversarios nostros vincere non vale-
mus, alias jam dudum fecissemus. Verum
enim vero, hac quia non succedit, alia
progradimur viâ: quia scilicet, sicut Iu-
dæi Christum occidere: ita nobis cum ad-
versariis pugnandum censemus.

51. Christi Apostoli, Petrus 1. cap. 2.
Rom. 12, 1. Tim. 1. Tit. 1. præcipiunt, ut
omnes homines magistratui, regib. arq;
domini subditi sint in omnib. ijs rebus,
qua cum DEO non pugnant.

Papa. Hæc nihil ad me. Nam eā me liber-
tate donavi, ut quam sepiissime propter
res nullius momenti, Reges, ac Cæsares, si
malitiz meæ restiterunt, excommunicâ-
re, regnis expellere; imo per sicarios me-
os necare non dubitârim. Ex quo quivis
facile perfici posset.

getentur, puta, ut iacircum latus capitis
bus, & linea tunicā incedant; licet intrin-
secus bipedum nequissimi, perditissimi-
que homines sient.

37. Christus. Oportet me & aliis civi-
tatis regnum Dei evangelizare. Luc. 4.

Papa. Ego evangelizare nolo, imo es
rubisco. Satis enim est, si alios ad prædi-
candum emitto. Hactatione & Turcicus Im-
perator Papam agere posset.

38. Christus. Simplices estote; sicut co-
lumbæ. Matth. 10.

Papa. Ad placitum omnis generis præ-
stigiis, ac imposturis utor: ut impleatur
Scriptura, quæ Dan. 8. de me hisce vati-
cinatur verbis: dirigitur dolus in manu
eius.

39. Christus pedes discipulis suis la-
vabat. Io. 13.

Papa. Reges, Imperatores ad pedem
meorum oscula adigo.

40. Christus semetipsum extinxivit,
formam servi accipiens. Phil. 2.

Papa. Hoc summo nobis vetteretur de-
decori.

41. Christus à Petro dilectionem exi-
git, dicens, Petre, diligis me? Io. 21.

Papa vero ab omnib. episcopis, adeoq;
Imperatore ipso, juramentum exigit.

42. Christus docet opera misericordie
inegenes collocare. Matth. 25. Luc. 24.

Papa docet indulgentias cithere, tem-
pla, monasteria, altaria, vigilias, Missas,
peregrinationes ad de mortuos sanctos,
sancire, condere, facere. Hæc enim nego-
ciationis, & nundinationis natura est.

43. Christus. Si in te peccaverit frater:
vade, & corrige eum inter te, & ipsum
Iolum. Matth. 18.

Papa. Nemo hominum me reprehendere
tentet. In album enim Christiano-
rum fratrum me inscribere nefas est.

44. Christus mortuus est pro peccatis
velitis: & factus nobis à Deo sapientia,
justitia, sanctificatio, & redemptio. 1. Io.
2. 1. Cor. 1.

Papa. Nihil Christo opus habergus. Sed
si quis meam gratiam & diplomata pecu-
cuniā sibi comparaverit: is, nisi vana la-
etetur spe, falso erit.

45. Christus. Bibite omnes sanguinem
meum ex hoc poculo. Matth. 26. Mar. 14.
Luc. 23 1. Cor. 11.

Papa. Nihil minus. Hæreticum enim
hoc est: sed sacrificuli mei tantummodo
sanguinem Christi ex calice bibunt: reli-
qui plebeii tū an scribū aqua cōtentī sint.

46. Christus emittit discipulos ad

externum exercitum precepit: id quæ
quam sepiissimè cum Indulgētiis factum.

47. Christi Apostoli veritatem confi-
tebantur: & mercedis loco multas repor-
tabant plagas. Act. 5.

Papæ autem nuncii quamvis animam,
corpus, & omnia corrumpant, & defor-
ment, plus tamen honoris ipsis tribuitur,
quam aliis mundanis dominis, ac princi-
pibus. Res ipsa loquitur.

48. Christi Apostolus Iacobus docet,
ut in firmi oleo ungantur, quo oratio fi-
delium salvos eos faciat. Iac. 5.

Papæ discipuli & Apostatae mandant,
ut nemo olro ungatur; nisi qui secundum
hominum judicium animam egerit. Hoc
quotidiano uī papicola adhuc confron-
tant.

49. Christi Apostolus Paulus inquit:
magnum mysterium hoc est. Ego autem
dico, in Christo, & in Ecclesiâ quamlibet
sponsam associavit. Eph. 5.

Papa. Verba hæc intelligenda sunt de
conjugio inter maritum & uxorem, ex
quo Sacramentum condidi: id quod
Scholastici, utpote constituti me affecta-
ecl, retractare non audent. Plurimum
hoc in culinam mesm facit.

50. Christi ele&um vas, Paulus inquit:
Prophetæ duo aut tres dicant, ceteri di-
judicent. Quod si alii revelatum fuerit se-
denti, prior taceat. 1. Cor. 14.

Papa. Egone hoc facerem? minime?
Penes enim me est omnes homines iudi-
care, nec à quoquam judicari. xix. q. 11.
c. conq. Si enim alius ex sacrâ Scriptu-
râ judicium ferret: eventus, credite mihi,
probaret me, meosque complices hæ-
reticos: Lutherum vero, ejusq; discipu-
los veros esse Christianos, (referente o-
litu Athanasio.) Nos enim ex sacris lite-
ris adversarios nostros vincere non vale-
mus, alias jam dudum fecissemus. Verum
enim vero, hac quia non succedit, alia
progradimur viâ: quia scilicet, sicut Iu-
dæi Christum occidere: ita nobis cum ad-
versariis pugnandum censemus.

51. Christi Apostoli, Petrus 1. cap. 2.
Rom. 12, 1. Tim. 1. Tit. 1. præcipiunt, ut
omnes homines magistratui, regib. arq;
domini subditi sint in omnib. ijs rebus,
qua cum DEO non pugnant.

Papa. Hæc nihil ad me. Nam eā me liber-
tate donavi, ut quam sepiissime propter
res nullius momenti, Reges, ac Cæsares, si
malitiz meæ restiterunt, excommunicâ-
re, regnis expellere; imo per sicarios meos
necare non dubitârim. Ex quo quivis
facile perfici posset.

Augusti, in Boni et Iusti comp.
non censum præsidij Cyrenio attulerint,
atque porrexerint.

Papa. Hoc ego non curio. Siquidem
ab omnibus ejusmodi molestiis immunis
sum.

53. Christi præco Paulus monet, ut E-
piscopus eā imbutus sit doctrinā, quā o-
mnes, qui fidei contradicunt, ex Scriptu-
rā nullo labore falsitatis convincere, &
superare possit. Tit. 1.

p. 188. Papa. Hæc à me quam longissimè re-
mota, volo. Moris enim mei non est, ut
cum quoquam ex sacrâ Scripturâ con-
feram: sed omnes eos, qui literis aliquid
produnt, quod palato meo non sapit, &
arridet, fulmine excommunicationis ex-
cipiam: &, quod deterius est, igne cre-
mandos tradam. Exemplum in promptu
est. Cum universi concilii Constantiensis
patres tieq; Ioannem Husium, neque di-
scipulum ejus, Hieronymum Pragensem
ex sacris literis superare possent: igni eos
ac flammâ vincendos judicârunt. Quod
sicum ipsas ex verbo Dei contulissimus,
atque disputationem invissemus: nos
certè quam facile viciſſent, reque ipsa
comprobabant, nos & turpissimos hære-
ticos, & Christi hostes conjuratissimos
esse. At ecce, carnifice, & igni, tanquam
advocatis nostris usi, eos vincendos, du-
ximus. Idem cum Luthero factitate ten-
tabimus. Quis enim aliâ ratione vin-
ceſſe ipsum posset?

54. Christi prologus Paulus inquit:
State succincti lumbos vestros in veritate
& induiti loricam justitiz. & calceati pe-
des in præparationem Evangelii pacis.
in omnibus sumentes scutum fidei: quo
possitis omnia tela nequissimi ignea ex-
tinguere: & galeam salutis assumite, &
gladium spiritus, quod est verbum Dei. E-
phes. 6.

Papa. His armis profecto nihil ego ef-
ficere possum. Quare ad alia configio: &
quemadmodum Iudzi ad capiendum Chri-
stum in hortum cum gladiis, & fuitibus
exierint: ita & ego magno cum exer-
citu, clavis, lanceis, gladiis, scorpio-
nibus, aliisque armis, instrutus, ad de-
vastandas celeberrimas civitates, expi-
landas munitissimas arcas, & recuperan-
das multas amplissimas regiones, instar
Imperatoris Turcici, venio. Et ut tyran-
nis mea è felicius succedat: ecce, adfunt
Reges, imperatores, aliique principes,
qui auxiliares mihi manus porrigere, &
Christianam cohortem è medio tollere
devincti, ac obstricti sunt. Atque, hac ra-
tione, ita, ut dicitur, Gl. 1.

mis, occisi, necati, trucidati fint.

55. Christi præco Paulus. In nomine Je-
su omnia genua sele fleant, Phil. 2.

Papa. In more positum est: ut, si con-
secrationi Missæ intersum: Evangelium,
antequam pulpito supponatur, ad pedes
meos projiciatur. Res ipsa comprobat.

56. Christi Apostolus. Deo plus quam
hominibus obediendum est. Ad. 5.

Papa. Quamvis mandata Dei omnes
in universum homines ad obsequium ob-
ligent: ego tamen ne minimis quidem
sum subjectus: ca.

Hic omnes Christiani probè observēt,
quod Papa sit Antichristus. De eo enim
sic Paulus 2. Thessa. 2. est vaticinatus:
Extolleſſur ſupra omne, quod dicitur De-
us, aut quod colitur, &c. ita ut in templo
Dei ſedeat, ostendens ſe, tanquam ſit De-
us. Sathan D̄o æquabilis fieri tentabat.
At Papa ultra omne, quod dicitur Deus,
vult extolli. Nam non modò verbum Dei
depravat, ſed & ſæpe damnat: Deus om-
nem omnium ciborum uſum concedit,
Christus mādat, ut omnes ex calice bibāt:
Papa verò hæreticum hoc eſſe, dicit, &c.

57. Christi præco. Christus eſt caput Eccl:

Papa. Ego Ecclesia caput ſum constit⁹.

58. Chrtisti Apostolus Paulus. Petra, cui
Ecclesia ſuperiſtruitur, eſt Christ⁹. i. Cor. 10

Papa. Hoc à vero alienum eſt. Roma-
nia ſedes iſta eſt petra. di xix. An non hæc
res monſtroſa, & admiratione digna eſt,
quod ſella P. p̄z, petra, cui Ecclesia ſuper-
iſtruitur, eſſe debeat?

59. Christi Angelus Petrus inquit: Non
voluntate humana eſt aliquando prophe-
tia allata: ſed Spiritu sancto inspirati lo-
cuti ſunt Dei homines. Item: ut ſacra
Scriptura à S. Spiritu eſt prolata: ita ab
eodem fidem, constantiam, & autoritatē
accipit.

Papa. Ut ego S. Scripturæ Dominus
fum: ita à me virtutem, fidem, & autho-
ritatem habet. di. xvii. Si omnes. Hic
Papa ſe ultra S. Sanctum extollit.

60. Christi diſcipuli. In libertatem vo-
cati eſtis, fratres: videte modo, ut Deo,
ejusque mandatis obsequium præſtetis.
Cibi, dies, uſtitus, potus, &c. vos non
coquinant: dummodo nihil malitia in
corde uastro lateſcat, ac reſideat. Gal. 5.

Papa. Omni hac libertate Christianos
ſpoliavi: nec non omnia, quæ libuit, pec-
cata excommunicationi & damnationi
ſubjeci. In meā itaque jam eſt potestate,
mox omnes creatures execrandi: mox
iterum, interventu pecunie, benedicen-

berrimus erit.

61. Christi p̄r̄co Paulus; peccantes coram omnibus argue: ut & ceteri timorem habeant. 1. Tim. 5.

Papa. Absit, ut quisquam in me animadvertis, quicquid taadem fecero. Si quidem semper omnibus sanctissimus visceri volo.

62. Christi Apostolus Iacobus inquit: Orate pro invicem, ut salvemini. Multū enim valet deprecatio justi assista. Iac. 5.

Papa. Quid hisce opus? Annō in me, san&aq; mē authoritate, secundum Deum, maxima hominum salus residet? dī. xl. Si Papa. O sanctissima Maria, an non tibi summo hoc est dedecori?

63. Christi p̄r̄co. Nos Apostoli nullius honoris cupidi, stulti propter Christū, nec non purgamenta hujus mundi facti sumus, omnium peripsemata usque adhuc. 1. Cor. 4.

Papa. Multum autoritati meę esse dedicatum, si tam abjectum me judicarem. Benē ergo ago, quod me Soli, Imperatorem autem Lunę assimilio. Quem admodū enim Luna lumen recipit à Sole: ita imperialis dignitas a Papę authoritate dependet, & proficitur. Atque hac iura mea canonica testantur.

64. Christi Apostolus Paulus. Dominus dedit nobis potestatem edificandi, & nō destruendi Ecclesiam. 2. Cor. 13.

Papa. Ego pro lubitu & arbitrio Ecclesiam edifico & destruo: quippe qui nemini, ac ne concilio quidem sum subjectus. Iura mea id confirmant.

65. Christus. Vnusquisque Iustitiam servet. Matth. 5. Et Apostolus Ioann: Iudicia Dei sunt justa. Apoc. 19.

Papa. Quid ad me Iudicia Domini? Nullis ego subsum. Nemo itaque miratur, quod tam rarissime Papa iuste: sed pleraque contra omnia, imo contra sua ipsiusmet iura, & quidem die duodecies, id est, toties, quoties in rem suam facit, agere consuevit.

66. Christi ministri. Sacerdotium Christi secundum ordinem Melchisedech perpetuum est. Ps. 110.

Papa. Sacerdotium Christi ad Petrum translatum est, & successivè tandem ad me pervenit. c. transl. de consti. Gaude te ergo & exultate vos plebeii, quod Christus (ut Pontifex Romanus ait) sacerdotali suā dignitate & honore privatus, in vestrum se contulit ordinem, & plebejus evasit. Quid jam vobis videtur de Papa? Si in ipsius situm est facultate, Christū officio suo removere, quid facere non valeret? Mirum itaq; non est, quod Episcopū cum plus quidem Deum

Dei misericordiam vos orō atque obiecto: ut aliquanto altius mirandas technas, insolitas fraudes, ac inauditas imposturas Papę (quas modo ad naufragium usq; commemorav.) perpendatis: ac inde, pro quo tandem haberi debeat, quod nomen mereatur cognoscatis. Certum hoc est, quod, si non cum Christo ip̄i intercedit, contra Christū sit, ut ipse met Christus Mth. 8. inquit, Qui non mecum est, contra me est: si est contra Christum, procul dubio Antichristus judicandus.

Vos, Aurati equites, admonitos volo, ut in animum vestrum revocetis, quam diu pontifices Romani (Die Weissen Passen) præstigiis suis vestros Imperatores, Reges, Principes, ac vosmet ipsos summo ludibrio habuerint, ludificant, imo anima, corpore, honore, ac bonis emunixerint. Considerate quæso, quam fraudulenter effreni, & sodomitica fūa negotiatio jugo suo vos subjecerint. Videte, ambo, in quam miserabilem paupertatem vos precipitare int.

Sed quid interim mali spirituales illi agunt? nomine quidem servi, atque pauperes appellari volunt: re ipsa verò totius fere Christiani orbis bona possident, vobisq; dominantur. Vos Abbates, Decanos, ac vesanos Monachos beneficos dominos salutatis. Quid? quod multi Abbates, licet paupertatem voverint, tamen nobilitate, dignitate, ornatu, principib. non cedunt? Quod si non diabolice haꝝ sunt imposturæ, & artes Antichristi dignæ: nullus certe Antichristus erit expectandus: si vero Antichristi regnum & status, ut sacra literæ testantur, unquam esse debet: necesse sane est, eadem personata & fucata pietate apparent, quā nostri monachi, & sacrificuli. Hoc si verum, quid impedit, quo minus hi ipsi pro Antichristi famulis sint habendi, ut potestate quorum vita vaticinio Pauli 2. Thes. 2. ad verbum usq; respondet?

Si, Christiani nobiles, alias eius animi prompti estis, ut legitime rogatis, propter rem leviculam vos in discrimen atq; vice periculum ponere non dubitetis: cur nō potius rapacib. lupis, sceleratisq; furibus, atq; expiatorib. (spontificios puta) vi resistitis? Cogitate, Equites fortissimi, si quis vestrum vel emere, vel vendere, vel oppignorare quippiam cupit, ad quem confugiat, non certe ad mundanos principes: sed ad Abbates, Decanos, & Monachos. Hi enim, & non illi sunt emendo, mutuo dando, & communicando: cum tamen pauperes servi Christi esse debeant.

Tempus, credite mihi, Equites, vos ex-

& alia, prout res, locus, ac tempus pos-
tulant, tributa vobis solvant. Non e-
nim Deus, sed Papa hanc eis libertatem
concessit: quò sibi bona, quibus vo-
mungnnt, tribuant. Vidua, quæ ege-
state pressa, colu, ac lanâ vietum sibi
quærit, tributa, vestigalia, census, & e-
jus generis alia onera solvere, ac ferre co-
gitur: ad clerici insolentes, ac sacrificiu-
li ditissimi, quo omnibus voluntatib.
diti genio indulgent, immunes ab hisce
abeunt.

Cur, proh dolor. Equites Germani,
tam perculo estis animo? Cur non mor-
do eventu crudelissimæ calamitatis, ve-
rum etiam metu vos liberare cunctamis-
n? An timeris tyrannidem, & nequitiam
Papæ? Longissime vero à vobis adhuc
abest. An Monachos lenociniis verbo-
rum plenos, incredibili fraude exercita-
tos, Christiani cruxis scitentes, sanctâ de-
nique Scripturâ turpiter abutentes for-
midatis, ac pertimescitis? At bono sitis
animo, & scitote, quod licet à Papâ con-
ducti & constituti in Christianorum per-
niciem moliantur ac machinentur, &
Martinum Lutherum Christiano nomi-
ne dignissimum clamore, mendaciis at-
que convitis obtuere tentent, ipsi tamen
ne ad millesimum quidem verbum quic-
quam hiscere, nedum respondere ex Sacris
Literis valeant.

O rem miserabilem, & deplorandani! Si tantum centesima monachorum
pars reliqua esset plus faltis adhuc vive-
rent. Certo enim certius hoc est: quod
res fringilæ in aviario Deum plus, quam
centum Monachi in cœnobio, cantu suo
jucundo celebrent.

Quam diu, ô Papa, Episcopi, Academiz,
Monachi, clerici (ad vos enim hanc
meam querelam ditigere cogor) pium,
& Christianum Lutherum furor vester in-
auditus eludet? Quem ad finem effrenata
fese vestra ja&abit audacia? Quo usque
randum blasphemias in ipsum evometis?
An non probè vobis male & cauteriaz
causæ vestræ consciæ estis? An non opri-
mè novistis, quod Lutherus Sacris Lite-
ris, vosverò Thalmudicis decretis, ac
humanis traditionibus tantum nitamini?
An non conscientiæ vestræ consticti te-
nemini: quod ipse vix, ac ne vitæ quidem
ulcus inauditorum scelerum, & incredi-
bilis nequitiaz vestræ tetigerit? quis enim
libidinem, & malitiam vestram mente
excogitare, & assequi, nedum verbis ex-
primere, posset? & tamen piissimi haberi

passi sic is, & adhuc largiamini, ut libri
Ethnicorum, Iudaorum Thalmud, Ma-
hometæ Alcoran, impudica poëmatæ O-
vidii, Terentii, &c. Hereticorum erro-
res, fabulæ Æsopi, Iura canonica, opi-
niones scholasticorum, eorumque rixæ,
ac contentiones, somnia Stationariorū,
& ejus generis alia scripta legerentur,
atque evolverentur: cogitate etiam, quod
mentiri, falsis imposturis uti, chartis &
tesseris ludere, alia deniq; flagitia (ut-
pote vitæ vestræ perquam accommoda-
ta) committere, fuerit concessum: ac
unicum hoc, quod scilicet Lutherus de-
pravatam vestram malitiam detegit, id,
quod res est, aperit, nec non Evangelium
in lucem profert: hoc unicum, inquam,
vos tam male habet, & adeò pungit, ut de
viâ ac modo cogiteris, quo ipsum perse-
qui, è medio tollere, lucisque hujus usu-
râ private Valeatis: non fecus, ac ludi
olim Prophetis factabant.

Cur enim, obsecro, Propheta Elias è
finibus regni Achab fuit expulsus? In
causa erant quadringenti Baalitici faci-
dotes, qui magno in honore apud popu-
lum habebantur, nec non instar porco-
rum saginabantur. Eodè propè modo ho-
die cum pio agitur Luthero. Ah, bone
Deus, quam tristis est anima mea, nec ta-
men reficitur? Ah, quam magna ira Dei
super nos?

Vos itaque, Christiani Nobiles, qui he-
roicis factis atque virtutibus, magnitu-
dine animi, & speciatâ fide nullis natio-
nibus ceditis: vos, inquam, per DEI. OPT.
MAX. misericordiam oro atque obste-
tor, ut hanc meā querelam eo, quo Chri-
stianos decer, animo percipiatis: & tandem
cognoscatis, quod plerique homi-
num manus suas auxiliares huic rei sub-
ducant. Considerate, quælo, vos Equites
Germani, cui farinæ homines sint Mons-
chi, atque clericis? Inspicite modo ipso-
rum vitam: perpendite, an non iidem il-
li sint, de quibus D. Paulus 1. Tim. 4. in-
quit, quod mendacium in hypocrisi lo-
quantur.

Videte, turbulentis & seditionis clu-
moribus pium Lutherum (quem tamen
omnes ad unum congregati, ex sanctâ
Scripturâ vincere non valent) heresios
insimulant. Ob oculos ipsis posita est
Papæ Sathanica vita, heretica doctrina,
scelerata, simoniaca, & (ut uno quasi ver-
bo complectar) Antichristo digna facta:
quis autem ex ipsis eadem vel pro con-
cionibus, vel publico scripto, vel alio

& alia, prout res, locus, ac tempus pos-
tulant, tributa vobis solvant. Non e-
nim Deus, sed Papa hanc eis libertatem
concessit: quò sibi bona, quibus vo-
mungnnt, tribuant. Vidua, quæ ege-
state pressa, colu, ac lanâ vietum sibi
quærit, tributa, vestigalia, census, & e-
jus generis alia onera solvere, ac ferre co-
gitur: ad clerici insolentes, ac sacrificiu-
li ditissimi, quo omnibus voluntatib.
diti genio indulgent, immunes ab hisce
abeunt.

Cur, proh dolor. Equites Germani,
tam perculo estis animo? Cur non mor-
do eventu crudelissimæ calamitatis, ve-
rum etiam metu vos liberare cunctamis-
n? An timeris tyrannidem, & nequitiam
Papæ? Longissime vero à vobis adhuc
abest. An Monachos lenociniis verbo-
rum plenos, incredibili fraude exercita-
tos, Christiani cruxis scitentes, sanctâ de-
nique Scripturâ turpiter abutentes for-
midatis, ac pertimescitis? At bono sitis
animo, & scitote, quod licet à Papâ con-
ducti & constituti in Christianorum per-
niciem moliantur ac machinentur, &
Martinum Lutherum Christiano nomi-
ne dignissimum clamore, mendaciis at-
que convitis obtuere tentent, ipsi tamen
ne ad millesimum quidem verbum quic-
quam hiscere, nedum respondere ex Sacris
Literis valeant.

O rem miserabilem, & deplorandani! Si tantum centesima monachorum
pars reliqua esset plus faltis adhuc vive-
rent. Certo enim certius hoc est: quod
res fringilæ in aviario Deum plus, quam
centum Monachi in cœnobio, cantu suo
jucundo celebrent.

Quam diu, ô Papa, Episcopi, Academiz,
Monachi, clerici (ad vos enim hanc
meam querelam ditigere cogor) pium,
& Christianum Lutherum furor vester in-
auditus eludet? Quem ad finem effrenata
fese vestra ja&abit audacia? Quo usque
randum blasphemias in ipsum evometis?
An non probè vobis male & cauteriaz
causæ vestræ consciæ estis? An non opri-
mè novistis, quod Lutherus Sacris Lite-
ris, vosverò Thalmudicis decretis, ac
humanis traditionibus tantum nitamini?
An non conscientiæ vestræ consticti te-
nemini: quod ipse vix, ac ne vitæ quidem
ulcus inauditorum scelerum, & incredi-
bilis nequitiaz vestræ tetigerit? quis enim
libidinem, & malitiam vestram mente
excogitare, & assequi, nedum verbis ex-
primere, posset? & tamen piissimi haberi

passi sic is, & adhuc largiamini, ut libri
Ethnicorum, Iudaorum Thalmud, Ma-
hometæ Alcoran, impudica poëmatæ O-
vidii, Terentii, &c. Hereticorum erro-
res, fabulæ Esopi, Iura canonica, opi-
niones scholasticorum, eorumque rixæ,
ac contentiones, somnia Stationariorū,
& ejus generis alia scripta legerentur,
atque evolverentur: cogitate etiam, quod
mentiri, falsis imposturis uti, chartis &
tesseris ludere, alia deniq; flagitia (ut-
pote vitæ vestræ perquam accommoda-
ta) committere, fuerit concessum: ac
unicum hoc, quod scilicet Lutherus de-
pravatam vestram malitiam detegit, id,
quod res est, aperit, nec non Evangelium
in lucem profert: hoc unicum, inquam,
vos tam male habet, & adeò pungit, ut de
viâ ac modo cogiteris, quo ipsum perse-
qui, è medio tollere, lucisque hujus usu-
râ private Valeatis: non fecus, ac ludi
olim Prophetis factabant.

Cur enim, obsecro, Propheta Elias è
finibus regni Achab fuit expulsus? In
causa erant quadringenti Baalitici faci-
dotes, qui magno in honore apud popu-
lum habebantur, nec non instar porco-
rum saginabantur. Eodè propè modo ho-
die cum pio agitur Luthero. Ah, bone
Deus, quam tristis est anima mea, nec ta-
men reficitur? Ah, quam magna ira Dei
super nos?

Vos itaque, Christiani Nobiles, qui he-
roicis factis atque virtutibus, magnitu-
dine animi, & speciatâ fide nullis natio-
nibus ceditis: vos, inquam, per DEI. OPT.
MAX. misericordiam oro atque obste-
tor, ut hanc meā querelam eo, quo Chri-
stianos decer, animo percipiatis: & tandem
cognoscatis, quod plerique homi-
num manus suas auxiliares huic rei sub-
ducant. Considerate, quælo, vos Equites
Germani, cui farinæ homines sint Mons-
chi, atque clericis? Inspicite modo ipso-
rum vitam: perpendite, an non iidem il-
li sint, de quibus D. Paulus 1. Tim. 4. in-
quit, quod mendacium in hypocrisi lo-
quantur.

Videte, turbulentis & seditionis clu-
moribus pium Lutherum (quem tamen
omnes ad unum congregati, ex sanctâ
Scripturâ vincere non valent) heresios
insimulant. Ob oculos ipsis posita est
Papæ Sathanica vita, heretica doctrina,
scelerata, simoniaca, & (ut uno quasi ver-
bo complectar) Antichristo digna facta:
quis autem ex ipsis eadem vel pro con-
cionibus, vel publico scripto, vel alio

aut legatos regum, qui in urbe degunt, & ipsorum de more frequenter adibant, ad cōviviū invitavit, neq; ipse, cū esset his moribus, invitabatur à quoquam: neq; Helvetiis, neq; equitum turmis, quae, ut scis, semper ipsum comitantur, quando exit in publicum, & diu noctuque excubant pro foribus ædium, stipendum solvebantur: semper esuriebant.

Longè iniquius eum interioribus custodibus, qui per diem cubiculi limen asseruant, sese gesshit. Non modo stipendum his non soluebat, aut aliquo liberalitatis genere sublevabat: sed quod Cardinalibus, aut aliis purpuratis, certis temporibus quotannis elargiri mos est, ipsorum rationibus adimebat, atque in rem suam vertebat.

Civitatibus, quæ pontificiæ potestati, cum legatos hoc ad eum, gratulatum misissent, & ut fieri solet, quoties novus creatur Pontifex, ut fidem & observantiam suorum civium ei declararent, & juramento testarentur, & conditiones à superioribus Pontificibus sanctitas ab eodem confirmatas domum reportarent, non ut cæteri Pontifices, aliquid commodum addidit, quo diu celebti, si nō semper ita esset ipsius memoria apud populos, sed nonnullis etiam vestigalia auxit.

Pecunias, quas nonnulli populi Cisalpinæ Galiz, conductis militib. de suo, Pont. nomine, hortatu patrum, dedissent: aberat enim tunc ille procul ab Italia, ut mœnia suarum urbium ab incursionib. atq; impetu hostium tuerentur, neutquam in expensas referri passus est. Tria millia & quingenti Hispani milites eum navigantem in Italiam prosecuti fuerant. His, ne stipendum disolvere, aut aliqua liberalitate prosequi pudore ipso cogeretur, permisit, ut in agro Parmensi & Placentino, tanquam in hostili solo, prædabundi discurrerent, & castella & pagos alios incenderent diriperentque, aliis pecuniam impetrarent.

p. 192 Hæc de illius avaritia incomparabili, quæ etiam cum iniuitate quadam barbarica conjuncta videtur fuisse. Nam ex omnibus, qui cum eo unquam vixerant, & eius obsequiis sese addixerant, neminem aut beneficiis aut ornamentis præcipuis, cum tanta esset homini facultas, auxit, præter unum aut alterum, & eos quidem valde improbos, ut liquido appareat, ipsum aut improbum fuisse omnino, aut stolidum, qui iudicio deciperetur.

Ceterum, si res fuisse, ut dicitur, in

præcluserat, ibi paucis è familiarib. comitatus, rem divinam faciebat, deinde penitorem ædium partem solus ingrediebatur. Quid ibi ageret, cum diutius moraretur, nemo scire poterat. Postea autem competitum est, illic mulierem formam egregia clam habuisse: cujus amoris causa è tam frequenter itasse creditur, eius amplexu frui solitum. Quod ita fuisse, præter formam mulieris elegantem & frequentem eius congressum, & alias conjecturas morbus ipse, quo extinxus est, omnib. argumento esse potest.

Laboravit permultum, antequam è vita excederet, & stranguria, & tormentibus, in quas ægritudines plerunque incidere solent, qui coitu immodico utuntur.

Datum est hoc insuper criminis, quod puerorum amoribus delectaretur, quia inter cæteros ministros, nonnullos tenellæ ætatis & eximæ formæ habebat.

Magicæ artis instrumenta permulta in eius cubiculo iuventa fuisse post obitum, dicunt. Eius familiares, credo, ut tantum facinus tegant, ultrò fatentur, ipsum transmutandorum metallorum peritia maxime delectatum, atque id plurimum exercuisse. At ego non sum is, qui facile tam multa credam præsertim, quæ de mortuo feruntur.

Veruntamen hoc in illo erat signum summè callidi ingenii, quod adeuntes quam maximè lato vultu, & blanda oratione excipiebat, nec quenquam tristem à se discedere patiebatur: postea vero haud ita efficax in rebus erat, quemadmodum verbis & vultu pollicebatur. Præterea non facilis patebat ad eum aditus, negotia semel suscepta semper protrahebat, pauca ad exitum perducebat, nisi quæ ad rem nummariam pertinebant.

Moriens demum multa reliquit imperfcta, quæ ab initio Pontificatus incepserat. In illo tamen duo sine controversia commendantur, Eruditio & Parsimonia. Probitatem ac sanctitatem illam dicunt, fuisse simulatam, atque id his rationibus & conjecturis convincunt, quas superius enumeravi. Quod virium spennumero in Germanis hominibus perspicitur. Nam bonitatem ac simplicitatem quandam omnes præferunt: astutias vero præter omnium opinionem tenent clausas in pectore.

Sed ne plura de mortuo, & de Pont. mortuo loquar, præterquam fas sit, & institutum meum, hactenus de Hadriani moribus. Quoniam vero, me tibi rem

&c, gracilento corpore, facit oblonga
ac prominenti, & maximè decora, nisi
frons depressa in verticem plus justo re-
cederet. Oculos habebat parvos, non ta-
men proorsus cæruleos, ut bona pars Germanorum,
sed habebat splendidos & hi-
lares, & superciliis admodum obrectos,
ut hinc facilè deprehenderes latentes in
eo astutias. Habebat nasum aquilæ ro-
stro non absimile, sed obesum; nec ita
proorsus aduncum. Mala oblonga ac
prominentes, & naturali rubore perfusa
totum vultum maximo operè honestabant.
Ipse incedebat rectus, cum magna venu-
stiate loquebatur, ut procul dubio dices
illum fuisse natum ad imperandum;
quamvis eius affines & necessarii, in extre-
mo sepulchri margine inscribi, curarunt;
hunc verum, seiuendū à reliquo elogio;

*Hic nibil in vita infelicius duxit, quam
quod imperaret.*

Quæ verba aut ipsius jussu; aut neces-
sariorum decreto adscripta fuerint: nihil
equidem vidi unquam imprudentius fa-
&rum. Nec plura de his, ut in Adriani
mentione epistola nostra definat. Vale,
& cura, ut quam primum te huc recipias:
Romæ, Idibus Ianuarij. Anno 1523. Im-
peratore Carolo. §.

Huius Adriani avaritia non minima
fuit causa amissionis Rhodi. Quare eō
dem die & hora, qua Rhodus dedebatur,
saxum ingens à superiori limine portæ
facelli Pontificii in Varicano prodigiose
decidit, cum Adrianus in ipso Natali
Christi ingressurus esset: & duos Helve-
tios opprescit.

Quando autem Hadrianus hic factus
est Papa, ibi celebrata res est Lovanii in
magna pompa, quod iste magister Lova-
nensis factus esset Papa, suspensa sunt
aulea, in quorum uno fuit hoc: Traje-
&cum plantavit, Lovanium ravigit: Cæ-
sar incrementum dedit. Nihil cogitârunt
erigentes hæc aulea, nisi de rebus secun-
dis, vel humanis. Quare non inepte ali-
quis facetus ascripsit: *Hic Deus nihil
fecit. Szpe ita cogitant homines, obli-
viscuntur Dei, & sunt insolentes, quan-
do accipiunt talia beneficia.*

Ex actis Imperiis.

**Adrianus Papa VI. Illustriss.
Germaniæ Principibus, ac S. R. Im-
peri proceribus, in civitate Norimber-
ge congregatis, & Apostolicam
benedictionem.**

Venerabiles fratres, & dilecti filii, sa-
lutem & Apostolicam benedictionem:

Et sane ab ineunte statim Pontificatu
nostro (quod tum potissimum expedire
videbamus) Christianorum principum
animos, heu nimis jam inter se dissiden-
tes, ad pacem & concordiam ineundam;
deponendaque arma (aut si bellandum
esset, ea in fidei hostes convertenda) tam
per diversos nuncios nostros; quam per
quotidianas fere literas hortari, anima-
re, precari, haec tenus nunquam desistimus.
Et ne verbo tantum; sed & re ipsa hujus
nostræ desiderii ederemus exempla: De-
us scit, quanto rei nostræ familiaris, his
præsentim temporibus, incommodo, pe-
cunias, & alia subsidia ad Rhodiches mil-
ites, strenuos fidei propugnatores, ab
immanissimo Turcarum tyranno atroci-
ter obfessos, ac in alia etiam loca in ejus-
dem hostis fauibus periclitantia misi-
mus.

Mox vero ab externis ad intestina ani-
marum advertentes, non sine gravani-
mi molestia percepimus. Martinum Lu-
therum (quem sua culpa jam filium no-
strum vocare non posse dolemus) homi-
nem veterum & jam damnatarum hæresi-
um fuscitatem, (post sedis Apostolicæ
paterna primum monita: deinde etiam
sententiam, non absque consilio optimo-
rum & doctissimorum virorum, & diver-
sarum universitatum legitimè contra e-
um latam: post charissimi in Christo filii
nostræ Caroli, Romanorum & Hispania-
rum regis catholici, in Imperatorem ele-
cti, & vestrum imperiale edictum super
ejusdem sententiaz executione, in proxi-
mis comitiis Wormaciæ habitis, mature
decretum, & per totam ferè Germaniam
promulgatum) non modò, per quos de-
ceret, non punitur, aut per se cohibi-
tur, à prauissimis inceptis non desistere:
sed omnis Christianæ charitatis & pietæ
tis evangelicæ non oblitum modò, sed &
impie contemnentem, novos quotidie li-
bros, errorum, hæresium, contumelia-
rum, ac seditionum plenos, sive de suo,
sive ab aliis adiutorum dixulzare ac valenti-

quod peius est, horum suorum facinorum non plebeios modo, sed & nobiles plerosque habere fautores, adeo ut (qua fortasse istorum tumultuum primaria fuit causa) in sacerdotum bona iri, & obedientiam, vilipendi cceptum sit, & tandem inter nonnullos vestrum ad civilia bella deuentum. Quod quam male cadat Christianæ reipublicæ, hoc præfertim tempore, mente & cogitatione facile prospicere potestis.

Etsi enim prædictus Apostolus: oportere hæreses esse, ut iis qui probati sunt, manifesti fiant: nullum tamen videas tempus huic rei magis importunum, quam hoc: aut quod citius ab hæresibus, si quæ ortæ sint, necessario veniat repurgandum.

Quum enim humani generis perpetuus hostis, Diabolus, sub Leonis rugientis specie, per Turcarum vires in Christianas oves continue debachetur: non videamus, quomodo contra tantos impetus obfistere possimus, quam diu eundem Diabolum, sub Draconis subdoli forma istas hæreses domi nostræ disseminantem, interque fortissimos Germanos nostros discordias & seditiones suscitantem, focebimus.

Atque ut et iam debellare externos hostes maximè possimus: irritus tamen fuerit labor, impensaque, & animarum salutem minime utilis, foris hostes vincere, & domi hæresib. schismatibusq; laborare:

Meminimus, cum etiam in minoribus constituti, in Hispania essemus, multa ad nos & varia de Luthero, & eius perverbis dogmatib. frequenter perferti. Quæ cum per se durissima auditu, eò nobis duriora videbantur: quod ex ea regione venirent unde nobis secundum carnem origo est. Sed solabatur nos tum rei ipius adeo manifesta vel iniquitas vel soliditas, ut à nemine diu toleranda crederetur: tum illa subinde nobiscū facta reputatio, qua procul dubio confidebamus, istas venenatas plantas, aliunde in Germaniam translatas, non perventuras ad frugem in ea terra, quæ acerrimos hæresium, & omnis infidelitatis hostes semper protulisset.

Nunc vero, postquam hæc mala arbor (sive divino iudicio sic populi sui peccata puniente: sive concordia eorum, qui, ut debebant & poterant, principio non obstatunt) quos videtis & auditis, longe lateq; ramos expandere cœpit: confundendum vobis est, Germani Principes & populi, ac providendum, ne vos, qui ab initio huius malorum casuum

unum fraterculum (qui à catholica fide & religione Christiana, quam ab iniunte ætate non solum profiteri, & sequi visus est, sed etiam multis annis prædicasse & docuisse dicit, novissime infelicitate apostolavit, ac Deo mentitus est) seducti ab ea via, qua à Redemptore nostro, & eius sanctissimis Apostolis demonstrata, tot martyres, tot præclarri doctrina & sanctitate viri, & maiores denique vestri omnes hanc tenus incesserunt.

Quasi solus Lutherus sapiat, & sciat: solus nunc primum (ut de se hæreticus Montanus gloriabatur) Spiritum sanctum accepit: & Ecclesia ipsa cum quo se futurum ad consummationem seculi, benignissimus humani generis Redemptor pollicitus est, in tenebris ignorantis & perditionis ambagib. semper erraverit: donec novo Lutheri lumine illustretur. Quæ omnia quamquam apud eos, qui sapient, perdidicula judicantur: simplicib. tamen animis plurimum sunt perniciosa & eis, qui novarum rerum cipiditate omnem ordinem immunitatum vellent, plurimas ad ea perpetranda, quæ nunc experimini, causas & fomenta subministrant;

Annon consideratis, Germani Principes & populi, præludium esse quoddam illoc eorum malorum, quæ Lutherus & ciuii sectatores noluntur? Annon aperi te videtis, istud prætensum principio à Lutheranis veritatis Evangelicæ patroci nium detrectum, nunc esse rerum vestrum merum latrociniū? An putatis, alii tendere istos iniquitatis filios, quam ut libertatis nomine omni obedientia sublata, quod cuique libuerit, faciendilicentiam inducant? An, ullius pensi iussa & leges vestras habituros, creditis, qui sacros canones, & patrum decreta, nec non sacrosancta concilia, quorum authoritati Imperatorum leges semper & libenter cesserunt, & promte famulatu sunt, non solum vilipendunt, sed etiam diabolica rabie lacerare, & comburere non verentur? Deniq; qui sacerdotibus, qui episcopis, qui pontifici summō debet am obedientiam detrectant? An speratis, contenturos sacrilegas manus à laicorum bonis, & non omnia potius sibi, quæ poterunt, vendicaturos: qui res Deo dicatas quotidie vobis præsentibus, & viventibus, ferunt aguntque? An denique vestris cervicibus parsuros: qui non tangendos Christos Dominic contemnere, cedere, trucidare ausi sunt.

charitatem & religionem, quam tam saepe majores vestri suo sanguine & tutati sunt & auxerunt, obsecramus, atque in virtute sancte obedientie, quam Deo & beato Petro ejusq; vicario omnes Christiani debent, a vobis requirimus: ut, depositis, si quae sunt inter vos, similitatibus, ad hoc commune incendium extinguendum nunc saltet toto animo incumbatis & Martinum Lutherum, ceterosq; istorum tumultuum & errorum autores, ad rectam sentiendi & vivendi viam (quod nobis gratissimum, incundissimum esset) omnibus sanctis modis reducere enitamini.

Quod si (quod avertat Deus) veluti aspides, obturatis auribus, audire recusaverint: ne, quod reliquum & nunc sanum constat, cum magna & evidenti nationis vestre macula, & totius reipub. Christiane manifesto periculo inficiatur: in eos juxta sacras constitutiones, juxta leges a vestribus Imperatoribus latas, arque adeo recens vestrum super hac re imperiali editum, severitatis virga animadvertis. Novit ille, cui sola arcana humanorum pectorum aperta sunt, quam nos & pro natura nostra, instituto, que, & pro pastorali, quod gerimus, officio, ad ignoscendum potius, quam ad ulciscendum simus propensi. Sed abietatum istud carcinoma ita fulcerosum esset, ut blandis levibusq; medicamentis curari non posset, aspera erunt, & abalienata membra ab in tegro corpore penitus ressecanda.

Sic Deus omnipotens schismaticos fratres, Dathan & Abiron in terra baratrum vivos demersit, & nolentem obediere sacerdotis imperio, capitali supplicio puniri jussit. Sic Apostolorum Princeps Petrus Ananiam & Saphiram, sibi in Deum mentientes, subito morituros denunciavit. Sic veteres, & pii Imperatores Iovianum & Priscilianum hereticos gladio seculi sustulerunt. Sic diutus Hieronymus Vigilantium, item hereticum optat in interitum carnis tradi, ut spiritus salvus fiat.

Sic denique majores vestri de Ioanne Hussita, & Hieronymo Pragensi, qui nunc in Lutheru revixisse videntur, a quo & in summa habentur veneratione, in Constantiensi Concilio debitas summere possent. Quorum sancta & praelata gesta si etiam hac in parte (ubi aliter fieri nequeat) fueritis imitati: non dubitamus, quin divina clementia, ad eundem mox suppeditas Ecclesia Dei (qua ab infidelib. vexata, in nationem vestram, virtute bellica & hominum

ac leone diabolo, id est, sublatis domo hæresibus, & devictis foris fidei hostibus gloriosam victoriam, & in futuro seculo æternæ salutis præmia reportetis. Vos vero pro compertissimo habetis, quicquid nobis opum & autoritatis altissimus concedere dignatus est, id omne, & vitam ipsam, protam sanctis operibus, & pro salute commissarum nobis ovium libenterissime expositeros. Cetera, quæ tam in hoc Lutherano, quam aliis negotiis particularib. vobiscum communicata cupimus, dilecto filio Francisco Cheregato, electo Aprutini, quem nuper, mense septembri, ad negotia fidei & religionis nostro nomine vobiscum tractanda, nostru & hujus sanctæ sedis nuncium, ad insignem istum conventum ire jussimus, vobis laetius explicanda commisimus: cuius versibus hortamur vos eandem, quam nostris haberetis, fidem adhibere. Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 25. Novemb. M.D.XXII. Pontificatus nostri anno primo. Rheiarius.

*Instructio pro te D. Francisco p. 195
Cheregato, de quibusdam, quæ prælati,
principiis, & civitatum Germaniarum ora-
toribus dicere poteris viva voce, ubi &
quando opportunum jn.
dicaveris.*

In primis declarabis eis maximum dolor, quo affligimur, ex prosperatione sectæ Lutheræ: ob id potissimum, quod videmus, innumerabiles animas Christi sanguine redemptas, & curæ nostræ pastorali commissas, illius occasione à vera fide ac religione averti, & in perditionem ire: idq; in natione, ex qua nobis secundum carnem origo est, quæ ab initio, ex quo ad Christum conversa fuit, usq; ad istos proximos annos semper extitit fidelissima, ac religiosissima: ac propterea nobis vehementissimum desiderium esse, ut huic pesti celerius occurratur, prius quam Germaniæ ipsi contingat, quod Bohemiæ olim contigit: nosq; parati simus esse, ad faciendum omnia in hunc effectum, quæ ex parte nostra expectari poterunt: ac summopere desiderare, ut etiam unusquisq; eorum hoc ipsum pro viribus facere studeat: utque id faciant, nos quantum possumus unumquemq; eorum hortari & rogare. Debebunt autem eos ad hoc movere sequentia.

Primò & ante omnia honor Dei omnibus rebus preferendus, qui per istas hæreses graviter ledit, siusq; cultus

Deus eos , qui sua negligentia pereunt,
de manu eius requireret.

Secundò moveat eos debet infamia na-
tionis suæ: quæcum semper præ cæteris
nationibus Christianissima sit habita ,
nunc propter eos , qui sectam Lutheranam
sequuntur , apud omnes pessime
audit.

Tertio moveat eos respectus honoris
eorum proprii , qui maxime lreditur : si
qui apud nationem Germanicam autori-
tate & potentia pollent , hæreses istas
non totis viribus expellere laborant:
tum quia degenerabunt à progenitorib.
suis , viris Christianissimis , qui in Con-
stantiensi Concilio ex magna parte inter-
fuerunt condemnationi Iohannes Huss
& aliorum hæreticorum , quorum aliqui
ipsum Ioantem Huss propriis manibus
ad ignem duxisse dicuntur: tum quia ipsi ,
vel major eorum pars , edictum imperiale
in executione sententiaz apostolicæ
contra Martinum Lutherum , & suos late-
factum approbârunt , ei autoritateis suæ
adhibuerunt : & propterea , nisi illud
pro viribus executi fuerint , vel in con-
stantes indicabuntur , vel etiam favere re-
putabuntur , cum manifestum sit , eos ubi
efficaciter velint , illum exterminare fa-
cile posse ,

Quartò moveat eos injuria , quæ per
Lutherum eis , & eorum parentibus ac
progenitoribus infertur . Cum enim ipso-
rum parentes , & progenitores , & ipsi
met semper tenuerint fidem , quam Ec-
clesia Romana atque Catholica appro-
bat , & Lutherus suiq; sectatores longe
diversam fidem teneant , afferendo , mul-
ta non esse de fide , quæ tamen illi tenuen-
tiae esse de fide : manifestum est , illos à
Luthero condemnari , pro infidelibus &
hæreticis , & per consequens , secundum
Lutherum , omnes eorum majores , qui in
fide nostra decesserunt , sunt in inferno , quū
error in fide homines damnationis reos
faciat .

Quintò attendant finem , ad quem Lu-
therani tendunt: ut scilicet sub colore li-
bertatis Euangeliaz , quam hominib. pro-
ponunt , omnis potestas superioritat is tol-
latur . Nam licet ab initio præ se tulerint ,
Ecclesiastiam potestatem , tanquam ty-
rannice , & contra Evangelium occupa-
tam , annihilare , seu reprimere velle : tan-
men cum eorum fundamentum , s. liber-
tas , quam prædicant , & que vel plus mi-
litet contra potestatem secularis , quantum
scilicet illa nullis præceptis , quantum-
vis iustis & misericordiis , admodum

nationem hanc non contra se , sed dun-
nat contra Ecclesiasticos (quibus laici
communiter infensi sunt) dirigi , ac pro-
pterea partim in eorum favorem tractis ,
partim dissimulantibus , seu non contra-
dientibus , ipsi facilius ecclesiasticos e-
verterent . Quo facto dubium non est ,
quoniam populi idem contra seculares Prin-
cipes tentaturi essent .

Sexto moveant eos maxima
scandala , turbationes , direptiones bono-
rum , homicidia , lites , dissensiones ,
quas secta hæc pessima excitavit , & quo-
tidie excitat per totam Germani-
am . Item blasphemiz , maledicta ,
scurrilitates , & amaritudines , quæ istis
semper in ore sunt . Quæ nisi ipsi sedare
curaverint , verendum est , ne ira Dei , de-
solatio veniat super Germaniam , inse-
tam divitiam : imino super ipsos met Prince-
pices , qui , cum potestate & gladium
à Domino receperint ad vindictam ma-
lorum , talia in subditis suis fieri permit-
tant . Maledictus , inquit Propheta , qui
facit opus Dei negligenter , & prohibet
gladium suum à sanguine iniquorum .

Septimo considerent , Lutherum pro-
pe consimili via ad seducendum popu-
lum Christianum uti , qua Mahometus
ille spurcissimus usus , tot animarum mil-
lia decepit : permitting videlicet ea , ad
quæ homines carnales inclinantur : & ex
inde , eximendo eos ab his , quæ in lege
nostra graviora videntur : nisi quod Lu-
therus paulo modestius agere videtur , ut
eo efficacius decipiatur . Mahometus plu-
res uxores habendi , & eas pro arbitrio
repellendi , aliasque ducendi licentiam
concessit : Iste , ut monachorum , & Deo
dicatarum virginum , ac sacerdotum , la-
scivia carnis gestientium , sibi favores
conciliat , prædictat , vota perpetuez con-
tinentiaz etiam illicita esse nedium non
obligatoria : propterea q; licere illis , per
Evangelicam libertatem , nubere : imme-
mor verbi Apostolici , cum dicit de vi-
duis adolescentioribus : quod , cum la-
zuriatæ fuerint , si in Christo nubere vo-
lunt , habentes damnationem , primam
fidem irritam feceront .

His per te expositis , & aliis pluribus ,
quæ in hanc sententiam partim ex litera-
rum nostrorum exemplis colligere , par-
tim ex tua prudentia excogitare poteris
hortaberis nostro nomine d' G os princi-
pes , prælatos , ac populos , ut tandem ex-
pergiscantur , & excitentur , ad obvian-
dum tam grandi iniuriaz , quam Luthera-

nant, inferre noscuntur : & ad execu-
tionem sententia Apostolicz, ac Impe-
rialis editi facti, omnino procedant.

Detur venia his, qui resipiscere, & er-
rotes suos abjurare voluerint : semperq;
proniores sint ad miserandum, quam ad
vindicandum, exemplo Dei nostri, qui
nouult mortem peccatorum, sed ma-
gis, ut convertantur, & vivant. At qui in
errore pestinaces permanescunt, dicitur
strictionis virga, juxta Iacorum Cano-
num & Legum decreta, sic puniantur, ut
ceteri eorum exemplo vel in fide recte
permaneant, vel lapsi in rectam viam re-
deant.

Quod si quis forte dixerit, Lutheruti
inauditum, & indefensum fuisse, per le-
adem Apostolicam condemnatum, & pro-
pter ea audiri omnino debere, nec, antea
quam convictus sit, condemnandum esse:
respondebitis, quod illa, quæ fidei sunt,
propter divinam autoritatem credenda
sunt, non probanda Auser, inquit Ambrosius
argumenta, ubi fides queritur, pectorib.
creditur non dialecticis. Et certè fatemur,
ei defensionem negari non debere in his,
quæ sunt facti, hoc est, utrum dixerit,
necne: utrum prædicaverit, vel scrip-
tit, necne: semper divino jure vero, &
materia sacramentorum standum autori-
tati sanctorum & Ecclesiaz.

Adde, quod ferè omnia, in quibus
Lutherus ab aliis dissentit, sunt per di-
versa concilia prius reprobata. Non de-
bet autem revocari in dubium, quod per
concilia generalia & universam Ecclesi-
am constat esse approbatum, tanquam
fidei tenendum. Injuriam namque facit
Ecclesiaz synodo, qui semel recte disposi-
ta nititur in dubium revocare.

Quid enim unquam certi esse poterit
inter homines? vel quis disputationum,
bontencionumque finis erit? si præsum-
tuoso, & perverso cuique libertas, seu
licentia erit recedendi ab his, quæ non
per unius, neque paucorum, sed tot se-
culorum, & tot sapientissimorum homi-
num consensum, & Catholicaz Ecclesiaz
(quam Deus in his, quæ fidei sunt, nun-
quam errare permittit) determinatione
sancta sunt: cum ramen unaquaque civi-
tas leges suas inviolabiliter observari
exigat? Quomodo non omnia turba-
tionibus, & scandalis, & confusione ple-
na erunt: nisi ea, quæ semel, imo sepius
maturo iudicio constituta, ab omnibus
inconclusa obseruentur?

Cum igitur Lutherus & sui concilia
Sanctorum patrum concordant, sacros
canentes, & canticantes, &c.

exterminando se esse. Item dices: nos ingenui festeri: quod Deus hanc persecutionem Ecclesiaz sua
inferre permittit, propter peccata homi-
num, maxime sacerdotum, & Ecclesiaz
prælatorum. Certum enim est, non esse
abbreviatam manum Domini, ut salvare
nequeat: sed peccata dividere inter
nos & ipsum, & abscondere faciem suam
a nobis, ut non exaudiatur. Ciamant Scri-
pturn: peccata populi derivari a pecca-
tis sacerdotum: propterea q; (ut a Chrysostomus)
salvator noster curaturus in-
firmam civitatem Hierusalem, ingressus
est prius templum, ut peccata sacerdotum
primo castigaret, instar boni medici, qui
mortuum a radice curat.

Scimus, in hac sancta sede aliquot jam
annis multa abominanda finis, abusus
in spirituatis; excessus in mandatis, Se
omnia deniq; in perversum mutata. Nec
mirum, si ægritudo à capite in membra,
à summis pontificibus in alios inferiores
prælatos descendit. Omnes nos (id est;
prælati Ecclesiastici) declinavimus, unus-
quisque in vias suas: nec fuit jam din, qui
sacerret bonum; non fuit usq; ad unum.

Quamobrem necesse est, ut omnes de-
mus gloriam Deo, & humilierius animas
nostras ei: videatq; unusquisq; nostrum,
unde ceciderit: & se potius quilibet judi-
ceret, quam à Deo in virga furoris sui ju-
dicari velit. Qua in re, quod ad nos atti-
net, pollicebitis: nos omnem operam
adhibitos, ut primum Caria hæc funde-
sonte omne hoc malum processit) refor-
metur: ut, sicut inde corruptio in omnes
inferiores emanavit, ita etiam ab eadem
sanitas & reformatio omnium emanet: ad
quod procurandum nos tanto arctius ob-
ligatos reputamus: quanto universum
Mundum hujusmodi reformationem a-
vidius desiderare videmus.

Nos (ut alias tibi dixisse credimus)
Pontificatum hunc nunquam ambivimus: imo, quantum in nobis fuit, longè
maluissemus privatam vitam agere, & in
sancto ocio Deo servire. Et profecto
Pontificatum ipsi in plane recusassemus:
nisi Dei timor, & sincerus electionis no-
stri modus, nec non schismatis, ex recus-
atione nostra imminentis, merus, nos
acceptare illum coegeret.

Subiicimus igitur colla summa dignita-
ti, non ob dominandi libidinem, neque
ad ditandos propinquos nostros, sed ad
divinæ voluntati parendum: ad defor-
matam eius sponsam Ecclesiam catholicam
reformandam, ad subveniendum sup-

nant, inferre noscuntur : & ad execu-
tionem sententia Apostolicz, ac Impe-
rialis editi facti, omnino procedant.

Detur venia his, qui resipiscere, & er-
rotes suos abjurare voluerint : semperq;
proniores sint ad miserandum, quam ad
vindicandum, exemplo Dei nostri, qui
nouult mortem peccatorum, sed ma-
gis, ut convertantur, & vivant. At qui in
errore pestinaces permanescunt, dicitur
strictionis virga, juxta Iacorum Cano-
num & Legum decreta, sic puniantur, ut
ceteri eorum exemplo vel in fide recte
permaneant, vel lapsi in rectam viam re-
deant.

Quod si quis forte dixerit, Lutheruti
inauditum, & indefensum fuisse, per le-
dem Apostolicam condemnatum, & pro-
pter ea audiri omnino debere, nec, antea
quam convictus sit, condemnandum esse:
respondebitis, quod illa, quæ fidei sunt,
propter divinam autoritatem credenda
sunt, non probanda Auser, inquit Ambrosius
argumenta, ubi fides queritur, pectorib.
creditur non dialecticis. Et certè fatemur,
ei defensionem negari non debere in his,
quæ sunt facti, hoc est, utrum dixerit,
necne: utrum prædicaverit, vel scrip-
tit, necne: semper divino jure vero, &
materia sacramentorum standum autori-
tati sanctorum & Ecclesiaz.

Adde, quod ferè omnia, in quibus
Lutherus ab aliis dissentit, sunt per di-
versa concilia prius reprobata. Non de-
bet autem revocari in dubium, quod per
concilia generalia & universam Ecclesi-
am constat esse approbatum, tanquam
fidei tenendum. Injuriam namque facit
Ecclesiaz synodo, qui semel recte dispo-
nititur in dubium revocare.

Quid enim unquam certi esse poterit
inter homines? vel quis disputationum,
bontencionumque finis erit? si præsum-
tuoso, & perverso cuique libertas, seu
licentia erit recedendi ab his, quæ non
per unius, neque paucorum, sed tot se-
culorum, & tot sapientissimorum homi-
num consensum, & Catholicaz Ecclesiaz
(quam Deus in his, quæ fidei sunt, nun-
quam errare permittit) determinatione
sancta sunt: cum ramen unaquaque civi-
tas leges suas inviolabiliter observari
exigat? Quomodo non omnia turba-
tionibus, & scandalis, & confusione ple-
na erunt: nisi ea, quæ semel, imo sepius
maturo iudicio constituta, ab omnibus
inconclusa obseruentur?

Cum igitur Lutherus & sui concilia
Sanctorum patrum concordant, sacros
canentes, & canticantes, &c.

exterminando se esse. Item dices: nos ingenui festeri: quod Deus hanc persecutionem Ecclesiaz sua
inferre permittit, propter peccata homi-
num, maxime sacerdotum, & Ecclesiaz
prælatorum. Certum enim est, non esse
abbreviatam manum Domini, ut salvare
nequeat: sed peccata dividere inter
nos & ipsum, & abscondere faciem suam
a nobis, ut non exaudiatur. Ciamant Scri-
pturn: peccata populi derivari a pecca-
tis sacerdotum: propterea q; (ut a Chrysostomus)
salvator noster curaturus in-
firmam civitatem Hierusalem, ingressus
est prius templum, ut peccata sacerdotum
primo castigaret, instar boni medici, qui
mortuum a radice curat.

Scimus, in hac sancta sede aliquot jam
annis multa abominanda finis, abusus
in spirituatis; excessus in mandatis, Se
omnia deniq; in perversum mutata. Nec
mirum, si ægritudo à capite in membra,
à summis pontificibus in alios inferiores
prælatos descendit. Omnes nos (id est;
prælati Ecclesiastici) declinavimus, unus-
quisque in vias suas: nec fuit jam din, qui
sacerret bonum; non fuit usq; ad unum.

Quamobrem necesse est, ut omnes de-
mus gloriam Deo, & humilierius animas
nostras ei: videatq; unusquisq; nostrum,
unde ceciderit: & se potius quilibet judi-
ceret, quam à Deo in virga furoris sui ju-
dicari velit. Qua in re, quod ad nos atti-
net, pollicebitis: nos omnem operam
adhibitos, ut primum Caria hæc funde-
sonte omne hoc malum processit) refor-
metur: ut, sicut inde corruptio in omnes
inferiores emanavit, ita etiam ab eadem
sanitas & reformatio omnium emanet: ad
quod procurandum nos tanto arctius ob-
ligatos reputamus: quanto universum
Mundum hujusmodi reformationem a-
vidius desiderare videmus.

Nos (ut alias tibi dixisse credimus)
Pontificatum hunc nunquam ambivimus: imo, quantum in nobis fuit, longè
maluissemus privatam vitam agere, & in
sancto ocio Deo servire. Et profecto
Pontificatum ipsi in plane recusassemus:
nisi Dei timor, & sincerus electionis no-
stri modus, nec non schismatis, ex recus-
atione nostra imminentis, meritus, nos
acceptare illum coegeret.

Subiicimus igitur colla summa dignita-
ti, non ob dominandi libidinem, neque
ad ditandos propinquos nostros, sed ad
divinæ voluntati parendum: ad defor-
matam eius sponsam Ecclesiam catholicam
reformandam, ad subveniendum sup-

fructus & laetus sit eventurum: cuius re-
evidens facit argumentum, quod sua
beatitudo iterum arque iterum testatur;
nihil se tam die noctuq; cogitare, quam
ut in curando grege sibi commisso, boni
pastoris partes modis omnibus præstare
possit: imprimitq; sibi curæ esse; Christi-
anorum principum animos, jam nimis
inter se dissidentes, ad pacem & concor-
diam in eundam componere, deponens
daque arma (aut si bellandum esset, ea in
fidei hostes convertenda) quotidiani fe-
re literis hortari, precariq; haec tenus non
destitit: simulq; declarando, quanta hu-
justam sancti, & præclarri desiderii (ju-
vando, & subsidia mittendo Rhodianis
militibus, cum incommodo suz rei fami-
iliaris) re ipsa ediderit exempla:

Ex his omnibus sacrae Cesareæ Majestati-
tis dominus Locumtenens, ceteriq; hu-
jus faci Imperii ordines nō mediocrem
spem & consolationem, cum maxima a-
nimorum gratitudine accepere: plane
intelligentes, hanc concordiam Christiano-
rum Principum in omnibus rebus be-
ne gerendis ac ordinandis, non mini-
mum momenti habere: sine qua profectio
nec Resp. Christianæ religionis recte cu-
rari, vel institui: multoq; minus tyranni-
di immanissimi Turcæ commode oblisti
poterit: quemadmodum hæc ex his, quæ
Reverendissimus dominus, suz beatitudi-
nis nuncius Apostolicus, nuper, cum
pro subsidiis Hungarorum egit, pero-
rando proposuit, simulq; ex his, quæ per
serenissimi Hungarorum regis, & illius
regni legatos lamentabiliter exposita &
declarata sunt (quas scilicet calamitates,
injurias, & ad extremum usque exitium,
Hungarorum regnum ab impiis hostibus
tulerit, indiesque majora timere habeat)
abunde intellecta sunt.

Quare serenissimus Princeps, sacrae
Cesareæ Majestatis Locumtenens, cete-
rique Principes, Electores, & ordines,
summo studio ex animo orant, ut sua san-
ctitas in hoc sancto proposito ea, quæ cœ-
pit indigentia, ut pius pater, & verus pa-
stor, pro incumbentis officiis debito per-
gat: nihilque intentatum relinquit, quò
Christianorum Principum dissidentes an-
imos ad pacem reducat, vel si id in to-
tum fieri non possit, saltem ad tempus in-
stanta temporum & rerum necessitate in-
ducias facere labore: quo instantibus
Christianæ Reipublicæ periculis, & Tur-
cæ perfidissimi conatus. Dei auxilio,
communibus Christianorum copiis, &

Locumtenens, aliique Princeps Germani-
ni, una cum ceteris potentatibus, o-
mni ope & opera fideliter sunt labora-
turi.

Deinde suz beatitudinis literæ, simul-
que instruatio, per suz Beatitudinis nun-
cium Apostolicum, coram ordinibus
imperii oblata, continebant, suam B.
maximo dolore affligi ex proliferatione
se & Lutherana: ob id potissimum, quod
innumerabiles animæ Christi sanguine
redemptæ, ac suz beatitudinis curæ com-
missæ, illius occasione, à vera religione
avertantur, atque in perditionem eant:
ob id suam B. vehementissime desiderare,
ut huic pesti celerius occurratur, ne de-
teriora inde contingant: cum explica-
tione quarundam necessiarum ratio-
num, quæ principes Germanos, ad hac
quam celerius conandum, maxime mo-
vere posint ac debeant: imprimitque
adhoccando, ut sententia per sedem a-
postolicam in Lutherum legitime lata, &
post sacrae Cesareæ & catholicæ majesta-
tis editum, super ejusdem sententiaz ex-
ecutione in proximis comitiis Wormaciæ
habitis decretum, debitæ demandentur
executioni:

Ad hæc sacrae Cesareæ Majestatis
Locumtenens, & Principes, aliique or-
dines dicunt, se non minus, quam Bea-
titudinem pontificis ex animo dolere de
impietatibus, animatum periculis, & in-
commodis, quæ in Christiana religione,
ex Lutherana se & alii sive provenerint.
Quicquid enim auxili & consili pro ex-
tirpandis erroribus, & animatum peri-
culis amovendis, sua moderatione pra-
fere unquam poterunt, sunt, pro summa
sua in Christi religionem devotione &
pietate, paratissimi, ingenuaque agno-
scunt, se & beatitudini Pontificis, &
S. C. Majestati (ut Christianos decet
principes) ad omnem obedientiam esse
obnoxios;

Sed quod sedis Apostolicæ senten-
tia in Lutherum lata, simulque S. C. M.
editum, non sit debitæ executioni de-
mandatum: non sine maximis, urgen-
tissimisque rationibus, ut puta, ne pejo-
ra inde causarentur, &c. haec tenus præter-
missum est.

Majori namque populi parti
jam pridem persuasum est, & modò Luthe-
ranis libris ac dogmatib. populorū opis-
cio sic informata, ut ja pro comperto ha-

pro executione Apostolicæ iudicis sententiæ, vel Imperatoris majestatis editi, quidpiam acerbius attentatum esset, mox popularis multitudo sibi hanc suspicione animo conceperet, ac si talia fierent pro evertenda Evangelica veritate, & sustinendis, manutenendisq; malisabus, impietatisbusque. Vnde indubie aliud nihil, quam gravissimi tumultus populares, intestinaq; bella speranda essent. Quemadmodum ex multis & variis rerū argumentis principes, aliiq; ordines jam plane didicere & cognovere: opportunitibus itaq; remediis his malis, in hac potissimum temporum difficultate, succurrendum esse, existimant.

Nam quemadmodum & Reverendissimus dominus nuncius Apostolicus, nomine beatissimi Pontificis, in sua instrutione inter alia piè, Christianè, & verè fatetur & agnoscat: quod Deus hanc Ecclesiaz suæ persecutionem inferri permittit, propter peccata hominum: pollice turque, beatit. Pontificis omnem adhibitaram operam, ut primum Romana curia, unde fortè omne hoc malum processit, reformetur: ut, sicut inde corrupcio in omnes inferiores emanavit, ita etiam ab eadem sanitas & reformatio omnium emanet.

p. 199. Ad hæc Beatissimus Pontifex pio ac paterno amore testatur, sibi, etiam dum in minoribus esset, plurimum displicuisse, quoties concordatis principum per Curiam Romanam derogaretur: siveque beatitudini hanc certissimam esse sententiam, etiam si principes nunquam requirerent, sui pontificatus tempore penitus abstinere, unicuique & maximè nationi Germanicæ, jus suum conservare, illiq; nationi peculiares favores impendere.

Quis itaque ex his omnibus non videt, sanctissimum Pontificem nihil penitus ilorum omittere, quæ vel pius pater & verus pastor ovibus suis unquam vel praestare possit vel debeat? Quis non pét hæc ad veram pietatem, filialem amorem, & erectorum suorum emendationem non moveretur, maximè, cum sua sanctitas hæc tam pia, sanctaque instituta opere ipso, uti cœpit, praestiterit.

Quemadmodum serenissimus dominus Locumtenens, ceterique principes, & omnium hujus imperii ordinum proceres indubie sperant: idque pro summa immortalis Dei gloria, animarum salute, ac publica pace & tranquillitate servanda, fieri, ex animo efflagitant, orantque Nam nisi istiusmodi abusus & gravamina

tumultus & tribulum, patro per Germaniam minime speranda est.

Nam ex longis & variis bellorum multis, quibus Germania nostra multis annis interturbatur: item ob alia gravamina & incommoda, quæ huic nationi hactenus incubuerunt, hæc natio pecunias ac divitiis adeò est extenuata & exhausta, ut etiam jam pro necessaria utilitate ac pacis conservatione in his deficit. Multo majori itaque incommodo & difficultate, Hungarorum regno & Croatis petita auxilia contra Turcam præstare poterit.

Cum autem ordines sacri Romani Imperii nihil dubitent, beatitudinem Pontificis pro comperto habere: Principes Germaniz insolutionem Annatorum, ad aliquot annos sedi Apostolicæ solvendorum, ea lege ac conditione consenserint, ut illa in oppugnationem perfidissimi Turcæ, & defensionem fidei catholicæ converterentur: ex quo autem numerus annorum, intra quos annata illa solvi debeant, nunc longo intervallo transitus sit, neque Annata illa à beatitudinis suæ prædecessoribus Pontificibus Rom. in hunc usum, in quem decreta sunt, conversa: ob id, si modò necessitate exigente, omnia auxilia in oppugnationem Turcæ per Germaniam essent decernenda & colligenda, causatur inde populus Germanicus, quare Annata, prius jam multis annis in hunc usum reservata, ad hoc opus non applicentur: aversanturque illa in se ob hanc causam gravamina recipere: ex quo prælati Ecclesiastici, pro annatis sedi Apostolicæ solvendis, ut plurimum suis subditis superindicta, & collectas imponere & talia ab eisdem recuperare cauaserunt.

Quare illustrissimus Princeps dominus Locumtenens, aliique principes & ordines Rom. Imperii vehementer orant, ut beatitudo Pontificis velit hæc & alia paterno affectu considerare, & illa Annata, quæ post obitum Episcoporum, aliorumque prælatorum seu Ecclesiasticorum, ad curiam Romanam solvenda tuerit, in futurum non exigere: sed illa fisco sacri Romani Imperii applicanda relinquare: ut eo commodius justicia, pax, & tranquillitas nationi Germanicæ conservari, & Respublica eò melius per hæc ordinari, possintque per Germanicam nationem alii Christianis potentatib. contra Turcam, communem hostem, auxilia & præsidia præstari: quod alias & absq; re minima sperandum erit.

Illustrissimus Princeps dominus Locumtenens, aliiq; principes & ordines dicunt quicquid hac in re, pro pietate & Christiane religionis devotione, utilitatis & auxilii praestare poterunt, sunt, eruntq; semper ex animo paratissimi.

Ex quo autem hoc seculum in omni statu, tam Ecclesiastico, quam seculari, corruptissimos habeat mores, sintq; non tantum ex parte Lutheranæ sectæ, sed & ex aliis causis multi errores, abusus, & corruptio[n]es, quæ ita inoleverunt, ut istis opportunis remedii provideri summo perè necessarium sit: ob id simulq; propter immensam tyrannidem crudelissimi Turcæ, qua multis jam annis Christianitati multa incommoda & calamitates varias intulit, hodieq; majora inferre molitur: nullum itaq; commodius, efficacius, & opportunitus remedium Illustrissimus dominus princeps Locumtenens, ceteriq; principes, & ordines cogitare possunt: quam quod Beatitudo Pontificis, accedente ad h[ec] sacra C.M. consentia, liberum Christianum Concilium, ad locum convenientem, in natione Germanica, quanto ocyus & celerius, quoad fieri possit, videlicet vel in Argentoratum, vel Moguntiam, Coloniam Agrippinam, vel ad civitatem Metensem, vel alium convenientem locum in Germania indicere: nec ultra unius anni spaciū (si possibile foret) h[ec] concilii convocatio & designatio differantur: & quod in tali concilio cuique, qui interesse deberet, ecclesiastici vel laicalis ordinis, non obstantibus quibuscunq; juramentis & obligationibus, libere licet loqui, & consulere pro gloria summi Dei, & salute animarum, proque Republica Christiana, absq; aliquo impedimento: quin imo quilibet ad h[ec] debeat esse obnoxius, ut non dulcia, sed vera & meliora consulat, summa cura & diligentia, per salutem animarum, & absq; aliqua adulacione, doliq; vel fraudis suspicione. Verum quibus modis & rationibus interim & medio tempore, isti tumultus & populi errores poterunt pacari, intertene ri, & compesci: maxima cura & diligentia illuissim. & serenissimus dominus Locumtenens, & alii principes consuluerunt: cù minima pars isti negotii ex hac medii temporis intercapidine pendeat.

Itaq; deliberaverunt in primis, ex quo Lutherus, & aliqui illius sectatores in ditione ac territorio Illustrissimi ducis Friderici, Saxonie Principis Electoris, &c. agant: ob id Illustrissimus Princeps Locumtenens, & alii ordines Imperii, apud

edane, & typis excudi faciant, indubieq; sibi persuadent, quod prædictus Illustrissimus Princeps Saxonie, pro sua in religionem Christianam pietate, & in sacrum Romanum Imperium observantia & obedientia, ut virtute prædictum deceat Principem Electorum, omnem operam in hac re sit adhibiturus.

Curabuntq; simul Illustrissimus dominus Locumtenens, principes, & imperii ordines, ut per omnem Germaniam cum divini verbi concionatoribus five prædicatoribus diligenter agatur: ne in populum Christianum spargant, vel dicant ea, per quæ possit popularis multitudo ad tumultum vel rebellionem moveri, aut in aliquem errorem induci: sed quod nihil præter verum, purum, sincerum, & sanctum Evangelium, & approbatam scripturam, piè, mansuetè, & Christianè, juxta doctrinam & expositionem approbatæ, & ab Ecclesia Christiana receptæ scripturæ doceant, & prædicent: omniaq; illa omittant, quæ à populo doctrinæ & sanctæ & ignorentur, quam sciantur, quæq; subtilius indagare, & ad imum usq; exigere, minimè expedit: nihilq; in populo per concionem disputationū moveant: sed quicquid controversiæ fuerit, usq; ad determinationem futuri Concilii reservet.

Ordinabunt præterea Archiepiscopi & Episcopi, ac alii prælati, per suas diœceses viros doctos, probos, & in sacris literis peritos, qui prædicantib. fideliter & diligenter intendere debebunt. Et si quid ab illis vel erratum, vel minus idonee dictum esse offenderint: piè, mansuetè, ac modestè eos corrigeant, & informabunt in hunc modum: ne quispiam suspiciati possit, ut veritas Evangelica per hoc impedita queratur. Qui prædicatores, si tales monitores audire nollent, nec à suis ineptiis abstinere: debebunt per locorum ordinarios congruis pœnis coerceri & puniri.

Præterea in omnibus bibliothecis, & apud Typographos diligentissime, quantum possibile erit, providebunt: ne in futurum aliquid novi typis excudatur, maximè, ne libelli famosi neque publicè, neq; secreto vendantur. Et ordinabuntur apud omnes potestates, ut, si quispiam aliquid novi edere, vendere, vel typis excudere voluerit, prius per aliquos viros probos, doctos & literarum peritos istud revideatur & recognoscatur: & nisi per eosdem admissum, vel approbatum fuerit, minimè videntur, excudatur, vel publicetur.

Et per hæc media sperant, quod hoc tempore poterit isti tumultibus errorib.

noerum & Carthaginum, diligenter concilium. Per hæc enim maxime satis fieret populari, & nunc fluctuant multi fidini. Et si hic tumultus tam illico in totum forsitan per ista sedari non posset: nihil tamen dubitant, quod major pars istius per hunc modum ad tranquillitatem & pacem movetur. Indubie enim multi probi & boni viri Christiani futurum, & proximè indicendum concilium magno desiderio essent expectatur.

Postremò de presbyteris, qui matrimonium contrahunt: & de religiosis, qui, relictis monasteriis, ad seculum redeunt: de quibus Reverendiss. dominus nuncius Apostolicus etiam inter cetera meminit, considerant Principes & Imperii ordines, ex quo in legibus civilibus nulla pœna specialiter super his sit statuta, ob id congruum & justum ipsis visum est, ut tales per eorum ordinarios debita pœna, scatris canonum constitutionibus super hoc expressa, ut puta amissione beneficiorum, & privilegiorum, & aliis condignis pœnis puniantur, & coërceantur: & quod ordinarii illi à potestatibus secularibus in ista animadversione & punitione minimè impedianter. Sed quod pro tutio ne jurisdictionis Ecclesiasticæ eis auxili um & favorem impendant, & super his omnibus publice mandata & edicta faciant: ne quispiam ordinarios in punitio ne, & coërtione talium impedit: sed quando alios illi votorum transgressores in dictione & territorio alicujus principiis vel potestatis secularis delinquerent: quod ex tunc debit is & congruis pœnis punianter & coërceantur.

Postremò super his omnibus illustrissimus & serenissimus Princeps dominus Locumtenens, aliiq; principes & ordines vehementer, & ex animo iterum atque iterum orant: ut beatitudine Pontificis, simulq; Reverendus dominus Orator ista omnia non aliter accipere, & intelligere velint, quam à bono, pio, sincero, & Christiano animo profecta, cogitata, & dicta esse. Nihil enim est, quod omnes isti principes & ordines tam ex animo velint, atq; cupiant, quam statum sanctæ catholice & Romanæ Ecclesiæ, beatitudinisq; Pontificis, felicem, incoluem, & salvam: ad eajus vota, desideria, & obedientiam, ut fideles filii se parati ssimos offerunt, atque commendant.

Replicatio Pontificii Oratoris.

Serenissime Cæsarez M. Locumtenens, Reverendissimi patres, Illustrissimi Principes & ceteri sacerdoti

at, & per subsequens Pontifici maximo, ac universæ Christianitati sit minus fastis factum. Et omissis multis quæ de pietate, fide, & observantia vestra erga sanctissimum dominum nostrum, & sanctam sedem Apostolicam in proemio, vestri responsi habentur, de quibus tamē nomine suæ sanctitatis vestris illustrissimas dominationib; gratias ago, veniam tandem ad ea, quæ supplicatione, cōfessione, & declaratione indigere videntur, reliqua prout stant, quatenus placeant sanctissimo domino nostro, acceptanda.

Et primò, quantum pertinet ad id, quod Illustrissimæ dominationes vestre dicunt, & se excusando asserunt: quod attento, quod populis Germanicæ sit persuasum, quod ipsis multa gravamina curia Romana sint illata, & ab ipsa multa scandalæ & incommoda indies patientur: non fuisse visum sibi, expedire, ut sententia Apostolicæ sedis, & Imperiale Decretum debitæ executioni mandetur, ne inde contingat, peiora & acerbiora mala provenire. Ad hæc replicatur, quod nec sanctissimus dominus noster, nec Cæsarea majestas, nec ullus Christianorum principum expectavit unquam, tale à vobis responsum in hac re dari.

Nam si Lutherus ante sententiam Apostolicam, tot clarissimorum virorum & universitatum judicis fundatam, & denique ante Cæsareum Decretum, ipsiusq; edictum erraverat in uno: post eandem sententiam & Decretum erravit in longè pluribus, & nihil reliquum fecit, quod minus tota orthodoxa religio à fundamentis everfa sit. Quapropter, quum pœnz debeat commenstrari delicto de jure attento, quod indies magis cum suis sequacib. erravit, & errat, ut notorium debent pœnz ipsis augeri, atq; gravari, & non diminui, prout ex præsenti vestro decreto fit.

Et quantum ad responsum ipsum, et quod in primis offenditur divina majestas, cuius causa tam segniter curanda proposuitur: offenditur Pontificis & Apostolicæ sedis dignitas: offenditur postremò Imperialis culminis celitudo: quorum Decreta & ordinationes tam impune suspenduntur, abrogantur, deprimiturq; offenditur & pariter communis honor veleter, quum omnes unanimis interfuerint eidem imperiali Decreto decernendo, & vestram autoritatem præstando.

Nec satis fieri illud, quod in primis

exculandi, qui Lutherum sectari velint, quod propter sibi inficta scandala & gravamina à curia Romana (etiam si verum illud esset) deberent ab unitate catholice fide propterea resilire, & in profundum malorum se precipitate. Nam omnia potius mala deberent a quo animo & patienter sustinere, quam se & animam suam, cum periculo in precipitium dare.

Et si illud in omni tempore praestare debuissent, quanto magis deberent resistere? quem intelligant; Deum optimum maxime, dedisse Ecclesia sua sancte pastorem optimum: pastorem inquam, sanctissimum, eundemque Germanum, qui non solum universam Ecclesiam sit curaturus & instauratus, sed etiam Germaniam suam ad pristinam pietatem restitutorus, ac pluribus & insignibus donis, in his quæ honeste poterit, illustratus.

Quare Principes Illustrissimi & Excel-
lentissimi, vostantis affectibus rogo, &
vehementer obtestor, ut his rationibus
verissimis adducti, verissimis adducti, ve-
licitis, antequam hujusmodi celeberrimus
vester conventus dissolvatur, omnino
statuere & firmiter deliberare, quod ea-
dem Apostolica sententia ac Imperiale
edictum exequatur, & executioni man-
detur, sine aliqua diminutione: quum ex
hac magna pars, quin imo tota Germania
salus dependeat. Et si in aliquibus
Germani populi (ut asseritur) sunt a cu-
ria Romana gravati, illud declarent.
Nam semper Apostolica sedes, quæ est
mater piissima omnium oppressorum,
parata erit illos sublevare, & pro viribus
juvare & tueri.

Quoad editiones & discordias, quæ
sunt inter Ecclesiasticos & seculares prin-
cipes Germania, pacandas, ac ad arti-
culos dandos eosdem moderandos, re-
spondetur: quod sanctissimus dominus
noster, ubi, eas seditiones & discordias
intellexerint, pro officio humeris suis
incumbenti, curabit, ut omnino compo-
natur & extinguitur, quum non mi-
nus habeat juris in filios suos & Ecclesiæ
temporales principes, ac in eosdem Ec-
clesiasticos. Pariter moderabitur
inter omnes, ut unusquisque habeat quod
suum est, & neutri injurietur.

Quoad Annatas, non persolvendas Ro-
manas, sed in Germania retinendas, pro su-
stentatione Imperialis gubernii, reser-
vatur responsio ipsi Pontifici: quæ dabitur

vocare cœcomenicum generale Concili-
um, replicatur: quod illud speratur non
debere displacere sua sanctitati, ob o-
mnes præcipue illas causas: tamen peti-
tur, ut illud Concilium aliis verbis ma-
gis idoneis reformetur: & quod tollantur
ea, quæ possent aliquam umbram facere
sua sanctitati: prout est, quod sua san-
ctitas debeat convocare Concilium de
consensu Cæsarez majestatis, quod sit libe-
rum: & quod relaxentur juramenta:
item quod ponatur magis in una civitate
quam in alia, & similia, &c. Quia nisi
tollerentur ista, videretur sanctitati sua
ligari manus per illustriss. D. vestras,
prout in voce declaratum.

Quoad prædicatores, qui in posterum
fidelibus habebunt prædicare verbum
Dei, replicatur: quod servari debeat il-
lad: quod sanctissimus D. noster nuper
piè & sanctè statuit & ordinavit, de vene-
rabilium fratrum suorum consilio & af-
fensi. Quod est, ut (stante ista perniciosa
secta in Germania) nullus deinceps pos-
sit prædicare verbum Dei per civitatem
vel diœcesim alicujus: nisi ille talis pri-
mus fuerit examinatus per Episcopum, vel
officiale suum, de doctrina & sufficien-
tia sua, & eadem fuerit ab eo approbata,
vel propria & Christiana reputata. Et pa-
riter, nisi ille talis fuerit ad munus
prædicandi per eundem Episcopum, vel
suum officiale institutus, qui habeat et-
iam illum amovere & castigare, quando
arcta via ceciderit. In ceteris placet,
quantum de dictis præparatoribus per
illustrissimas D. V. quod prædicens Evan-
gelium cum interpretatione scripturarum,
quæ sit per Ecclesiam approbata.

Quoad impressores & venditores, seu
alios divulgatores Lutherorum libro-
rum, & aliorum, qui sectam suam susti-
nent ac fovent, replicatur: quod nullo pa-
sto placet data responsio, quod curabunt
illustriss. dominaciones vestras providere
quantum possibile erit, ne tales libri im-
primantur vel vendantur, &c. Sed dico,
in hoc prout in aliis totaliter deberi exes-
qui sedis apostolica & Imperialis celsitu-
dinis sententiam, id est, quod libri im-
pressi & imprimendi comburantur: impri-
mentes vero & vendentes, sua alias in-
vulgantes dictos libros, juxta easdem
sententias puniantur. Et in hoc maximè
peto, debere adverti. Nam in hoc stat
tota vis, pro ista perniciosa secta compri-
menda, ne tales libri amplius invenian-
tur. Nam ex illorum lectione omnia hæc

Etum dico: in hoc non debere recedia constitutione moderni concilii Lateranensis, quæ jam est in usu, & est, ut nullus, sub pena in ea contentis, possit aliquos libros imprimere, nisi per ordinarium Episcopum loci, vel eius officiale tales libri lecti & examinati, ac pro Christianis reputari & habiti sint.

Quoad clericos, qui uxorem ducunt, replicatur: quod illa, quæ pro responsione scripta sunt, non displicere videntur, quando in cauda aculeum non habeant. Propter quod petuntur illa verba declarari, quæ sunt in fine capituli dicti responsi sub eisdem verbis: Sed quando alios illi votorum transgressores in dictione & territorio alicuius principis, vel potestatis secularis delinquerent, quod ex tunc debitibus & congruis penas puniantur, & coercentur, &c. dico: quod sicutalia verba intelligi debent secundum praedicta, id est, quod tales puniantur à suis judicibus Ecclesiasticis, bene stant: sed si referantur, quod seculares principes vel potentes, illos punire debeant; in hoc dico, & instantissime peto, tale respondsum, ut puta, contra libertatem & jus Ecclesiz, omnino corrigi debere, & reduci ad verum sensum,

Nam si Principes世俗的 audent tales judicare, & in eos jurisdictionem exercere: esset ponere falcam in alienam messim, & tangere eos, qui sunt peculi aliter Christo reservati: nec, ob transgressionem voti seu apostasiam, præsumant credere principes, tales ad suam potestatem vel jurisdictionem devolutos esse, si delinquant in suis dominiis vel territoriis, cum propter talem transgressionem, vel abusum ordinis sui, non definant propterea esse de jurisdictione Ecclesiz: quia, cum remaneat illis character & ordo, semper sunt in ejusdem Ecclesiz potestate. Vnde in tali casu, quod in dominiis Principum delinquant, ipsi Principes denuncient illos suis Episcopis, vel aliis superioribus, qui eos castigent, ac corrigant: & si opus fuerit, pro viribus suis dictos Episcopos seu superiores brachio suo juvent, & aliis præsto sint.

Super quibus omnibus & singulis petitur per me nuncium Apostolicum, habita iuncta deliberatione, ab illustrissimis dominationibus vestris melius, clarius, fanius, & consultius responderi.

Quamvis principes & reliqui ordines Germanicæ nationis iterum pro verbis verba dare potuisse: quum tamen aliis magis necessariis occupati essent nego-

miantur heret, num verba eius tam blandè facta, etiā debite securata essent.

Anno igitur 1523. in comitiis Notimbergensibus sequentia centum Gravamina Pontificis Adriani legato ab OMNI BVS TAM PAPISTICIS QVAM LVTHERANIS Imperii Ordinibus exhibita fuerunt, cum seria obsevatione, ut mendatio illorum fieret.

Gravamina Germanicae nationis, cum remedio & avisamentis ad Cesaream Majestatem, in duos libellos distinctim divisa, eoque ordine & modo, quo prius impressa fuere.

Gravamina nationis Germanicae & sacri Romani Imperii decem.

1. Quod ad servandas bullas, pacta, privilegia, & literas ab antecessorib. absq; omni derogatione concessas, successores Pontifices teneri se non arbitrantur: imo per trebras dispensationes, suspensiones, revocationes, ad cujuscunq; (etiam vilis) personæ instantiam contraveniunt.

2. Quod electiones Prelatorum quan doq; reiiciuntur.

3. Quod electionibus præpositurum, quas quarundam Ecclesiistarum capitula multo ære impetrarunt, contraveniatur: Spirâ scit & Hasela, cuius bulla de eligendo præposito enervata est, eo adhuc superstite, qui dederat.

4. Quod beneficia & dignitates majores Cardinalibus & protonotariis reservantur.

5. Quod expectativa gracie absq; numero conceduntur, & multæ interdum ad unum collatorem. Vnde surgunt quotidianæ lites, & pecunie dilapidantur. Tum illæ, quæ pro bullis gratiarum (quæ nunquam affectum sortientur) expositæ sunt. Tum illæ, quæ pro litibus deducendis consumuntur. Inde apud quosdam ortum est proverbium: Quisquis gratiam expectativam ab urce extraxerit, cencum aut ducentos aureos nummos in citram simul ad ipsam gratiam reponat, quibus ad prosequendam item opus habebit.

6. Quod annatæ absq; dilatione & fine misericordia (etiam Episcopis intra paucos annos mortuis) exiguntur. Interdum plus, quam debeat, extorqueatur, propter nova officia, & novos familiares. Exemplum de Moguntina & A gentinen. Ecclesiis.

7. Ecclesiistarum regimina minus dignis (Romæ videlicet) committuntur, qui ad mulos magis, quam homines, responde-

pecunias conceperunt.

¶ Decimæ sub pretextu expugnandorum Turcarum exiguntur, nulla expeditione subsoluta.

10. Causæ, quæ in Germania (in qua & docti & iusti indices sunt) terminari poterant, ad tribunalia Romana indistinæ & trahuntur. Quod Sanctus Bernardus, ad Eugenium Papam scribens valde reprehære videtur.

Remedium contra gravamina nationis Germanicæ.

Si Cesareæ Majestati consultum visum fuerit, proponatur summo Pontifici, & sacro sanctæ Ecclesiæ Romanae, quod grave, imo intolerabile sit nationi Germanicæ, amodò tantas expensas & molestias pati, tantas pro confirmatione Archiepiscoporum & Episcoporum inferre annatas, præsertim, quæ in Episcopatib. quibusdam successu temporis auctæ, in quibusdam duplicata esse dicuntur.

Nam sedes Moguntina (ut dicitur) olim solum dedit decem millia florenorum. Quæ cum quidam illic electus dare renueret, sicq; usq; ad mortem suam persistenter, electus post eum confirmationis cupidus, se opponere timuit sedi Apostolicæ, offerens antiquam summam, putâ decem millium florenorum: is nec confirmationem impetrare potuit, nisi & reliqua decem millia simul redderet, quæ adhuc extabant, à suo prædecessore nondum persoluta. Sicq; cogebatur dare viginti illa florenorum, quæ tunc indubie in registrum cameræ signata sunt, & usq; ad nostram etatem à singulis Archiepiscopis exacta: & nedum viginti millia, sed & viginti quinque, propter nova officia, & novos Pontificum familiares.

Tandem excrevit summa usque ad viaginta septem millia: quæ Archiepiscopus Iacobus cogebatur nuper persolvere, ut retulit Vicarius in spiritualibus Moguntinus: sicque vita unius hominis septies viginti quinque millia à solo Archiepiscopatu Moguntino, pro confirmatione Archiepiscopi, Romam pervenerunt.

Et cum Archiepiscopus Iacobus vix quatuor annos sedisset in Archiepiscopatu, mox postea electus dominus Vriel, ad minus viginti quatuor millia coatus est persolvere: quorum partem multo forsan accipit à mercatoribus, sed ut illis satis faciat, imponere coatus est subsidium aut exactionem in suos populos, & pauperes agricolæ, quorum aliqui nondum satisfecerunt tributo aut exactioni pro pallio, à suo prædecessore Le-

onardo, &c. &c. mentitur ad rebellionem, & querendam ut cunque libertatem: & ubi possunt, inter se susurrant de scyvia in clerum.

Admonendus etiam videtur summus Pontifex, quod per variabiliæ terra Ger. manorum passim desolatæ sunt, ac per cerebras mortalitates numerus viventium diminutus. Sicque ob paucitatem cultorum, agri pro magna parte inculti jacent, & ipsa tolonea diversis eventibus attenuata, & evenæ minerales exhaustæ sunt, pereuntque indies proventus, ex quibus Archiepiscopi & Episcopi (altis etiam honestis & necessariis impensis gravati) sedi Apostolicæ annatam persolvere possint.

Non sine causa Iacobus Archiepiscopus Moguntinus jam ferè moriens dixit, se de morte sua non a deo dolere, quam ob id, quod subditæ sui pauperes, iterum pro pallio gravem exactionem dare congerentur. Mitius ergo summus Pontifex, velut pius pater, filiorum suorum amator & fidelis ac prudens pastor, cum filiis suis Germanicæ nationis agat, ne propediem vel in universos Christi sacerdotes persecutio suboriantur, vel instar Bohemorum plerique ac Ecclesia deficiant Romana.

Mitius saltæ agat, quotiens Archiepiscopus aut Episcopus ad paucos annos rexerit: sicut de Episcopis Bambergensis accidit: quorum tres intra paucos annos mortui sunt. Quid de aliis multis Episcopatibus? Siquidem Germania (Æneas Sylvio teste) supra quinquaginta Episcopatus habet. Quid de Abbatibus? quorum aliqui Romæ confirmantur.

Esto, quod in Germania majores essent ex agris, ex mineraliis, ex teloneis obventiones: indigeret tamen Cesarea Majestas & ceteri principes, thesauro & nervo belli, contra hostes, præcipue infideles, & ad conservandam in Germania pacem, atque ad iustitiam unicuique ministrandam: ad quod Consistorium Regalis Cameræ, cum magnis impensis lancie institutum, maximè deseruit.

Præterea opus habet Cesarea Majestas pecuniis ad comprimendos Imperio rebellis, & ad exterminandos sicarios atque latrones: quorum nonnulli Ecclesiis nocere, earum bona diripere, imò in clericorum personas scyvire atque grassari non erubescunt.

Demum natione nostra non solum pro reparatione Ecclesiæ & monasteriorum, auro indiget & argento, sed etiam pro hospitalibus, &c. &c.

(proh dolor) plena est Germania, alioquin etiam populosa, uti sexum minimè fastidiens muliebrem.

Anisamenta ad Cæsaream Majestatem.

Sicut regnum Franciæ pragmaticam habet sanctionem, cui in conferendis beneficiis innititur) sic imperium Rom. habet concordata Principum: utque ea illæsa conserventur, interest Cæsareae Majestatis. Rarò tamen haec tenus per summos Pontifices violata sunt: & auditores Rotæ juxta illa huc usque feruntur judicasse. Et si quis Curialium per quameunque dispensationem conaretur illa infringere, quod Episcopus, vel Princeps, vel Senatus ejusdem loci (principiis obstante) in faciem ei concordata inculcaret, pie exhortans, ne contraveniat, quoniam audacia sua sustineri nequaquam posset, cum & Turcæ & Iudzi pacta fidemque servent: quis curisanorum, tam insolens aut stultus est, ut contra voluntatem Episcopi, Principis, aut rotius alicujus communitatatis in aliqua civitate habite, re presumat?

Posset etiam Cæsarea majestas per literas aut oratores facile in regno Franciæ experiri, quomodo illic beneficia conferantur, & quam autoritatem in conferendis beneficiis habeat sumus Pontifex. Secundum hoc posset moderamen fieri in Imperio Rom. & frenum inexplebili avariz Curtisanorum adhiberi.

Si Praeclaræ Vniversitates, præcipue facultas Theologica Parisiensis, approbaverit modum illum, quid de disponendis & conferendis beneficiis in Francia servatur: nemo dubiter, Cæsaream majestatem & Principes Germanos, si se isto modo confirmaverint, apud Deum tutos fore & excusat. Præsumendum enim est, quod tanti Pralati, tanti doctores, tam probati viri, qui in regno Franciæ ac in studio Parisiensi vivunt, nihil approbent, quod contra Deum aut contra iustitiam committeretur.

Provideat tamen Cæsarea Majestas, ne Archiæpiscopi electores in hoc sancto instituto à se dissentiant, sibique non adhærent, propter censuras Apostolicas, quas timebunt: & populus interdum diu non sustinebit.

Provideat etiam cæsarea Majestas, ne fratres mendicantes contra ipsam prædicent, qui sedi Apostolicæ libenter deferrunt, timentes perdere privilegia sua, utinam Christo & naturæ innixa: quavis iustissimam causam dudum habuissent.

Fridericim secundum Landgravium in Huringia, & Guillelmus Hollandiæ comes (obiente Papa) fuerunt electi.

Timet Cæsarea Majestas omnes Praetatos Ecclesiarum, præcipue præpositos, qui ex juramento tenentur avisare Papam,

Timeat Cæsarea Majestas, ne S. D. N. Papa obedientiam à subditis auferat, & circumiacentes populos provocet, ut in terras Cæsaris seu Archiducatus Austriz irruant, quod isti homines, sub colore obedientiae, Apostolicis mandatis præstandæ, promptissimo animo sunt facturi.

Timeat Cæsarea Majestas censuras Apostolicas, à quibus sanctissimus dominus noster papanon abstinebit.

Timeat Cæsarea Majestas, ne Papa argutissimis locis rudi populo persuaderet, contra pragmaticam, seque excusans, simplicium benevolentiam capret: allegaturus, quoad Ecclesiam, sive patrimonium sancti Petri pertinentes, ad quod ex officio teneatur. Circumspiciat ergo, & deliberet Cæsarea majestas, qualiter sapientissimo suo consilio omnibus illis Romanorum subtilitatibus (si necessitas exegerit) sit responsura.

Conclusio, Et pia exhortatio ad p. 10

Cæsaream Majestatem.

Nihil sanctius, nihil Deo gratius, nihil sempiterna memoria dignius efficere poterit Cæsarea majestas, quam uertatas Germanicæ nationis molestias & exactiones moderetur, ut laicis clerum perfiquandi occasionem auferat, ut parochias (quarum alias Episcopatus Italicos æquate Æneas scribit) ex faucibus Curtisanorum eripiat, eisque frenum imponat: ut jus patronatus laicorum in utriusque, & nominationes canonicorum, collationesque Ecclesiasticorum in ordinariis mensibus conservet: ut multorum illustrium, nobilium, & civium filii in Germania consulat, qui in Vniversitatibus ab adolescentia divinas & humanas literas discunt, ut & ipsi extra curiam Romam absq; inquietissimis vexationibus, sumtuosissimisque, interdum etiam indignis litibus ad præbendas Ecclesiasticas ascendant: qui & Imperio Romano consiliis, & roti Ecclesiæ, orationibus suis opem ferre possint.

Neque enim minima causa est, cur tantoper floreat Franciæ regnum, nisi quod tantos tamq; præstantes in omni bona doctrina viros multos habet.

Si Cæsar hanc impietatem enervaverit si Germaniam tributo gravi oppressam in pristinam libertatem vendicaverit, si do-

De oneribus Papalium Indulgenciarum.

tit appellarunt. nec inter omnes sicut Germanizq; fructum afferet, quam si prouinciam aliquam bellicisci viribus adje- cisset. Sicq; non minores uni Maximilia- no gratias debebit, quam his omnibus, qui à translato ex Gracis in Germanos imperio, multis antea temporibus regna- verunt.

Gravamina sedis Apostolice, non ferenda Germanis, ac primum de Dispensationibus ere re- demtus.

1. Inter reliqua onera, vel illud minime postremo loco est collocandum, quod constitutionibus humanis multa prohibentur, imperantur item multa, quae nullo divino precepto vel interdi- cta sunt vel imperata. Quod genus sunt matrimoniorum tam innumera excogita ta obstatu, ex affinitatis, publicæ ho- nestatis cognitione spirituali legaliæ, & consanguinitatis tam multis gradibus ori- gine intrahentia. Ciborum item usus interdictus, quos Deus tamen ad homi- nis necessitatem creavit, ac cum gratia- rum actione promiscue sumendos Apo- stolus docuit.

Hæ nimis in, atque his similes complures humanæ constitutiones, eò usque ligant homines, donec pecunia sibi ha- rum legum gratiam à statuentibus impe- trent, ut ita pecunia faciat divitibus lici- tum, quod tenuibus gratis prohibitum. Illicitisq; his legum ac constitutionum humanarum reticulis, non modo ma- gna nummorum copia à Germanis expi- scata, è Germania & trans Alpes lata: sed & maxima inter æque Christianos orta iniquitas, plura offendicula, simul- tates, dum tenues hisce laqueis vident se illaqueari, non ob aliud, nisi quod spi- nas Evangelicas (ita enim Christus divi- tias non semel appellat) non possideant.

De tempore interdicto.

2. Par modo agitur etiam cum cele- brandis nuptiarum solennibus, à Domi- nica septagesima, qua cantatur in Ec- clesiæ, Circumdederunt me, &c. sub Qua- dragesima usq; initium, quo tempore ab Ecclesiæ Romanæ Primoribus undique nuptias celebrari interditum est: cum tamen interim & ab Ecclesiasticis & à se- cularibus passim sine discrimine publicè, genialiter vivatur. Sed ita demum inter- dictum illud procedit, si gratias hoc face- re quis intendat. Quod si nummi spes re- fulserit, jam quod primum erat prohibitum, impune ac libere facere licet. Et si in-

3. Illud importabile jam elim incre- bruit Romanarum indulgentiarum o- nus, quando sub persona pietatis, cum aut basilicas Romanas construere, aut protectionem in Turcas parare polliciti sunt Romani Pontifices, omnem à sim- plicibus nimiumque credulæ Germanis exuxerunt pecuniatum medullam. Et quod longe majoris est faciendum, per has imposturas, ac earum conductitios præcones & prædicatores, profligata est Germanæ Christianorum pietas, dum, qui extrudere volebant venales suas bul- las, laudes suis mercibus occinebant, miras & inauditas condonari per emi- tias has condonationes, nedum noxas præteritas, aut futuras viventium, sed & defunctorum vita, existentium in purga- torio (quod vocant cantores illi indul- gentiarum) igni, modo numeretur ali- quid, modo tinniat dextera.

Atq; his mercium nundinationibus si- mul & spoliata est ære Germania, & Chri- sti pietas extincta: quando quilibet pro- precii, quod in has merces expenderat, modo peccandi impunitatem sibi polli- cebatur. Hinc stupra, incestus, adulteria, perjuria, homicidia, furta, rapina, fox- noria, ac tota malorum lerna semel ori- ginem sibi traxerunt.

Quod enim malorum amplius jam horrebunt mortales, quando, sibi pec- candi licentiam ac impunitatem, nedum in vita, sed & post obitum, ære, licet immodico, comparari posse à nundina- tionibus illis indulgentiariis, semel per- suasum habent? maxime Germani, quib. per hos veræ pietatis fucos, sub religio- nis persona, nihil persuaderi difficile est: ut ingenio plane ad pietatem credulo est Germania.

4. Et licet indulgentiæ hæ non semel in hoc ad Germanos missæ sint, quasi ex corrasa earum venditione pecunia, fi- deles contra Barbaros essent tutandi ac defendendi, ac eventu tamen compertum habent Germani, pecuniam hanc non in rem fidei, aut alioqui Reipub. Chris- tianæ necessariam, sed in propinquorum luxum, ac sublevandam familiam ipso- rum esse versam, quo uno binahæc nata sunt perquam maxima incommoda, quod & offendicula orta sunt simplicibus, & quod nunc Germani, toties sentientes lu- sam fidem, cum verè jam res postulat, ut

cantes semper , prioribus simile quippiam agi. Quæ una ratio est, ut tam et græ manus contra Turcas jungant..

Quantorum ergo malorum, & in rebus temporalibus ac Christi fidelium conscientiis, causæ fuerint Romanæ indulgentie, sanctitas Adostolica pro sublimitate captus sui, exigua opera, vel inde, si non ex re ulla alia, conjectura consequi poterit.

5. Præterea Papalis sanctitas, ceteris Episcopi, ac Ecclesiæ Romanæ columnæ, casus aliquot suæ tantum absolutione reliquos fecerunt, quorum si unum aut alterum commisseris, jam aut numerandum, aut absolutione tibi carendum est: nempe quod in hoc reservatis sint, ut vel inde nummorum aliquid eis accrescat. Quod ex eo coniicere licet, quod in casibus etiam quantumvis pro tempore honestis aut necessariis, nunquam tamen, nisi numeretur aliquid, dispensant. At si nihil attuleris, numeraverisue, indisponitus perpetuò maneas, oportet.

6. Verum, si quis, unde numeret, habet, jam nedum præsentes indulgentur harum constitutionum transgressiones, sed & in futurum impunè, ut eas ipsas transgredi liceat, indulto permittitur. Quò fit, ut ansam inde accipiant ij, cum quibus ita dispensatum est, peierandi, homicidia, adulteria & similia flagitia perpetrandi: quando quilibet ex sacerdotum vulgo absolutionem emitiam, virtute indulti, his impartiri potest. Quæ malorum seges tota ex habendi libidine, auriq; sacra fame, qua nunc ecclesiasticorum noti nulli miserè excruciantur, originem dicit.

De prædicatoribus Indulgientiarum Stationariis.

7. Est & aliud Indulgientiis vendendis addictum hominum genus, quos Stationarios vulgo vocant, hi rusticorum plerunque abutuntur simplicitate, dum omnes vicos, villas, pagos, augiportus, omniaque peragrant castella & oppidula, prædicantes sancti cuiuspiam, Valentini pura, Huperti, Cornelii, Anastasijue sanctimoniam: ac quantum ad rem familiarem addat, si quotannis hunc vel illum munusculo aliquo, quod eis, Stationariis scilicet, in commodum cedat, demulcescas. Inscribentesq; de hinc simplices sub sancti alicujus numen ac tutelam, promittentesque, ut hoc aut altero morborum genere vacaturus sit, qui eis annum censum penderit. Quæ omnia in hoc ex cogitata sunt, ut simplices illi ad vivum

utriusque superbit morbus nunc aliquis, cui Stationarii non & peculiarem sancum, tanquam tabernac vel negotiacioni, posuerint. Procesfitq; eò usque eius malis serpigo, ut pauperum ac simplicium illorum Questuarii, ac Stationarii prædicatores, sanguinem vorent & medullam dumq; illi una cum liberis suis necessariis spoliantur, in deliciis & luxu plus quam Sybaritico degant Stationarii.

Quæ res & in primis præsentem fibi sanctitatis Apostolicæ medicinam postulare videtur, quod interdicetur Episcopis, ceterisque Ecclesiæ primatibus, ac eorum vicariis, ne pro legationis seu functionis hujusmodi infione quippiam post hac acciperent precii, neve eas omnino tolerarent amplius aut quantum per eos startri parerentur.

8. Nec minus & in hoc à religiosis gravantur prophani, maxime pauperes, quibus res est angusta domi: nempe quod mendicitas ordinum mendicantium nihil in ture, neque in urbe sinit non paratum, dum à terminis, quos pervagantur, Terminarii dicuntur. Quas quidem per vagationes contra ordinis eorum statuta p[ro]neque etiam ad necessitatem, per avaritiam insatiabilem adinvenerunt. Ita enim fit, ut cum in oppidulo aliquando non admodum celebri, sed perexiguo, duotria; aut eo amplius illorum sint conventicula, in quæ omne, quicquid elemosynæ undique disquiri potest, confertur, dum tamen interim morbo aut senio confecti cives vel incolæ, qui per etatem ex laboribus & sudoribus suis una cum uxoribus & liberis honistè vixerant, egeant, ac fame & inedia perire necesse habeant.

Itaque rogant sanctitatem Apostolicam imperii Principes, ceterique statu quatenus sanctitas sua, paterno animi affectu, offendicula & gravamina hæc Indulgientiarum, dispensationum, Stationariorum. Terminariorumque, è medio tollere, atque ita negocium temperare velit, ne libertas Christiana servitate humanarum constitutionum penitus extinguitur, illaqueenturque conscientia Christi fidelium mandatis hominum, quibus nullum est peccatum magis, quam nimis carere. Non ultra enim quicquam prohibent, quam si gratis contravenire quis velit, & dispensant illico, quod prohibuerant, numerata scilicet pecunia ampliore.

Verum, quod sincerius cum fidelibus Christi, tanquam cum suis ovibus agatur: in struanturq; potius ad pietatem & charitatem mutuam ex iussione Christi,

tur. Quo omnibus paulo notius hat, patrem cupere potius & querere salutem ovium, quam privata compendia; ac carum lanam.

Quād uīquē cause prophane in prima instantia ad Romanum tribunalis iudicariū trahantur.

9. Cum nedum juris ratio, sed & re ipsa series postulet, ut distincti sint jurisdictionum limites, & ut quilibet Ordinarius suis sit finibus contentus, alterumq; in exercenda iurisdictione non disturbet: minime tamen Pontifices Romani pro tempore existentes, equitatem hanc communem considerarunt, sed neglecta hac, ad petitionem personarum Ecclesiasticarum, laicos non raro in causis etiam prophanis, pñtā hereditatum, aut pignorum, & in prima quidem instantia, coram se Romanū citari, sc̄ in jus vocari fecerunt. Quæ res nedum ita (ut prædictum est) in jus vocatis, sed & totius Romani Imperii ordinibus, cedit in justam, perniciem, contemntum, ac jurisdictionis dishonestationem diminutionemque.

10. Item, cum Romæ quispiam, etiam laicus interposito juramento, afferit, se non sperare, iustitiam apud judicem competentem in Germania assequi posse, protinus ad tale juramentum admittitur, ac citatio ei contra partem adversam decernitur. Si que processus à judice ordinatio ex Germania Romam, nec judice interpellato, nec parte adversa monita, protrahitur, inde juramenti prætextu, nec fori declinatio, nec tilla admittitur probatio, etiam si planè doceri possit, authorem illum perjerat. Quæ res si altius radices ageret, nec principiis resistetur, omnes tandem causæ ad Romanæ curiæ tribunal devolverentur, ordinariique universi sua privarentur jurisdictione. Quod non solum contra omnem iustitiam, sed etiam incolerabile foret.

Eapropter sacri Romani Imperii status fundatatem Apostolicam rogitant, ut prædictum onus in Romana curia post hoc non tolerare velit: sed curare, ut dehinc nemo, vel Ecclesiasticus vel secularis, ob causam prophanam, in prima instantia, Romanum in jus vocetur: sed personæ & causæ hæc ordinario judici, cui immediate subjacent, relinquuntur, ultraque hæc amplius contra equitatem non graventur.

De Conservatoribus, ac cateris

clericis principes, ex primis vero abbatibus sui decesis, à sede Apostolica in hoc impetrare solent, ut coram his omnibus illorum causæ & lites, quas jam instituere cogitant; dirimantur: evocenturque per hos in jus personæ seculares, nobiles & plebeij, in causis omnino prophanis, licet auctoribus iustitia per ordinarium tribunal nunquam fuerit dengata. Quod si vocati in jus ire recusaverint, si contra jus ac fas ex communicatione, licet nulla, feriuntur: cujus rel innumera adduci possint exempla. Ac si, ut cōspit, negotium procederet, brevi cōiectum veniremus, ut omnes causæ prophanæ ad conservatores hos, ceterosque judices Ecclesiasticos, laicos nedum suspegos, sed & alioquin incommodos, pertraherentur. Quod ut est intolerabile Germanis Principib; ita & aperta fronte cum sacri Romani Imperii pugnat constitutionibus ordinatis, quæ clare & expressim volunt ac exprimunt, quod nemo alium ex ordinario ad incompetens tribunal in jus pertrahere debeat:

Quapropter Imperii Principes, Proores, ac Status, sedi Apostolica suppli- p. 208
cant, ut gravamina atque onera hæc radicibus funditus usque tollantur & abrogantur.

De Papalibus delegatis ac commissariis.

12. Item factitas Pontificia ad Ecclesiasticarum personarum petitionem, judices delegatos & commissarios, tanquam Ecclesiasticos judices, per Germaniam concedere solet, ut impetrantes debinc laicos, cujuscunq; etiam dignitatis vel præminentiz, coram ita delegatis in causis prophanis, judicio convenire possint. Quod ut de fæco se numero præsumunt, ita excommunicationis pena mandatam sibi inter partes jurisdictionem defendere conantur. Quæ omnia se in perniciem personarum secularium, & in jurisdictionis Germanicæ ac ordinariæ iuroram vergunt, & attenuationem. *Quo pacto Ecclesia Prelati per sedem Apostolicam ex Episcoporum ordinaria iurisdictione, ac caterorum suorum defensorum tutela eximantur.*

13. Insuper & hoc moliantur summi Pontifices, monasteria aliquot eximendo, ut ab Episcoporum, corum scilicet ordinariis, ac defensorum protectorum, quæ aliorum iurisdictione ita eximi-

defensoribus, sed & toti Romano Imperio cedit in jacturam, tum, quando collatio pecuniaria pro Imperii necessitate, viritim Imperii statibus indicitur. Ita enim sit, ut ipsi per se ab oneribus publicis exempti, immunitate sua gaudeant. Dehinc etiam auxiliares manus Episcopis ac defensoribus suis, quod antehac facere necessum habebant, non porriganter: per quam technam Romani Imperii attenuantur nerui, ac decrescent plus justo vires.

Quapropter & h̄c Imperii Proceres ac Status rogant, præfata onera exemptione abroganda, tollenda, emendanda que, ac monasteria h̄c Episcoporum & defensorum ordinarij jurisdictioni relinquenda, ut vel inde Imperium Romanum per sedem apostolicam enervatum, vires pristinas eō celeri recuperare queat

De attenuatione juris, quod vocant, Patronatus:

14. Item, cum per mortes possessorum pro tempore beneficia vacare incipiunt, quorum jus Patronatus ad laicos, speat, seu Ecclesiasticos, tum conantur & Papalis sanctitas & ejus oratores vel legati, iuri huic derogare, hoc modo: ut conferant beneficia, ita vacantia Curtisanis, aut aliis, quibuscumque libuerit, ita ut patronis ipsius jus suum præsentandi per hoc admatur auferaturque: ac interim hoc prætextum à sede Apostolica, quasi præventioni hac in respectu locus, ut qui prior beneficium illud contulerit, quod h̄c teneat collatio: licet patroni tempus quoddam habeant, intra cujus metas beneficia sua libere, & à nemine præventi, conferre possint. Eam ob rem patronis laicis & Ecclesiasticis ex ficitia h̄c præventione multa oriuntur jactura.

Quapropter facti Romani Imperii Status sanctitatem Apostolicā rogitant, ut talia gravamina atque onera aboleantur: & posthac beneficia vacatura suo quoque patrōno relinquantur: nec permittendum Curtisanis, ut dehinc vel per judiciorum ordinem, vel suopte ingenio ad talia beneficia se ingerant: sed statuto irrevocabili sanciendum, si quid à quocum contra patronos beneficiorum ordinarios, prætextu imaginarii istius juris præventionis, ut præmittitur, fuērit attentatum, quod omne id nullius sit momenti, viribus careat, sicq; ipso jure nullum, cassum & invalidum.

De Ecclesiasticis, qui Rome, vel inter eundem

ta sunt officia & beneficia, cum familia res sanctitatis suæ, aut qui curiz servarent, vel in anno (quod vocant) Jubile, inter eundem Romanam, aut etiam Romæ agentes, mortem oppetiissent, tanquam si beneficia h̄c sedi Apostolicæ essent commissa, recte atque feudorum collatio committitur. Nec consideratur à Pontificia santitate, talia beneficia vel officia de jure patronatus sint, nec né, per quod Ecclesiastici & laici patroni feudatarii, denouo etiam jute suo patronatus ordinatio privati sunt & spoliati.

16. Quin etiam aliquando, cum ii, qui bonis aut multis prædicti sunt beneficiis, Romanam veniunt, à Curialibus Cardinalium tanquam officii gratia ad mensam invitantur dominorum suorum, inde clam adhibentur testes & notarius, quorum interventu conficiuntur instrumenta, quibus cum suo tempore probari possit, tales fuisse curiales Cardinalium, ac ideo beneficia eorum esse in perpetuum affecta. Quam doli ac fraudis res h̄c sitplena, unusquisque bonus facile perspenderet potest;

Quo pacto, sub prætextu familiaritatis Papalis curie, multorum beneficiorum per Curtisanos impugnetur collatio, esiam si possessores illorum longe antehac talibus fuerint beneficiis investiti:

17. Nec iminus & illud sicutum hucusq; fuit, ut ultra prædicta omnia, quorundam magni penitus beneficiorum, sub nomine officialium vel familiarium Papz & curie Papalis, per idiotas & alioqui inhabiles personas sit impugnata collatio: ac per illos conatum tentatumque, si quo modo fieri posset, ut beneficia h̄c in commendas seu provisiones (ita enim ipsi vocant) verrere, ac censibus annuis obnoxia reddere queant: hinc prætendentes, relevaciones, regressus pensiones, ac plura alia incompatibilia fibi i. his competente. Quibus technis ac dolis malis beneficia illa penitus exiguntur, enervantur, attenuanturque, cum perpetuo Romanæ chrie pensionibus annuis serviunt: sitque, ut Germanorum, utcunq; habilius, nemo unquam ad h̄c aspirare posse.

18. Item, obviam veniunt & cum Germanis non ferenda a Curtisanis onera. Ita enim per germaniam subtili ingenio beneficia venantur, ut conentur viris presbyteris, & tate & integritate viræ spectabilibus, qui beneficia sua absq; omni controversia iusto titulo & bona fide, mul-

jus vocale, ac invenit ad gere, ut transactioes quantumvis iniq[ue]as in iure necessum habeant, modò à Curtisanis ad pensiones annuas, reservata, & id genus alias præstationes.

Atq[ue] hoc agent Curtisanis nebulones, non propria sive fertur a authoritate, sed Romanorum sive statutorum, ac regularum, quas vocant, Cancellaria. Quæ constitutiones omnes quotidie pro libidine Curtisanorum figuntur at refunguntur, cum derogatur prioribus non admodum, ut videbatur, æquis, & ferunt iniquiores. Quare nedum senio consensu beneficiorum possessoribus, harum decipularum atque fraudum rudibus, sed & beneficiorum collatoribus impo[n]unt mille instructi dolis Curtisani. Nam et si possidens beneficium presbyter, cum Curtisano litigatore fictio non transfigat, tamen ita sibi item facit præfigator ille Curtisano, ut si, pendente efficta hac controversia, moratur beneficium (ut prædictum est) litigiosi possessor, quod deinceps continuo lititem faciens, neglecto collatoris ordinario jure, in possessionem ejus beneficii mittatur.

Ea propter denō atque iterum sacri Romani Imperii status justas sanctitatis Apostolicæ fundunt preces, velit enuntiata omnia Curtisanorum importabilia onera emendare, ac penitus abrogare: si neve illis posthac permittere, ut beneficia Germanorum libera, per machinationes præfatas, oppugnare impunè audirent.

Quomodo provisiones Ecclesiasticae dignitatum Romanam pertrahantur.

19. Item, quæcunque dignitates, seu beneficia pinguia, utpote Præpositura, Decanatus, Cantoratus, ac cetera officia, Canoniciatus Ecclesiæ curiarum, ac beneficia simplicia, que sub mense ordinario, extra Romanæ menie vacare incipiunt, quorum antehac ad jus ordinarium, patronus Ecclesiasticorum & laicorum spectabat collatio & electio, tunc excoigitatur a Romana sede juris patronatus ab ordinariis collatoribus ab alienatio, maxime, si possessores pristini beneficiorum, aut officiorum, dignitatum vel talium, familiares vel officiales Papæ aut Cardinalium fuerint.

Ideo rogant Romani Imperii Status, prædictum etiam onus e medio tollendum, ac patronos collatores ordinarios apud collationem, electionem, præsentationem, & nominationem talium di-

regressum, accessum, aut aliud quoddam jus imaginarium ad ea habuerint, ita quod tale jus prætentum ordinario patrono ac collatori, nunc & posthac nullam faciat præjudicium, nullamque generationem, sed per omnia iura ordinaria finantur illæsa.

p. 210. De regnis Cancellarie Papalis, novis technis, & reservatis super casibus futuris.

20. Ad hæc Cancellariæ Romanae regulæ, quas ad sua compendia subinde excogitare solent Curtisani, ac roties ferre & revocare, nec non & alia subinde novæ artes excogitari coepiunt, quibus beneficia Ecclesiastica ex Germania Romanam & facilis pertrahantur, aggraventurq[ue] ita, ut, si Germanorum qui piam beneficiorum aliquod ambiat, id non aliene, quam ex Curtisanorum manu, magna numerata pecunia, aut pensione annua reservata, assequi possit.

Nec in hoc Curtisanorum inexplicabilis auri sitis contenta quietescit, quin novas quotidianæ artes excogitant: qualis est & illa, cum super beneficio aliquo vacaturo, duo aut tria millia aureorum ad futuros cusus reservantur collatoribus ordinariis, tam Ecclesiasticis quam secularibus, eorumque juri ordinario, ac ipsis denique Ecclesiasticis quam secularibus, eorumque juri ordinario, ac ipsis denique Ecclesiasticis beneficiis in prægrande exitium, perniciem, attenuationem, & detrimentum.

Nam cum casus aliquis futuratum reservationum existit, assequiturque is beneficium, cui prius tot reservata erant sive per hoc millia, cum ad supremam opem, technas profectò inauditas configunt, permutationem scilicet reservationem, subrogationem, reservantes sibi ingressum, accessum, atque alias id genus decipulas, quibus jus ordinarium collatorum ita exhaustur & attenuatur, ut aut nunquam, aut vix tandem post multorum annorum curricula patroni ac collatores ordinarii ad jus suum patronatus pervenire possint.

De Ecclesiasticis beneficiis, curias & non curias, in genere.

21. Nec minus & illud in Romana curia hucusq[ue] observatum est, ut gratia & reservationes pectorales, metales, generales & speciales regressus, accessus, incorporations, uniones, & concordata, quod suis vocant excogitatis nominibus, ob pre-

ieratus alios, quin & ea ipsa beneficia ac
prælaturæ prædictæ, societatibus merca-
torum potentum ære, cum onere censu
mediocris, sed ira, ut dehinc latius ven-
derentur, conceduntur. Quia subtili
præacta atque techna factum est, quod
plurima, aut certè pinguium beneficio-
rum magna, si non maxima portio, ex
Germanorum manu Romam est transla-
ta: qua beneficia hinc idiotis inidoneis,
ac inhonestis etiam personis, non raro
sunt collata: & quidem nec Germanis,
sed Barbaris, qui Germanam linguam
neq; loquantur, neque intelligent: ut in-
auditum dicitur hoc inde sit secutum, quod
ovibus Christi præfeti sunt pastores,
quorum et si oves vocem forte audierint,
non intelligent.

Verum gravius etiam inde oritur Ger-
manis onus, quod cum beneficia hæc, &
parochiales Ecclesiæ ipsi propria perso-
na neque possidere, neque gubernare
possunt (quod tamen pastoris officium
in primis sibi postulabat) nimirum, ut
subditis parochialibus, & integritate ac
innocentia morum, egregium de se pze-
berent exemplum, ut oves suas, tanquam
oves Christi, doctrina solida, synæra,
ac ex puris Evangelii fontibus hausta,
quantum ad salutem animarum ovium
pertineret, ipsimet pastores pascerent:
eorum neutrum per pastores illos subdi-
tios curatur.

Primum enim ipsi, qui beneficia hæc
Ecclesiastica à mercatoribus, quo præ-
dictum est, affequuntur modo, quia pro-
pria persona ad possidendum ea sunt
minus idonei: ideo hæc eadem aliis z-
quæ, aut longe etiam, quam sint, ad onus
hoc inhabilioribus, pro annuo censu lo-
cant, non secus, atque census ac redditus
annui ex agris locantur & emuntur,
ut is demum habeatur emtor idoneus,
qui pluris mercem licet averit. Ita pla-
nè pro precii quantitate elocantur nunc
per Curtisanos Ecclesiastica beneficia.

Dehinc cum ferè fiat, ut majus preci-
um annum offerat, qui ad Ecclesiæ mu-
nus quam minimum sit idoneus, evenit,
ut conducticii illi pastores (an prædones
rectius quis eos dixerit, dubium est) sim-
plici Christi plebeculae pro Evangelii
limpidissimo fonte turbidas, protritas,
ac ruderibus oppletas propinent jacu-
nas, dum Legendas, quas vocant, San-
ctorum, nec ab Ecclesia receptas, & Gen-
tilibus fabulis, quam Christianæ & Evan-
gelicæ doctrinæ, similiores, ad populum
Christi publicè in concione docent.

Quid enim aliud docerant, in di-

ctione (quæ Evangelium abdun-
tur) pastores. Ita enim fit, ut simplex
Christi plebecula, per supposititos hos
pastores, à germana Christi fide, ac in Deo
fiducia, in quibus sola requiescit animæ
salus, ad hominum superstitionis somni
ac coñenta, per quæ res familiaris mer-
cenariorū conductiorum poëtus, quam
Christi gloria, augeatur, ducatur, trah-
aturque: ac multiplicibus etiam exactionib.
interim gravetur plebs Christi, quan-
do hoc solùm curant conductores, ut u-
tra pensionem locatori pendendam, res
ipsa eorum quoque reddatur laetior, ex-
pilaturque interea suis nummis ab exte-
ris nationibus, unde nulla, nec mutua
benevolentia aut gratiarum actio speran-
da ei est. Germania: quanquam benefi-
cia hæc non ad exterros, sed suos, hoc est,
Germanos, ut pertincent, primum fun-
daverit.

Quapropter S. Rom. Imperii status ob-
nixè quoque rogant, ut præfata onera ac
gravamina, per quæ tam immenso pecu-
niarum cumulo spoliatur Germania, quæ
hinc per Curtisanos malè prodigitur, ra-
dicitus ac penitus tollantur & auferan-
tur, ita ut beneficia per Germaniam ne-
mini, quam natis Germanis, qui perso-
naliter ea possideant (id quod & æquitas
& honestas ipsa sibi postulant) posthac
conferantur ac concedantur.

*Qibus nexibus Archiepiscopi ac
Episcopi à suis capitulis ob collationem
beneficiorum sint adstricti.*

22. Nec tantum beneficia ac parochia-
les Ecclesiæ Romæ, ob pecunie, favoris,
aut familiaris consuetudinis amorem, i. doctis, turibus, ridiculis, ac offendiculu-
rum plenis conferuntur personis: sed &
simile quiddam ab Archiepiscopis & E-
piscopis committitur, qui per eorum ca-
pitulares congregations ita obligantur,
ut omnia præpingua beneficia, curata
ac non curata (quæ procul dubio à funda-
toribus primum, et ad doctos ac integros
pertinerent viros, sunt fundataj capitula-
ribus Canonicis, ut cunque ad hoc inido-
neis, conferre necessum habeant, qui de-
hinc talia beneficia simplicia ac curata,
indocis ac ludicris personis, modo
quam maximum pendeant censem annu-
um, elocant, æque atq; suprà de mercato-
rum societatibus dictum est: ita quod
possessores illi conducticii majorem par-
tem ex illicitis exactionibus vivere, atq;
ob id subditos eo amplius onerare co-
guntur.

faltica.

23. Peccata, qui pinguiora (ita ut prædictum est) habent beneficia, ac Ecclesiæ parochiales, ut cinque annuas pensiones amplissimas ex locationis titulo à conductoribus percipiunt, quibus redditibus à laicis fundatoribus beneficia hæc ampliter sunt dotata, tamen committunt locatores, ut domus beneficiorum, p̄ neglecta ædificiorum cura, penitus collabantur. Nihil enim aliud currant beneficiorum personati isti possessorum aut locatores, quam ut pecunia ex quo majorem summam quotannis à conductoribus recipient, ac eandem hinc in variis, sed in honestis, illicitos, ac offendiculorum peccatorumque plenos usus convertant, de salute & cura animarum, vel subditorum, vel etiam eorum, quorum ex marsupio vivunt, hoc est, fundatorum, prorsus apud eos nulla mentio, respectus (velut Megarensium olim) plane nullus.

Eapropter S. Rom. Imperii Status ac Principes, & Proceres laici hic quoque supplicant, sanctitas Pontificia velit eam offendiculorum lylvam, turbatum rerum ordinem, ac onera hæc justo graviora tollere, emendareque: ac Archiepiscopos, Episcoposque ab obligatione, qua ex promissionis prædictæ nexu tenentur, liberare, solutosque reddere: ac editio cavere, ne posthac Archiepiscopi & Episcopi talibus altringantur vinculis: sed ut deinceps nulli beneficium Ecclesiasticum, curam habens animarum, conferatur, qui non sit doctrina, & tateque & moribus ad hoc idoneus: qui & honestam ac presbytero dignam vivat vitam, & qui ipse propria illud possideat persona: nec plura quidem, sed unum tantum beneficium curatum, seu parochiale Ecclesiastam, Christianæ, hoc est, sine offendiculis nullis, sed multo cum doctrina tum vita integratis fructu administeret.

De prælaturarum Commendis, ut vocant, & incorporatis.

24. Item & illud hucusque notoriè observatum fuit, ut Abbatæ multæ, cœnobia item plura, ac reliquæ id genus domus, seu Ecclesiasticarum personarum congregations, fundationes scilicet Imperatoriz ac Principales, Cardinalibus, Episcopis, ac ceteris Prælatis, in tutam commendarentur, incorporarenturque. Qua refactum est, ut per Cardinales, ac Prælatos illos, quibus ita (ut dictum est) commendate etiam Abbatæ ac monasteria, ita sunt asservatae.

quinque, sex, aut decem necessariis provideri possit alimentis. Quæ res omnis in privata compendia aut commoda Catinalium est excogitata.

Vnde nendum plura oriuntur offendicula, sed & gravamina oneraque ardua, ac non ferenda Germanis. Ideoq; & hic supplicatur, Abbatias prædictas, monasteria, ac religiosas ceteras domus, denudo in integrum jus eorum, pristinumq; rerum statum restituendas: cavendumque posthac, ne cuiquam tales Commendæ, ut vocant, seu incorporationes, concedantur.

De collegiatis Ecclesiis, quæ super nobilibus tantum fundata sunt.

25. Insuper, licet quædam sint collegiatæ Ecclesiæ per Germaniam, quæ à nobilibus, & in hoc, ut nobiles tantum summæ atque medie sortis ad eas recipi rentur, primum sunt fundatæ, in quibus perdiutine observatæ ac præscriptæ consuetudinis privilegium est, ut tantum principes, Comites, Barones, aut aliqui nobiles acceptari possunt & debent: at tamen laudabiles hæc consuetudines, iura non scriptæ, privilegia Papalia, nequaquam curantur, manuteneantur, sed è regione agitur per Curtisanos, ad liberas electionis Episcoporum. Præpositorum, ac Decanorum & canonicorum præpeditionem, ut coadjutores aliqui contra Capitularium voluntatem ac consensus efficiantur.

Nec raro Curtisanis, licet indoctis & ignobilibus, parentur ad Canonicatus hujuscemodi accessus: non obstantibus statutis & consuetudinibus, & privilegiis præscriptis, ita, quod nobilibus vel ob pecuniæ, vel familiarem consuetudinem hæc pacto conferuntur, ut licet impen trantes ignobiles ad ea non admittantur, obstante sibi consuetudine, tamen si quis Principum, Comitum, Baronum, Nobiliumue hæc eadem à Curtisanis impetrare velit, cum colore quodam excogitati oneris, ab eisdem vel emere, vel annuo censu redimere cogitur: quanquam subinde alia huic negocio prætexantur veracula: quæ res ipsa quoque Nobilibus Germaniæ, suprema atque media conditionis, in magnum cedit onerum ac gravaminum cumulum.

Inueterata privilegia manus tenenda.

26. Ad hæc, quamvis omnia Ecclesiasticis

novæ subinde excogitatæ sunt technæ & practicæ, per quas privilegiis prædictis derogatur multifariam, immo ea penitus tolluntur ac turbantur. Eapropter rogant sacri Romani Imperii Status, hoc emendandum & in posterum cavendum, ac unumquemque cum suis viribus & privilegiis defendendum, manutenendumque. Id quod rei æquitas ipsa per se sibi postulat.

De annatis.

27. Quantum ad annatas (ut vocant) attinet, quas Ecclesiastici Prelati Romano Pontifici quotannis pendunt, quasque ante alij quot annos Germani Principes sed Rom. sub certis usque annorum metris, eodem modo persolvere, consenserunt, quod pecunia hæc ad nihil aliud, quam contra Turcas parandam defensionem, Romæ tanquam deposita, fideliter asservaretur: cum annis, in quos prefato modo consensum erat per Germanos, jam olim effuxerint, ac annatas defensionis non contra Turcas, sed alio experientia Germani Principes dicerint versas: eapropter per omnes Imperii ordines illi, id ipsum pro onere non mediocri huc allegatur, supplicaturque, id quod in responsione generali orator Pontificio data, ac in primis ex Cœl. Majest. literis ad sanctitatem Pontificiam eam ob rem scriptis, liquido magis reperitur, quam eis causa maiestatis Romani Imperii vela complicanda censuerunt.

De contributione Ecclesiastico-rum, ac religiosarum domuum, contra Turcas, ac pro defensione juri & tranquillitatibus publicæ

28. Item, poliquam majores laicorum Imperii statuum Ecclesiæ, monasteria, ceterasq; religiosas domos, per Germaniam, ad laudem Omnipotentis ita ampliter atque hoc pacto dotarunt, divitiis, que auxilunt, quod jam laici ipsi vix terram aut quartam partem in bonis temporalibus possident, atque ob eam causam necessitatam tam Ecclesiasticorum quam laicorum sublevandas, propugnandæque, ac manu defendendas paci ac iuri publicis, nec non & in Turcas, ceterosque Ecclesiæ catholice ac sacri Rom. Imper. hostes parandas expeditioni, præterim nopia vires minus suppetunt: deo magni ipsi regni necessitas, æquitasque, quod sanctitas Pontificia ita queat ac paternè rem temperet, ut Ecclesiastici

statum, quotannis pecunia quipiam contribuendum, ita quod Arhiepiscopi & Episcopi Ecclesiasticis Prelatis sac personis sui ditioni subjectis, soli ad ferendū hanc opem, contributionem prædictam indicere, jus ac potestatem habent.

29. Atque illud eo moderamine agatur, ut Electores, ceterique Principes & Magistratus laici, ab Ecclesiasticis Proceribus in eorum principatibus, comitibus, oppidis ac territoriis, in exercencia jurisdictione non perturbentur aut præpediantur. Nempe hac re fieri, quod laici inter Ecclesiasticos jus ac tranquillitatem publicam tueri, & Ecclesiastici sub laicis degentes, eo facilius accommodos etiam jus quisque suum defendere ac manu tenere poterunt, cum Ecclesiastici paria onera una cum laicis magistratibus ac gubernatoribus provinciarum ferre & contribuere jubebuntur, quemadmodum ad id ipsum ex Christiana & germana charitate, & ob æquitatem paritateque se vandam, an quoque tenentur, ob igatique sunt.

30. Et quandoquidem omnes, Ecclesiastici in primis ac principes, in merito pro viribus contra Turcas, tanquam hostes Christianæ fidei, ad ferendam opem, parandam defensionem, recuperandasque manu, quas olim credulus ille ferro subiugarat, Christianorum provincias, tenentur: eam ob rem pro licito, bone, ac pariter Christianæ Reipublicæ utili & necessario vilum placitumque est, ut si quando ex gente id necessitas videbitur, quod mundus & pretiosior supellex Ecclesiæ cathedralium, monasteriorum ceterarumque Ecclesiæ ac religiosarum domorum, auri, argenti, unionum, aliorumque preciosorum lapillorum, denique & canpanarum pars non necessaria pro commun. Christianæ Reipublicæ utilitate in medium conferatur, ne thesaurus ille Ecclesiæ Turcis potius quam nobis custodiatur, asserteturque id quod & per Greciz regnum jam olim usu venisse, experientia ipsa docuit. Quæ res Turcis magno cessit lucro, præsidioque, quando reperto hoc Ecclesiæ mundo, seu thesauro, militibus suis comparare potuerunt ubiorem commeatum, ut eo instruatores hinc ceteras Christianorum urbes oppugnarent, ac provincias.

Vt persona Ecclesiastice ob perpetratæ maleficis commeritam nul-

munis esse contendit. Neque hoc ita ordinati temere presumunt, quod ab Ecclesiasticis summae conditionis statibus in peccandi hac licentia manuteneantur. Sæpen numero enim compertum est, quod, cum ita consecratis, præsertim sacerdotibus, per iuræ canonica legitima uxores sint interdictæ, dehinc pudicitiam matronatum, virginum, laicorum scilicet uxorum, filiarum, sotorumque attentant, ac noctu interdiuque sollicitant.

Efficiunt quoque per assiduum ac indefessum laborem; partim muneribus, donis, ac blanditiis, ut complures honestæ alioquin virgines & matronæ, partim etiam in secretis (quas vocant) confessionibus, id quod eventu ipso compertum est, diurna opera labefactentur, & ad peccata offendiculaque commoventur.

Nec raro etiam evenit, ut hi uxores ac filias, maritis patribusque detineant, & remotentur, minantes interim, gladio, aqua, igniue ulturos repetitas uxores: atque taniorum maiorum segetem ex libidine insana contrahunt, mirum, quid latrocinis, homicidiis, innocentum deflatione ligni, rapina, furto, falsa cudemodo numismatâ, ac mille scelerum formis, interim, contra divina humanaq; jura omnia, non sine magno etiam aliorum offendiculo, libertime ac impune quotidie committant: nempe immunitate ac peccandi sua licentia, quam ex privilegiis canonum sibi usurparunt, in hoc freti.

Cum enim & semel compertum habent, licere eis impune, quicquid libuerit, cum nedum magistratus civilibus, sed & suis Episcopis ac superioribus medium ostendunt unguem, quodcumque illi vel jubeant, vel vetent.

Ettandem, ut in peccatis maleficisq; perpetratis magis adhuc foveantur, præter omnem æquitatis rationem, aliquatenus interdictum est Archiepiscopis & Episcopis, ne malefactores hos publice criminali judicio reos agere possint, nisi prius degradatos: id quod tantis summis tantaque pompa celebrari oportet, ut propterea perquam rarissime uncti illi malefactores merita plectantur poena.

Adhuc astringuntur obliganturque Ecclesiasti per sua capitula, ut personas iuris ordinibus, quod dicitur, constitutas, secundum canonica etiam jura, poenis utcunque levibus punire, affigereq; non audeant. Quæ restota eo spectat, ut ex disparitate hac, inter laicos ac Ecclesiasticos similes esse diffici-

la, quæ quotidie perpetrare pergunta, non æqua jura, judices æquos, parensq; poenas habeant, quod eorum vita offendiculosa apud laicorum vulgus tumultum qnempiam, seditionemque pergrandem, nedum contra ipsos Ecclesiasticos P. 214: scilicet, sed & contra magistratus ac superiores omnes, quod impunita finant maleficia tam notoria, commotura excitataturaque fit.

37. Quapropter necessitas æquitasque ipsa sibi postulant, ut Ecclesiasticorum personarum praedita presumpta privilegia obrogentur, aboleantur, è medioq; tollantur: ac illarum gratia finaliter sanctiatur, caveatur, ac statuatur, quod ordinati, in majoribus vel minoribus constituti, una cum personis laicis, æqua habeant jura, æquos judices, parensque poenas, ita quod Ecclesiastici ultra laicos, in paribus delictis, nullam prætendere possint prærogativam, immunitatemque: sed ut quicque delinquentium Ecclesiasticorum, sub quo delinquit judice, ob commissum suum maleficium, secundum delicti qualitatem ac mensuram, non secus atque alii malefactores, poena à jure communi Imperii imposita delicto commensurataque, plebi, puniri, & affici possit atque debet. Id quod vere Ecclesiasticis, hoc est, probis & eruditis viris, dubio procul impendio magis arridebit, tantum abest, ut per hoc laici juri eorum putent.

Hæc rem namque fit, ut titulo tantum Ecclesiastici, alioquin improbi nebulones, ad obedientiam majoribus debitam & ad bene honesteq; vivendum compellantur. Ad hæc seditiones simultatesque inter eos atque laicos præcaveantur & evitentur. Denique & hoc ipso laici ad observandum colendumque integræ vite Ecclesiasticos, eo magis invitabuntur, permovere bunturque.

De onere banni, seu excommunicationis.

34. Item Romæ catærisque in locis per Archiepiscopos ac Episcopos, aut certe eorum Ecclesiasticos judices, multi Christianorum ob causas prophanas, ob pecunias denique ac turpis quæstus amorem excommunicantur: multorumque, sed eorum in fide infirmorum conscientię per hoc aggravantur, & in desperationem pertrahuntur: ac denique ob pecunias, lucrative tantulum, auræ alioqui res minimi precii, ad internacionem usque animæ corporis, honoris, atque rei familiaris.

Eapropter S. Rom. Imperii Principes, Proceres, ac Status laici rogant ut Pontificia sanctitas, tanquam fidus, Christianus, ac pius pater, velit præfatum onus Banni seu excommunicationis, apud sedem Rom. penitus abolere, ac apud ceteros Archiepiscopos, Episcopos, & eorum judices Ecclesiasticos allegare, tollere & denique ita sancire, cavereque, ut nemo ullam ob causam, quam manifestum ac convictum heresios crimen, & quantum ad sacrosanctam Christi fidem attineret, excommunicationis fulmine feriatur, aut pro secluso à Christiana ac Catholica Ecclesia habeatur.

Periniquum siquidem est, fideles Christi ob temporalium bonorum, lucrue, aut denique ullam aliam humanarum constitutionum transgressionem, excepta heresis perfidia, à Deo Opt. Max. suaq; Ecclesia catholica excludi, sejungi, separarique.

Quo pacto multi cohabitatores oppidorum excommunicati, & ipsi secundum innocentibus excommunicantur.

35. Item & illud in plerisque sapienti evenit, quod vicinorum excommunicati decem, & eo amplius, quorum tandem causa nihil omnino contingit, cum ipsa principali excommunicationis pena aggravantur, & non ob aliud, quam ut officiales Ecclesiastici scilicet judices, faciliter citiusque pro libidine sua miseram plebeculam depeculantur, ac pro siq; libitu eorum abutantur simplicitate, ipsosque principales ad quascunque, etiam iniquas, acceptandas transactiones, per hoc compellant, adigantque.

Nam etiamsi excommunicatus ipse una cum uxore, liberisque suis, per intolerabilem hoc & iniquissimum banni onus, in exilium ire cogatur, quod hac in re nullus sit officialibus modus, neque finis, neque ulla facultatum ratio: tamen nullus est hominibus illis respeetus, num industria, datave ad hoc opera, & per contemptum, an necessitate ita impellente, vel casu potius, vicini cohabitatores cum excommunicato ipso participarint, commercium habuerint, aut sufficiensne hæc fuerit concubitus causa, quare excommunicatum merito solum vertere jussisse debuerant, horum pensi habetur nullum. Sed unum curatur hoc per officiales, ut quo usque principalis ipse excommunicatus solvendo non est, scilicet

ri, aut interdictum edici vetent: nihilo minus tamen idipsum conantur, causantes interim, non ob pecuniam, sed consumaciam, quæ tanto sit major, quanto unde sibi originem ducit, minorem habeat causam, tales excommunicari. Atque haec decipula avariciam suam officiales nungundo contegere nituntur.

Item 36 de illicitis interdictis.

36. Præterea, cum sacerdos aut alio, qui Ecclesiastica persona casu occiditur, tum nedum occisor excommunicatur, sed & totum oppidum aut totus pagus iniurissime interdicatur: quod interdictum eo usque duras, tamque diu interrupte pendente publica Christianorum officia, quo usque vel occisor vel tota incolarum eius loci communitas fecerint homicidii compensationem homicidiumque expiarint: non considerato eo, dederitne occasionem, ut se gesset probe, vel nequiter versatus fuerit occisus sacerdos, vel alias Ecclesiastico ordini adscriptus, licet iura canonica ipsa inquisusdam casibus modum negotio prescribant. Prægravanturque itaque ex delicto unius censum alii, nihil tale commiserit: nedum contra communem equitatem, sed & contra omnia civina & humana iura.

De abrogatione feriarum aliquot dierum.

34. Insuper & feriarum, festorumque dierum tanta copia laicorum vulgus non mediocriter urgetur. Nimirum, cum tot sint religiosi facti dies, ut vix regretem, pus agricultoris suppetat, quo fructus agri, tot sudoribus è terra pellectos, aliquando aqua, pluvia, immodicove aestu, non raro etiam grandine, aliae tempestate periclitantes, in horrea conferant: quos tandem fructus, si non feriarum solennibus, praepediti forent, commode ac citta jacturam ex agro legere, domumque ferre potuissent. Adde quod feriatis quoque diebus, qui dubio procul bono consilio, ac in Dei Opt. Maximi honorem, prius bene sunt feriati, innumera perpetrantur delicta, peccataque, & sceleris potius, quam his Omnipotens colatur venereturue. Id quod res ipsa notorium facit: tantum abest, ut testibus hoc ceget.

Eamque ob causam S. Rom. Imperii Status laici consultius putant, ac Reipublicæ Christianæ conducibilius, si effrenis feriarum (quæ animis, quam extenuocultu, Christianis, hoc est, his, quibus

rum, vi dolog. Germanorum
ditioni ereptū.

33. Item licet dominis ordinis divx
Marie Virginis (quos vulgo fratrū Teu-
tonicorum vocant) ex liberalitate Romano-
rum Imperatorum celeberrimē me-
moriz, item & Principum, Comitum, &
Baronum, in eos collata cæterorumque
nobilium contributa auctōne, certabo.
na temporalia, ac redditus & census
annui, per Apuliam, Siciliam, reli-
quamque Italiam, emti sint atque ad-
audi, non ob aliud, quām ut contra ho-
stes Christianz religionis, ad pugnam in-
structiores forent, haberentque Germa-
ni nobiles pariter, & fidei catholicæ pro-
pugnatores, unde commodius & hone-
stius vitam militiz semper paratam vive-
re possent, & ex bonorum aſſe præfectu-
ræ ejus ordinis aliquot (quas vulgo Ba-
livias, ac à commœtu ordini parando,
commœturas vocant) distinctæ sunt &
disterminatæ per classes, quas & quietè si-
ne cuiuspiam turbatione per multa secula
possederunt usurpatæ suntque: attamen
per præcedentes Romanos Pontifices or-
dini prædicto bona talia erupta, ac Car-
dinalibus, Archiepiscopis, Episcopisq.,
illisque nec Germanis, nec præfati ordi-
nis militaris existentibus collata tradi-
taque sunt: quemadmodum & in hunc
usque diem militaris Germanorum or-
do, his ipsis spoliatus, carere cogitur.

Insuper priores Rom. Pontifices do-
mus ordinis suprà dicti locatas, nato I-
talo, nempe Hieronymo Veneto tradi-
derunt ac concesserunt, eumque ordinis
sapè dicti insignibus decorarunt, con-
tra Romanorum licet Pontificum ac Im-
peratorum statuta & privilegia, toties
ante hac per eorum prædeceſſores robo-
rata, quibus ad Germanos tantum ordi-
nis milites ut hæc omnia pertinenter,
cautum sancitumque est.

Deinde & Romanenses Curtisani, or-
dinis supra memorati domos per Italiam,
Bononiam puta, Papalibus bullis ac pro-
visionibus attentare conati sunt: quo fa-
cto, ordinem ad litigandum secum Ro-
mæ coegerunt. Id quod non ad medio-
crem perniciem & ipsius ordinis & toti-
us Germanicæ vergit nationis.

Demum Germanis Stablore quoque,
divi Benedicti monasterium, contra fun-
dationis quamquam jura, superioribus
paucis equidem annis eruptum est, ac in
commendam (ut ajunt) Cardinali Co-
lumnæ collatum, quo omnia in pecuni-

rogant, sanctitas Pontificia velit militari
Teutonicorum ordini, bona erupta, cen-
susque & redditus ablatos, absque ul-
tereiora mora confessim reddere ac resti-
tuere: aut id ipsum, & quanto citius fi-
at, mandate curare, quemadmodum
juris, bonique & æqui ratio hoc sibi po-
stulat.

*De oneribus sacri Rom Imperii
statuum laicorum, contra Archiepisco-
pos, Episcopos ceterosq. Pralatos Eccle-
siasticos. eorum quoq. capitula, ac
sufficiens judices, quos vo-
cant Ecclesiasticos.*

39. Præter oncea suprà mēmoria Archi-
episcoporum, Episcoporum & Pralatorū,
quod ij (ut prædictum est) à sede Roma-
na conservatores delegatos, atque id gen-
us alios plerosque Ecclesiasticos impe-
trant judices; per quos laici non ferendis
aggravantur modis, quod non omnino
infrequenter evenit, ut laici in periculum
ac perniciem animæ, æstimationis, cor-
poris atque bonorum perducantur, ac
quantum per hos stat judices, pertrahantur
etiam: hic nondum finis. Sunt enim cō-
plura adhuc alia gravamina, prout sigil-
latim ea per capita nūnic recensebuntur,

*Primum, quibus modis laicorum
bona immobilia ad Ecclesiasticorum mā-
nus, & non contra, ac Ecclesiasticis
ad laicos perveniant.*

40. Item cum à sede Romana constitu-
tionibus si cautum ac provisum, ne bona
Ecclesiastica, præsertim immobilia, re-
gulariter personis laicis unquam ditrahi
aut vendi possint: & tamen Ecclesiasti-
ci, nulla cogente necessitate, sed tantum,
ut eorum res familiaris reddatur lautior,
crescantque census, nunquam non cessant
laicorum prædia emptionibus innumeris-
que aliis modis ad se pellieere si qua tan-
dem sit possibile via. Quod ipsum quo-
que statibus laicis grave, damnoſum ac
intolerabile est.

Quamobrem S. Rom. Imperii status
laici, Reipub. Germanorum utile neceſ-
ſariumq; putaverunt, si omnia bona im-
mobilia, soli scilicet, que post hac aliquo
quocunque tandem titulo à laicis ad Ec-
clesiasticos pervenirent, possent à laicis
superioribus, quorum ditioni prædia
hæc subiecta forent, tandem ab Ecclesiasti-
cos redimi, lui, atque justo precio ven-
dicari: non considerato, quicquid con-

41. Nec raro & illud factio contigit, quod, cum personæ Ecclesiasticæ bona hæreditario titulo, relata à majoribus suis, unâ cum cæteris cohæreditibus jure hæreditario, sibi forte usurparent, ac si dehinc intestati decessissent Ecclesiastici, tum per Episcoporum nonnullos sibi ipsis bona illa hæreditaria laicorum vendicari cœperunt, non in mediocrem proximorum, venientium ab intestato, cognatorum perniciem ac jacturam. Quæ res ipsa quoque laicis non ferenda, imò omni modo onerosa intolerabilisq; est.

Quo ingenio bona quidam laica, quæ Ecclesiis aut aliis religiosis domibus certis pactionibus vendita sunt, vel hypothecata, ditioni Ecclesiastice subjugari conensur.

42. Adhac, si quando casu ita continet, quod bona laica temporali jurisdictioni subjecta, fructibus, redditibus, cencensibus vè annuis Ecclesiis ac cæteris religiosis domibus legentur, vendantur, hypothecantur, aut quovis alio titulo tradantur, vel à laicis erga Ecclesiæ ac monasteria anno censu tributaria efficiantur, moliuntur Ecclesiastici, talia prædia laica ex civili potestate ac ditione in Ecclesiasticam transferre: atque huic atque iniquo illicito conatu, Episcopi, Ecclesiastique patrocinantur Prælati, tueruntur que rem longè iniquissimam tantum abest, ut in hoc quenquam reverantur Ecclesiastici.

De collatione beneficiorum Ecclesiasticorum jam primum fundatorum.

43. Item, cum beneficium aliquod Ecclesiasticum à laicis, summis vel mediis conditionis, primum fundatur, dotatur, que: tunc quidam Episcoporum primam ejus beneficij collationem sibi usurpat, ac beneficiis ipsius dotacionem, fundationem vè prius confirmate recusant, quam eorum intentioni acquireverint, quæ beneficia ex suis censibus dotarunt, hoc est, fundatores atq; patrini, secundum jura etiam Canonica collatores ordinarii.

De confirmationibus beneficiorum Ecclesiasticorum non necessariis, atq; aliis id genus gravaminibus.

44. Præterea, si quis novam fundacionem beneficij Ecclesiastici, fraternitatis exigere atque eandem confirmans

exigunturque, ac per Romanorum statuta, technas, ac subtilem practicas, diriguntur, ut fundationes hæc omnes, quamvis minimi sint precii, necessario confirmantur. Quod ipsum non mediocre Germanorum laicorum est onus.

De subsidiis, & aliis oneribus, quæ imponuntur Ecclesiasticis, qui collatores habent laicos.

45. Deinceps, si quando contingit, Ecclesiæ personæ à laico beneficio aliquo dotari, & Episcopo pro investitura accipienda presentari: tum Episcoporum in spiritualibus (ut vocant) Vicarii, pro investitura tantum erogant æris, presentatis illis, quantum collatum beneficium in anno habet proventu, nonnunquam etiam, quantum bimo. Ita enim altera portio exigitur Episcopo, & reliqua interim Archidiacono, aut Archipresbytero, pro investitura, vel possessionis traditione.

46. Insuper nimiumque viribus, illis, citis exactionibus gravaunt Episcopi beneficia, subsidiis nimirum, nullæ licet subsint urgentes, aut illad sibi admodum postulantes causæ: hoc est, quod jura vocant, manifestæ & rationabiles, ultra etiam modum, quem jura communia in casibus evidentiis & necessariis prescribunt. Illis nempe casibus quib; solis jura, subdium ab Ecclesiasticis erogari permittunt, sicque ejus rei immodo usu, ut presbyteris vita necessaria vix, aut certe nec illa quidem relinquuntur.

Demum & intotius populi caput hoc redundat onus, quando ita prenumur facerdotes, ut respirare eis non licet, ni vicissim subditam plebeculam attordant. Ita ex onere ferunt onus, eò usque, ut nullum gratis, nisi numeretur semper aliquid, ministrent sacramentum, Ecclesiæ, que Christianæ donum: ad quod tamen præcipuum, gratis ut facerent, darent, que ea gratis, quæ nullo ære redimi possunt, atque ipsi gratis accepissent, factos sancti Evangelii attestantibus literis, testebantur. At illud res ipsa fecit notoriū. *Quo pacto sepius, & quidem plures una, indocti atque inidonei ordinantur sacerdotes.*

47. Item Archiepiscopi, & eorum suffici (quos suffraganeos vocant) sepius, plures indoctos, idiotas, inhabiles, vilesque ac ludicias personæ ad sacerdotii functionem ordinant: qui cum ex ministerio Ecclesiæ, ad quod minus sunt

bent, sed tantum imaginarios & fictitos aliquando, neque illos quidem secum ferunt titulos: sicque deinceps, aut ex innata malitia, motu vero levitate, aut qua pre-muntur egestate, (sic utres est maleficiada famae) ut in honesta exerceant commercia, ac munia sacerdotibus obeant indigneza. Quare res ansam subinde ministrat, vere Ecclesiasticos, ac Christo sacros presbyteros floccipendendi, nihilque faciendi, quod illorum vita coram universo populo offendiculis sit quam refertissimus.

Interim a quibusdam Episcopis sex corruptis testibus ad hoc exhibitis, dignus sit factus dotii munere, vel minus, ordinandus, fides exhibetur, qui passim quoque indignissimos simulacris suis vocibus testantur dignos, adque hoc ministerium apertos ferunt & accommodos: licet non raro nullus personatorum illorum testium, ordinandum, vel de facie albus anater sit, noverit: conanturque ita Christianis sanctionibus, sub persona, fuso atque ficticio tantum praetextu satisfacere.

De impensis immodicis, quae in Ecclesiarum consecratione insumentur:

iur:

48. Insuper, cum Ecclesias ac templo, prætenua quidem, Deo dicant, sacrantque, nonnulli suffraganorum subditos, utcunque per se egestate laborantes, superfluis minimeque necessariis sumtibus onerant: neque hoc contenti, quin munera quoque, & illa quidem immoda, à misera plebecula exigant;

49. Item, cum laici Ecclesiis altaris donant ornamenta quædam, nec non casulas, & similia, ac in Dei honorem pecunias suas expendunt: nihilominus tamen Suffraganei ex gunt, ut talia, priusquam ad altaris convertantur usum, consecrentur, pro quædemum consecratione munera ac dona petuntur innumera: Quapropter et quum est, ut tales abusus debeat: Et si Suffraganei frustra laborare nolint, ut unicuique Prælato aut plebanotalia faciendi permittatur potestas.

Quemadmodum cæmiteria non-nunquam superflue, ac minimè necessario consecrentur.

50. Deinceps si forte sine armis, pugnis tantum & capillis, in cæmiterio duo plures manus conserant, aut rixam habebant, ad sanguinis utque, quantumvis modici, effusionem, tum ad interredi-

viensq; nec proecto minoribus impensis consecrati curaverit, quam primum (ut prædictum est) ex prophano redditus sit sepulturæ is locus sacer: Quia omnia in caput tandem redundant laicorum.

51. Item Suffraganei excogitaverunt, ut solum ipsi, & nullus alius sacerdos, laicis campanas baptizent: Credunt deinde simpliciores ita affirmantibus Suffraganeis, tales campanas baptizatas pellere demonas & tempestates. Quapropter innumeris plerunque adhibentur complices, præcipue vero, qui fortuna possunt, exorantur; qui baptismationis tempore funem, qua campana religata est, tangunt, ac Suffraganeo præcidente quemadmodum in parvolorum baptismatione fieri solet, omnes pariter respondent, ac campanæ nomen ingeminant, vel teque nova, quemadmodum & Christianis fieri solet, campana induitur. Inde ad sumtuosa properatur convivia, quibus præcipue complices, ut eo latius munera offerant, exhibentur; nec non Suffraganei, & eorum capellani, cum multis aliis ministris regaliter pascuntur.

Nec hoc satis est, sed & Suffraganeo mercedem per solvere necesse est, quam illi munuscum vocare solent: inde evenit ut aliquando etiam in parvis villis centum floreni in tali absumentur & expendantur baptismatione: quare non solum superstitiosa, sed etiam Christianæ Religioni contraria, ac simpliciorum scandalo, & mera est exactio. Veruntamen Episcopi, ut Suffraganeos vel vilissima obzrare possint mercede, talia, & adhuc absurdiora tolerant.

Res itaque tam nefanda & illicita merito aboleri deber: Ceterum, si conducere videtur, ut campanæ consecrentur (ita enim Suffraganei baptismationem appellant, quoties a prudentioribus de hac re interpellantur) conveniens erit, ut talis consecratio per unumquemque fiat sacerdotum, quemadmodum cum aqua benedicta, sale, herbis, & similibus fieri solet idque absque precio & expensis laicorum, ne populus simplex ita seducatur, & damno afficiatur, nec non avaritiae detestandæ præsumptio evitetur.

Quemadmodum de nova sancti cuiuspiam celebritate partem petant oblationis.

52. Deinceps, si forte per diæcesin Episcopi alicujus nova effertur sancti celebritas, ad quem passim fit concursus, tum Episcopi aut prælati eo loci, obla-

oblata illa pecunia potius, ac merito, pro
totius Christianæ Republicæ necessita-
te, ad contrahendam militum manum,
parandumque expeditioni bellicæ com-
meatū contra Turcas, usurparetur, aut cer-
te in proximi verteretur necessarios usus.
Quo pacto illicitam à Præpositis
monasteriorum Deo dicatarum virginum
petans pecuniam.

53. Item cum monasteria aliqua Deo di-
catarum virginum, per Præpositos seu
præfectos gubernentur, quia tamen ad li-
bitum officio hoc moveri possunt (neque
enim perpetua est hæc præpositura) atta-
men Episcopi, acceptationi aut missio-
ni Præpositorum, prius consensum suum
adhibere recusant, quām à monasterio
Deo devotarum, simpliciumque puella-
rum, pecunia aliquid numeratum fuerit.

54. Item, cùm Abbas quispiam aut Ab-
batissa eligitur, coguntur iterum per
Suffraganeos consecrari, licet antea, ut
monachi & moniales, satis superque sint
consecrati: Suffraganeumq; cum suis re-
gie excipere & pascere, ac insuper, tanquā
muneris loco, magnam per solvere pecu-
niam. Quæ res non in parvum damnum
cedit non solum monasteriorum, sed et
iam illorum, quibus monasteria illa sunt
subjecta. Insuper Pontifices summi multa
& varia in curia Romana excogitarunt
officia, quæ ipsi immanni vendunt precio:
quod quidem illi per solvere coguntur,
qui (sita jubente Pontifice) opera talium
indigent officialium, seu scriptorum.

p. 219. Hinc evenit, ut natio Germanica, præ-
cipue vero Episcopi, quoties pallium re-
dimunt, aut confirmationem à Romano
petunt Pontifice, ac multi alii oppido ag-
graventur: ac longe plus, quam elapsis
annis, pecunias suas dilapidare compel-
lantur. Hinc facile coniucere licet, quorū
Romæ, quantique laquei pro emungen-
dis nummis tendantur. Quapropter ta-
lia officia merito deleridebent.

De Archipresbyterorum officiis, & aliis iudicibus Ecclesiasticis.

55. Archipresbyterum quoque officia-
les ut plurimum sunt indocti, inhabiles,
insuper & scurrilibus moribus, nihil pen-
si habentes, nihil aentes, quām pecuni-
am. Et quām notorie in publicis degant
peccatis ac facinoribus, quotidiano di-
scitur usu: per quod laici, quos ob ad-
missa, debito modo corripere, ac in pie-
tate Christiana, eruditiores & meliores
reddere debeant, nedum ad meliorem
frugem non perducuntur, sed offendicu-
bis onerantur potius.

tantum iecratus habent anno . . ., faci-
serè ad vivum usque bonis suis spolian-
tur ac depredantur: id quod Archiepi-
scopi & Episcopi, siquidem revera, quod
dicuntur, essent, hoc est, Christi pastores,
dubio procul diutins non tolerarent, o-
vesque Christi talibus offendiculis pa-
storibus curandas minimè commendau-
rent, pascendaue committerent.

*Quām iniquè laici ad vetitum
trahuntur Ecclesiasticorum
tribunal.*

56. Ferè & hoc quoque accedit, ut laici
ad Ecclesiasticorum, licet perinque,
trahantur judicium. Nam etiam si acto
sit Ecclesiasticus, qui laicum reum judi-
cio convenire intendit: attrahen nihil
magis ordinariae jurisdictioni reorum
deferunt, quin passim Ecclesiastici tales
reos laicos, scilicet quascunque etiam
ob causas, civiles ac plane prophanas, ad
Ecclesiasticum tribunal, refragantibus
omnibus etiam iuribus, pertrahere adni-
tuntur: cùm tamen maxime conveniat,
ac jure non ignoto sit quām expressim
cautum, actorem rei forum sequi debere.

*Quo pacto Magistratum civilium
subdit, propter debitam pecuniam,
ad iudicia Ecclesiastica pertra-
hantur.*

57. Præterea Ecclesiastici, sèpiosculè
laicorum subditos, ob debita pecunia-
ria, coram Ecclesiastico judice in ius vo-
cant, ac prægravieorum judiciorum or-
dine eosdem inibi vexant atque exutiu-
nt, licet à civili Magistratu, adeoque
judice reorum, ordinaria iustitia, juris-
que debitis executio eis nunquam fuerit
vel denegata, vel diutius, quām par sit,
procrastinata: sitque ita per actorum (ut
dictum est) petulantiam, quia conventi
judicio Ecclesiastico laici, varios ob ca-
sus jus suum non ita examusim, vel dedu-
cere per imprudentiam, vel non probare
per simplicitatem neverunt, neque edo-
ti sunt: ut in prætentam pronunciantur
excommunicationem, ac irreparabile
rerum suarum perducantur detrimen-
tum, perniciem, & jacturam.

*Quām iniquè laici iudicibus pre-
beatur occasio ab Ecclesiastico, subditis
rum suorum petendi missionem.*

58. Insuper & alias plures ob causas il-
licitas, à iudicibus Ecclesiasticis contra
personas laicas emittuntur citationes ac
monitoria: quanquam tales judices, pub-
lica etiam testante fama, indubitanter
perspectum habeant: vocatos ita in ius ad-

sumque est. Nam eti^m causa per longeque tales, ad instantiam Magistratum ci- lium ac laicorum superiorum petitio- nem, tandem ad jus dicentis laici ordi- narium remittantur tribunal: nihilomi- nus tamen ita immerito in jus vocati, gravibus onerantur impendiis, damnis, & expensis, eò quod superiores suos lai- cos, quos non raro ultra centesimum la- pidem peregrinabesce contingit, primū requirere, de hinc literas missionum ab his impetrare, ac tandem eas ipsas judi- cibus Ecclesiasticis mittere cogantur: interim nunciis ad hoc conductis ero- ganda est pecunia, cessandum à quotidi- anis operibus, ferenda impensis itine- rum atq; advocatorum. Quod si forte superiores suos in jus vocati non conti- nuo imploraverint, easq; judicibus præ- dictis transmiserint, ac ad monitionem usque processum interea fieri, etiam Eccle- siastici judices, vel requisiti hinc à voca- torum superioribus, quæcunq; tandem in jus vocati sit causa, remittere tamen ita vocatos atq; admonitos ad ordinari- um judicem laicum recusant.

p. 520 *Quòd judicēs Ecclesiastici causas aliquot speciales, licet laicas, ita suæ afferant ditiones ut omnino ea re-*

mittere nolint;

59. Cum apud Ecclesiasticum judicem, ob decet p^tum virginitatis florem, item ob id illegitimè natorum, hoc est, natura- lium liberorum statum, aut servientium mercedem, viduarumve, quæcunq; etiam judicio ventilantur causæ contra laicos reos, tum vel interpellati à litigantium laicorum superioribus judices Ecclesiasti- ci, terminum tamen sustendi jure, nec circumducere aut, ad se in jus vocatos ordinarij jurisdictioni ut remittant, pre- cibus induci possunt.

De aliis illicitis & inutilibus ex- pensis causarum prophanarum, que ad Ecclesiasticos judices trahuntur, ac denuo remittuntur.

60. Ad h^c, cùm laicus coram judice Ecclesiastico (ut suprā dictum est) iniq; in jus vocatur, demumq; ad petitionem judicis ordinarii remittitur: tunc temerè agentis procurator, qui tam malè in jus vocari fecerat laicum reum, mercede- dem suam à convento, qui tamen temerè ad vetitum tractus fuit judicium, petit: cogiturque de hinc, sub excommunica- tionis pœna, innocens ille, ultra expen- sas, quas ob malam in jus vocationem, in- stineta, procuratores, proque impetrans & redimendis missionum literis ne-

modico, coæetus licet, pentare. Namq; id si forte recuset, anathematis præsto est gladius: hoc ei minantur judices Eccle- siastici fulmen, ni, persolutis vocationum literis, habendi libidinem ipsorum sati- averint. Ita afflito additur afflictio. Ne- que juris ratio, quæ temerè in jus vocato refundendas dicit expensas, a judicibus his curatur quicquam: imo judicarius hic eorum ordo ex diametro, quod ajunt cum jurisboniq; & æqui ordine pugnat. Eum tamen judiciorum ordinem non ob aliud, quantum conjectura assequi licet, haec tenus ita religiose observarunt: quām ut plurima ectorum turba per hoc ad corum alliceretur tribunal. Ita semper iniquum ex re, quæ merito debebat esse æquissima, student facere lucrum,

Quomodo novæ per violentiant in- instituantur decimarum præsta- tiones.

61. Item, eti^m laici per multa annorum curricula, de certis eorum prædiis, neq; maiores, neq; exiguae (ut vocant) præsti- terint decimas: tamen per Ecclesiasticos judices, apud quos iniqtis litigant con- ditionibus, autoritate judicaria ita eis fit negotium, ut aut petitas judicio decim- mas, sive quippiam aliud est, quod ab eis exigitur, præstare persolvereque, aut ex- communicationis pœnā ferre, necessarii habeant. Neq; hoc temere. Nam etiam si a sententia quantumvis iniqua Romanum appellaverint, non eos fugit, quām one- rolus atq; dispergit & illic litium evenit.

Quo pacto Ecclesiasticorum offi- ciales ac suffecti, & ipsi laicos ad Ecclesiasticorum tribunal in jus trahere conentur.

62. Ad h^c omnia, personæ Ecclesiasti- ci nedum ipse per se laicos, quibus dictū est, ac similibus casibus ad Ecclesiasticos trahunt judices: verū etiam Ecclesiasti- corum officiales, suffecti procurato- res, domestici famuli famulæq; ac deni- que ipsorum etiam subditi conantur ad- mitunturq;, idem juris, quod eorum ha- bent superiores, sibi ipsis quoq; afferere, usurpareque.

De causis injuriarum, que coram Ecclesiastico ventilantur judicio.

63. Tandem, si quando ex facto evenit, ut Ecclesiasticus contra laicum, injuria- rum agere illatas forte verbo injurias in- tendat, conatur Ecclesiasticus judex eas ipsas quoq; suæ jurisdictioni venditare causas: quod denuo reus judicio conven- tione ordinarii, in iure, sive in iustitia

64. Insuper & id presumunt officiales, si quando in causis prophanis, ac inter personas Ecclesie minime sacratas dicas, sed omnino laicas, data fide, seu præstito juramento, verbo, vel in scriptis, pacta, obligationes, contractus, vel promissiones factæ sint vel celebratae, quod eam ob rem, atque hujus prætextus ratione, tales prophanæ laicæque cause coram ipsis potius, quam ordinario iudice agitari debeant: quæ nova Ecclesiasticorum techna usu si incresceret, ac diutius toleraretur, jam actum foret de civili causarum auditorio, quod omnes prophanæ civilesque cause contractuum atque transactionum, hac via necessario ad Ecclesiasticos pertraherentur;

Quis enim contractus, quæ transactio, quæ denique inter pacientes conveniatio, quæ non sit solenni ita stipulatione aut promissione vallata? Illac nimur rerum veniremus, ut in totum civilia eluderentur iudicia. Quod nedum contra æquitatem ipsam, contra omnia jura scripta, sed & civili magistratui intolerabile foret. Nam ut demus hoc interim Ecclesiasticis iudicibus, de perjurio commissio notionem ut habeant, nihilo magis per id causæ ipsius principalis, contractus potius aut transactionis, quamobrem ille pejeravit, judices competentes erunt, quin perjuros illos ob religionis transgressionem manifestariam tantum iudicio convenire possent, ac canoncam huic indicere multam: reservata tamen civili Magistratui, qui perjuros penali iudicio secundum civiles sanctiones plectere jus habent, commissa sibi ob id pena:

p. 221. *Quoniam modo reformationes suorum iudiciorum nec obseruent, neque manu, hoc est, executione debita tueantur.*

65. Præterea, nedum rationi consonâ jura communia, sed & Ecclesiistarum aliquot cathedralium propterea reformatio- nes notoriz, in quam plurimis casibus negligantur, irritaque sunt, dum contrarius ex eisdem ducitur sensus. Exequuntur enim hec contra hos tantum, quorum potestatem ipsi non reverentur. At si reos potentiores, aut eos, quibus manus pares esse non possumus, contingat, tum ex juris sui rigore remittunt quippiam.

Nam etsi maxime Episcopi locorum ordinarii, aut eorum Officiarii, à vim passis, aut his, quibus contra jus injuriz illatæ sunt, pro debita justitiæ executio- se contul-

ordinarius Episcopus, utcunque æquiti savens, remorante eum hac via, in elec- tione præstita, ac promissa fide, mer- tam transgressionis etmendationem atque multam præsumere, cisq; infligere non audeat.

66. Ad hæc, Episcoporum ac Prelato- rum nonnulli, pro tempore Ecclesiasti- corum iudiciorum synodorumque, ad suum libitum speciales quasdam & pri- tentas ferunt reformationes, ordinatio- nes, leges atque statuta, quæ ipsa multifariam à jure communi dissident, ac seorsum toti civili magistratui & jurisdictioni, eorumq; subditis derogant, atque per- hiciem afferunt: neque ullam præ se ferentia æquitatem, quod ad Ecclesiastico- rum privata compendia, inque laicorum necem sint excogitata atq; efficta. Eamq; ob rem laici ea acceptare, aut his patere mitime tenentur. Nam neq; ipsi Ecclesiastici domesticas has suas constitutio- nes, secundum rationabilem, syncretio- rem, ac germanum æquitatis intellectum obseruant.

Etenim tametsi reformationes hujus- cemodi ut plurimum statuant, coram of- ficialibus, eorumque Ecclesiasticis consi- storiis, manifesta ac notoria tantum, mi- nimeque occulta delicta debere agitari atq; ventilari; considerariq; in primis sa- lus animarum, & honor Iesu Christo debitus potius, quam pecuniarum lucrum; attamen ejus rei oppositum, atque ex professo contrarium, negocium ipsum, innumerarq; alii conjecturæ ac circum- stantiaz plus liquido manifestum red- dunt. Id quod partim ex supra enumera- tatis, partim ex recensendis sequentibus articulis, utcunque succinctis, cuiq; esti- mare facile est.

Quemadmodum plus pecunia; quam penitentia, peccatoribg imponant.

67. Patrum canonibus sancitum est, spi- ritualibus ac manifestis peccatis, spiri- tualem penitentiam seu satisfactionem imponendam esse, ut sic non pecunie lu- crum, sed potius animarum salus queri intelligatur. Id quod supra etiam memo- ratum est. At Ecclesiastici judices & of- ficiales, perperam animadversis canonis- bus, di&am spiritualem penitentiam in tantum exasperant, aggravant, & augmenta- tur laici, priusquam eam satisfactionem acceptare velint, pecunia magis sibi ab ipsis immunitatem comparent: quare laici multum premuntur: Ecclesiastici contrà multum ditantur, utputa, qui, in

68. Accidit etiam nonnunquam, quod viri & mulieres coram Officiali, seu Ecclesiastico tribunali, ut delictorum scelerum fontes, sinistro rumore deferruntur, ac non prius per sententiam innocentibus declarantur, quam ubi se iure jurando purgaverint: qua purgatione facta, in pristinum estimationis statum restituuntur. Et quamvis tam sinistre denunciatis in commoda, damna, impensis, eam ob rem perpeccae, merito i-fundi deberent: nihilominus tamen innocentibus ipsi, inde restitutions fidem, officiali, Ecclesiastico j-d ci, duos aureos, cum aurei quarta parte, pro absolucionis literis, nequaquam necessariis, numerare coguntur. Et hoc est, cur officiales, Ecclesiastique judices, tam iniquas & illicitas rumoris falsi atque delationis causas ita asseruntur, ad se evocent, solisque sibi vendicent. Id tamen ipsum non sine magna, singulari, ac gravi iacturam mortalium committunt. Nam sepius evenit, quod alterantes mulieres, ira, invidia, seu aliquo quopiā affectu commotæ, invicem se maledicis impetant, conviciis proscindant, in tantumque desmententur, quod altera alteram vel adulterii, vel magicæ artis ream insimulet.

Quod ubi coram Officiali deducitur, tū illa, quæ per iracundiam alteram probbris ac contumeliis affecerat, juris iurandi sacramento sese exculcare ac purgare cogitur, scilicet, quicquid injuriarum in alteram profuderit, id omne non ex certo animi proposito, sed ira invidiaque profectum esse: perique modo altera, quæ adulterii, necromantiae insimulata est, suam innocentiam, quodque prædictorum nequaquam sibi conscientia sit faci-
norum, juramento detegere jubetur. Interim vero quilibet apud te facile conjicere potest, in talibus causis, mulieribus, sive memoratorum scelerum vacua sint, sive iisdem criminibus obnoxia, iurandum tamen esse, dummodo famam, honorem, ac vitalem spiritum retinere velint. Qua ex re non solum illicitum pecuniarum lucrum queritur, sed delibera-
tz pejerationes extorquentur etiam, secularesque jurisdictiones & judices in eorum multandi officio impediuntur. Et sic contra rationem, impunita remanere delicta, necessarium est;

Quomodo Ecclesiastici judices il-
luditum ex iactatus matrimonio.
rum causis perant interesse.

teri personæ vestium, aut alioqui mundi muliebris quipiam, tanquam arrabonis loco, ad servandum ac custodiendum: accidatque deinde, ut asserti contractus, matrimonii scilicet, contemplatione, contrahentes ad Ecclesiasticū perveniant tribunal, ac ibidem per sententiam in diversum ire jubeantur, separanturque: tum iudex ille Ecclesiasticus iniquè hoc sibi in hac causa prætendit interesse: nimurum, ut omne, quicquid hinc inde arrabonis vice traditum sit, sibi cedat, tanquam communiam. Id quod nondum contra omnia jura, sed & aquitatem, atque honestatem ipsam procul dubio est.

Quibus artibus judices Ecclesiastices causas promiscuas, que coram civili etiam magistratu in iudicium duci possunt, sibi solis vendicare conentur.

70. Item, licet complures sint causæ ita promiscuae jurisdictionis, ut secundum jura communia, apud Ecclesiasticos atque civiles judices agitari & puniri possint: sepiuscule tamen evenit, ut, cum civiles judices concessam sibi in hac re provinciam & jurisdictionem administrare atque exercere velint, id ipsum ne faciant, per judices Ecclesiasticos libet ex communicationis poena eis interdicitur; prohibeturque. Quod si diutius persistare deberet, brevi Ecclesiastici judice à civili magistratu, ejusq; jurisdictione, quæcumque etiam causas eximerent, susque assererent dictio: id quod Cæsarea Majest, ceterisque Imperii Romani membris grave est & intolerabile.

Et quanquam secundum jura communia, manifesta perjuria atque adulteria, maleficiarumque præstigia, ac confimiles alii causæ, per Ecclesiasticos ac civiles judices, promiscuum, uter occuparit, civiliter pro tempore plebi possint, haec beatq; ita præventio hac in re locum: at tamen Ecclesiastici judices, contra omnia jura, causas hujuscemodi solis sibi, siveque jurisdictioni usurpare conantur. Quod ipsum jurisdictioni civili non ferendum est onus ac gravamen.

*Quemadmodum causæ prophaneæ, sub praetextu denegatae exsecutio-
nis, ad Ecclesiasticorum consisto-
ri atrabuntur.*

71. Item, si quando personæ laicæ in causis, etiam omnino prophanis, à judicibus Ecclesiasticis, iudicari videntur,

sticis ad iolum petentium quere iam his decernuntur. Quod si deinceps ad petitionem vel civilis judicis, aut partis in ius vocata, causa hi jucemodi ad ordinariū tribunal remittantur: præfigitur civili judici per breve, quatuor hebdomadarum puta, tempus fatale, intra quod actoris intentioni & querimoniæ ex integrō atque ex asse executionis ordine satisfaciat. Ac si in artissimo ita præstituto termino, sententia diffinitiva aut non fertur, vel executioni lata non mandatur, libertatum de hinc judex Ecclesiasticus dat actori laico, coram suo tribunali ulterius procedendum. Fitque non raro (mirum hoc auditu) ut causa, quæ intra mensis spacium coram civili consistorio agitari peragique debebat, quod hæc eadem apud Ecclesiasticum judicem, triennio aut eo amplius pendeat hinc indecisa.

72. Ajunt præterea judices Ecclesiastici, in talibus casibus, prophanas ad se causas pertrahere sibi licere, si magistratus civilis in administranda justitiæ executione negligens inveniatur: è regione tamen ferre minimè possunt, ut in pari casu idem juris cum eis servetur: nimirum, ut in causis Ecclesiasticis, quispiam de negleḡto cultu justitiæ ab Ecclesiasticis, apud laicos aut civiles magistratus conqueri, ac justitiam sibi per civiles magistratus administrari, postulare possit: quanquam jura communia in genere definiunt, statuantque quo pacto canonica civilibus, & è regione canonicis civilia jura opem suppetiasque ferre debeant.

Quo pacto judices Ecclesiastici

p. 223. seculares causas, prætent & jurisdictionis prætextu, in se transferre conentur.

73. Neque hoc plerisque longa experientia rerum ac studione doctis, probatur, quod judices Ecclesiastici quibusdum in locis, diuturni usus, quasi possessionis, adimplentesque præscriptionis prætextu, laicorum controversias coram se dirimendas, hactenus præsumserunt. Nam ex ea re Cesarea Majestas, Romanumque Imperium haud parum detrimenti patitur, ut puta, quod non minus Imperii honor, temporalis scilicet jurisdictionis, memorat & præscriptionis veillamine minuitur, attenuatur, & penitus ab imperio ad Ecclesiasticos refertur. Quod contra recepta aperaque jura esse, nemo est qui nesciat: quibus statuitur & cœverit, ut nulli præscriptioni, quæ

74. Cum divina humanaq; jura vetent, ut nemo duabus cœdi debeat virgis: merito plerique, quibus cerebrum est, non nullarum cathedralium Ecclesiastum odiosa statuta, perversosque mores, quibus utriusque sexus homicidas, reliquæ majorum minorumve criminum reos hucusque vexarunt, decitantur.

Nam hactenus servata est consuetudo, quod homicidii similiusque facinorum, quos casus Episcopis reservatos vocant, rei, peracta in autem confessione, publicam penitentiam, in totius populi conspectu, cum magno suorum ipsorum decoro, ignominia, infamia, subire coguntur. Quæ quidem penitentiaz forma non usquequaque improbanda foret ut poteret, quæ ad primitivæ Ecclesiæ instituta quam proximè accederet: si hac contenti, non etiam ampliorēm justo peccantibus egregii isti, maleque officio, si officiales extorquerent pecuniaz sumam, duplice delinquentes punirent poena. Quare mirum, quam multi offendantur. Quod quam iniquum, quamque longè à Christi instituto sit alienum, cuique sanz mentis conjectura subsequendum relinquitur.

Quomodo funesta pecunia intin-
tu, Ecclesiastici judices, & Officiales il-
legitimas cohabitationes & usuras
tolerent.

75. Præterea officiales auri sacra pellecti fame, usuras at pecuniaz fœnus illicitum, nedum non interdicunt, sed & passim permittunt, fovent, ac tutantur. Insuper etiam clericos, religiososque & seculares, accepto ab eisdem annuo censu, publicè cum suis concubinis, pellicibus, & aliis id genus meretricibus, illegitimè cohabitare, liberosque procreare finunt. Quæ res ambo quantum scandali, periculi, detrimenti, fortunis, animabus, & corporibus pariant, non est quod recenseatur: cum nemo id, nisi taliter cœcutiat magis, non videat.

76. Præterea contingit aliquando, quod alter conjugum bellum, votorum, seu alia quapiam causa peregrè proficiatur: qui si aliquanto diutius, quam alterius conferat libidini, absit, tum officialis alteri, pacta tamen numerataque prius mercede satis magna, cum alia vicitare persona ac cohabitare indulget, non præhabita prius diligenti vestigatione, superstesne sit absens conjunctus, an naturæ concesserit. Et ne hoc eorum factum

77. Et hoc Germanis posthac non ferendum onus est, quod synodales judices quarundam regionum oppidula & vices ostiatim peragrant, censusq; è dominibus annuos exigunt: quos ubi tenuis plebecula persolvere nequit, protinus cum excommunicationis jaculis petitur: ad eorum quoq; censum solutionem cum summa rei familiaris attritione atque attenuatione compellitur. Quod si penitus amoveri non potest gravamen aliquo saltem fine ad æquum bonique regulam converteatur.

Quo pacto hebdomadaria pecunia à mechanicis exigatur.

78. Parimodo proxime memorati iudices quibusdam in locis à stabulariis, pectoribus, laniis, propolis, molitoribus, euq; generis mechanicarum artium profissoribus, qualibet septimana pecuniam postulant, qua forte per inopiam non soluta, Ecclesiastico ad id fulmine adiungunt.

De inquis Ecclesiasticorum arrestis (ut vocant) & impedimentis.

79. Non mediocrem item superioritatis & iuris & ionis temporalis ja&uram Cesarea maiestas Romanumq; Imperium patitur, ex male observata hactenus pluribus in locis diurna consuetudine: videlicet, quod Ecclesiastici iudices, ubi inter duos laicos civilis orta est controversia, ad alterius partis petitionem litteras inhibitorias emitunt, quibus alteri partium mandant, ne incepfram coram seculari seu suo iudice litem prosequantur, sed in Ecclesiastico coram sece judicio compareat. Huic mandato ubi pars vocata obtemperat, & se suamq; causam ad suum ordinarium iudicem remitti in iudicio petit, tum prium libellus, articuli, exceptiones, replicæ, duplice, & ceteræ id genus scripturæ, utrique producuntur, quibus reliquisque actis & agitatris, perlectis, numeratisque potius, quam ponderatis, tandem interloquuntur, controversiam coram se ventilandam esse: cui sententiaz propterea, velint nolint, parere coguntur, (etiam si maxime ea graventur) quod appellationem ad curiam Romanam interpositam, ob immensos cum labores tum impensas, prosequi nequeant. Neq; enim cuivis commodum est, edire Romam.

An vero talibus similibusq; sententiis se suspectos reddant, necnē, cuilibet bono viro coniiciendum relinquitur. Vnum hoc certum est, quod ex iuri-

Vt pleriq; inopia verum laborantes, judicialium expensarum, variorumq; laborum & expensarum formidine, ad iniquas transactio- nes compellantur.

80. Neque hoc silentio præteriti potest, quod Ecclesiastici iudices & officiales milites ac simplices laicos, multoq; es ad iniquas, illicitas, fibique penitus nocivas transactiones adiungunt. Nam si quando eos in ius vocant, magna patres norum, rabularum forensium, scribarum, ceterorumque quorum opera in iudicario strepitu uti necessum habent, caterva, nullo ære conducta, sed gratuito conquisita, si pati adstant: ac pauperibus illis prophanis, egestate pressis, id hominum genus non nisi magno condendum est. Quod ubi fortunæ rei, familiaris tenuitas denegat, ni penitus causa, etiam justissima, decidere velint, transactionem seu compositionem ut cunque inquam iniuste coguntur. Quare quantum graventur tenues, nemo est, qui non facile id deprehendat.

In multis Ecclesiasticorum consti- storiis, externi causarum patroni & procuratores quam non admittantur.

81. Et hoc haecenit Germanis multum attulit molestiarum, quod per Ecclesiasticos iudices nulli coram se litigantium partium aliis uti advocatis & procuratoribus licet, quam iis, quos sibi suisque tribunalibus, jurisjurandi sacramento obnoxios reddiderunt. Ne tamen nihilominus externi patroni à litigatoribus consulantur, adeò breves præhunc terminos, ut neq; adiri unquam possint. Et ne hoc eorum factum, tanquam æquitati contrarium, improbari possit, se id in controversiaz commodum facere, affermant, quo celeriorem per consistoriis joratos procuratores sortiatur exitum.

At interim meridiana luce clarus apparet, qua sinceritate, quae dexteritate id agatur: nempe compertum habent officiales, se suosq; superiores à consistoriis advocatis & procuratoribus timeri: & sic miseri clientes, patronorum verecundia, dum (quod contra Ecclesiasticum judicem, eiusue superiores, quacunque in parte facere possent) in iudicio proponere non audent, utra quam par sit, negliguntur. Quam rem Ecclesiastici Pralati, iijq; quorum in territorio tale exerceunt, scilicet cum curia Romana.

& iadvocati & procuratores contra ipsos exteris suis clientulis ea, quæ causæ sibi postulat necessitas, consulere, in judicio que præponere vereantur, ne si diversum facerent, Prælatos sibi infensos, judicesq; sibi male propitos redderent: talemque advocationum & procuratorum metum ac formidinem, nemo est, cui vel cerebrum sit, cui laeva in parte mammilla corsaliat, qui inficias ire vel possit vel audeat: cùm id quotidiana experientia adeò eluceat, ut nemini non nisi fortè iis, qui nondum ære levantur, sit exploratissimum. Quotus enim quisque est advocationum vel procuratorum, qui non amore, lpc, timore, invidia, favore, miseribus, similibusue affectibus, animo non aliquando, rectoq; consilio deliciatur: cùm nihilominus, vacui etiam prædictorum affectuum, vix tandem precibus preciove inducantur, ut nihil diligentia, laborum nihil, nihil item clientuli jurium prætermittatur? Enumeratis vero gravaminibus nulla præsentior adhiberi posset medicina, quam si litigantibus à certo usque limite, & advocates & procuratores vel consulere, vel ad consistorium secum adducere licet.

P. 225. *Quam levibus ex causis pauperibus sacramenta denegantur.*

82. Et hoc facinus Christi disciplinam profitantibus penitus abominandum est, quod iis, quibus res est angusta domi, ubi parochis & Ecclesiis ad diem solutioni destinatum, per inopiam satisfacere nequeunt, corpus & sanguis Christi, sacra fæcunda quæ nobis sacramenta in remissionem paccatorum reliquit, denegantur, imò quasi pignus præcluduntur, non attenta ulterioris dilationis (& quidem modicæ) petitione. Quanquam tales similesque causæ pro conditione sua coram secularibus judicibus merito finem sortiri deberent.

83. Item, cum agricolæ autumni tempore vindemiare cupiunt, quemadmodum unicuique ad sui utilitatem facere licet: nihilominus tamen, si vindemia illa displiceret spiritualibus (ut vocant) quicquid loci decimas possident, misericordib; agnoscant, sub excommunicacionis, nec non pecuniarum poena, ne uvas colligant, priusquam ipsi id permittant: (unde evenit, ut sèpè pauperculi illi non parvo afficiantur damno, cùm uvas suas, quas maximis expensis & laboribus per integrum coluerunt annum, vindemiare non audeant: etiam si illæ interim vel sti-

*Vt Ecclesiastici synodis ab-
utantur.*

84. Nec minùs molestum, grave, & Germanorum vulgo intolerabile est, quod synodales judices pluribus in locis quotannis (id quod non nisi post annorum intercapelinem, ut beret, juribus permisum est) obequitant: ac mirum, quid fictitiae jurisdictionis, aut superioritatis exerceant. Hoc interim constat, simplici popello hac via subtrahi necessaria alimenta. Neq; talis peragatio eo fine & ordinatione, qua summis Pontificibus instituta est, observatur. Nam pro pœnis & correctionibus, quibus facinorosos & criminum fontes à vitiis deterrere deberent, pecuniam præsentem & numeratam, & quicquid deniq; eis in lacellum cedere potest, exigunt. Id quod in superioribus etiam partim memoratum est.

*De Canonicis, cathedralium &
collegiarum Ecclesiarum Parochiis,
reliquiq; religiosis personis: & primum,
quod iniquis nexibus Episcopi & Pre-
latis à suis adstringantur*

Capitulii.

85. Illicitum est & hoc, pleneque iniquum, quod Canonici, Ecclesiasticumque cathedralium præminentiores, quorum in manu potior Ecclesiasticorum iudiciorum, synodorum, ac centurarum pars sita est, reliquiq; collegiarum Ecclesiarum Canonici, quibus eligendi superiorem potestas est, nullum in Episcopum seu prælatum eligunt, nisi se prius jure jurando adstrinxerit, planeq; devoverit literis quoq; interdum, instrumentisque sigillo probe munis caverit, ipsis, ipso rumque ordinatis judicibus & officialib; in nullo utcunq; gravi vel in honesto, intollerabiliq; proposito, se contrarium fore. Ac si quando eos delinquere contigerit impunè eis per ipsum ut hoc sibi liceat.

*De non ferendis ultra oneribus,
quibus misera plebs pro sacramentorum
administratione gravatur.*

86. Pleraque; item parochiales Ecclesias monasteriis, prælatis, alijsq; Ecclesiarum curatarum rectoribus, incorporationis (ut vocant) seu alio quopiam jure, subditæ sunt, quas, et si ipsi juxta Canonum constitutiones per se se provideant, tenentur, aliis elocant gubernandas: beneficiorum dotem, ac decimas plerunque sibi ipsis reservant: & præterea tam enormibus obsecracionibus.

de habere nequeant. Quo ht (nam unde
conducticii isti pastores & mercenarii vi-
vanc, habeant oportet) ut illicitis exactio-
nibus locatas sibi oviculas misere de-
prædent, omnemq; substantiam tantum
non absument.

Postquam enim altaris baptismique
Sacra menta administranda sunt, primus,
septimus, trigesimus, anniversariusque
dies peragendus, auricularis confessio
audienda, mortui sepeliendi, & quic-
quid deniq; reliquum est, quod ad vita
functorum ceremonias observandas ope-
ra precium arbitrantur, id gratuito fa-
ciunt nequaquam, sed tantum exigunt,
extorquent, exugunt, quantum misera
plebecula vel cum summo suo dispensio
præstare difficulter potest: talesq; exactio-
nes usq; ad suum Indes augent atq;
accumulant, nonnunquam quoque ex-
communicationis fulmine ad solvendum
adgunt: plerosq; etiam quibus per ino-
piam non licet, ad celebranda vita fun-
ctis obsequia, anniversarias, & alias eius
farinæ ceremonias, compellere conantur

p. 226 *Vt ob Missas cantandas* *le-*
gendas, pecuniam exigant.

87. Neq; hoc præteriri potest, cum non
minimum sit, quo Germani premantur,
quod sacerdos unius diei Missas, ad quas
aliæ fundationis, seu annuæ recordatio-
nis jure celebrandas obligantur, non se-
mel, sed quater, quinques, pluresue
venundant, unaq; Missa duobus, tribus,
aut pluribus Ecclesiasticis beneficiis sa-
tisfacere præsumunt.

*Quo pacto Parochi à suis parochi-
alibus subdivisi, ubi domicilium mutare
voluerunt, pecunias emulgeant.*

88. Item, si ubi curæ Ecclesiæ subdi-
tus domicilium, matrimonii seu alterius
cuju spiam negotii causa, in aliam
transferre parochiam, animo securo vo-
lunt, non prius migrandi licentiam à
parocho impetrat, quam ubi protestimo-
nibus literis aureum numeravit num-
mum: quem si solvere vel nolit, ve legi-
state prellus non possit, Sacramentorum
interdictio, donec faciatcerit, multatur.

Ex hoc itaq; ac ceteris supra tactis o-
neribus & gravaminibus facile depres-
henditur, mirumq; in modum emicat,
quod omnia Romana Ecclesiæ Sacramen-
ta his, qui opibus abundant, auro venalia
sunt: reliquis verò quibus minimum sup-
petit nummorum, & in quos est Plutus,
ille divitiatum deus, non impariuntur,
sæ penitus denegantur.

Quemadmodum sepulture invi-

*denegetur lepulitura, quos in manifestis &
plane notoriis, mortalibus (ut vocant)
peccatis, ex communi hac mortalium
forte, absque Dominici corporis sanguini-
nisque participatione, migrasse comper-
tum sit. Verum Ecclesiastici, non anima-
versis talibus Pontificum decretis, forte
fortuna aqua suffocatos, gladio, ruina,
vel incendio occisos, jugulatos, atq; vita
casu functos, etiam si non pateat, pecca-
tis mortalibus obnoxii decesserint, nec-
né, in Ecclesiasticam tumulare sepulta-
ram non permittunt, quo usq; tam ini-
quo fato mortuorum uxores, libeti, a-
miciue ab ipsis cœmiterium non modico
ære comparaverint.*

*Vt pleriq; Ecclesiastici vitam lai-
cam, planeq; rixosam agant.*

90. Nec minus etiam Germanis mole-
stum est, quod potior parochorum, sa-
cerdotum, monachorum, aliorumque
Ecclesiasticorum pars, in diversoru-
stabilis, ac choreis, populorum turbis
se immiscent: in plateis item habitu mi-
nus decenti, utpote gladiis, vestibusque
ludicris: prætere a rixis, jurgiis, litibus,
altercationibus laicos ad iram, & conse-
quenter ad arma provocant, vulnerant,
nonnunquam etiam confodiunt. Deinde
excommunicationis fulmine miserios il-
los laicos, vel quos læserunt, eo usq; di-
vexant, quo usque ad libitum suum laici
se cum his composuerint.

91. Item in locis pleriq; Episcopi &
corum officiales non solum sacerdotum
tolerant concubinatum, dummodo certa
persolvatur pecunia, sed & sacerdotes
continentes, & qui absq; concubinis de-
gunt, concubinatus censum persolvere
cogunt: afferentes, Episcopum pecunia
indigum esse: qua soluta, licere sacerdo-
tibus, ut vel coelibes permaneant, vel
concupinas alant. Quam res hæc sit ne-
fanda, nemo non intelligit.

*Quo pacto nulli Ecclesiastici pu-
blicas exercant tabernas, & illicita
corradiant lucra.*

92. Ecclesiastici item, potissimum in
his locis, ubi jurisdictionem habent, in
temporum dedicationibus publicas ex-
ercent tabernas, suisq; sacellanis & sa-
cerdotibus taxillos, chartulas luforias,
& quicquid ad ludum pertinet, convivis
administrare, ac omni supposito pudore,
illicitum inde percipere lucrum student,
idque superioritatis quodam jure sibi li-
cere, afferunt: quanquam Pontificum
Canones, Imperatorum leges

*Quomodo Ecclesiastici morionum
dis, ut suos & legitimos heredes
defraudent, persuadeant.*

P. 227 93. Inter cetera etiam hoc obticen-
dum est nequaquam, cum non minimum
sit onus, quo Germani gravantur, quod
regionum pervagatores, quos vulgo Ter-
minarios ac Stationarios vocant mona-
chi & sacerdotes, infirmos, animamque
iamiam agentes, ac praesertim eos, qui
bus esse in cista norunt, temporali-
busue bonis abundare compertum ha-
bent, blandiloquentia, adulazione, ver-
bisque venustulis (ut ad pessima quaque
hoc genus hominum semper plus aequo
instructum est atq; paratum) adoruntur,
circumveniunt, persuasionibusque ficti-
tiis eò tandem adducunt, quod sibi po-
tiores & pecuniarum & bonorum partem
in Testamento legant. Qua re liberi
agnati, ac cognati, reliquiq; sui & legitimi
hæredes, quibus potius tota hæredi-
tas illæsa relinquenda erat, contra o-
mnem aequitatem, mirum qua iactura
afficiantur, interdumq; ad miseriā usq;
adigantur.

*Quibus mediis innumeram pecu-
niam summam, mendicantium ordines
Romam importent, virginumq; ve-
stalium monasteria molestent.*

94. Cum nemini dubium sit, his, qui
jura experiri volunt, pecunia, eaque,
non modica opus esse, & plerique
mendicantium ordinum regulis addigi,
multas causas atque lites in judiciale
controversiam, non sine magno ordina-
riōrum, parochorum, atque laicorum
deterimento, contra fas nefasq; imò nul-
la omnino necessitate exigente, Romam
pertrahant: tribus insuper eorum gene-
ralibus, quos vocant, Cardinalicii ga-
leri dignitatem innumeram (ut fertur)
pecunia comparaverint: non parum ti-
mendum est, ne non praefati mendicanti-
um ordinibus subjugati, multa sacrarum
virginum, & praesertim ea, ubi se solos
dominari contineant, monasteria, in quibus
Principum Comitum, Baronum, nobi-
lium, ac civium liberi frequenter vitam
vivunt, pecuniis expilent, ac depeculen-
tut: & eis dehinc quibusunque aliis mo-
dis, interitus, perniciei, molestiarum,
variorumq; incommodorum radix atq;
origo sint: interimque misere captivas
moniales, sub perpetui pena carceris
adigant, ne cuiquam alii, quo secum pa-
do agant, manifestent, Id quod quibus-
dam in locis plus nimio prohdolor

sitis (quibus hædenus, per jurisdictione-
num magistratus ac potestates, nulli
præfecti essent curatores, seu dispensa-
tores) duo ætate, moribus ac probitate
perspicua præstantes viri, unicuique tali
monasterio seorsim præficerentur, qui
omnibus eorum communibus computa-
tionibus, acceptorum videlicet & expen-
forum, interessent: quibusque cura
esset, ne in posterum prædicta virginalia
cœnobia à mendicantibus monachis, eo-
rum non necessaria præsentia, vel quo-
cunque alio modo gravarentur. Qua una
re procul dubio efficieretur, quod dicto
rum annui fructus, census, redditus in-
dies augerentur, monialium personæ in
magnum usque ex crescerent numeri mi-
& sic multò melius, uberiorius, & utilius,
quam si ipsam pecunia vel Romam, vel
in alium quempiam locum indecentem
conferatur, sustentari possent.

*De Romanorum Pontificum Le-
gatis & Oratoribus, nec non comiti-
bus (quos vocant) Palatinis.*

95. Accidit aliquando, quod Legati
& Oratores Romani cum Papalibus (ut
vocant, facultatibus in Germaniam miti-
tantur: quia talium facultatum vigore &
prætextu, liberos vulgo conceptos, na-
turalles, bastardos, spurios, damnato ex
coitu prognatos, aliosque, qui contra
Christi instituta, legumque sanctiones in
mundum editi atq; expositi sunt, legiti-
mos efficere & ad actus quoque legiti-
mos & idoneos reddere, ad successio-
nes item cum legitimis & naturalibus
liberis habiles facere & admittere, omni-
um denique statuum ac dignitatum capa-
citatem tribuere conantur: cujus tamen
rei in Romani Imperii territorio nullam
omnino habent potestatem. Nec parum
inde litium, iuriorum, errorum, con-
troversiarum, offendiculorumque in sa-
cro sancto Romano Imperio oritur, quod
ex non concessio coitu concepti cum le-
gitime editis ad parem admitti debent
successionem. Quam rem, ut nimium
Germanis molestam, tolli, amoveri, pe-
nitusque aboleri, summopere Imperii
ordinis petunt.

96. Pari præterea modo à Romana se-
de jam dictis legatis vicecomites Palati-
ni sufficiuntur, simili data potestate legi-
timandi, ad successionem admittendi, &
omnia instar legatorum, quorum jam
ante mentio facta est, efficiendi, nec non
notarios creandi: qui tamen vicecomi-

multo ineptiores, quam ipsi, Notarios: ut semper dignum, quod in proverbio est, contingit patellæ cooperatum. Quod ipsum Imperii status abrogati, effictum rogant.

Praetuli item Apostolice sedis nuncii & legati à jurejurandis, pacis, obligationibus absolvere, & sic absolutos ad agendum denuo restituere moluntur. Quia una re æquitali fideique humanæ nihil est aduersum magis.

97. Conantur insuper, beneficia, quæ patronatus juri subsunt, conferre, & sic patronis tam Ecclesiasticis quam secularibus in iuribus suis derogare, penitus que eos privare: quod etiam merito aboleretur.

Vtriusque sexus religiosi, in suorum monasteriorum, clausarum, fundationum, aliorumque conventuum commode succedunt secularibus: cum ipsis vicissim ab illis ad hereditates neque vocentur, neque admittantur.

98. Neque hoc Germanicorum gravaminum possumendum est: quamvis ultimum hic sortiatur locum: nos non amplius ferendus haec tenus inolevit, paulo que altius, quam pat sit, radices egit: videlicet, quod monachos, moniales, Begutæ, Beghardæ, Nolhardi, Conventus, & quicunque tandem sunt, qui se religiosos & à popularibus segregatos profissentur, parentibus, consanguineis, agnatis, ac ceteris amicis in hereditariis bonis aliquando in partem, nonnunquam in totum succedunt: ac vice illis eorum cognati, seu necessarii laici, à praetactis religiosis, ad ipsorum hereditates adeundas, non solum non vocantur, sed nec admittuntur quidem: quod Germanis & grave & molesum, injustum etiam, ac non diutius tolerandum onus est.

Ea propter necessario ac summa prudenter curandum est, ut deinceps nemo se memoratorum religiosorum votis vel stringat vel addiceret, nisi prius ea de re civiles magistratus certiores fecerit: quorum presentia, auctoritate, & confilio, religionem ingredi volentibus, à parentibus & amicis, iuxta cujusque fortunam ac facultates mediocriter provideri debet, ut habeant, unde commode in monasteriis vivere possint. Ea tamen lege, copacio & conditione, ut omnibus hereditatibus, omnibusque parentum, fratrum, sororum, cognitorum, cohædum, ac quorumcunque aliorum successionibus renuncient: in animumque nequam inducant suum, scilicet in posterum.

tibus & petitur & censetur.

Quod ergo in proxime habitis Vformatiæ comitiis, de hac tenus memoratus gravaminib[us] iratum sit.

99. Potior item pars hac tenus enusmeratorum articulorum, Rom. sedem, Archiepiscopos, Episcopos, Prælatos, Officiales, Ecclesiastica consistoria, ceterasque Ecclesiasticas personas concorrentium, Casareæ Majestati in proximo Principum ac Procerum VFormatiæ celebrato conventu, à laicis Imperii columnis & statibus, in scriptis, non sine Inplilibus oblate est precibus: quo praedicta gravamina, æquitate necessitateque ita postulantibus, aboleant, atque è medio penitus tollat. Quod ipsum non clam Archiepiscopis, Episcopis, reliquisque Ecclesiasticorum statibus, in praedictis comitiis factum est. At hucusque nihil vel immutare, vel emendare coeperunt.

Eam ob rem seculares Imperii ordinis necessario, urgentibusque ex causis adæsiunt, Papali sanctitati supra memorata, ac non amplius ferenda onera, prout sua sanctitas, clementi, Christiano, planeque pateño animi affectu ferri pertuit, indicare: atque suspiciter rogate, ut praedicta gravamina sua sanctitas emendet, atque è medio tollat.

Plura adhuc gravamina ob oculos versantur, indicatu maximè necessarie, queram brevitatè grata omittuntur.

100. Quamvis seculares factosi nati Romani Imperii ordines longè graviora multoque plura adhuc haberent onera, quæ, æquitate interpellante, indicanda forent: at ne justæ brevitatis modum exceedere, videantur, jam recensitis hoc tempore, reservatis aliis in magis commode tempus, contenti esse volunt. Ea spe freti, ea fiducia nixi, ubi hac tenus enumerata abolita fuerint gravamina, quod & reliqua unà corruita sint,

Petrus Turellus.

Hic Mathematicus & Astrologus eminentissimus (qui & Francisco primo captivitatem Papiensem vaticinatus erat) ante annos plus minus centum his versibus præfiguit talia de Francia & religiosis discrimine:

Astrologus vates hec nuncio mæsta, Ne-

potes,

Corpo[re] qui grandis, Rex tertius ordinis

fratrum.

Rex:
Multi sed Reges, leges, & religiones.
Serviet hand minimis in partes scissa
ruinis.

O Deus, à variis sane lacerata Tribunis,
Sicruet in felix per Reges, Francia, ci-
ves,

Anteaque felix per Reges Frācia dives,
Wenceslaus Rosdialovinus.

p. 229. Dominus VVenceslaus Rosdialovi-
nus, Præpositus Pragensis, aperte dixit:
Spiritum Christi per Lutherum in Eccle-
siā operari. Et in literis ad ipsum ha-
betur. Quid in Bohemiā Joannes Hus-
sius: id es tu, Martine, in Saxoniam. Perge
modò in Domino: ne nimium fidas ho-
minibus: ne metuas, si te feriant anathe-
mate: quod accidit Apostolis & ipsi
Christo, ne mireris, id tibi quoque acci-
dere. Imp. Carolo 5. Papa Clemente 7.
ut sup.

Querela Sacerdotum.

Edita est anno 1524. Querela Sacerdo-
tum contra reformationem factam Re-
gensburgi: ubi miseri sacrificuli fortu-
nam suam deplorant, quod meretrici
unicæ, aut conjugi apud illos non sit lo-
cus: Cardinalibus autem & Episcopis,
decem, & plures meretrices liberum li-
citudinque sit admittere. Imp. Carolo 5.
Papa Clemente 7. ut sup.

Nicolaus Leonicus Tomaeus de varia historia libro 3. cap. 31.

A Styanaissa mulier impudicissima,
qua fuit una ex Helenæ ministris, de va-
riis concubitus generibus aliquot volu-
mina conscripsit, quam postmodum Phi-
lenis & Elephantis, pervulgatisimæ mu-
lieres, sunt infecitæ, quæ de ejusmodi
rebus non minus accuratè, quam turpi-
ter commentaria reliquere. Imp. ut sup.
Pap. 226. Clemente 7.

Wolf. F. Capito.

Scripsit hic, Sacerdotes teneri, salvo
suo honore, civili jure jurando se magi-
strati obstringere.

Joannes Virdung Mathematicus.

Prædictum mutationes varias Ecclesia-
stici status, & fluctuationes naviculae Pe-
tri. Quem vide in sua praxi. Imp. Caro-
lo 5. Papa Clemente 7. ut sup.

Georgius Episcopus Sambiensis.

Dominus Georgius, Episcopus Sam-
biensis, sacrificulo suo in mandatis dedit
anno 1524. ut quam primū sibi Germa-

Commentario Psalmus 105.

Ajunt, nostrā atate, morbo pedicula-
ri, qui morborum est turpisimus, & infa-
missimus, interisse Clementem septi-
mum Pontificem Max. Nonnulli vene-
num suspicantur. Mortalis erat, atque
propterea sexcentis, ut cæteri quoque ex
vulgo homines, obnoxius miseriis &
egritudinibus, &c. Imp. Carolo 5. ut sup.

Catharina Regina Gallia.

Reginæ Franciæ, Catharine Medices,
Henrici regis conjugi prædicium est ab
Astrologis, tam natam esse ad destruen-
dum principatum, ad quem connubio
perveniret, teste Guic. ciardino, quem
admodum ejus avunculus etiam, Cle-
mens VII. Pontifex Carolo V. retulit, Jo-
vio narrante in sua historia. Id an ita sit,
penes legendorem judicium esto. Imp. Caro-
lo 5. Pp. Clem. 7, ut sup.

Bilibaldus Birckheymerus.

Vixit hoc tempore hic B. libaldus, vir
doctissimus, Cesaris consiliarius: scri-
psit inter alia defensionem podagræ, & de
Germania. Aliorum quoque libri de
Germania & ejus laudibus extant, ut Tac-
iti, Æneæ Sylvii, Ioannis Tritheymii,
Andreas Althameri, Henrici Bebelii, Ja-
cobi Wymphelingi, Hieronymi Gebul-
ieri, Conradi Celtis, Sebastiani Müntze-
ri, Georgii Spalatini, Petri Kenleri, E-
gidii Tschudi, Henrici Glareani, Huber-
ti, Thomæ, & Petri Divai.

Laurentius Cardinalis, Papale- gatus Ratisbone.

Hic, ad reformatos abusus Ecclesiæ,
& reformatum clerum, constitutiones
quasdam edidit, ubi inter alia aperte fa-
tetur, quid Lutherò occasionem dederit
verbis sequentibus:

Paribus sententiis receptum fuit, hanc
perditissimam hæresin, rudi populo
plausibilem, ob libertatem illi falsò per-
suasam, prætextu evangelicæ charitatis,
non parvam tribuisse occasionem, par-
tim à perditis moribus & vita clericorū,
partim ob non diutius dissimulandum
sacrarum sanctionum, ecclesiasticarum-
que constitutionum abusum: & proinde
non parum momenti fore extirpandæ
hæreticorum Lutheranorum, & eorum
sequacium sectæ, si clerici ad honestatem
vitæ moresque suos illos, quos divus
Paulus exigit & præscribit, debita censu-
rareducti, abususque laicos male offendentes,
sublati fuerint.

& clericorum modos præscribere, statuere, sancire, atque edere, necessarium duximus.

In constitutionibus, quas hic Cardinatis legatus sancivit, singulariter observandum: Omnia Cleri vitia prohiberi, fornicationis autem nullam mentionem fieri, ideo quod non prohibetur, conceditur. Imp. Cat. s. Papa Clem. 7. ut sup.

*Exhortatio viri cuiusdam doctiss.
ad principes, ne in Dei ima pastationem
consentiant ex Fasiculo rerum expe-
tendarum & fugiendarum.*

Si unquam Germaniz Principibus prudentia, consilio, concordiaque, pro defendendo honore, & omnium utilitate, opus fuit, Alemanni proceres excellentissimi, in primis indigete mihi videtur hoc tempore, quo in prædam Romanæ avariciz deputantur, ac dedecorosam servitutem, ita blande propositam, ut illa homines, priusquam intra viscera penetraverit, se se captos non sentiant. Est enim modus fallendi adeo vafer, ut, his cœptis versutiis (quid enim non ex cogitat avaricia) existiment, acuri hominis fraudem à nemine posse deprehendi: præsertim à vobis Germanis Duciibus non, quos cibo semper refertos, & vino madidos arbitrantur, & declamant publice: & ob id liberius ad decipiendum aggrediuntur.

Præbuerunt præterea tempora fallacibus hominibus constantiam inspe præsenti. Quando enim non est assensum illorum malis artibus? cum saltem adfuerit, qui vel mediocriter didicit frandi suum ad pingere. Constat profecto, nullam partem Christiani orbis ab huj. smodi prodigorum genere non esse callide tentatam: multos reges & principes fraudulenter deceptos, sed singula secum repudianti occurret, nullam gentem sepius illulsum, habitamq; ludibrio, ac nostram:

Non, ô inclita Germania, ad libros relego, ut gesta hominum cognoscas legendi: satis ampla, quæ memoria hujus etatis tenet. Quo magis vereor, ne in scitia temporis præteriti, successum præbeat malo incumbenti. De quo brevem tibi, Germania, sermonem subiiciam: quamquam nil novi à me audies, quod per inclitos tuos principes non melius noris.

Quadriennium habitum Romæ concilium: primum de Repub. Christianâ (quoniam legitime iurisperiti & Theologici disputent) nondum erat finis, tamen de colligendis decimis omnibus

placuit, id putare displaceere Deo, quo hæc aguntur authore.

De pace agitur inter reges: qua firma-ta, visam omnium suffragiis, Asiatico hosti conjunctis viribus bellum inferre. Euomuntur e vestigio quatuor Legati (nisi ob quintum collegium, & ob computum erraverim) ad nationes Christianas: ut reges, & principes ad expediti-nem instigent, ipsi vero pecuniam emulgeant. Quibus forte dicebatur: Ite in or-beum universum, prædicate dicentes: Qui crediderit, & decimas solverit, saluus erit. Quorum nuper, cum Bononia effimus, tres vidimus ingredi tantâ pompâ & apparatu, ut sapientes ad eorum errorem alliearent.

Dilata-te, incliti Germani, Imperium Christianum: frangite vites hostis impurissimi. In hoc omnibus nervis incumbite, quo nomen Christi extendatur. Res pia & sancta est, ut à nomine potest deprehendi: nisi quis malit Turcæ, quam Christo servire. Verum sub hoc prætextu, per hanc fictam pietatem, sub hoc umbrato nomi-ne, expilare imperitiorēm populum, sugere lac gentium, inebrari mammona regum, dico, scelus esse multo probabilius, quam quæ à Turca inferuntur. Non quod tanti faciam, pecuniâ privari: (quam sceleratus citius quam probus habere potest) sed quod nullo pacto ferre debeamus, (quantum in nobis est) quod angelus Sathan transfiguraret se in Angelum lucis, & populo pietatis propinet impietatis venenum: ut populus, se rem sacram facere Deo, existimet: avaritiae sacrificer, quæ mater est falsæ religionis.

Falli, errare, labi, decipi, ubiq; turpe est: per religionem vero, turpissimum, quam unam nobis contra noxiros mores contulit divina bonitas. Hæc absolutam artem pietatis nobis proponit. Primum, Deum amare omnibus viribus: proximum deinde, ut nos ipsos. At quando illum amabimus, cum videmus, eius sacra-fancta præcepta pollui manifestò? Nec tamen occurrendo: sed potius conniven-do, opem ferimus impietati. An ille proximum sincerè amat, qui, in incommodis illius removendis, nihil est occupatus?

Nolo amicum nihil solicitum de salu-te meâ. Inimicus habeatur mihi, qui injuriarum à me non propulset, si potest: & tamen illa non legitimus, non audimus: sed quotidie fieri videmus: nullo hominum præluctante: sed vel paciente ad omnem ignominiam: quasi non potius contru-

ria his artibus melius retineri, quibus
acquiruntur. At Imperium Christianum
non armis, non gladio comparatum est:
sed pietate, & optimis vivendi exemplis.
Quæ postquam passim abierunt: omnia
bona retro lapsa sunt. Multa Imperia
perdidimus: quoniam artes, per quas pa-
ta sunt, non retinuimus. Amissa est pie-
tas: retinuimus nomen. Salutamur in vi-
ta sanctissimi: & post mortem nemo nos
dignatur nomine sanctitatis. Ab hac par-
te paulatim cœpit prospere virus exi-
tiale. Deinde cæteri proceres secuti sunt
non segniter.

Ergo mirum non est: quod à nobis a-
lienatur cælestis favor, & nos non co-
gnoscit amplius, atque præda relinquit
improbo hosti. Pontifices enim Romani
poliquam cœperunt profana cum sacris
conjugere, imo reliquias sacris, solum
profana admirari, quam bene consultum
fuerit Republicæ Christianæ: quam bene
placuerit superis ipsorum institutum,
eventus comprobavit. Amissis externis:
interna infinitis seditionibus conturban-
tur: divina despiciuntur: venditur Christus,
lana ovium tondetur: de custodia
studium nullum.

Omitto hic Hispaniam, Gallias, Oris
entem cum Occidente: quantum pro pal-
liis similibusque figmentis, ætate duo-
rum principum, Friderici & Maximilia-
ni, una effudit Germania? Si Roma, ut
institutum est in fiscum collegisset: vel
Germania (veluti par erat) in unum con-
tulisset: haberemus jam nervos Reipub.
abundè sufficientes bello Asiatico. Nec
opus foret, orbem jam fatigare Christianum,
& novis onerare (ne dicam exente-
rare) eius quotidie pauperes tributis: &
ex eo errore pauperes facere.

Provenit pontifici ex suâ terrâ vesti-
gal, quantum nulli regum Christianorum:
& tamen pallia emimus, & tamen asinos
auro onustos Romanam mittimus, patibula
Christi erigimus, munera promittimus,
autem pro plumbo mutamus, negligen-
tias (hem lapso calamo) indulgentias pas-
sim admittimus. O avaritiam immensam
carentem fundo canum impurissimorum,
nescientium saturitatem, ut est apud pro-
phetam Danielem?

Certe emere pallia factum duco: modo
id pro fit aut pietati, aut valeat ad conser-
vandam communem utilitatem. Sed cum
utrumq; horum tot seculorum experientia
refutet: & pallia tantum extiterint simul-
lata instrumenta perditissimæ avaricie:
surget iam aliquis, argua iustum, confu-

non Christianam charitatem, ied meram
tyrannidem illi præ se ferunt. Foris facto
futes in pellibus ovium, invus lupos ra-
paces agunt. Mihi justus dolor est ob re-
fariam avaritiam, tatum mundum esse
sub umbrâ religionis pollutum.

Quem enim locum, quantumvis obser-
rum, illa contagione non contaminatum
ostendas? Quæ Res publica non multa
amisit? qui princeps jus actum servat in-
tegrum? Quæ sacerdotum collegia non
sunt contaminata? Qui pessimos mores
(nomen apud nostros maiores abhorren-
dum) induxit in Germaniam? & quæ ho-
nestè nominari non possunt, docuit? Qui
fœdarunt societas hominum? qui no-
runt egregie fallere, decipere, peierare,
testamenta supponere, divina & humana
profanare, miscere lites, quietos pertur-
bare, deniq; cœlum & terram confunde-
re? Nonne Romanâ Italicaque prolunis
ista sentina sese in orbem terrarum effu-
dit? adeo, ut ne saltus & sylvae (ubi lu-
stra ferarum tantum esse dixeris) hoc ma-
lo careant. Episcopos merito sacrofan-
tos esse dicimus, sed prodeant, quibus
est illæsa sua authoritas: & hunc veluti
bonum valde, & rarum merito suscipie-
mus.

Non sunt longe petenda exempla. Ser-
moni meo concordant res Vestrae. Sed
quid ego ista cōmemoro, quæ declama-
tionis exempla superant? Ad institutum
sermonem redeo.

Turcam profligare vultis: laudo pro-
positum: sed vehementer vereor, ne erre-
tis in nomine. In Italâ quarite, non in
Asia. Contra Asiaticum quisq; nostrorum
regum, pro finibus suis defendendis, pec-
se satis est. Ad alterum vero domandum,
totis orbis Christianus non sufficit. Ille
cum finitimis quoq; tumultuans nobis
nondum nocuit, hic ubiq; grastatur, &
sanguinem miserorum sitit. Hunc cerbe-
rum nullo modo sedare potestis, nisi au-
reo fluvio. Nihil armis, nihil exercitus
pus est. Plus valebunt Decimæ, quam e-
quitum turmæ, & militum copia.

Duplex mihi videtur via proposita,
dum rem diligentius considero: unam,
quæ, jubente superstitione, aurum petit:
altera renuentibus pontificis fulmen mi-
natur. Vtram vultis, ingredi mini. Sed o-
stulcam & superstitionem opinionem cre-
dentium, cœlestis numen, omnia æquis
oculis intuens, ad notum Florentinorum
flecti & reflecti, irasci non danti, & rur-
sus non largienti placari! Non est Chri-

pruis placato aurea grata, Lautentius
Medices in locum successit. Ibi satis pro-
vidus non fuit Julius a. quod non plus
aut reliquit. Ergo inventa fuit quædam
fraus nova: quicunq; plura dare potue-
runt Cardinalium, hi inventi sunt conspi-
rasie in necem Pontificis. Horum bona
Fisco scribebantur. Subsecuta est discor-
dia fratrum cordigerorum: quæ quantu
lucr ettulerit rabulis Florentinis, rem
pro voluntate in omnes partes flectentis
bus, quid attinet narrare? cum fidem su-
peret largitio mendicorum.

Non libet narrare erectas cruces Sal-
vatoris per cuncta oppida, ad mensuram
dantes proprias. Pretereo scenam de
xde Petri, & risus & indignationis plen-
nam. Templum Domini, templum Do-
mini, templum Domini, clamat propheta
et sed non est templum Domini. Lau-
rentius edificat, non Petrus. Lapidès no-
nū migrant;

Nihil sic fingo, electissimi principes
Romani Imperii orbis. Quid i solicitatur
pro xde Petri, in quâ duo tantum opifices
operantur, & alter claudus: nisi quod
nuper in frequentia peregrinorum con-
citatibus tumultus artificum: curreba-
tur: clamabatur: videbantur stulti, &
picti angeli excipientes munera largienti-
um, ferentesq; in sublime. Ridere pot-
erat mecum, commoti ob præstigias au-
cupi. Sic risit olim venerabilis Pater Cy-
prianus præ indignatione, viso Christo,
pedibus & auribus asinini depicto. De-
bere libet fortunam seculi corruptissi-
mi, ob supremam negligentiam Episco-
porum atq; Principum, permittentium,
populum suum ita nequiter decipi.

Omnis illas artes invenit fraus Flo-
rentina, & propediem nefandiores exco-
gitabit: animadverte modò. Quisque
modò dies novam pariet turram. Time-
tur, ne corpus pontificis crassum imma-
tarâ morte perturbet confilia: Fugato
duce Urbinate, similem fortunam minas-
tur Ferratiensi principi. Quo pariter eje.
Et regnum constituemus: & regem Thu-
sciz salutabimus Laurentium Medicem
Civem Florentinensem.

Sed quia nosita fortuna mutabilis est;
& cù potest mori Leo decimus, quā
ista optatum finem consequantur: & fieri
potest, ut Leonis successor discedere
cogat Laurentium ex alienis regnis:
ideo contra adversum adventum ducen-
da est uxor Laurentio in Galliâ, cujusdâ
potentis ducis filia: emendusque ibi
principatus, ad parandum adversus for-
tuos casus, sicut decet sapientem virum

rum, & infidias Turcæ, duce supersticio-
ne, in viscera vestra latrocinantis. Quam
obtem resistite nefando conatu. Nolite
assentiendo contaminari impietate.
Quod rectum est, quod ratio susdet, see-
quimini. Signatum est lumen vultus tui,
Domine super nos. Illud errare nolen-
tes non finit: mementote, vos esse Germanos:
hoc est, populum ante alios naturâ
liberiorem, sicut hostes vestri de vobis
scriperunt. Nolite alicui esse ve& igales,
ante omnes verò Florentinis non.

Proferant se in judicium nostri Epi-
scopi, indignum servitutis jugum à cer-
viciis suis absidentes. Sed verentur o-
mnes: musitant quidem, quod dicere
non didicerunt: alii metu fulminis: non-
nulli spe novi honoris. Unus omnium
mihi venerabilis Laurentius lese erigit:
qui sçp numero grave hymbrem con-
filio, & prudentia suâ à Republicâ Fran-
conicâ amovit. Atque ideo coronâ aureâ
merito laureandus: augostiore verò, si
hanc quoque tempestatem remorerit. Ad
quem honorem studium omne convertat
alacriter divino monitu.

Nos, qui ab eo sacerdotum collegio p. 235:
decoratis sumus, audentius deprecari vo-
lamus. Oremus pro Pontifice nostro.
Dominus conservet eum, & vivifecet eū,
& beatum faciat eum in terrâ, & non tra-
dat eum in manus inimicorum ejus. In
manus inimicorum traditur, quando au-
dit contemnet eum, qui dicit: Ego Do-
minus amans judicium, & odio habens
rapinam, qui sit in secula seculorum be-
nedicetus. Amen.

De spoliis, exuviis, & reliquiis 1525:
sanctorum, ab Antichristo divinis ho-
noribus effectis: ex libro Roma cir-
ca annum 1525. edito.

Ethnicorum idolomanias & supersti-
tiones omnes mecum. Lector Christiane,
quæso, perpende, & cum illis confer ho-
diernam Antichristi religionem: vile-
scet, & excusandus, quamvis execrandus,
Ethnicismus procul dubio videbitur,
præ isthac Antichristianismo. Ethnicæ
enim ex naturâ caligine, & mentis hebe-
tudine (quæ semper Deum investigare &
colere, si calamitates sentit, satagit, verū
autem cognoscere numquam potest) nu-
mina sibi fixerunt, nunc homines, nunc
animalia divinis cultibus prosecuti sunt
sed Antichristi nostri de industria men-
tam ducere uicem. Dei

Ethnicoſ ignoratioſia non excusat, quātō magis Antichristos ſua pertinacia damnabit: ſiquidem in extremo iudicio gentiles exſurgent, & damnabunt illos, diſcuri: oſi Deus ſeſe ita nobis maniſtaret, in humilitate, fide, gaudio, & gratiarum actione eum apprehendifſemus: ſed vos illum, ſe tam benignè vobis ultrò offerentem, haud quaquam ſuſcipere vobis iuſtitis.

Sed illorum paululum attingamus ſuperſitiones, quarum tanta copia, ut omnes regiones, urbes, oppida, templa, alazaria, denique quilibet ferè angulus illis ſcateat: paucifimia ponemus.

Charroviensē monachi dentes, crines etiam p̄pūtium Christi (horreficit mēs p̄ his blaſphemīis) hominibus, ut reverentur, oſtendunt, p̄pūtium idem Romæ etiam in templo Lateranensi aſſervatur: mendacium arguit loci diversitas. O tenebriones & mendaciorum fabros, quæ res, quæ ſpes vos muniet ab impendente divina ultione? quid reſpondebitis iuſtissimo iudici, quod tot innocentias animas in gehennam induxeritis?

Sanguis Iesu Christi plus quam in centum locis: ut Rupellæ à Nicodemo chirrothecis ſuis exceptæ aliquot guttulae. Mantuæ magnæ phialæ plenius ſanguinis, Biliomæ in Avernia in crystallo oſteſus adoratur, nec illinc procul & aliis locis, & p̄ſertim Romæ in Eustachii templo aliquot fidelia plenaſ habent, & octingentis annis poſt ejus mortem deum repertum eſſe, non ſine grandi blaſphemia & peſſundatione precioſiſimi Iesu Christi ſanguinis, mentiuntur.

Aquam inſuper cum ſanguine mixtâ, quæ fluxit de latere Christi, Romæ in templo Lateranensi oſtendunt. P̄ſepe ejus Romæ in æde Mariæ majoris venerantur: in D. Pauli æde ibidem, ut & in Hispania in Salvatoris templo lodices Christi habentur, item cunabula, & induſia ejus: Romæ colitur altare, in quo ſiſtebatur Christus, columnaque qua nitebatur. Hydræ illæ ſex habentur aliquæ Ravennæ, Pifis, Cluniaci, Andegavi, & in Hispania, in templo Salvatoris: Aureliæ vinum ex aqua factum conſervatur: calcei Christi in ſancto ſanctorū Romæ cultu proſcinduntur idololatrico: mensæ, ſuper qua cœnam Christus adminiſtravit, in templo Lateran. Romæ honor impeditur: panis particula, quem diſtribuit Apoſtolis, in Hispania in templo Salvatoris ceu Deus adoratur.

Tremoris culmen, quo capis nos, la-

mitiſi habere credimus, ſupparum Curiſti Romæ Lateran. templum ſibi vendicat, idem etiam Achæ in Germania reputatur: fruſtum quinque panum Romæ in novæ Mariz æde, aliud fruſtum in Hispania in Salvatoris & de commoniſtratur, ut & palma, quam Hierofolymam adveniens geſtaſſe fabulantur: terra, cui inſtitut Lazarū reſuſcitans, paſſim ſacra habeantur.

Crux Christi ab Helena, Constantini Imp. matre, inventa antiquitus credebatur, & adhuc hodie crux eadem Hierofolymis eſſe creditur, quam tamen Helena diuſiſit, & filio ſuo Conſtantino partem Conſtantinopolin, ubi adhuc eſſe dicuntur, miſit, alteram autem partem Hierofolymitanò Episc. argento incruſtam transmiſit.

Mendacium olet hoc valde grande: inſuper & hoc evincit, nullam omnino crucem Christi repetiri, quod tam inoumerabiles portiones & fruſtra paſſim in universo orbe, in omnibus templis & monaſteriis oſtenduntur, quæ pluris ſunt ac Jesus Christus Dominus ipſe, ut ex iis propemodum ſexcentæ crucis confiſſi poſſint. Sed aſtutæ hanc oblocutionem anticiptant, & medentur hoc mendacio nemp̄ crucem ipſam, licet multæ iſcentur particulae, non tamen minui, ſed ejusdem ſemper eſſe magnitudinis, ac iib⁹ initio fuerit.

Tenebriones Antichristi lignæ crucis Christi ferè ubi quitatem in mundum introduixerunt, perſuadendo, ubiliter fruſtum de ea ſuperelle, adorarique eam non ſecus ac Deum quendam debere: ſed amaræ ejus crucis, paſſionis, & mortis, ut & ipſius Christi, nullitatem homines doceuerunt, tradendo, non ſufficere paſſionem ejus ad ſatisfactionem pro peccatis, operibus debere quæri gratiā & ſcelerum remiſionem, mancam mutilam & imperfētam, ita proſuſis inutilem eſſe crucem, & ſic, ſe crucis Christi maniſtatio inimicos eſſe, oſtendunt.

Sed mitiones Calvinistæ, Crucis ubi quitatem, puta paſſionis & mortis ejus, ad salvandos homines ſufficientem & perfectam eſſe, aſſeverant: Christi autem hominis ubiquitatem mundo denegant: & ſic corpus Christi, quod Antichristi celis & huic tellis ſuis includunt, Calvinistæ celis intrudunt, cœlo & terra excluditor ab utrisque.

Meritum Christi non diſimili impietate ab Antichristis toto mundo proſciabitur, & ejus neſcio quod corpus phantomatum ſe inveniatur. Quia in iis, quæ

adorare, & sanguinem ejus perlungare :
vah perversitatem, meritum & beneficium
Christi frui velle, & corpori ejus majestati-
tem, omnipotentiam, & divinum hono-
rem, quæ ascendendo super omnes coe-
los, ut omnia in omnibus impleret, pro-
pria patre accepit, denegare, dejezare,
& exuere.

Sed tanquam diluvium quoddam, su-
perstitiones & idolomaniz mundum in-
undaverunt. Monstratur ab Antichristis
clunium Christi (vah flagitium, vah turpi-
tudinem, vah blasphemiam infernalem)
Remis expressa forma in lapide, quam,
cum Christus lapicida factus esset, scul-
ptam nugantur. O immanem hominum
dementiam & securitatem, quod tam
pertinaciter Deum in Excelsis blasphem-
entur, nec iram divinam exhorrescant,
nee dextram ultricem Dei reformidens
immensem longanimitatem. Omnipro-
tektis, ad penitentiam humanum genus
invitantem tam fideliter, nihilominus
ipsum contemnitur.

Nec minori cum superstitione adhuc
Tolosæ inscriptio crucis Christi retine-
ti putatur. Romæ in S. crucis zde eandem
reperi, à mendacibus traditur.

Clavi tres, quibus Christus crucifixus
est, in quam plurimis locis affervari di-
cuntur. Helena, filio suo, ut Theodoritus
perhibet, unum super galbam ejus posuit,
reliquos duos fræno equi ejus appendit,
sed Ambrosius inquit, Corona Constanti-
ni unum impositum, ex altero frænum
fabrefactum, tertium Helenam reservas-
se: nihilominus Mediolanenses, illum
fræno appensum clavum se habere, glo-
riantur. Carpenterætēs eundem sibi
vendicant, duo præterea Romæ, in tem-
plo Helene alter, alter ad S. crucem de-
prehenduntur, item unus Senis, alias Ve-
neriis: etiam aliud duo in Germania, alter
Coloniz, alter Treviris esse, ut & Pariis
in facello, S. unus creditur. Carmelite
quoq; unum habent, in S. Dionysii tem-
plo Galiz itidem unus, alias unus Dra-
guinianus, item alius in Abbatia, quæ à
forpice aurifabri nomen haber, cum ve-
neratione afferatur, Bituriges, se quoq;
unum habere, superstitione aurumant.

Annon in reprobum sensum hos om-
nes datos, vere dicitur, qui tam impu-
denter tribus clavis quatuordecim aut
pluribus in locis cultum impendunt,
non sine immanni in filium Dei Jesum
Christum contumelia.

Cupsis sacrissæ, qua latum Christi trans-
fessum, quatuor in locis, Romæ, Pariis, in
monasterio forniciis an-

riges, Veleni, in Montegregio, in Hilpa-
nia Compostellæ, & in templo Salvato-
ris, in Helvetia, Tholosæ, Mauriscong,
Chatronii, Cleriaci, Sanferidi, Sanmaxi-
mini in Provincia, Sillæ, Novioduno, &
alibi rami de ea, aut toti fascicul, potius
nidum ciconiarum, quam coronam effi-
cientes, tanquam res sacra & divina co-
luntur.

Purpura Christi respersa sanguinis gut-
tulis alibi adhuc remanet. Tunica ejus
inconsutiles in pago Argentoratæ prope
Lutetiam Parisiorum, item Treveri, item
in Turcia à Mahometistis custoditur.
Tesserarum militum altera Treveris, al-
tera in Hispania in templo Salvatoris,
velut sacrosanctæ res, afferatur. Sudari-
um Christi Nicæ, Aquæ in Germania,
Trajeti & V. fontis, C. doni, Lemovici,
in Lotharingia, & Romæ in Vestarium
aliquo monasterio devote a supersticio-
sa piebe honoratur. Arundo quæ Christo
pro sceptro dabatur, Romæ in Latera-
neum templo, & spongea in zde S. crucis
superest. Triginta J. dæ argentei religio-
sæ adhuc, quasi res sacra, conservari cre-
duntur.

Caldam afini, quem inequitavit Car-
stus, Genus (ò sanguis reliquias) ostend-
do, & magi ante eam, quam ante No-
men Domini sese Antichristi humiliant.
O maledicta pravitas, in afini caud. glo-
rificari, & Dominum gloriz blasphemis
onerare. Spiritus sanctus vult, ut oscule-
mur Filium, ne irascatur: haec infernales
bestæ, pontifici caudam, vah caudam,
afini deosculantur.

Piscis particulam Christo à Petro ob-
lati, item vestigia Christi aliquot, item
Iachrymas Christi, & sanguinem, aut ex
imaginibus Christi, quarum multæ ob q;
adorantur profluxum divino profus
cultu affectunt.

Has & infinitas alias idolomaniæ
Pontifici cum Christi reliquiis, & simili
nominantur, quotidie cum extrema ani-
marum jæcura committunt: sed in his
non acquiescent, verum Mariæ omnibus
que Sanctis, eorumq; reliquiis ita sedulò
vota sua solvunt, pertinaciter adorant, &
impense adeo honorant, ut Deum Om-
nipotentem nomen & gloriam si am idoli-
bus his, & in anibus reb' concessiss., popu-
lus supersticiosus omniò persuasum ha-
beat.

B. Mariæ lactis tanta copia in Papatu
passim creditur, adoratur, & colitur, ut
centum mulieralia eo commodè impleri
possent. Crines ejus, peccaten, indusia, vestes,

ostenduntur. Joannis Baptiste (ut ad Apostolos etiam veniamus) syncipit Ambianus, id ipsum incole Joannis Angelie etiam se habere jactant: occiput Melitae, illud ipsum etiam Nemorosum, maxilla ejus Vesontii. alia pars Parisis, auricula Arvense, frons cum capillitio in Hispania. Novioduni etiam pars quedam magnis ceremoniis ubique monstratur: nihilominus Romae integrum caput Joannis in Silvestri cœnobio reperitur: brachium ejus Senenses habent, digitus, quo Christum communstravit, Vesontii unus est, Tholosse item unus, Lugduni quoque unus, apud Bituriges unus, unus Florentiae, & prope Massum in æde Joannis Fortuiti. Sex hi sunt digiti, & unum illum, quo Christum ostendit, solum modo à conflagratione immunem fuisse, fabulantur.

Calcei ejus Parisis residui adhuc sunt, ante 20. annos alter surreptus fuit, sed admodum citò aliis, nescio unde, exortus est. Romæ vestis ejus de pilis camelorum visitur, ut & altare, super quo eum in eremo orasse tradunt: Avinione gladius, quo plexus erat, Achi in Germania storea ei substrata, aliaque multade Joanne B. passim extare singuntur.

Petri malam cum barba, cerebrum (quod opertum Genevæ adorabatur, sed cum scrutarentur homines, invenerunt pumicem) sellam & vestem episcopalem, altare, gladium, baculum, calceos, catenam, & columnam, quibus alligatus erat, omnia hæc & alia mihi incognita se habere, pontificis somniant, corpus ejus una cum Pauli Romæ sepultum est.

Tholosenses sex Apostolorum corpora: videlicet utriusq; Jacobi, Andreæ, Simeonis, Philippi, & Judæ secum esse, gloriantur: Matthæus corpus Patavii aliud Romæ, aliud Treveris, membraq; aliqua alibi jacent. Matthæi corpus Salerni positum est, caput, brachium, & ossa quedam Treveris inveniuntur, Thomæ corpus Orthonne est, ferunt. Bartholomæi corpus Neapolis, item Romæ in templo ei sacrato, & cutem Pisis papicola assertari dicunt. Andreas etiam aliud corpus Melphis, ut & Philippus, & Jacobus Minor habent. Roma alia corpora, præter superiora, item Simon & Judas ad S. Petrum etiam jacere dieuntur.

Joannis Evangelistæ calix & Romæ & Bononiæ, ut etiam tunica & catena ejus, venerantur. Anna mater Maria virginis corpus suum Aptæ reliquit, aliud Lugduni, insuper caput ejus Treviris adhuc

quem Longinum nominant, corpus pro Sancto Mantuæ, item Lugduni colunt, Magos & Mediolanenses & Colonenses sibi appropriant. Super Dionysii Martis corpore Sandionenses & Ratisbonenses coram papa ante centum aut plures annos concerteaverunt adeo, ut Ratisbonensibus bulla papali illud adjicatum sit. Stephanus ossa & membra plus quam in ducentis locis in sacro honore habentur, attamen corpus ejus Romæ in proprio templo integrum servatur, lapides, quib; obrutus, pro sanctis coluntur.

Carmelites Pictaviens. Stephanum parturientibus obstetricantem non ita duminxerunt, molesti simè id fermentibus Domitianis, qui Margaretham oblitricem esse asserebant.

Innocentum puerorum exercitum cogere possemus, si omnes, qui pro sanctis adorantur, adscribere vellemus: in conscribendis mendaciis tædet nos operis, Laurentii corpus Romæ restat, ut & dolium plenum carnum ejus, item duas fideliæ plenæ, altera sanguine, altera avinione ejus: carbones, craticula, & lodi quæ corpus ejus ab angelis abstiterunt fuit, adhuc supersunt. Gervasius & Protahus Mediolani, etiam Brisgojæ, etiam Vesontii sepulti sunt.

Sebastianus quadricorporus factus est, aliud Romæ, aliud Suesionæ, aliud Piliæ, quartum prope Narbonam ejus patram humatum fertur, insuper duo capita, aliud Romæ, aliud Tolosæ excavata habet, nam cerebrum sibi Andegavenses Franciscani adscribunt, quatuor brachia unum Dominicanum Andegavenses, aliud Tholosenses, aliud Calcedonenses in Arvenien, & quartum Monsbrisoanenses pro sanctis reliquiis jactant, & nec sagittæ, quibus confosillus est, superstitione vacant.

Petronella filia D. Petri Apostoli Romæ in ædo patris, & apud Cœnomanes in Dominicanorum monasterio, quia febrem curat, pro sancta adoratur. Salfianæ, nescio cuius, corpus Romæ, aliud Tholosæ conservatur Veneti Helena corpus, caput ejus Colonenses conservant. Ursulæ corpus in Joannis Angelici adeo caput Coloniae, item particulæ aliae alibi custodiuntur. Tantus acervus osium de undecim mille virginibus Romæ visuntur, ut illis avehendis equi quadriringenti non sufficiant.

Hilarius, Egidius, Honoratus, Gnilhemus, Symphronius, Lupus, Ferteolus, Lamoettus & innumerabiles alii à patriis

det, pudet, & pœnit et plura perstringere: et, Lettor Christianæ, quies in sanguine Iesu Christi ab omni labore repurgatus, & qui in illius solius nomine, merito, morte, resurrectione, & ascensione ad cœlos gloriosissima, ab omnipotente patre, tam temporalem quam sempiternam & vitam & salutem expetis & expectas, anno has idolatrias diris devoves? anno execraris? anno mente consternaris? anno capilli tui retro stan? Idola, ossa, linteal, ligna, lapides pro Deo adorantur. Gloria, quæ soli Deo debetur, putridis ossibus impenditur: sanctificatio, quæ Divino nominis sola competit, confertur in ligna. Honor solis Dei Majestatis proprius, vah, turpissimis scrutis datur.

p. 238. Rex Gloriz, Domine omnipotens, nos cum nomine tuo sub Antichristo ferre pessum imus, vindica majestatem nominis tui, & gloriam tuam, quam reportas ex creatione, conservationeque cœli, terræ, creaturarum, & nostri, neu concede idolis: & effice, ut Ecclesia tua te puro iterum ore letabundi laudent & glorifcent in Christo Iesu Salvatore nostro, Am.

Signum.

1525. Hoc anno Sol per integrum mensem apparuit magnitudine vix æqualis pilæ: Quod omen subsecuta est mors Ducis Ioannis Friderici Saxonis, Christianæ piissime memoris. Eo enim die ipsius Cellavitam cum morte commutavit Lochaviz, & in augustissimo VVittenbergæ templo sepulturæ mandatus est.

Multa prodigia & signa ante ejus obitum apparuerunt: lucida Iris de nocte Lochavii conspecta: puer quidam orbis capite natus fuit in mundum VVittenbergæ: & alius quidam infans inversus natus pedibus. Hanc mortem subsecutus est eodem anno terribilis quoque rusticorum tumultus, & seditionum bellum, impium contra divinos magistratus molimen: quorum plures centenis milibus infelici ferro perierunt miserè.

Ejusmodi stupenda in Sole portenta etiam antecesserunt Rom. Imperatoris primi Iulii Cæsaris mortem, ab adversariis suis in curia Romana viginti & tribus confosso & dilaniati vulneribus. Per integrum enim annum Sol valde exigua lamente, & pallido lumine illuxit terræ. Vide Plutarchum de eius vita. Fincel, lib. i. ut sup.

Orthoinus Gratius Dauidus in

constat, Pium damnasse, quod Aeneas probaverat. Ut non tam verum sit juxta proverbium, cum vita dictam mutari, quam animus ipse mutetur, & judicium. Imp. & Papa. ut sup.

Ex centuriis Epistolarum Theologicarum Joannis Schuuebelii.

1525. Reperta sunt duo ingentia Monasteria in Ducatu Saxonie Ducis Georgij, alterum Monachorum, alterum Monialium, ubi longo tempore semper dimidia pars monachorum cucullis Monialium se induit: dimidia pars Monialium, cucullis Monachorum: atque ita dimidiata Monasteria invicem in libidine & luxu multos peperere infantes, qui tandem occisi, in secretis Monasteriorum reperiuntur. Hæc atque alia stupenda super Castimoniam Monachorum ad nos ab Eslin-ga scribit Franciscus Irenicus. Nicolaus Gerbelis, Imp. Carolo, Papa Adriano.

Ioannes Ravissus Textor in officina.

Petrus presbyter Cardinalis, sedente in pontificatu Sixto quarto, in duobus annis trecenta aureorum millia luxu prodegit & vanitatibus; sexaginta milia æris alieni, argenteorum item 300, pondo dimisit. Decessit tabidus voluntate, annorum 28. anno Domini 1474. Imperat, & Papa ut sup.

Factum Memorabile.

1525. Quidam Comes de Gleichen, multis Ephurdiz notus, cum uxore sua honeste vixit. Is cum in militia adversus Turcos prælio captus esset, a Soldano rege in Turciam transfactus est. Ubi cùm diu in vinculis retentus, faciendis operibus rusticis defatigaretur, accedit, ut filia regis voluptatis causa expaciaretur, & ibi forte videret Comitem suas operas exercentem, quem statim adit, interrogans, qua ratione eò pervenisset? Inter ea dum sic cum eo colloquitur, hominis forma & industria ita delectata est, ut ipsum inciperet amare. Proponit ei, si vellet ipsam ducere, se facile eum ex vinculis liberaturam, ac unâ cum eo in patriam profuguram esse. Cui ille respondit, in sua patria sibi esse conjugem & liberos. At ipsa inquit, nihil obstare, cùm moris sit apud Turcos, ut uni marito duæ vel plus res conjungantur uxores. His auditis, acquiescit facile, pollicetur, se fidem præ-

& antem : ex quo cognocit, conjugem cum liberis & reliqua familia salvam esse. His auditis, comes Romanum proficiuntur, & rem omnem Pontifici exponit, ut facta erat, quod videlicet alteri fidem dedit, redimendi se causa, & non ex peccantia, aut lascivia, cum tamen prior conjunx domi sit salva & incolmis. Quare absolutus est a Papa, & acceptis ab eo literis, revertitur domum.

Redeuntem statim agnoscit uxor, nihil offensa propter Turcicam reginam, & amore magno prosecuta est pellicem, cuius beneficio charissimum maritum receperat. Reginae etiam facile tulit Comitissam, ita, ut familiarissime sine ulla discordia vitam inter se agerent. Deus autem, qui faciliter toleravit hoc matrimonium, verum seu priorem conjugem multa prole beatam fecit, altera prorsus sterilis manente: quia tanquam famula traxavit & forvit alterius liberos.

Horum monumentum adhuc hodie Erphordiae extat, in quo ex utroque latere uxores Comiti astant: altera regina, marmorea corona ornata: Comitissa sculpta est nuda, & infantes juxta pedes ejus reptantes.

Joannes Aventinus libro I. Annalium Bojorum.

Causa malorum omnium in hoc mundo non minima pravi sacerdotes semper fuerunt, qui sub pretextu religionis populum fallebant: & legem interpretando (quemadmodum & nostro aeo fieri solet) suis morib[us] aptam faciebant. Imp. 217. Carolo 5. Papa 226. Clemente 7.

Idem. Erat anno 745. in Bojaria sacerdos quidam latini sermonis ignarus: is candidatos religionis iultraratur hisce verbis: Bapteizo te in nomine patria, & filia, & Spiritus sancti. Divus Bonifacius illos ceu prophanos abominabatur, & rursus aqua lustrica tingendos censebat. Sidonius maximus Bojorum Pontifex, (quem Archiepiscopum Laureacensem, & Episcopum Bathavensem nuncupabant) divus quoque Vergilius dissentiebant, pugnantemque sententiam sectabantur, prohibebantque, hujusmodi iterum lavacro sacro expiari. Nam pro Christianis ritè iustratis eodem habebant.

Et cum Bonifacius non cederet, ad Zedchariam Pontificem Romanum provocant. Hic Bonifacio rescripsit, Sidonii, & Vergilius opinionem approbat: tales tintos esse declarat: siquidem sacrificulns

iua adverium nos usque, quantum mea memoria, promoverint: & nos, sicutis oportet sumus, superbi erexit cervice, hujusmodi rem despicerimus, profecto nobis trans Danubium in Germaniam magni rursus redeundum erit.

Idem. Deprehendi ego, Monachos, ut originem, principiaque templorum suorum augustiora vili plebeculis faciant, animos vulgi imperiti fabellis ad quiescendum conficiat, allucere, & oblectare solere.

Idem libro 2. Philippus auditor Christi Hierapoli (civitas est Asia) lapidibus obrutus, crucique affixus est. Felix quoque tum praeses Iudee fuit, apud quem D. Paulus vincitus perorat causam suam. Sub idem tempus, Imperii Claudiani anno secundo, quidam Petrum Romanum venisse credunt. Quod mihi non sit verisimile: maximè cum D. Paulus narrat Galatis, scilicet duodevigesimo post Iuam conversionem anno Hierosolymis Petrum adjisse: qui fuit annus imperii Claudiani decimus, Christi vero alter & quinquagesimus. Ibidem refert, post hec Petrum Antiochiam adjisse.

Hoc satis quoque constat, tertio Neronis anno, Paulum & Lucam Romanum deductos, biennio ibi commoratos fuisse. Unde D. Paulus nomine suo & Timothei, ad plerosque scriptis quos obscurissimorum quoque Romae degentium verbis solicite & anxie salutat. Atque neque Paulus, neque Lucas ullam mentionem Petri faciunt, profecto non pretermissuri, si tum ipse Romae fuisset.

Denique cum Paulus in Epistola data Corinthi ad Romanos, ultimo Imperii Claudii anno (quod curiosius inquirenti sacram historiam, pet palam fiet) ex via properans Hierusalem, iubeat ignobiles Romae salutari: tantum ducem, legatum Christi, nunquam silentio praeteriret.

Piæterea in secunda ad Timotheum Epistola, dum secundo tribunalis sistetur, & gladius Neronis capiti ejus immiseretur, conqueritur, se ab omnibus derelictum, solum Lucam secum esse.

Cum itaque non incelebri autiores sint, eodem quidem die, verum non eodem anno Petrum & Paulum à Neroni Romæ occisos fuisse, suspicantur alii, Petrum, Neronem Principe, & post eodem Paulum, demum Romanum commigrasse. Quamvis non defint, qui, ipsum Romæ vivum quidem fuisse, omnino pernegerent: quod Paulus saepe meditatus est in eis.

multi iudici, ut Josephus scribit, erant.
ad eum potentissimum Regem Persarum
bello accessiverint) & ad Judos Christi
seculatores scripsit.

p. 338. Has ego pugnas ad contentiosos in
paliestram relego, ut conjecturas huma-
nas, certi nihil adferre possem. Nam Ba-
byloniam à Petro, sicut à Joanne Romam
appellari, authores sunt: alii Babyloni-
am Aegypti intelligunt: quæ nunc est Al-
chairum, antiquis Memphis.

Idem. Accusatus est Gebolibus, quod
cum canibus & avibus venaticis, contra
officium sacerdotis Dei, luserit. Nostro
deo venari munus Episcopi honestissi-
mum, & præcipuum esse ex istimatur: Pon-
tifices nostri cetera munia à se longius
in alios relegant: venationi, velut ad
hoc cooptati, deservient. Quin & Mona-
chorum quidam praesules, calvicie dun-
taxat, & bardocucullo pietatem pra se
ferentes, magis superstitioni, quam pii, de
hujusmodi nugis nobilitati, & principio-
bus lites movent.

D. Bonifacius, qui ob hujusmodi lu-
sum, tanquam rem prophanam, jure suo
Gebolibum exauguravit, à Caroloman-
no & Pipino Moguntiaco praescitur.
Mortuus est sub idem tempus Gregorius
tertius, post quem ovili Romano pastor
eligitur Zacharias. Gebolibus superior,
Clemens, & Samson Scotti: Albertus Gal-
lus, & ejusdem se & sacerdotes, atq; epi-
scopi, nummarii, avari, libidinosi, sacrile-
gi, peculatori, temulenti, divo Bonifacio
adversari vehementissime cuperunt.

Erat illorum Deus ronder, & ea, quæ
sub ventre sunt. Venationibus dediti,
& a cupiis, canes avesque alebant: armæ
deferebant, in militiam proficiscebantur:
bella se & tabantur: humano cruento, ex-
cede, homicidio feso polluebant, nihil se
eius tamen sacrificare. Evangelium lege-
re nec erubescabant, nec metuebant. At
qui hi nebulones, quod vulgo gratissimi
ob similitudinem morum erant, in con-
cionibus populum, qui fabulosi maxis-
me capit, adversus Bonifacium conci-
tabant.

Idem. Nihil elatius, nihil superbius
sacerdotibus erat: canes & scorta ale-
bant, luxu, atque avaritiâ perdit. Deci-
mas & hujusmodi donaria intercep-
bant, contra instituta majorum: nil ege-
nis clargiebantur: Ecclesiasticas opes;
bona pauperum soli abliguriebant. In
concionibus non rem Dei Opt. Max. sed
negetum suum agere solebant. Quo-
tidie liberis operam dabant, nihil sibi

ribandus poena, non iocundum alienus a
veritate cœlesti, sed amorum quoque
scriptor, castos donataxat sacris admittit
falsorum numinum. Versus ejus libuit
subtexere:

Vos quoq; abesse procul jubeo: discedat ab
aris,

Qui tulit festinâ gaudia nocte Venus.
Castæ placent superis: purâ cù veste venite,

Et manibus puris sumite fontis aquam.
Nec facile, nec totum cœta, hujusmodi ul-
tas tangere, atq; isthanc lacunâ movere.

Idem. Quidam mystæ monachi (non
de omnibus loquor) cum ipsi nihil sapian-
ti, instrumenta, ex quibus res gestæ disci-
solent, in capsas cistasq; non unâ clave
includunt: nec eruditos, nescio quid (ut
sunt religiosuli) metuentes, videre, ne-
dum legere singunt. Ita horum sanctulo-
rum stoliditate & ignorantia, virtutum mo-
numenta & historiz intercidunt: cum ti-
neis & blattis depugnant: suis prædiis
homines avari, & quasi malæ fidei posses-
sores, nimis timent.

Idem. Carolomanus, domitis hostiis
bus, à pietate, uti Christianum decet
principem, regnum auspicatur, fautorq;
religionis laborem Christianismi discipli-
linam ad statum pristinum reducere
studuit. Hujuscemodi edictum, quod
oppidatim pependit, promulgavit.

In nomine Domini Dei nostri Jesu
Christi. Carolomanus dux & princeps
Francorum, anno i nato Christo Sorve-
tore & auctore nostro, septingentesimo
secundo, undscimo Calendas Maj. suis
& consilio sacerdotum Dei Opt. Max. &
amicorum meorum, Pontifices regni
mei, maximos, minores, cum presbyteris,
nimitem Bonifacium Archimylen, Bur-
chardum, Reginofridum, Vitanum, Uvi-
levaldam, Dadanum, & Addanum, cum
collegis eorum, & sacrificulis, ritu Chri-
stiano convocavi, uti mihi cōsulant, quo
pa & o justitia, & Christiana devotio in-
stauretur, quæ negligentia & ignavia su-
periorum principum labefactata, colla-
psa, terris depulsa corruit: qua denique
industria populus Christi, à falsis & pra-
vis sacerdotibus hactenus deceptus, &
per anfractus confragos & devios se-
ductus, ad veritatis semitam reducatur.

Juxta igitur religiosorum sacerdotum
& procerum meorum consilium, rogavi-
mus, iussumus, decrevimus, voluimus, hæc-
que placita præscriptissimus:

Episcopi omnes, quos per civitates de-

multi iudici, ut Josephus scribit, erant.
ad eum potentissimum Regem Persarum
bello accessiverint) & ad Judos Christi
seculatores scripsit.

p. 338. Has ego pugnas ad contentiosos in
paliestram relego, ut conjecturas huma-
nas, certi nihil adferre possem. Nam Ba-
byloniam à Petro, sicut à Joanne Romam
appellari, authores sunt: alii Babyloni-
am Aegypti intelligunt: quæ nunc est Al-
chairum, antiquis Memphis.

Idem. Accusatus est Gebolibus, quod
cum canibus & avibus venaticis, contra
officium sacerdotis Dei, luserit. Nostro
deo venari munus Episcopi honestissi-
mum, & præcipuum esse ex istimatur: Pon-
tifices nostri cetera munia à se longius
in alios relegant: venationi, velut ad
hoc cooptati, deserviunt. Quin & Mona-
chorum quidam praesules, calvicie dun-
taxat, & bardocucullo pietatem pra se
ferentes, magis superstitioni, quam pii, de
hujusmodi nugis nobilitati, & principio-
bus lites movent.

D. Bonifacius, qui ob hujusmodi lu-
sum, tanquam rem prophanam, jure suo
Gebolibum exauguravit, à Caroloman-
no & Pipino Moguntiaco praescitur.
Mortuus est sub idem tempus Gregorius
tertius, post quem ovili Romano pastor
eligitur Zacharias. Gebolibus superior,
Clemens, & Samson Scotti: Albertus Gal-
lus, & ejusdem se & sacerdotes, atq; epi-
scopi, nummarii, avari, libidinosi, sacrile-
gi, peculatori, temulenti, divo Bonifacio
adversari vehementissime cuperunt.

Erat illorum Deus rener, & ea, quæ
sub ventre sunt. Venationibus dediti,
& a cupiis, canes avesque alebant: armæ
deferebant, in militiam proficiscebantur:
bella se & tabantur: humano cruento, ex-
cede, homicidio feso polluebant, nihil se
eius tamen sacrificare. Evangelium lege-
re nec erubescabant, nec metuebant. At
qui hi nebulones, quod vulgo gratissimi
ob similitudinem morum erant, in con-
cionibus populum, qui fabulosi maxis-
me capit, adversus Bonifacium conci-
tabant.

Idem. Nihil elatius, nihil superbius
sacerdotibus erat: canes & scorta ale-
bant, luxu, atque avaritiâ perdit. Deci-
mas & hujusmodi donaria intercep-
bant, contra instituta majorum: nil ege-
nis clargiebantur: Ecclesiasticas opes;
bona pauperum soli abliguriebant. In
concionibus non rem Dei Opt. Max. sed
negetum suum agere solebant. Quo-
tidie liberis operam dabant, nihil s

ribandus poterat, non poterat alienus a
veritate cœlesti, sed amorum quoque
scriptor, castos donataxat sacris admittit
falsorum numinum. Versus ejus libuit
subtexere:

Vos quoq; abesse procul jubeo: discedat ab
aris,

Qui tulit besternâ gaudia nocte Venus.
Castæ placent superis: purâ cū ueste venite,

Et manib; puris sumite fontis aquam.
Nec facile, nec totum cœra, hujusmodi ul-
tas tangere, atq; isthanc lacunâ movere.

Idem. Quidam mystæ monachi (non
de omnibus loquor) cum ipsi nihil sapian-
ti, instrumenta, ex quibus res gestæ disci-
solent, in capsas cistasq; non unâ clave
includunt: nec eruditos, nescio quid (ut
sunt religiosuli) metuentes, videre, ne-
dum legere singunt. Ita horum sanctulo-
rum stoliditate & ignorantia, virtutum mo-
numenta & historiz intercidunt: cum ti-
neis & blattis depugnant: suis prædiis
homines avari, & quasi malæ fidei posses-
sores, nimis timent.

Idem. Carolomanus, domitis hostiis
bus, à pietate, uti Christianum decet
principem, regnum auspicatur, fautorq;
religionis laborem Christianismi discipli-
linam ad statum pristinum reducere
studuit. Hujuscemodi edictum, quod
oppidatim pependit, promulgavit.

In nomine Domini Dei nostri Jesu
Christi. Carolomanus dux & princeps
Francorum, anno i nato Christo Sorve-
tore & auctore nostro, septingentesimo
secundo, undscimo Calendas Maj: suaſū
& consilio sacerdotum Dei Opt. Max. &
amicorum meorum, Pontifices regni
mei, maximos, minores, cum presbyteris,
nimitem Bonifacium Archimylen, Bur-
chardum, Reginofridum, Vitanum, Uvi-
levaldam, Dadanum, & Addanum, cum
collegis eorum, & sacrificulis, ritu Chri-
stiano convocavi, uti mihi cōsulant, quo
pa & o justitia, & Christiana devotio in-
stauretur, quæ negligentia & ignavia su-
periorum principum labefactata, colla-
psa, terris depulsa corruit: qua denique
industria populus Christi, à falsis & pra-
vis sacerdotibus hactenus deceptus, &
per anfractus confragos & devios se-
ductus, ad veritatis semitam reducatur.

Juxta igitur religiosorum sacerdotum
& procerum meorum consilium, rogavi-
mus, iussumus, decrevimus, voluimus, hæc-
que placita præscriptissimus:

Episcopi omnes, quos per civitates de-

cimas, bona Ecclesiastica, occupata a prophanis restituimus. Falsi diaconi, presbyteri, sacrificuli, adulteri, scortatores, sacris opibus nequaquam alantur: quos omnes in ordinem redigimus, atque exauguravimus: ad penasque pro crimini bus luendas compulimus.

Nemo sacris initiatus, divinoque ministerio mancipatus, arma omnino ferat, aut in bellum, aut in hostem pergit. Unus aut ad summum duo episcopi, delecti suffragio, cum suis sacerdotulis principem comitentur ad bella, sacrificandi, comprecandiq; causā. Cuique tribuno unus duntaxat à sacris penitentia, & confessionib. esto. Initiate canes, accipitres, & hujusmodi aves ad venandum nequaquam alunto. Destinatus aris & templo venat, si fuerit, divis devorū esto.

p. 239. Quisquis sacerdos Episcopo suo parat, in quadragesima rationem suscepit, muneris reddat. Ignoti presbyteri, Episcopi (nisi in conventibus solennibus eruditio eorum, & mores comprobati fuerint) repulsam ferant. Quisquis Pontifex det operam præfetus (quem Franci Graphionem vocant) summo studio admittatur, uti incantationes, auguria, sortilegia, & hujusmodi præstigia impunè non abeant: quæ etiam auspicio Dei Opt. Max. divisorumque ejus fiunt: quos hujuscemodi contaminationibus magis ad iracundiam provocari certum est. Sacerdos scortator, libidinisque mancipium, in carcere pane & aqua pastus, penas leat.

Hoc quoque consensu mystarum & populi Christiani scivimus, ut propter cerebrabellæ, & ferociissimarum gentium, quibus undiq; cingimur, assidas in nos incursiones, pars Ecclesiasticæ pecunia, nempe duodeni denarii, quem solidum vocamus, contribuantur mihi, quò militib. nostris præmia condigna laboribus solvantur. Adulteria, incesta matrimonia severius cohibentur.

Hec si nostro zvō fierent, & observarentur, magis propitius Christus nobis foret, nec tanta vitia nos enervarent. Si verum fateri licet, & divo Petro, Pauloq; credimus, deteriores Turcis, dum invicem ita savimus, sumus: umbram speciemque pietatis præ nobis ferimus: virtutem vero ac rem factis abnegamus: Licentia, lasciviaque, & copia rerum nos corrupit.

Idem. Sunt, qui tradunt, Theodonem non abhoruisse à pietate Christiana, ad

bentur, le non posse deterere avitæ ceteræ monias, quæ iphis tot trium phos pretilissent. Hanc novam religionem adversam esse viris fortibus, & rei bellicæ studiosis: religionem Christianam, ut ver sit, tamen iniuriam esse Reipub. principem, siquidem suo officio fungi veliquon posse esse Christianum, Romani, quod à veteri cultu numinum desciverint, hostibus suis inferiores esse. Christum omnium deorum esse pauperissimum, qui suis cultoribus nihil aliud, præterquam contumelias, & egestatem pollicetur, & trahat. Invidere denique ipsum extensis diis, deabusque, consentu ab zvo totius orbis receptis, divinatatem.

Rupertus, cum frustra invitatos servandi operam sibi sumisset, domum revertit paucis post annis.

Idem, Proverbium vulgo protritum apud Germanos est. Omnia fert zetas. Quæ tum criminis maxima fuere: nostro zvo, modo senatus Romani consenserunt, pia cententur.

Ludovicus duodecimus Celtarum Rex nuper, cum Carolus oðaves ejus discessor obiisset, uxorem sororem Caroli repudiavit, indulgenteque Alex. sexto pont. Max. viduam Caroli ducit uxorem.

Romani pontifices, cum adhuc pauperes cum Christo essent, modestiores fuere: nec os suum in cœlum ausi posere, tantam sibi solvendi legibus, ut liber, permisere potestate.

Haud alienum fuerit, de hac te Hormisdæ pontificis Romani verba referre: Ego me (inquit) in hoc periculo immittere non audeo, quia nec talia sunt merita mea, ut aliorum peccata in me exciperem præsumam: nec tantam eloquiam habeo, ut ante tribunal Christi contra tales & sanctos sacerdotes, qui decreta statuerunt, causam dicere possim. Hec Hormisdæ.

Idem. De sacerdotum luxu imperator leges tulit, quibus Pontificibus, monachorum patribus, universis denique sacerdotibus, vestimenti preciosi, serici, gemmarum, auri, argenti, etiam in baltheis, cultris, vaginis, phaleris, calcariis, & hujusmodi usus interdictus. Di cete solebat Plus, esse portentum, abominabileque inferum ludibrium, aris adiutum, devotumq; sacrifici, qui paupertatem Christi amplecti, & crucem ejus portare deberet, ad gloriam, luxumq; prophonorum aspirare. Sed Episcopi, præcipue Galliarum, iniquissimo hæc acce-

aliam, &c. ac concinante noi animos
vulg*i* Gallici, quod alioquin mobile est,
& semper novi principis faciundi percu-
pidum, tributa, vacationem militiz, ad-
modum ha&tenus gravia, remissum iri
promittunt: factio[n]em quoq[ue]; suam in-
dulgen*ia* & largitionibus confirmant.
Pleriq[ue]; omnes, qui antea sententia prin-
cipum ob perfidiam & scelera sua dam-
nati exilio, aut ignominianotati, præto-
rio, magistratibusque moti erant, & be-
neficio clementissimi Imperatoris vita
donati, precari vivebant, ultrò, nemine
alliciente, provolant.

Conjurati igitur pontifices, Primo[r]es
Galliarum, freti multitudine, titulum so-
lennis officii sceleri præferentes, Pipi-
num filium Ludovici, adolescentem sto-
lici ingenii, imperitumq[ue]; doli adeunt. Se
maxima Imperii membra esse, quibus
principis, Reipublicæq[ue]; salus & cura ir-
cumbat, inculcant primò: jactitant dein-
de, se Imperatori non esse inimicos, do-
lere se vicem ejus: itò etiam, quæ credi-
dissent utilia esse, sua filio: & quia fidele
consilium dedissent, se contemni, & in
periculo capitis versari.

Dolere se communem calamitatem
miserorum, præcipue Gallorum, qui im-
periosioris, quam boni jugum ferro pos-
sent, fœminæ, & alienigenæ mancipia es-
sent: neque placere imperium Bernar-
di, qui hanc gratiam, autoritatemq[ue]; stu-
pfi confuetudine comparasset apud im-
potentem mulierem, quæ novræcali odio
privignos, eamque fideles persecutæ
tur: quæ stupris, libidinum probris, ho-
miciis, incestu, sc & Caſaream domum
contaminaret: omnesq[ue]; aula, quos suis
flagitiis adversarios fore suspicaretur,
exturbaret, proponunt. Inde Ludovi-
cum ex amore dementem flagrare illece-
bris, blandiciisq[ue]; captum, addictum uxori,
non principem, sed ministrum agere:
eundem conjugis compendio, studio ac
libidine, honores, exercitus, provincias,
impunitates, suppicia largiri, & quidem
nescientem plerunq[ue]; & ignarum.

Postremò commemorant, cæteros fra-
tres longiis abesse, quām ut huic male
mederi queant: solum Pipinum restare,
ad quem boni omnes; tanquam ad tutissimum
portum naufragi, confugissent.
Oportere bonum filium dolere vicem
parentis, nec pati, paucorum flagitiis ac
dedecore, tantum imperium collabi, &
patrem infamem fieri. Imperatorem ab
hujusmodi probrofa fœminæ servitute,
libertati, mentique suæ restituendum:
Imperiumq[ue]; Francorum à dominatione

illis obtinueret.

Pipinus, ut adolescens fraudis huma-
nae imperitus, credulus illis, cum conju-
ratis & suis copiis Aureliam petit, Ma-
chofridum, amoto Ottone, urbi restituit:
inde Berimbriam procedit. Augustus,
ubi comperit, illos contra se & uxorem,
atque Bernhardum inimico obstinato-
que animo via, adfetare, Bernardo, ut
fuga sibi consulat, suadet. Augustam Lug-
duni in contubernio faciat arum fœmi-
narum Deiparæ virginis dedicato, confi-
stere jubet, ipse Compendium petit.

Porro qui cum Pipino Berimbriam
venerant, missio Varino, & Landberto,
aliisq[ue]; compluribus, Augustam ex mo-
naſterio ad se duci imperant: eidem mor-
tem intentant, niſi juret, se persuasuram
Imperatori, ut quam primum, armis ab-
jetis, imperio se abdicet: capillis de-
tonis, cum uxore in contubernium mo-
nachorum se includat: ubi ambo, instar
voluntariæ mortis, precariæq[ue]; salutis,
difficiliore religionis obsequio, calli-
monia & abstinentia satis ardua sceleri,
flagitiaq[ue]; expient.

Augusta metu necis perculta, etiam
majora promissura, ad maritum à conju-
ratis deducta, secretiusq[ue]; colloquendi
copia data, jussa aperit. Pius quò ab im-
minenti morte uxorem eriperet, ut ipso
quidem monasterio includeatur, facer-
dotissaque caperetur, annuit: at de se
deliberandi spacium paucis diebus po-
stulat, se in potestate principum Imperii
fore, respondit. Illud ægræ à conjuratis
imperatum est. Nam qui suppicio ca-
pitali condamnati, beneficio Imperato-
ris clementissimi vivebant: & quos lege
jure quo occidi fas erat, stimulante con-
scientia cogitati sceleris, salutem Pio,
quam ab ipso acceperant, invidebant.

Porro Juditha ubi rediit ad conjurati-
tos, clamore insani vulgi ob sceleri, stu-
pra, adulteria, ad pœnam depositur: ve-
rum in exilium, monasterium D. Radegun-
dae, ubi flagitorum notam vi> duci-
re, temperanza, parsimonia vita eluc-
ret, deportatur.

Idem libro 4. Gregorius quartus Pon-
tifex Romanus Maximus, ubi, hoc incen-
dium inter parentem atque liberos, pra-
vorum consiliis excitatum esse accepit
quod ad detrimentum Reipublice Chi-
ristianæ maximum procul dubio pertine-
ret, ad testinguendum id, ad filios in Ger-
maniam proficiscitur, seduloq[ue]; operam
navat, si qua æquitate hominum perni-
ciosus parricidalisq[ue]; tumultus, ad oci-
um & quietem reduci, & filii parenti re-

cuit tandem, nec quicquam laudius vi-
sum est, Bernardum Pontificem cum aliis
optimis quibusq;, ad filios, & Romanum
Pontificem proficiisci. Qui primum fi-
lios, ut redirent ad genitorem, cohorta-
rentur: deinde Pontificem Maximum
compellarent, rogarentq;, cur ipse more
majorum Augustum è vestigio & recta
non adiret. Rumor erat, ideo eundem ad-
venisse, ut Cælari, & amicis, episcopisq;
eius, nisi obtemperarent filii Augusti,
sacris interdiceret.

Germaniae pontifices, maximè Drogo
Mediomatricum pastor. respondere: si
Romanus sacerdos nobis male precatu-
rus advenit, ipse quoq; male audiet, & di-
ris devotus abibit. Quid plura? frustra
ultra citro legati commearunt, sursum
deorsum nunc cursuerunt.

Invaluerant pestis morum consulto-
rum dolis, qui pacem contra ius gentium,
citra sanguinis rationem interturbab-
ant, & filios cum patre armis committe-
re summopere laborabant. Omnia mi-
sceratq; turbari, cupiebant: salvo isto-
rum statu, Augusto, amicisq; ejus, se inco-
lumes fore, diffidebant.

Pius igitur, intento exercitu ad Lugen-
feld, proximè filios, octavo Calendas Ju-
lli, divo Joanni Baptista dicato, proce-
dit. Stabant utrinque acies infelix, jam
jamque parricidiali prælio cognatoque
sanguine se contaminatur. Intercedit
pontifex Romanus, ad Augustumque se
demum confert, quem ille in acie consi-
stens, sine ullo honore, indignabundus
(causatus, quod contra majorū decreta,
patrum sanctissimorum præter solitum,
iniquo insuper animo accesserit) excipit.

Duxus tamen primarius sacerdos in
prætorium, docet Imperatorem, se ob
nullam aliam omnino causam adesse,
quā ut filios, atque parentem in grati-
am redigeret, bellum nefandissimum po-
puli Christiani, cuius pastor esset, cervici-
bus averteret. Meticigatus hoc responso
Pius, pontificem ad filios remittit: facit
eidem comprimenti tumultus, pacis &
amicitiae redintegrando confirmandasq;
potestatem. Verum nequaquam Gregori-
us, posteaquam ad filios revertit, ad Cæ-
sarem, ut iussus fuerat, redire permittitur.
Nam dolo fraudeque conjuratorum ja-
gabatur, Ludovicum à pontifice Maxi-
mo ob novercale in filios odium, inferiis
devorum esse.

Qua de causa servit ignobile vulgus,
gregariisque mystæ, apud quos semper su-
perstitio, commentaq; humana, & crassæ
ceremoniæ speciem pietatis præ se feren-
tes, efficaciores sunt quam iusta.

tupi, delecto Imperatore, ad filios ca-
tervatim provolant.

Ita hac fraude subtrahis copiis Cæsa- p. 242.
ri, indies magis atque magis adversario-
rum factio invaliduit: vires Imperatoris
authoritasq; diminutæ sunt: adeò ut pri-
die Calendas Julii viliis plebeccula grati-
ficatura, ut rebatur, filiis, in Imperatore
irruere, impetumque facere destinaret.

Idem. Tantum abest, ut Episcopi, ad
se pertinere quicquam existimat: pro-
festo si verum satéri, & Imperatori homi-
num Deumq;, ejusque legato primario
Paulo credere volumus, nobis periculosa
tempora & ingenia superstitiona fortis
fucus & umbra pietatis perplacent.
Atque totius iniquitatis nulla capitalior,
quam eorum, qui cum maximè fallunt,
id agunt, ut viri boni videantur. Quidam
cum libidini serviant, sic aliorum vitiis
irascuntur, quasi invideant: & gravissime
puniunt, quos maximè imitantur.

Si quisquam prophani adolescentiu-
lus adolescentulam cœlebs cœlibem ad-
amaret, aut sacerdotulus egenus con-
cubinam, sine quâ vivere, remq; familiarē
administrare non potest, loco justæ uxoris
culæ habuerit: Decuriones mystarum &
parochi intonant, fulminant, divina hu-
mana cuncta miscent, cœlum claudunt,
inferos aperiunt: ipsi interim impunè &
passim incesto, adulteriis, stupris, conta-
minant omnia. Amant, potant, virgines
plures uno anno vitiant, & implent, sub
superficie pietatis nepotantur, fraudant,
compilant, litigant: templa, sacerdotia
diripiunt, quasi caballos venalios com-
mutant: ceremonias nundinantur, reli-
giones cauponantur, scortantur, lascivi-
unt, venantur, belligerantur, humanum
sanguinem & impunè sitiunt, effundunt,
latrocinia exercent.

Vides, quosdam alienas rapere uxo-
res, scotta impudica, ac vilissima quasi sa-
cra circumferri passim & monstrari. Eaq;
non solum à minutulis sacerdotibus, &
parochis, sed à sanctissimis quoque mo-
nachorum magistris, ut propitium habe-
ant Jovem, ambiri, adorari.

Cumque huiuscmodi hominum genus
peccatum nihil in Republicam peni-
tus conferant: mortaliū scelera tamen
comedunt & bibunt, gaudiis corporis
dediti, per ignaviam summam, luxum
maximum ætatem transfigunt: literas,
literatosque omnes tanquam pestem de-
vitant, bellum literis, bellum virtuti, bel-
lum omnibus bonis artibus, bellum de-
nique Christo Domino. Deoque nostro

Quamobrem vel pro concione inad-
gnantur, irascuntur, insaniunt, si quis pro-
phanas sacras literas, mādata Christi, co-
mitumq; ejus doctrinam legerit. Timent
talpæ, ne eorum cæcitas deprehendatur,
& avaritia tenebræque luce appareant.
Inferi ac superi vestigiales, vivi, mortui
tribuarii sunt: cælum & terram stipem
emendicare coguntur. Non licet gratis
nosse Deum, prochotyanni illi adversus
pontifices, principes, parochos, sacerdo-
tes, populum Christi conspirarunt: quo-
tannis statim diebus coēunt illam conju-
rationem renovant, quæ obiq; terrarum
gerantur, scruntur, circueunt domos
more canicularum.

Ut vulgò dici solet: mendicans reli-
gio, juxta vulgò proticum dicitum, sacri-
ficus cum fano, ara cum ædituo cuncta
venalia sunt. Ceu verò à summo rerum
Imperatore lege atque perpetuo editio
non sanctum sit, Non sit mendicus, non
sit meretrix in Israël. Aut Paulus fulmen
eloquentiæ Christianæ non intonet:
Beatus est date, quam accipere. Et si cœ-
litum quispiam aliter docuerit, execra-
tus esto;

Neque ego audita nōto carpoq; in-
spis plebeculæ me miseret, quam ita illis
rapacissimis lupis, nemine penitus auxi-
lium ferente, devorari video, sentio, &
sub specie, quemadmodum Paulus præ-
dixit, pietatis Christus Deus taxit, ut re-
sipiscant, peccataque agnoscant sua.

Idem. Anno æra Christianæ nonin-
gentesimo tricesimo septime, Arnulphus
Dux Bojorum honestâ morte defunctus
est, sicut i in fastis publicis Bojarie, my-
starum, monachorum reperio, pridie Id⁹
Julij. In quem diem Paschalia incidere
non possunt, quibus cum, quod prædia
monachorum diripuerit, proceribus Bo-
jorum distribuerit, subito interisse ad
Stygias paludes, quasi Cyclopas ad Aer-
nam, raptatum, cadaver in lacum Schia-
rensem abjectum fabulantur. Qui amil-
lo puto veritatis fonte ad lacunas luto-
sas convertuntur, & pietatem, quæstum;
religionem prædam existimant. Homi-
nes suaves, se ædituos cæli faciunt, ubi
nec fuerunt, nec sunt, nec unquam erunt:
nisi tandem nugari definant.

Referam, quod ego comperi, quod
hisce auribus audivi: Imperatorem Lu-
covicum quartum monachi, & sacratae
virgines Bojarie, in quos is beneficis
fuit, Deum faciunt, cæloque locant: unde
eum ad inferos deturbant Romanis fla-

quorum tempis nulli tribuit, in illum
ignominiosè claudum appellant, & nudi-
tate aliorum, spoliisque Bamborgense
templum dedicasse cavillantur.

Guntherus Agrippinensis Colonie E.
piscopus, archimystes regius, primò per
alios, deinde à rege de hac re consulitur.
Lotharius ei omnem rem detegit, neptem
ejus se ducturum, promittit, si ejus op-
cateroru[m]que collegarum autoritate
Terberga careret. Guntherus his pro-
missis laetatus, operam suam pollicetur,
rem cum Tergaudo Treviro[rum] Archic-
piscopo, non admodum docto, commu-
nicat.

Indicitur conventus Ecclesiasticus, in
Mediomatricum urbem coeunt omnes
regni Lothariani pontifices, præter Hun-
garium Traiectensem, qui tum ægrotat-
bat. Jure suo illi reginæ diem dicunt:
eam in media corona circumfistunt, sub-
ornati prodeunt testes, qui præter alia
gravia crimina, incestus reginam allu-
gant: ita eam confessam esse testantur.
Continuo de hujuscemodi flagitiis, scita
majorum, quibus hujusmodi sceleribus
pollutis matrimonium interdictum, re-
citantur: deinde Tetberge sententia
Episcoporum libellus repudii datur: in-
terdicitur alterius cuiusquam viri con-
nubio, pœnz, qua hujusmodi crimina
lueret, destinatur:

Rex voti compos, rursum aliud mīstra-
rum suorum concilium ad Aquas Graecas
cogit: pro concione verba facit, con-
suetur primò adolescenti ob furorem zta-
tis cælibem vitam (quæ potius aeterna-
narum mentium quam mortalium sit) pe-
riculose esse, præterea preponit, ob re-
gni publicum bonum, ne id sine herede
defuncto, discordiæ malis atterratur, se
continere non posse, quin det operam li-
beris. Neque enim cuiusvis esse, adoles-
centiæ succi plenæ frenos imponere, aut
vitam superum ducere: proinde petere,
ut sibi uxorem, liberum procreandorum
causa, auspiciis sanctissimis patribus
ducere liceat.

Fit deinde hoc sacerdotum consultū:
Quoniam Tetberga incesti polluta, nun-
quam justa uxor clarissimi regis nostri
fuit, ac ne esse quidem unquam ob crimi-
na, quæ ultrò confessæ est, potest, principe
pum pientissimo, religiosissimo, juxta D.
Pauli, & magistrorum religionis nostræ
placita, aliud matrimonium indulges.

Dicto citius, confessim Waldradas ap-
paratu regio incedit, Regina salutatur,

trum comitatu patenti. nēles hortantur quidem regem, ut Agrip-
pinensem, Treverorumq; pontificem, sa-
tisfaciundi gratia, ad Romanum Episco-
pum ire jubeat: verū acceptis muneri-
bus. Tertbergē nequaquam copia appell-
land: facta: à rege dītati, onusti auro Ro-
manam redeunt, inscitizq; omnes Galliz &
Germaniz episcopos incusant.

In paucis post diebus, Guntherus, &
Tergandus archimystæ, ut, se cum omni-
bus symmystis ritè sapienterque fecisse,
Lotharium infontem esse, asseverarent,
Romanum proficisciuntur: libellum ubi ge-
stas scripta erant, sacro concilio, Nicolao.
que exhibent. Illo publicè ab eo, qui scri-
ptum faciebat, recitato, rogati à Roma-
no Episcopo, Num hæc ira esse confiterē-
tur? Non tam infani sumus (inquiunt)
ut autographa per negemus. Polica nec
collaudati, nec confutati iusti abeunt, re-
versuri, quando vocarentur.

Idem. Anna Laminita, Augustæ (quæ
Rhetiarum caput est) multos annos cibo
& potu omni se abstineret, cœlitus, spiri-
tuq; duntaxat vivere, clementia est, insu-
per colloquia superum, nocturnos Deo-
rum congressus finxit, qui sibi quædam
divinitus revelarent. Quæ non solum sto-
lidum vulgus, indocta plebecula, sed etiā
sanctuli illi nostri magistri credidere.
Novi Theologie professores (ut ipsi pu-
tant) omnium præstantissimos, qui illius
beluz amicitiam ultrò affectarunt, eam
que pro Dea coluerunt, & ejus testimo-
nio, in rerum divinarum disputationibz,
scriptisque libris utuntur.

Quid de socordia episcoporum, sacer-
dotum impietate commemorem? hives
neficam meretriculam quotidie sacris
aris, Christianzq; cœnz convivam, quasi
Jovis nunciam admoveare. Et lupa tecta
ovina pelle tam diu (stultis ad eam pecu-
dibus undique confluentibus, & sanctita-
tem ejus venerantibus haud tutò, seq; illi
committentibus) in ovile Dei grassata
est, & diutius scortum vilissimum orbi
Christianu (ea est diligentia Pastorum)
imposuisset, nisi impientissimum prosti-
bulum vocatum Monachium à Chu-
negunda, sanctissima fœmina ma-
tre principum Bojariz, sorore Cæsaris
Maximiliani, in conclavi seclusum, de-
prehensum atque admonitum foret, ut de
cetero mentiri, populumq; fallere desi-
neret.

At scortillum egregium Augustam re-
versum pertinacius suos mores (ita sunt
ingenia malorum) tutatur, cœpitque
sanctissimam fœminam Bojanam

palte, finibus Imperii eliminatur, ad Sui-
tones cum ingentibus opibus, quas reli-
gione peperit, concessit, militiq; robu-
tissimo ob divitias in manum venit:
nunc ob sceleris submersam esse prædi-
cant: taceo, quod stupra, quo incestus,
sub praetextu Religionis, in illius domo
commisla fuerint.

Faxit Dens optimus maximus, & me-
liorem mentem det pontificibus nostris,
ut, omisso luxu fastuq; divitem principē
tenebrarum lequi desinat, fallacissimi
mundi hujus caduca atque fragilia bona
fastidiant, Christum pauperem emulen-
tur, ejusque calicem bibere, ejus crucem
humeris portare, tandem discant. Ita sit,
ut vulgo male ultrà non audiant atq; ca-
stigentur, quod gregem Christianum, po-
pulum Dei peculiarem compilent, ve-
nundent, deglubant, & tanquam escam
panis devorent, adeò, ut tolerabilius mi-
seris foret cōditio sub imperio Turcarū.

Idem. Fuit in Svevia, agro Constanti-
ensi, infana quædam vates, Theoda nomi-
ne; quæ consilio cujusdam sacerdotuli,
quæstus gratia, freta vilis plebecula cre-
dulitate (ut sunt animi imperiti vulgi su-
perficiiosi magis, quæm religiosi) futuræ
canere cœpit: ambiguisq; dictis morta-
les stultos, stultiores reddiebat. Contra
scita D. Pauli, muliercula publicè con-
cionabatur: de mysteriis divinis pro-
phanissime philosophabatur: & de his,
quæ soli Deo nota sunt, temerè pronun-
ciabat. Visus cœlestes simulabat, cōgres-
sus, colloquiones cum superis, à quibus
cuncta disceret, clementiebatur. Extremum
fatum orbis terrarum, & illum diem, Poë-
tis quoque alienis à religione nostra de-
cantatum, impendere illi hoc anno, prædi-
cabat.

Viri, mulierculæ, pueri, puellæ, metu
perculti, sturnatim graculatimq; provo-
lant, munera deferunt, deprecaticem
apud Deum immortalem parant. Qui-
dam Stoicidæ, obstipo calvoque capite,
vultu tristi, & sordibus notabilibus dun-
taxat religionem præ se ferentes, eandem
velut Sibyllam, cœlitus demissam, Deoq;
plenam non solum venerabantur, verū
etiam se tabantur. Nam Pharisorum
hoc genus irritabile adhuc nostra quoq;
ætate, posthabitatis sacrarum literarum
fontibus clarissimis, cœnosas lacunas po-
tare solet.

Isti rabulæ in nugis, humanisq; com-
mentis, rationaciunculis sophistis, ac
tumultu (uti ait pater omnipotens) car-

sōn intervallum non distent: aut non di-
stum sit, Justitia vestra, pannus profluvii
mensis muliebris.

Sed ad fatidicam illam revertor. Ea
jussu Ludovici regis nostri, Moguntia-
cum à Salamone Episcopo Constantien-
si deducitur, in templo D. Albani à Rha-
bano, & ceteris episcopis diligentius au-
ditā, accuratiū quæsitā, scenam omnem
vaticinii sui detegit: sed oītam à quo-
dam sacerdotulo, lucri gratia hæc com-
mentam esse, fatetur. Palo igitur & ver-
beribus admota, silere post hac jussa, ludi-
brio de cætero fuit.

Idem. Præcipit Carolus Magnus, ut
Monachi, sacerdotes literis operam se-
dulò darent, emendatè & rectè scriberent.
In omnibus contuberniis monachorum,
episcoporum ædibus pueros docerent.
Mendicis palantibus vetus quicquam
tribui, suos quamq; regionē inopes ale-
re; sanos, validos labore victum queri-
tare, ac desiderio sufficere manus jussit;
Idcirco opes Ecclesiasticas in locupleti-
oribus templis in tres divisit partes, duas
egenis, tertiam sacerdotibus attribuit. In
ædibus augustioribus donaria æqua lan-
ce inter egenos, & sacerdotes bipartitus
est;

Autor & aliarum legum fuit, in quibus
cavit: Ne temerè, & pañim sacrificiis in-
terdiceretur: néve cadavera in fanis hu-
marentur, nec sacerdotes avaritiz, vene-
riq; dediti essent: ut Pontifices officio pu-
blicè in templo docendi plebem fungen-
tentur: ut sacerdotes avaritiam, gulam,
cauponas, negotia prophana, familiaris-
tatem mulierum evitarent, aut sacerdo-
tio cederent, aut tribu moverentur. Ut fu-
res, homicidæ, & hujusmodi crimina cō-
mittentes, si ad asylum, templumve fuga
elapsi forent, repeterentur, atque vi eri-
perentur. Quod si quis monachorum,
Pontifexve, præfectusve illos reddere re-
cusaret, satidaret damni infecti, compé-
fandi q; præstaret, promitteret: si illorū
quispiam aufugisset, id non sua opera es-
se factum, juraret:

Jus a: fiduè summa diligentia dixit,
nonnunquam manè, dum indueretur, tā-
ta temporis iactura apud eum erat. Nulli
plures Ducatus, præfecturasq; aut sacer-
dotia concescit, dicitans, sibi & alios de-
merendos, beneficiisq; oppignorandos
esse. In Episcoporum senatum haud teme-
rè quæpiam adlegit: eruditionem, atq;
bonitatem in cooptandis illis potissi-
num spe&tavit. Neminem, nisi antea sibi
probato, iurare posset. Nam nō

dæ reginæ patenti pro sacrinculo i.e.,
idem proceribus aulæ rogantibus, respō-
d: Idoneo, et si pauperi jam destinavi:
Imperatorem mentiri, aut falli nondes-
cet, ut obtrudat superis, cujus vitam, mo-
res, ingenium ignoret: & tantōne oneri
par sit, compertum non habeat.

Episcopum Moguntinum, quod litu-
um aureum, distinctum gemmis, instar
Cælarei sceptri usurpasset, severissima
coercit oratione: eidem avaritiam &
superbiā pro concione propriam ex-
probravit: indignabundus, & clamitans,
En, ait, pastores nostros, crucem Christi
professos, qui, spreta cura & paucanda
ovium solitudine, ostentatione, opib;,
luxu Imperatorem quemvis opulentissi-
mum lacestant.

Quendam pridie feriarum D. Martini
designatum Episcopum, quod is auctis
tanta dignitate, amicis cœan exhibens,
& uti fit, mero se se nimium onerans,
sommo deinde oppressus, noctu divinis
rebus non interfuiset, rursus sacerdotio
movit: intolerabilem, negligentissimum
que fore, ratus, qui primo die sibi non
temperaret, ut sui compos Deum ad ira-
cundiam non provocaret;

Item alium latiorem ob pontificatum
donatum, atq; gestientem, & ab humo in
equum absq; scammo, sive subpedante,
uno impetu subsilientem revocavit, Va-
les, inquiens, ut video, viribus, & equis
haud malus es: tua opera in bellis, ubi
tua virtus enitefecit, indigo: proinde
ignobili & imbecillo oves & gregem po-
cudum relinque.

Idem. Carolum Magnum cum Regi-
noburgensis, tum alienis à religione
nostra confixisse: superos atque genios
pugnæ interfuisse cœlitus: gladium Ca-
rolo demissum esse, ipsum Bojos oppu-
gnasse: sub jugum religionis Christianæ
misisse: urbem vi cepisse: locum castro-
rum in templum, quod à Divo Petro
consecratum sit, cernentibus noctu in te-
nebris nescio quibus Scotis, vertisse: fal-
sum esse, cōfidenter existimare debemus:
fabulæ sunt impostorum, ad quæsum cō-
fidit, qui prædam (ut ait Hieronymus)
putant religionem.

Commenta atque imperiorum deli-
camenta prætereo: atq; fastos, diploms-
taego sequor. Hujuscemodi ineptias
atque nzenias noctuis relinquo: quarum
oculi lucem solis ferre nequeunt. Hu-
juscemodi nebulones figmentis, merisq;
miraculis rudes vilis plebeculæ animos
obfuscere, & in admittere suum sui rapere

nizque plaga tendunt.

Reginoburgii quidem sacra quotidie fieri, atque hisce à cœlesti auxilio triumphoque cognomina indita esse, vulgo jaetari non negaverim. Ad populum phaleras: ego te intus & incute novi: fateor & hoc, & video. Imperitissimorum nebulonum fabulæ depictæ, suspensæ, tropheis erectis, saxe literis incisa, contra publicam instrumentorum, urbis, patris & regum autoritatem impudentissime confitæ legantur, & spectantur: sed quas ipsi metu, qui commenti sunt, eradunt & quotidie emendare conantur. Adeò invicta est veritas, licet tot insidiis circumventæ, ramen cluerit.

Nullum tam impudens mendacium est, quod teste careat: ingeniosissima est avaritia ad fraudes, imma summis confundit. Cœlum ipsum, fabulasq; inanes sibi servire cogit. Deus infimos, medioximos, supremos stipendiarios facit. Iste vulpenevulæ fratre ruditate vulgi imperiti, prætexunt mendacio suo religionem: dulci mente venena oblitæ propinrant.

Idem. Adfueré Romæ centum quinquaginta tres Episcopi, quos Hadrianus pontifex Romanus convocarat: patrum consultum, perpetuum, quod in libris Pontificalibus refertur, factum est in verbaq; Caroli juratum: Nullum post hac fore neque Romanum, neque aliorum templorum antistitem, nisi quem Carolus successoresq; ejus sciterint & jussent. Refragantes hujuscemodi patrum decreto, diis devoti sunt, & nisi resipuerint, adiecta proscriptio.

Defuncto igitur praefule quopiam, sacerdotes lituum cum annulo ad aulam mittebant, cui ea princeps solenni ritu tradebat, is ejusdem fani rector designatus erat. Ita observatum esse sine controversia ad Henrici quarti Imperium legitimus. Charissimi quique ac amplissimi viri, advenæ etiam ultrò aulam frequenterabant, spe dignitatis augendæ & adipisciendi sacerdotij illeuci, absque stipendio in omnibus principi dicto audientes erant: quemadmodum nostro anno Rœm fieri solet.

Sub Henrico quarto, & Gregorio septimo, cum maximo Reipublicæ Christianæ detimento, de hoc aucupio armis, non citra sanguinem decertari cœptum. Imperatores veterem morem à tot sanctissimis pontificibus traditum, comprobatumq; mordicus retinere: Maximi Pontifices jam pares opibus Cæsareis in se trahere conabantur: nec amnibus ferre

vel reprehendebantur. Inæc pierunquæ eadem facta, modo superstitionis, modo pietatis, modo Christi, modo Antichristi, modo justitiae, modo tyrannidis nominis accipiunt. Diuties in se Christiani Principes, summa pietatis & religionis jæcura, debacchati sunt. Vicit tandem Romanorum flaminum fortuna.

Idem. Sub Othono I. inter Gerardum Laureacensis Ecclesiæ Episcopum & Heroldum Salisburgensem archiepiscopum mota est vehementer contumelio propter pallii dignitatem. Archiepiscopus eam dignitatem Gerardo, utpote inferiori, invidebat. Contrà Gerardus allegabat Ecclesiæ suæ vetustatem & claritatem, in qua ageret Episcopum: ibi docuisse Apostolos, eorumq; legatos, assertens, Heroldus eam dignitatem à Carolo Magno iuxta Ecclesiæ datum jactabat: Gerardo vero à Leone VII. paulò ante collata fuerat. Gerardus per Hadamarum Fulensem abbatem, rem ad Agapetum II. Pontificem referit.

Pontifex cum totius Bavariæ archiepiscopum esse jussit: Heroldo, nisi pareat, sacræ interdictum. Heroldus fœdus cum Conrado duce ab Othono proscripto inuitit: & expoliatis templis, Bavariam per Ungares horribiliter vastavit. Inter eorum Henricus dux Bojorum, Heroldo iuxta legis Salicæ horrendum fulmen (quo evetur, ut Episcopos, si cum hostibus conspiraverit, & quos servare debeat, perdere voluerit, poenas capite luat) perfidæ convicio oculos effodit.

Idem lib. 5. Nicolaus tertius anno salutis 1279. (quod ambitus lethalis Romæ invaluerat, quemadmodum in jure pontificio refertur) lege sanxit, ut defuncto primario pastore, primò flamines, dein de cæteri sacerdotes, senatus populusq; Romanus coegerent, in communioneq; de animatum parente diligendo consultent: salvo tamen debito honore, & reverentia Imperatoris.

Nicolaus 3. hic Pontifex cognatos & affines suos omni ratiōne extollere studuit, Cardinales, Legatos creavit: reges etiam Tuscæ & Lombardæ creaturus, nisi mors sacrilegia ista anticipasset. Hieronymus Garimberti lib. de vitis Pontif.

Idem. Post mortem Hildebrandi p. 246: pz, Sacerdos quidam expiranti similiis, triduo in Saxonia decubuit. Is ubi ad se rediit, apud inferos Hildebrandum, Rudolphum, Hermannum tyrannos æternis macari suppliciis, revelavit. Falsum Prophætz. fulg. Apostoli falsi secundo

inus, Apołolicum vaticinum 2. i. nch.
2. de Antichristo editum, sine uila circui-
tione referri ad Rom. Pontifices.

Idem. Otto Ticinum vi capiens, cæte-
rasq; urbes subigens, Romam procedit.
Ubi à Senatu populoque Romano reve-
renter acceptus, Imperator, Cæsar, Augu-
stus salutatur, à Joanne Pont. Max. con-
securatur, sibique hunc atque Romanos, se
in potestate Imperatoris futuros, per sa-
cra D. Pauli sacramentum dicere jubet.

Idem. Imperator in Saxonia Goslariz
hyemans, primoque vere Reginoburgi-
um in Bojariam, ad conventum solennē
agendum, migrans, ibi Gebhardum in
Bojariæ castello Hirsberg ortum, Epi-
scopum Aichstataensem Pont. Max. legit,
victorem secundum nuncupat, & conti-
nuo in Italiam præmittit.

Idem. Mortuo paulò post Gregorio
quinto, Imperator Otto Romam tertio
pergit, Gerpertum Bergam genere, præ-
ceptorem suum, Philosophum insignem
& Mathematicum [vulgaris suo more ma-
gum vocat] Romanum declarat Pontifi-
cem, Sylvestrum secundum nuncupat.

Idem. Paucis post diebus Leo octavus
ex hac vita migrat. Azo scrinii primarij
magister, & Marinus Sutrii Pontifex à
Romanis ad Imperatorem legantur po-
stulatum Pontificem Maximum. Hanc
ob causam Augustus Odogarium Spiren-
sem, Lizonem Cremonensem Episcopum
Romam proficiisci jubet.

Idem. Machtyldam Hennebergensem,
filiam Florentii Bathavini, sororē Wil-
helmi Cæsaris, mille quingētos quatuor-
decim simul genuisse, & hos in malluvio
ab Ottone Traiectensi Episcopo sacra
aqua lustratos esse, inter ostenta à non-
nullis narratur.

Idem. Oves tondere, deglubere, occi-
dere, ut libuetit, sub specie religionis;
longinqua est consuetudo. Si quis in le-
gem Christi prævaricatus fuerit, si quis
convitium in maiestatem divinam, in
Deiparam virginem, in reliquos cœlites
iactarit, impunè abit. Nemo huic nego-
tium facessit, aut diem dicit: at qui, illos
homines non Deos esse, errare posse, do-
cuerit, ad modestiam & paupertatem
Christi cohortatus fuerit, humanz imbe-
cillitatis admonuerit, error pestilētissi-
mus judicatur.

Idem. Cæsaris Augnsti filius horum
scelus, qui potentiam Augusti metuebant
(nam populus parenti favebat, scelus fi-
lii execrabatur) habitu quam maximo
potest miserabili Confluentiam ad genit-

erū, in vicem, in casu g. aduersio de-
fuguntur, rem omuem ad concilium
conventumque deferunt.

Et cum Deo propitio, in gratiam re-
dacti forent, Cæsar tantum apparatum
armorū, tot copias frustra esse, sumtuos,
oraq; fore, quam quæ cives atq; populus
ferre possit, admonet, cum paucis ad se-
natū veniendum, censet; ubi armorum
metu sublato, libera potestas decernendi
sit, & potius jure quam ferro discepitur,
resq; omnes lege potius, quam armis ad
ocium ducatur. Facile tam salubris
consilio ratiō recepta est. Augustus igi-
tur, dimissis, quas contraxerat turez er-
go, viribus, cum trecentis ducentaxat equi-
tibus, comite filio, è Confluenti Mosellie
atq; Rheni egreditur, ad conventum
agendum, Moguntiacum procedit, quo
interim hostium atq; inimicorum Au-
gusti magna vis undiq; ingruit. Vbi Bin-
gium sexto septimanæ die ante ferias
brumales (quas celebres natali Servato-
ris nostri habemus) perventum est, nun-
cius, ingentes cōpias Bojorum atq; Sve-
vorum, item aliorum adversariorum Au-
gusti, Moguntiaci convenisse, renunciat.
Idem, Ruthardum quoq; archimystam,
cæterosque pontifices, & inimicos Im-
peratoris, apud plebem proceresq; con-
cionantes, dejerasse, nolle seculo pago
contagione pollui, ejusq;, cui sacrificii
interd. Etum sit, colloquio, aspectu, sermo-
ne, conversatione contaminari, principi-
bus narrat.

Mox filius Augustum, appellat, Pater
piquantissime (inquit) in hoc oppidum,
quod proximum est; paulisper tibi sece-
dendum est, donec illos tibi placem, atq;
vos in gratiam redigam; confessimq; ter-
tiō fide datā, operam parenti pollicie-
tur, se eidem sedulō inimicos concilia-
turum, jurat. At ubi Augustus Bingium
quartus intravit, portæ urbis clauden-
tur, cæteri Imperatoris fidelis exclusi op-
pido, diffugiunt. Continuò custodes Au-
gusto, acerbissimi ejus inimici, ne fugi-
elabatur, adhibent. Filius, quasi rebene-
gesta, triumphabundus Moguntiacum
properat. Populus, qui plus patri quam
filio favebat, sevire cœpit, indignissimū
fanus clamitant, Augustum in vinculis
à filio conjectum, inauditum scelos, haud
levi universæ Reipublicæ malo expian-
dum esse, vociferantur. Inter hæc legati
Romani Pont. duo & quinquaginta
Episcopi, Principes, item alii proceres
frequentes coēunt Mogontiaci, & refes-
tant de Republica serpentias dicunt era-

interdictum, è fastigio generis humani abdicant, universa acta Hyldebrandi cōprobant, infirmiores terrent, dubios confirmant. Filius Augusti iterum communio omnium suffragio Cæsar nuncupatur: eidem sacerdotes, proceres more majorum sacramentum dicunt. Author fit suam legatusq; Romanus. VVigbertus dux Myśnensis l:imitis, suscepta legatione ivit ad Augustum, ei voluntatem concilii proponit: siquidem salvus esse velit, sibi insignia Imperii, sacri penitentia regni reddere juber.

p. 247. Augustus hisce territus, nihil cunctatius paret, crucem, hastam, sceptrum, globum atque orbem, quem Teutones maium vocant, ensem, diadema reddit, hæc que mox ad filium deferuntur. Isq; ubi ea accepit, exclusis amicis parentis, suis rebus iudicium frequentia ad Ingelheim procedit: eò ad se patrem deduci jubet, ibi in frequentissima corona omnes Augustum circumfistum, comminuantur, nec intentant presentem, nisi imperata confessio faciat, imperio sponte cedat, insignia ipse ultro filio tradat, castella, munimenta, quæ teneat, reddat.

Augustus tanto terum articulo consitus, de vita cum illis, quò rationem salutis animæ in posterum habere queat, duntaxat paciscitur, orat, obsecrat. Cetera, quæ imperentur, cupidissime se facturum, pollicetur. Tum Richardus Romanus flamen respondet Augusto, nullam spem salutis penitus fore, vitam omnino in dubio esse, nisi publicè in celebri conventu confiteatur, Hyldebrandum iustum fuisse, sequi illi iniuste VVigbertum superposuisse, atque Ecclesiam templumque Dei, cathedram Apostolicam, totius orbis primariam, injuria affecisse, iniuste, crudeliter, uti sanguinem hostem, persecutum fuisse. Augustus ubi hæc audit, lachrymis obortis, pedibus sacerdotuli accidit, per Deum immortalem obtestatur, obsides illis, quos petant, offert, comitia principum, quorum sententia, si quid perperā fecisse comprobatum fuerit, satisfaciat, ubi libera potestas decernendi sit, & trans res componantur, postulat. Omnibus his resistitur, opponitur decretum concilii, legatiq; Pont. Max.

Rursus Augustus, cum nullâ alia ratione eripi manibus hostium posset, sciscitatur, si quidem illa omnia confiteatur, an execratione expiatus sit? Suscipit legatus Romanus, sui hoc juris non esse, Romanum grandum, presentem Ponti-

Romanis concilium Augustam indicum displicere: tantam rem Romæ subi penetrale religionis nostræ, sedes & domicilium Imperii sit) transigendam esse: sicut tamen licet invitis Romanis, Mantuan, quæ Machyldæ pareat, prosecutum, ubi bene inter bonos agier liceat. Mittuntur igitur à conjuratis ad Hyldebrandum Mangoldus Verengensis dynasta, frater Hermanni historici, Aribertus mysta cū aliis compluribus, qui Pontificem Max. in Germaniam dedicant.

A. Cæsar, cum animadverteret, se his calamitatibus nequaquam medicari posse, & tot hostibus resistere, nedum illos perdominare, difficile fore, nisi cum Pontifice Maximo in gratiam redeat, ut tantu[m] impedio ingens victoria staret, in Italiam transitum facit. Canusium, ubi tum Gregorius erat, absque cultu regio pergit, nunciare pontifici jubet, Cæsar, rem adesse, ut pacem cum eo faciat, bonorum virorum arbitru, & salvo rerum statu.

Scilicet ne sanguis Christianus effundatur, né ve stupra, incendia, parricidia, prædæ (quæ licentia etiam belli justi impunè committuntur) in populo Dei fiant, edantur: unum postulare, ne contra fas jusq; maledictis acerbissimorum hostium magis, quam innocentì sibi credatur. Optimum quemque vituperationibus vulgi imperiti, nedum inimicorum, expositum esse, præcipue eum, qui in rerum fastigio, quasi illustri loco & theatro collocatus, omnibus pateat. Ita humanæ sunt, nemo est, qui universis complacear. Gregorium quoque vulgo male audire atque castigari, quod familiarius frequenter, secretò atq; in occulto, quam tantum Pontificem deceat, cum Machylda colloquatur.

Saxonum legati, qui praefentes erant, intercedunt: ne fiat pax, summoperè laborant. Quamobrem toto triduo Cæsar in conspectum Pontificis non est admisus. At Hugo monachorum Cluniacensium antistes, cæteri boni minis, precibus hortari, suadere, orare, terrere, quovis modo instare, vociferari, pervicaciam hanc tyrannidem appellare, non desistere, donec pepulere, ut Gregorius consentire, & cum Quatto hac lege, ut is Imperii insignibus in certam diem abstineret, in gratiam rediret.

Quemadmodum in arcanis sacræ historiæ est, & apud gravissimos illu-

gerebatur, sacra principatus fuisse, reperio: sicuti apud Persas aureum simulachrum, Hebreos unctionem, Germani Imperatores apud proavos nostros hastam, coronam spineam, clavos (quibus Christum Servatorem nostrum excruciatum constat) insuper ensim, purpuram, diadema Caroli magni progerere secum solebant, sicuti adhuc nostro anno praefatus praetorio, quem Mareschalcum, hoc est, majorem aulam nuncupamus, strictum ensim Cæsari praefert. Illa Imperator Sigismundus Cæsar Augustus avorum memoria Norinbergæ condidit: ubi quotannis conceptis feriis, magna populi, qui undique coit, frequentia, common. strantur. Antiqui Imperatores secum veluti peculiaria sacrosancti Imperii penetralia Cæsareæque M. auspicia circumferabant. Norinbergenses ad Aquas Graecas, quando designatus princeps de se consuli superos jubet, & solennibus ceremoniis inaugurarari solet, deportant. Cæterum Gregorius, adhibita Machtylda & Adelhaide primariis Italiz sc̄eminis, Cæsaré sacrificio, dape cœlesti, epulo pontificio, cœnaque salari, veluti pignorib⁹ redintegrata amicitia, excipit. Henric⁹, secum Pontificem in gratiam ex animo sincereq; rediisse, credens, in Italia aliquot dies commoratur, rebus Italicis componendis operam navat.

p. 248. Inter hæc, Gregorius in Germaniam ad conjuratos, Bernardum flaminem Romanum diaconum, Bernardum Massiliensem monachorum præfulem, Christianum quendam, Theologum professione, suscepit a legatione, proficiisci jubet, Saxonibusque rescribit: Ne molestum ipsi sit, quod cum Quarto reconciliatus sit, quem magis obnoxium criminibus reddiderit, & cœlesti curiæ, non tamen regno, unde auspicatò Romæ destitutus, restituerit. Nec enim quenquam inauspicatò, & invitè liberis dominari oportere.

Hæc ubi Saxones & socii eorum accēpere, cum legatis Pôtificis Romani apud Forchaim, in confinio antiquæ Franciæ, veterisque Bojariz, medio itinere inter Norinbergam Bambergamque coēunt, X. Cal. Martii: Rudolphum Suevorum & Burgundionum ducem, regem hac legie salutant, ut comitia pontificalia abjuraret, clientelas episcoporum abdicet, nére velut hereditario jure filios suos successores declareret. Diadema deinde capiti Rudolfi circumdant, à Gregorio missum: illi inscriptus erat hic versu-

& Rudolphus Moguntiacum (caput tum Germaniæ Galliæq; censebatur) in grāt. Dumq; Sigefridus quinto idus Martii, qui dies erat media (ut vocant) Quadragesima, Rudolphum inungit, fit tumultus. Cives arma corripiunt, Sigefridum & Rudolphum tanquam perfidos, fidei ac Cæsaris desertores proditoresque urbe egiere connituntur. Miles Rudolphi plenam armis excipit, complures in templo trucidat, alios in fugam vertit, aedes sacro humano sanguine polluitur.

Perpetrato sacrificio, Episc. & Rudolphus Palatinas aedes occupant, cœnantiq;. Mox Mogontini arma refumunt, impletuque facto, obtruncatis Rudolphi militibus, faces in prætorium immittunt, id que exurere, cum scelerato tyranno, sacrilego episcopo (ita vociferabantur) conantur, Sigefridus & Rudolphus beneficio noctis sibi consulunt, in Saxoniamque elabuntur.

Rudolphus ducatum Svevia Burgundiæque Berchtoldo à Zaringen, genere suo tradit, collectoque partium suarum exercitu, Wurtzburgum, caput antiquæ Franciæ, ardua obsidione cingit. Adalberonem episcopum à civibus exagum, quem secum adduxerat, restituere contendebat. Berchtoldus gener Rudolphi in Svevia, Luithulfus & Welpho in Bojariæ regno, novarum rerum avidi, sub specie pietatis, arcis, oppida, vicos, agros, prædia Cæsariana impugnant, vastant: Episcopos, proceres, nobiles, ignobiles, sacros, prophanos, cives, paganos, quibus charior fides, quam pecunia, atque alia omnia erant, infestant, eundem cœde, incendiis, luctu compleant.

Dum talia in Germania sunt, Cæsar certior sit fama, crebris nunciis, itidem literis amicorum, quo in periculo Res publica sit. Quocirca in Germaniam redire parat: verum omnes angustias Alpium sibi præclusas offendit. Tandem per Venetiam atque Aquileiam, inde per Noricum atque Vindeliciam, regnum Bojariæ intrat. Luithulfum cognatum suum Charionum ducatu movet. Charinis Henricum, Odagrium Ozionis filium Stytiis præficit. Inde Reginoburgum pervenit, ibi substitit.

Hostes, audito præter spem Cæsaris adventu, subito metu percussi, obsidionem solvunt, in Saxoniam non tam discedunt, quam aufugiunt. Episcopi arcis impositas Alpibus petunt. Cæsar Wel-

comitis hostilibus interfuerint, gratiam facit, eosdem ad delicas oves redire juber, pascere gregem creditum, suo iure imperat.

At illi tantum absfuit, ut recte monenti, pacemque ultro offerenti obtemperarent, ut ea, quæ summa tranquillitate, pace Cæsarum, citra sanguinem retinere licet, multa cede, crux ovium, clade, rapina miseri gregis, sceleribus pluribus emere maluerint, & Cæsarem ne videre quidem à longè, nedum salutare voluerunt, tanta pertinacia partium fuit.

Cæsar Reginoburgium in Bojariam redit. Cumq; videret, hostes non solum salutis sua insidiari, sed etiam neque modum propriæ vitæ, neq; rationem periculorum habere, dummmodo se tollerent, ut angustior foret, se suosq; auspiciis regiis tutaretur, acerbitate hostium coactus, cultum Cæsareum. Imperii insignia resumit. Vindeliciam superiorem, & Norici partem continuam, per quam Athesis, ISacus, Oenus amnes decurrunt, Arnulphum de Damasia cum Alberto Iringoburgensi procurare jubet. Noricum Juvavense Burckhardo & Berchtoldo fratribus à Mosburg oriundis committit.

Inferiorem Bojariam ad utramq; Danubii ripam, & quatenus Bojemiz continuatur, Friderico & Asuino à Bogen, filiis Hartuici commendat. Inde Sveiam petit, Berchtoldum principatu deturbat, Hugonem copiarum ejus ducem in vincula conjicit, castella, oppida hostium expugnat, mœnia diruit, & solo æquat. Berchtoldus ei resistere non potuit, ægritudine animi expirat. Cæsar Svevis imponit Fridericum de Stauffen oriundum, eique dat in matrimonium Agnetem filiam suam.

Perdomita Svevia, Bojaria, viator Reginoburgium revertitur: amicis animum reddit, inimicis terrorum injicit. Multi, qui ab eo, quod rebus diffisi fuerant, defecerant, certatim ad eum redeunt. Inter hæc Rudolphus in Saxonia copias cogit, Adalberonem ex Bojariæ castellis, Neoburgio, Schardingio, Pictavione, Lambachio genus trahentem, quod eruditione, genere, ceteros præstabar, Wurtzburgum vi reducere, & opem ferre genero conatur: Cæsar cum exercitu celerius opinione obviam venit, hostem invadit, fundit, erga vertere compellit.

Rudolphus vix fuga clapsus est. Ejus partium plerique occisi sunt. Bernardus Magdeburgensi archimystra, autor belli civilis, à popularibus inter fugiendum occisus est. Siœfridus Magde-

scopus, Cæsarum itidem pietate patibulum evasit, ambobus copia abeundi facia. Ipsius rursus ad Rudolphum contulere. Neminem, nisi qui prælio cecidere, Cæsar occidi permisit: quem Albertus Vangionum pontifex ne aspicere quidem voluit, proinde arcta custodia affervari iussus. Inde, corruptis custodibus pecunia, clapsus est, ad Rudolphumque rediit. Magnus quoq; dux Saxoniz, Hermannus ejus paterus interiit, à Cæsarianisque prælio occisi sunt.

Facta hæc strages Saxonum, sociorumque anno 272 nostræ 1078. 7. idus Augusti, tertio die Septimanae, qm veteres Marti dicarunt, à quo adhuc Græca voce *Ares* apud Teutones vocatur. Cæsar tanta potitus victoria, in Bojariam hyematum concessit, Reginoburgum Calendis Februarii divo Mariano Scoto, ejusque sociis atque symystis, viris religiosis, atq; ejus tempestatis doctissimis mathematicis, poëtis, theologis, historiographis diploma dat, eosdem immunitate donat. Eberspergensibus monachis, Burensi templo pædia quædam tribuit. Fruxinensibus Mginardum Episcopum, mortuo Angelberto, designat. In sequenti anno Cæsar rursus cum exercitu Bojorum, Francorum, Bojoniorum, Rudolphum primo impetu in fugam conjecit. Ubi dux Bojemiz Vratislaus regiam hastam Rudolfi natus est, eaque à Cæsare Bojemo donata, in posterum festis diebus Regulis Bojemorum insigne Imperii solenne fuit.

Pars Saxonum, dum prælio decertatur, in castra Cæsarum vacua viris atque defensoribus, quò pueri diverterant, trahunt, hosque omnes strangulant. Cæsar, fusis hostibus, Osnoburgensem, Virundensemque episcopos Romam cum mandatis proficiuntur, postulatque à Pont. Max. ut, si quidem secum syncerè in gratiam redierit, tyrannum immanissimum, perfidum parricidam (qui, affinitatis vinculo, fideique religione violata, bellum plus quam civile exercitari, pacem inturbabit) pro Republica devovest.

Rudolphus quoque Romani Episcopi opem, cuius auspicio regnare iussus sit, supplex implorat, petitque, ut Pontifex Max communis generis humani patens, sacrissimum sacrilegum, incestuosum, sacerdotum contemtorem, cuius Deus ventus atque ea quæ sub ventre sunt, sacro ense jugulet. Gregorius hujus postulatis annuit. Heinricum, quod contra

incendia, cr̄des, & hujusmodi scelerā, quæ bello designari solent, indulget, altis omnibus, qui Cæsari fidem servent, ab eo deficere armis se miscere recusent, diras inferiasque dicit. Regem malum ob crimina à te devotum, proinde jam non regem, neq; illi parentum esse, docebat, quin obsequium præstare Deo, pietatisq; esse occidere eos, qui Heinrico fidem servarent, asseverabat. Sacerdotibus quoq; coniubis interdicit, vetat populum sacrificiis eorum interesse, aut illos proficeretibus ducere.

Gratisima hæc suēre scortatoribus, quibus pro una uxore sexcentas mulierētias inire libet. Sed isthæc omnia, plerisq; Episcopis, aliis eruditis, simplicib⁹, apertis atq; bonis, præter conjuratos, qui suæ cause serviebant, novum dogma, pœnū fera hæresis, quæ unquam Christianum conturbasset regnum, visa est. Quamobrē Italiz, Germaniz, Galliz pontifices, Quinquagenalibus Mogontiaci, septimo Calendas Julii, apud Biixinam Bojariz (ut ait Otto Fruxinensis episcopus) urbem conveniunt, Hyldebrandum contra pietatem Christianam, verbis, factis facere, agere, decernunt, eundem ambitus, hæresos, impietatis, sacrilegii condemnant, hujuscemodiq; decretum tum factū est :

Quoniam Hildebrandus, falsus monachus, magus, divinaculus, somniorum prodigiotorumq; est conjector, male de religione Christiana sentit: Primus Pontificatus Maximum contra morem, majorum, invitis omnibus bonis, emit, ac contra voluntatem nostram, & orbis terrarum domini, vi retinere conatur: Berengarii antiquissimi erroris symmystes & discipulus, conjuratus est hostium Reipublicæ atq; sacrosancti Imperii, Cæsaris Christianissimi, qui sèpius pacem ei, ejusque sociis ultro obtulit, saluti corporis & animæ insidiatur: vitam imperiumque perdere conatur, jus divinum humatumq; pervertit, falsa pro veris docet, sacrilegia, perjuria, mendacia, homicidia, incendia, veluti benefacta indulget, collaudat, adhæc perpetranda clasticum canit: tyrannum perfidum suo more tutatur, discordias inter fratres, amicos, cognatos scribit, lites nutrit, inter conjuges divorcia facit: srawis homo sacerdotes, qui uxores habeant legitimas, sacrificios esse pernegat, interim tamen scortatores adulteros, incestuosos aris admovet: quicquid usquam pacis Christianæ fuit

Adversus hæc Anthelmus Lucensis episcopus (qui hymnos & alia, quæ de Servatoris nostri cruciatibus præscripta sunt, de Georgio interpretatur) & VV. helmus Hirsunus, qui suam causam, seq; justos esse, miraculis post mortem declararunt, pleraq; scripsere, quæ rursus confutata sunt compluribus sacratarum litterarum testimonis ab Herveldensium Theologo.

Sed ad Septimum redeo. Qui accepto superiore senatus consulo, ut animos suorum confirmaret, providit, Saxonibus, que renunciavit, hoc anno falsum interitum regem, hocq; de Heinrico interpretatus est. Dumq; talia sunt, Heinricus & Rudolphus in Turogorum finibus sexto idus Februarii, tertio infectis signis concurrunt, Rudolphus fatus, in fugam, que congettus est. Sed reparatis viribus, animatus vaticinio Gregorii, aleam belli denuo jaçare, fortunam tentare statuit. Nec Heinricus certamen deterravit, quarto idus Octobris ducum copis in Mylnia juxta Ellestram amhem, aperto marte quartò confi gunt.

Quartus superior & hic suit. Rudolphus cum Saxonibus invitatis superis pavnavit, inauspicato Marte lacescivit, non solum superatus est, sed & amputata dextra, qua fidem Cæsari dederat, intexit. Mersburgii regio cultu sepultus est, anno Christianæ salutis millesimo, super octogesimum, potestatis quarto.

Heinricus, per emotio Rudolpho, pacataque Germania, secundò Italiano, ut aut in gratiam cum Gregorio redeat, aut eum, si pacem accipere detrectet, abdicet petit. Quicquid resistit, capit, perdimat. Septimus urbes, castella, arces comunit, ad rebellandum Cæsari hortatur. Verum is vi cuncta penetrat, hostium monumenta expugnat, Romanique cum vieticibus insignib⁹ pervenit. Quinquagenalibus castra ante moenia urbis facit, fossa, vallo, carrucis munit, stativa que ibi biennio habuit, urbem obsedit, neminem exire, intrare permisit circum circa. Universa incendiis, cede complevit.

Hyldebrandus, fretus opibus Machtyldæ, & Ruperti Vilchardi Nordomani, portas urbis clausit, fortiter urbem tutatus est, sèpius eruptionem fecit. Heinricus in contraria parte crebro urbem oppugnat, Romanos erumpentes in urbem repellit. Extra moenia quicquid fuit, in ditionem redigit. Tandem post annos duos, quod in primis

obscelli atque obfidentes, nimio æitu laboreq; fessi, dormitant, explorabundus ad mœnia urbis accedit, ex silentio animadversa solitudine, mœnia confidit, signoq; dato, plerosque sociorum excitat. Qui confessim advolant, murum superant, custodes somnolentos trucidant, portas effingunt, urbe potiuntur, fit cœdes, fugaq;. Cœsar partem mœnium druit, ac solo æquat. Urbem infesto intento exercitu intrat. Pont. Max. in momen-
tum Hadriani aufugit, pars Trajani, pars Crescentii prætorium, sunt qui Theoderici regiam nuncupent, Germani Angelburgum hoc est, Angeli castrum vocare solent. Cui Imperator eastram admoveat, vallo; fossa circumdat.

Romanicum suppliciis adsunt, auro ægrè pacem imprestant, perfidiam omnē in Hyldebrandum transferunt, obsides viginti dant nobilissimos cujusque liberos, quos Heinricus postulavit. Hisce quoque diebus, legati Imperatoris orientalis multa auri, argenti pondo, ligna gemmata, vestes holosericas aureasque Cœsari Romano tribuunt. Romani deinde, suisu Gregorii, Quartum adeunt, orant, ut diem colloquio constituant, ubi ipse & Pontifex. Senatoresque conveniant, de rebusque Republicæ summis consilium habeant, bonorumq; virorum arbitratu pax communiter confirmetur. Non abnuit postulata Cœsar, diem Calendarum Novembrium huic negocio destinat. Exinde, quod lues ob æstum in exercitum grasseretur, ad Apennini motis, qua Campania continuatur, umbracula discedit.

In Germania interea Saxones & socii Hermannum Lotharingium rebus impo-
nunt Islebiæ, urbs est Turogorum, ubi alii proventus, hanc ob causam rex Allii vulgo cognominatus est. In orientali quoque Bojaria, Luitpoldus Austriaci limis præfetus, suisu Altmanni Episco-
pi Bathensis, res novas molitur, rebellionem facit. Welpho, corruptis pecunia-
tus, evasit, contractis perditissi-
morum copiis, Pruxinum Vindelicæ op-
pidum, Augustam Rhetiæ urbem, de im-
proviso invadit diluculo, capit, diripit, Urigoldum Episcopum à Sigefrido Mo-
gontino in Saxonia furtim consecratum Augustatis imponit. Sigefridus Augustus pontifex fuga sibi consuluerat. Conradus frater Vratislai Bojemorum reguli cum Bojorum, Venedorum viribus Austriam depopulatur, Murbergii Luitpoldum magna clade afficit, quarto idus Maii,

iussa hora juxta Veniam, dynastæ præ-
et prætorio Urigoldum Augusta pellut, Vuciphonem tertio idus Augusti Hoch-
stadii juxta Danubium superant. Eo præ-
lio Conradus filius cecidit. Rhodam à
patre deportatus, ibiq; in templo, in
quod arcem parentis commutavit, & cere-
moniis D. Benedicti dedicavit, sepultus
est. In Italia Cœsar Cal. Novemb. ut con-
dicum erat, Romanum revertitur, maximo-
que honore excipitur. Nuncii ultrò ci-
troq; commeant, Gregorium & Cœsarem
in gratiam redigere conantur. Gregorius,
ut Cœsar absq; illa pactione, se atq; im-
perium fide illius permetteret, postula-
bat. Cœsari non fuit consilium, vitam, di-
gnitatem, salutem suam atque amicorum,
arbitrio inimicorum in potestate acer-
bisimorum hostium credere, se ensé suo
jugulare, manubrium è manu dimittere:
Gregorius tamen, simulata pace, fugaz or-
natu dissimulato, Salernum ad Nordo-
mannos aufugit.

Cœsar, coacto procerum Episcoporum
senatu, advocata concione populi, more
majorum comitia pontificalia habet.
Hyldebrandus necessitate in rationem
versa, tanquam lupus, fur ac latro, veluti
perfidus transfuga, ovium desertor, gre-
gis præditor, Christianæ charitatis osor,
omnium communiter consensu abdica-
tur. Ex patribus Vicbertus Ravennæ ar-
chimytha, concordia ac pacis studiosus,
vir bonus atque eruditus, Pont. Max. ca-
pitur.

Cœsar Epiphaniorum ferias in templo p. 231.
D. Petri perlitat. Calendis Februariis in
Campaniam arma movet, maximam Apulie
partem, fusi, profligatis Nordo-
mannis, ad obsequium cogit. Posthac à
legatis Romanorum ad urbem revocatus
undecimo KL Aprilis: qui tum dies de-
cimus erat ante Paschalia, à Senatu, equi-
tatu, plebe, reverenter ac honorificentis-
simè exceptus Romanum ingreditur, Mox-
que Vicbertus à cœtu Pontificum inau-
gurat, Clemens tertius appellatur. Is in celeberrimo Paschalium festo die, an-
no Christianæ salutis millesimo, octoge-
simo quarto, Cœsarem cum Bertha uxore
consecrat, Augustos acclamante populo
Rom. appellat.

Idem. Principes apud Oppenheim
oppidum superioris Germanæ, Rheno
contiguum, coœunt: pars, sicut Hugo
Alsarius, ob egestatem atque inimicitiam
(nemo enim est, qui omnibus placeat aut
denique hoste careat) omnia misceri bel-
la, ubi di-

cui soror Cæsaris nuptum collocata erat, cum Berchtoldo à Zaringen genero suo, cum hostibus (quos tamen maxima clade pro Cæsare fratre uxoris suæ pugnans afficerat) spe regni inescatus, senire cœpit.

VVulpho quoque dux Bojorum nova molitur. Sigefridus Moguntinus archimythes, Hermannus Mediomaticum, Albertus Vangionum Episcopus, VVilhelmus Hirsaviensium monachorum antistes, in Bojaria Reginoburgii à puerō in templo divi Haimerani educatus insignis ejus tempestatis Mathematicus, Altmannus genere Saxo, Bathavenis Pontifex, cum Gebhardo Svevo Iuvavensis pastore, Adalberone Bojo, clarissimis natalibus orto, VVurtzeburgensium primario fæcere, condiscipulis (quippe eodem tempore Lutetiaz Parisiorum literis operam dederant) sub toga & censura sanctissimorum patrum melius, quam sub armis & strepitu forensi Cæsarium, tranquillitati & reipublicæ Christianæ consultum iri, arbitrabantur.

Atque hi omnes, quos commemoravimus, ad Saxonas sine cunctatione, deserata Cæsaris optimatumq; causa, deficiunt, ad prætextum mutata voluntatis, religionem obtendunt, Heinricum communis consilio abjurant, se perpetuò ejus fore hostes, quo ad vita suppetat, jure jurando sanciunt. Postea arma capessunt, Cæsari insidiantur, ejus rebus studentes oppugnant. Omnia tumultu, cuncta terrore & luqu complementur.

Cædes, incendia sunt: insontes, & qui neutri parti favebant, qui fidem regni servabant, rebellare recusabant, pacem & ocium bello præferebant, armis se commiscere abnebant, Symoniaci, Nicolai, Hæretici appellantur, proscribuntur, in sceleratorum numero habentur, aris, sacris, convivio, colloquio, suppliciis, conspectu, à conjuratis atcentur: sacerdotes, monachi, episcopi, fratres germani, amici, cognati, affines, liberi, parentes, miles, tribunus, herus, famulus, pueri, puellæ, conjuges, populus, principes inter se discordant, dissentient, publicè, privatim altercantur, rixantur, pugnant, belligerantur: invicem mutuis vulneribus, exinde, patricidio, incendiis, rapina conflantur: agri vastantur, fana spoliatur, ærarium diripitur, fiscus exinanitur, villæ incenduntur, ædes igne concremantur: urbes, castella vi expugnantur, leges silent, arma servent, omne ius in vi.

corporibus intrecent, ad inferos raptantur: æternis suppliciis mastantur.

VVurtzeburgenses, Vangiones, Mediomatrici, Bathavi, Salisburgenses episcopos suos exigunt, quod contra instituta majorum civibus suis suadebant, solenne fidei polluere, cujus Germaniz populos patientissimos esse, inter illustres gravesque rerum autores, licet hostes noscros, convenit. Pastores igitur illorum, torres, sine lare, sine ovinis errabundi, destituto ovili, ad Saxoniam tandem se conferunt.

Plerique tum privatim, publicè indegnum facinus clamitant: pro concione Gregorio maledicunt, Hyldebrando male precantur: ipsum odio atque libidine dominandi præcipitem agi, vocifrantur, Antichristum esse, prædicant, pietatis sub specie (inquietant) debacchatur, honestis nominibus publicum bonum simulat, titulo Christi negotium Antichristi agitat: in Babylonia in templo Dei sedet, super omne id, quod collatur, extollitur, quasi Deus sit, se errare non posse, gloriatur: in excolenda gloria sua, pertinaci spei atque concupiscentia, Imperatoris suo arbitrio constitueri, se devovit: homines non peccatis, sed lege Christi, atque sacramentis solvit, pacem atque pietatem religionis nostræ beneficat, bella, seditiones concitat: sive pro, cædi, perjurii, perfidiæ, rapinis, incendio indulget.

Non solum ad ambitionem suam occulendam, fabulas comminiscitur, annales corrumptit, res gestas invertit, sed etiam cœlestia oracula adulterat, divinas literas falsò interpretando, suæ libidini servire cogit, sacram historiam lacerat, inter mulierculas de factis philosophatur literis:

Quicquid dixerit, legem Dei putat, ad aviditatem suam incongrua conquerit testimonia, sententias depravat, ad voluntatem suam Scripturam trahit repugnantem. Nimium sibi de Pharisæorum superciliosum, ut quosq; damnare vel solvere arbitretur, cum apud Deum non sententia sacerdotis, sed vita hominis queratur.

Præterea Hyldebrandus ille divinitate majestati refragatur, Christianissimo Principi divinitus constituto, & à Deo inaugurato, resistit: versutus, fallax, obscurus, callidus, imperium orbis, titulo Christi, sub ovinâ pelle ambit. Alios pœnades ignavas stultos stinches, caudices,

usq; grassetur. Si omnis potestas a Deo
est, maxima quoque, nempe Cæsarea, ab
eo sit necesse est.

p. 252. Christus, cum eum populus rebus im-
ponere conaretur, aufugit : & duos de-
hæreditate ambigentes, qui eum arbitrū
ceperant, ad Cæsarem, cui Imperium or-
bis terrarum commissum est, ablegavit.
Pontificibus quoque Judæorum præcipit,
Reddite Cæsari, quæ sunt Cæsariorum: cui ve-
tigal solvit, tributum pendit, censum de-
dit. Idem nos D. Petrus docet, Deum ti-
mete, regem honore afficite. D. Pauli
præceptum est, Fidem regi servate. Quod
si quispiam cœlitum aliter docuerit, de-
votus esto.

Flagitium huicmodi Hyldebrandi
inexpiable, scelus haec tenus inauditum
procū ab orbe germano abigendum; en-
se (quem Imperator supremus ad vindic-
tam malorum Cæsari tradit) resecandum,
lupus sub ovina pelle levians ferro tol-
lendus. Septimus ille non verbis & dispu-
tationibus, sed vinculis & carcere fatigā-
dus est. Nempe dictum est a Christo, Deo
Opt. Max. Petro, ejusq; successoribus;
Romanis episcopis, vade retro Sathanam,
offendiculum mihi es: & qui gladium ac-
ceperit, & gladio pereat;

Idem. Gallina tunc Romæ ovum, ser-
pente quasi arte celatum, peperit. Gre-
gorius, posteaquam illiusmodi dicta
sunt, ovum Imperium, serpentem regem,
qui Romæ domicilio Imperii conteren-
dus sit, interpretatur. Multa deinde de
innocentia & potestate sua præfatur, de-
inde D. Petrum apprecatur, his verbis:

Tibi, sanctissime Petre, & nobis, tuis
successoribus Deus omnipotens dicit,
Quodcumq; ligaveris super terram, erit &
ligatum in cœlis. Quocirca qui tuꝝ adis
amplitudinem attenuat, dignus est profe-
cto, ut dignitatem amittat, splendorem
perdat. Evidem hacce potestate fretus,
functusque tua vice, eidem, qui Ecclesiæ
tuæ obtemperare recusat, unitatem scin-
dere studet, execratos non fugit, sacris re-
gnoq; interdicto: ut plane intelligent o-
mnes mortales, quod tu sis Petrus, & su-
per hanc Petram, qui tu atque tui succe-
sores sunt, Christus filius Dei vivi ædi-
caverit templum suum, adversus quod ne
inferi quidem invalescant.

Postremo, ubi huicmodi multa
Gregori dixit, concessionem, ut bono ani-
mo sit & se, Christo propitio, fortiter ad
reflexum sacrilego, lascivo, temerario
injusto, imperito, superbo, avaro, crudeli;
impuro juveni, paret, eochartatur. Nordo-
mannos, Machyldam, Saxones armis in-

Pot nec concilio unius, iacentia
fulmina, totidem tonitrua, diram grandine-
m, bullas appellant, in Galliam, Ger-
maniam, Italiam mittit. Docet, a se reges,
qui Christianam philosophiam contem-
nat, templum Dei subvertat, hereticorum
author sit, & consecratus, execratum,
regnoque abdicatum. Omnes, qui in ejus
verba religione adædi jurârint, sacramé-
to solutos esse commemorat.

Exinde se majorum vestigia, patrum
scita, placita magistrorum Ecclesiz, legē
divinam, summum cœlestis thesauri jus
insequi, Christum Dominum Deumque
nostrum Divo Petro, ejus successoribus;
Romanis Episcopis censuram totius cr-
bis humani detulisse, cosdemq; cœlitus
constitutos censores esse, qui judicarent
de moribus, de curia cœlesti, atque spiri-
tibus æternis, medum mortalibus;

In arcanis sacræ historiæ contineri;
divina oracula esse, Tu es Petrus, & super
hanc petram ædificabo Ecclesiam meam,
& portæ inferi non prævalebunt adversus
eam: & tibi dabo claves regni cœlorum,
quodcumque ligaveris super terram, erit
ligatum & in cœlis. Nemo omnium (in-
quit Septimus) ne Reges quidem atq; Im-
peratores hic excipiuntur.

Recitat inde veterum gesta, ubi legis-
mus, Hyldericum à Romano Pontifice
non ob flagitia, sed quod inutilis foret, re-
gno amotum, Francosque jurejurando,
quo illi obstricti erant, à primario urbis
facerdote absolutos, ab eodem Pipinum
regnum substitutum esse. Imperatoribus
Theodosio, Arcadio, Philippo, Anasta-
sio, Ambrosium, Innocentium, Constan-
tinum, Anastasium, Episcopos sacris in-
terdixisse; addit, in gestis divi Petri con-
tineri, ejus, cui Pontifex maximus infen-
sus sit, sermonem, conspectum, tanquam
ditæ contagionis pestem, vitanda esse.

Proinde concludit, qui quidem ani-
mam suam salvam esse velit, regi devoto
per sacras & am religionem audiens di-
cto non sit: imò universi imperata man-
dataque, decreta, rebellionemque fa-
ciant. Saxonas quoque veteres amicos
Gregorius munib; explet. Neminem
spernendum, neminem contumendum
esse decernit: quæcumque potest largi-
endo, pollicendo parare, nequaquam
cunspatur. Scinditur in contraria popu-
lus Germanus studia.

Idem: Haec enim Pontifices Romani
comitiis curiatis, calatis, à sacerdotibus,
equitatu, plebe, senatu, per omnium ge-
nerum suffragia eleeti fuerant, id tum ra-

confilii decreto, comitiis centuriatis, per suffragia purpuratorum, more majorum, Imperatores per Germaniam, Galliam, Teutonicam, Italiam, Romanum orbem, sicuti in Carolo Magno commemoravi, p. 273. capiebant.

Sanctissimi patres, quemadmodum Christus Dominus & Deus noster, comites & legati ejus fecerunt, & alios docuerunt, Cæsares in terris à Deo secundos, ante omnes mortales primos, à supremo numine datos, divinitus constitutos, ab immortali Deo electos, & [ut illi vocant] coronatos venerabantur: dominosque suos vocare solebant. Eisdem tributum, censum non denegabant, pro eorum salute quotidie comprecabantur. Imperata detraentes, tanquam cœlesti provinciæ resistentes, videri, contra pietatem Christianam fecisse, decernebant.

Grande nomen esse Imperatoris, à Deoq; tradi prædicabant. Reipub. turbulis, nedum armis, ut milites Christi, se non immiscebant: paupertate & modestia cum cœteris Christianis decertabant, quò quisque submissius se gereret, hoc majorem esse sentiebant.

Ensem ancipitem, gladium duplicem, Christianæ civitati datum asservandum, vivificandumq;, non occidendum esse, putabant: eundemq; spiritualem appellabant, qui est sermo Dei, vita & lux hominum: & mortuos ad vitam revocat, ex hominibus deos, ex mortalibus æternos facit: tantum fuit, ut illi vel regum quempiam, vel impium, vel Arrianum regno pellere, eidem sacrificiis interdicere, populum sacramento solvere, tentarent, atque regna evertere, sanguine humano se polluere, pro principatu cum Christianis decertare, sibi permitterent. Principes vicissim hos, sicuti parentes animorum communes, amabant.

Gregorius septimus, qui & Hyldebrādus, fatus armis Nordomannorum, qui tum per Apuliam, Calabriam, Campaniam, quas vi occuparant, debacchabantur, confisus etiam opibus Machtildæ mulieris præpotentis, & discordia Germanorum, primus contra morem majorum, contemta Imperatoris autoritate, pontificatum maximum occupavit. Utramque personam sibi impositam esse à Christo, se quodcunque, ut liberet ligare, solvere posse, ja& itare, utramque personam agitare, Occidentem afflere, omnem potestatem in se transferre, neminem parere, ne dum superiorum ferre, iusta alio-

randum, pœta, sacramenta solvere ceperit: etiam si injuria vel ipsum Cæsarem affecerit, tamen se metui oportere, in quadam gloriatur epistola, utpote qui errare non possit, & à Christo Domino servatore nostro, Petroque acceperit potestatem, ut solvat ligerque, uteunque libeat.

Tum mores ambitione avaritiaq; corrupti paulatim invaluere, tempora periculosa cœpere, quæ nobis cavenda Christianus servator noster, Petrus ac Paulus longo antè tempore probè cantarunt. Tum illa, quæ de Sylvestro & Constantino vulgo inculcantur, & alia pleraque, quæ ob modestiam Christianam referte pudet, non minus imperitè, quam impudenter mendaciterque confita sunt, simulata religio, species pietatis invasit. Compilationes, nundinæ sacrorum irrepsere, & facros, & philosophia humanis commentis, fabulis anilibus, à sycophantis callida interpretatione pollui, corrumphi, violari cœpit, adeò ut sine multorum pernicie religio sancta procurari, & ad pristinam majestatem restitui non possit.

Ante hæc occidentales Christianos Deus parens indulgentissimus, per alios à religione, nempe Saxonas, Hunnos, Nordomannos, Venetos, Longobardos, Ungaros, verberibus, flagellis, fertia, sepius ac crebro continententerque castigavit: nunc verò, velut ab irato patre neglegi atque exhortati, more malorum (ut vulgo dicitur) geniorum, invicem, pejus Turcis, per quadragesitos amplius annos savimus (cantantibus classicum, qui prohibere deberent) fallimus, decipiimus, circumvenimus, defraudamus, trucidamus, in viscera ferrum convertimus. Nostræ libidini relinquimus, nostro vivimus arbitrio, superbè, àvarè, impunè agimus. Deum immortalem mendacii arguere non erubescimus.

Atque is Hildebrandus, qui & Gregorius septimus, primus imperium pontificium cōdidit, quod successores per quadragesitos quinquaginta continentur annos, invito mundo, invitis Imperatoribus adeò duxere, ut inferos superos inservitatem redegerint, atque sub jugum miserint, atque cuncta fulmine perterritent:

Quo brusatellus & vaga flumina,

Quo styx & invisi horrida Tanai
Sedes, atlantesq; finis

Concutitur mutant ima summis.

Utcunque liber de celo ad inferos re-

dis tamen ante tempus nullum. Iudicare, sed cum summa potentia maximo cœlestis sapientiae studio, secundum D. Pauli præceptum, expectandum est perpetuum æterni prætoris edictum.

Sed ut me hoc fasce molestissimo quām celerrimè levem, reliqua æquei pergam. Sacerdotes illa tempestate publicè uxores sicut cœteri Christiani, habebant, filios procreabant, sicuti in instrumentis donationum, quæ illi templis, mystis, monachis fecere, ubi h̄e nominatim cum conjugibus testes citantur, & honesto vocabulo Presbyterissæ nuncupantur, invenio.

. 254. Cœsar tum, quemadmodum in Carolo Magno, & jam explicavi, Episcopos, Pontifices, antistites, monachorum magistros virginum maximas, suo jure capiebat. Et ut homines, non dii sumus, nihilq; est ex omni parte beatum, eveniebat interim, ut & honorarium scribis pro diploma, xenium suffragari, condonare necesse foret: sacerdotes illos Nicolaitas, hos Symoniacos appellat: eosdem devovet, ambitus, incestus condemnat, curia sacerdotum movet, scribit deinde Cœsari, ducibus, principibus, dynastis, tetrarchis, maximè Berchroldo à Zaringen, Rudolpho Svevo, Welphoni Bojo, Adalberoni, & uxoribus horum, atq; mulieribus, cœterisque, quoscunq; idoneos credidit: item episcopis, præcipue Ottone Constantiensis, sacrificulis, populo, ut superiores mystas velut sceleratos atque impios devitent: eorum sacrificia, colloquia, sermones, convivia, haud aliter quām contagionem fugitent: illos salutare, resalutaré, maximam impietatem esse, docet: iisdem parere, si sibi non pareant, ac Ecclesiasticum reddi vetat.

Gravissima igitur sedatio gregē Christi perculit: nec unquam talis lues populum Christi affixit. Mysti aduersus Pontifices, populus aduersus sacerdotes, prophani aduersus initiatos sevire, omnia divina humana permiscere cœperunt. Viri, mulierculæ, ut quisq; maximè avariciæ, ambicio sus, aut invidus erat, bella & lites, odio amabat: levi admodum suscipiuntur excitatus sacerdoti suo resistendi, bona templi diripiendi ansam præripiebat, populares sacerdotulos, qui uxores habebant, floccifaciebant, religiosum polluebant, sacra temerabant, lustri ea aqua passim expiabant, decimas igni concremabant, sacrosanctam hostiam (horresco referens) à mystis, qui conjuges habebant, consecrata, in lutum abiciebant, redditusq; conculebant.

Christi avertunt: sacras literas interpretando suo negocio servire cogunt. Portò paucissimis veneri bellum indicentibus, quibusdam castitatem jaçantiz, questus ergò simulantibus, maxima pars sub honesto castimoniz nomine stupra, incestus, adulteria passim & impunè committunt. Alii verbis quidem ambitus crimis abominabantur, sed plus auri sub magna pietatis superficie, dum se gratis dare cuncta jaçant, corrasere, plurisque sacra venum dedere.

Et tu vigilantissime Gregori, quidnam faceres, si te fortuna ad nostra tempora servasset, & nunc demum natus essem, quādo amare, potare, stupra, incestus committere, vim puellis inferte, virgines viviare, alienas permolare uxores, adeò, ut cauda salax sacrificiorum in proverbium vel vulgo protritum abierit, munus sacerdotale censem: quando divitias, opes ambire, sacerdotia cauponari, sacra nundinari: & quasi defectos caballos, juxta commune dictum, commutare jus est & longinqna consuetudo. Vulgo dici sèpius audio, Ceremoniz cum pontifice, ara cum sacrificulo, templum cum ædi- tuo universa venalia sunt,

A Pontificibus minoribus, quos sacrificios vocamus, sexcenti exiguntur nummi aurei, in tantum, ut quosdam hoc munus obisse pœnituerit, & quosdam designatos, rursus quod non esset, unde avaritia Romanensium corvorum satiarent, abdicasse nōrim, scenus, quod ab aliis Pontificibus redditur, quotannis à templis abraditur, majus est, quām ut à merci licet numerorum abaci perito, numerari queat. Tum Symonia tibi, Gregori, erat, nunc absentium confirmationem, annatas, ac nescio quibus aliis nominibus nūcupari audio.

Idem. Isti nebulones quæsum, piatem: religionem, prædam putant: mera miracula comminiscuntur. Hoc enim sanctorum genus, visus, somnia, nocturnos superum congressus, nocturna Deorum colloquia simulant, freti credulitate imperiti vulgi pro concione evulgent, somnia qualiscunq; velis venditant fabulis ad voluptatem confitit imperitos in admirationem sui lauant, vili plebeculæ velut pueris illudunt, omnibus corneam fibram esse, neminem sua commenta animadversurum arbitratur. Vulgo indocto, multitudiniq; imperite, aliquin sive, impotenti, mutabili, metum deorum atq; superstitionem, rem ad animos vulgi, quædam officiosissima.

*gus edocent**

Ergò orgia mysteriaq; hujusce religi-
ositatis in vulgus edam , dogmata pro-
dam, mentiri sibi licere, decipere plebem,
modò splendoris lucellive spes arriserit,
inter secreta habent : nempe illud crebro
(ut eorum verbis utar) jacitant, exem-
pla ponimus, non quòd ita sint, sed ut di-
scentes addiscant, digni profectio, in quos
exempla edantur : qui divina oracula
adulterare, crimen veræ irreligiositatis
committere non erubescunt.

*Quid undecimo abhinc anno moliti
sint, designarintq; Veronæ apud Suito-
nas, commemorare nolo. Valeant isti nu-
givendi, fabularumq; mangones, & cau-
pones sacrorum.*

Idem. Duæ virtutes, parsimonia atque paupertas imperia pariunt, augent, retinent. Itidem duobus vitiis, avaritia & luxu pessitudinantur. Studium pecuniarum, potentiarum, splendoris, cupiditas, cuncta regna evertunt: sub specie quidem virtutum grassantur, lites, similitates, odia, bella generant, odia, cædes perpetrant, opulentia ambitione, cæci, luxuq; perditæ, legibus soluti commitunt, æquitatem detracunt, pacem ferre recusant, ultrò quovis modo irrepunt, seditiones, factiones, discordias mala serunt, optimum quemque insidiis circumveniunt, amicos veritatis simplificis, apertos, bonos veluti stolidos ac inertios à Rep. gubernaculisq; rerum arcant, qui suis moribus congruunt, admittunt.

p. 257. Disparē mores dispara studia se-
qvuntur. Dissimilitudo inimicos, simili-
tudo amicos parit. Malus, qui volupta-
tem, potentiam, imperia, opes amat, ut
his quovis modo fruatur, nihil pensi ha-
bet, & qualitatem contemnit, & equitatem
aspernatur, societatem hominum com-
mūnem violat, jus sibi, cuncta deniq; suæ
voluntati servire vult, rapit, defraudat.
Ubique dissimilem vitam vivere & isthac
aspernari vider, se spēni, irridēri, petiā
te arbitratur, vitiā sua à te notari, fert
impatientissimè: quamobrem te velut
hostem persequi non cessat, vel insidiis,
vel vi tollendum curat.

Ita probitas aut paupertatis aut necis
causa tibi existit. Pauperum autem nul-
la cura est, boniq; ad negligentiam, desi-
diam rediguntur, coactiq; suum officium
faciunt, privato commodo & ipsi consul-
lant. Nec ultra jam, quam ipsis usus est,
cum alia ab aliis occupanda cernant, la-
borant: paulatim deniq; ferrum molli-

tamen prophanos, prophani sacratos, ne-
gotiis suis, seu orgiis alienos arcent, quasi
verò unum membrum sine alterius ope,
suo defungi queat officio, aut oculi pedi-
bus non egeant

Mirari subit, quod Deus nostris moribus non magis irritetur, & fulmina iracunda tam diu ponat. At non magis (cujus & nos pars fuimus) oratoribus atque Poëtis fuit quam his, qui se Theologos & Philosophos nuncupant.

Exploso Alexandro grammatis, receptis sacris vatis atque Rhetoribus, & clarissimis aliis rerum scriptoribus, pax tandem rediit. Nunc Theologi inter se saviunt, tremunt, debacchantur. In sua viscera cruentum convertunt ferrum, invicem sanguinem sitiunt, invicem morte Druydom sacrificiis interdicunt, digladianturq; pro lana caprina: divinus ille furor vatum, poëtis in veteri domicilio reliquis, Theologus invasit. Is se novum, hic veterem, ille Scholasticum, hoc est, umbraticum, alias verum ac solidum se appellat.

Sunt qui universa adfirment, & contra,
qui cuncta negent, pars in Scotti sive Tho-
mæ verba jurat, pars Vilclmio Ocomensi.
ac Ggregorio Arimiensi addicta est, nec hi
inter se concordant: ut quisq; maximè à
ceteris disseserit, novam aliquam fyo-
phantiam excogitarit: ita maximè do-
ctus & acutus reputatur: tot opinione,
quot theologistæ: facilius inter hotolo-
gia, quam inter Theologos conveniet,
alius sermones & historiam Longobar-
dicam, hoc est, meras fabulas, non rem
amplectitur: ille discipulus est, alter dor-
mit securè.

Invenias & gryzium , animal apud Germanos inauspicatissimum , & convivis frequentatum . Maxima pars sacras literas , antequam discant , docent , quicquid in buccam venerit , magno boato deblaterant , ut pecuaria Arcadiæ rudere credas . Et de his , quæ penitus ignorant , audacter pronunciant , pluraque verba efficiunt .

Summa Majestatis oracula superstitione interpretando suis moribus apta faciunt. Quicquid nugati fuerint, cum nemo obstrepare aut intercedere audeat, legem Dei putant, quasi platz cerz moli, quamlibet formam fingunt. Hacq; licentia atque imperitia Magistrorum nostrorum in sales apud indoctos etiam crebros abiit.

ut etiam accidit.

Quidam Ecciani sunt, quidam Luthériani nominantur: illi Romanum episcopum plus quam Deum faciunt, hi in ordinem redigunt. Ignavissimus quisque aras adit, alioquin sub dæmone agricola futurus, flagitiaq; impunè perpetrat. Sacræ quoque feminæ, excusso pudicitia jugo, castitati bellum indixerunt, nisi me pietas Christiana cohiberet, flagitiosiores prostibulis dicerem, licet in uno modestiam servant, quod cum virgines non sunt, appellati erubescunt, & dominas se vocant.

Si veritas unquam acerba fuit, nostro ævo potissimum odium patit. Omnes que sua sunt, querunt: visio à Prophetæ, Lex à sacerdote perit. Canes muti non possunt latrare, os obstruxit pecunia, consuetudo prava, gratia, timor. Terra & detestabilis Philosophiæ & libertatis Christianæ est oppressio, crima fervent, pietas refrixit, paupertas Christiana maximum opprobrium est, maximus honor divitiis habetur.

Amor nummi, lethalis ambitus, quam Symoniam vocant, crescit: odia lites, factiones partium, studia, bella intestina parit, sacerdotia quasi caballi venduntur, permuntantur, religiosns est, qui plura intercepit, præripuerit, involaverit. Non quot animas beatint, aut cælo restituunt, egregii illi pastores querunt, sed quot nummos quotannis prædia stipendiaria, sacerdotiave, etiam absenti, reddant, dextra computant.

Omnis sermo horum de pecunia, vene-
re, vitiis aliorum leviusculis, aliisq; rebus
est: si unum verbum de Christo, aut ex
D. Paulo prophetave adduxeris, veluti
impium te abominantur, & Theologum
infamiam nomine appellant, potentia,
opus, venter, & que sub ventre, illorum
dij sunt. Vivunt ut bibant & edant.

p. 256. Gloriari quosdam in vinariis tabernis, audivi, sc̄e quascunq; puellas feminas, ve in sui amorem pellesturos, Nec secreta, quæ ut vocant, in confessionibus ri-
mantur, prodere & temulenti & sobrii
erubescunt: prudens prætereo, quæ quo-
tidie non sine maximo animi dolore sen-
tire cogor: tantum abest, ut rumoribus
temere credam [facit indignatio versum.] Captorum gregis in morem porcorum,
& sicuti vulgo dici solet, gruaniunt, nec
unquam concordes sunt, nisi quando
conspirant.

Ut quisq; maximè à ceteris viatu, ve-
stiru, moribus in ceteris reliquo

sunt: videas, quosdam intus laneos, foris
lineos esse. Alius est Francisci, alius Au-
gustini, alius Dominici, alius Carmelii,
quasi vero [divi Pauli utor sententia] isti,
non Christus pro nobis mortem obi-
sset. illi omnes scelerata comedunt, criminis bi-
bunt mortalium, virtutes & beneficia
venditant sua, hamatasq; preculas, visca-
taq; murmura cauponantur: tumultum
catrinum (ut est apud Prophetam) &
pecularum marmura nundinantur.

Neque per hosce vel manibus licet es-
se pacatis, pro quorum cadaveribus con-
tendunt, & quotidie in publicis concio-
nibus cum sacerdotibus popularibus cō-
viciis rixantur: nullum terminum avidi-
tati sua ponunt, nec unquam aut mendica-
ndo aut accipiendo satiantur, vel sti-
pem è flamma, ut ajunt, petunt: invicem
in templo Dei, æde sacra, mordent sese:
invicem easfariosque se, scortatoresque
nuncupant.

Ista famæ, ista pestilentia, non quidem
corporum sed animorum, iste parricidia,
lis tumultus, istud nefandum intestinum.
que bellum quadringentos annos conti-
nenter sub circulo Romano in plebem
Christianam grassatur. Quod si fieri pos-
set, vel immortalitati destinatos falli, ne-
cessæ esset: adeò dira lues tot Pontifices,
tot imperatores, cæterosque involvit,
extinxit. Quæ videmus & cernimus, lapi-
des stipitesque sumus, si non persentisci-
mus.

Christus & legati ejus omnes non sua
mortæ defuncti sunt. Omnes, qui piè vo-
lunt in Christo vivere, in hoc mundo
persequitione perpeti, necessæ est. Haud
fieri potest, (ita mores sunt) quin cædes,
homicidia, discordia, crima, similitates,
bella edantur: sed viderint, quibus auto-
ribus ista committuntur, Imperator cœ-
lestis quid dixerit: Non veni ad mitten-
dam pacem, sed gladium: ipse & comi-
tes ejus, quod veritatem docebant, crude-
lissimè interemti sunt, pars in crucem
acti, pars submersi: pars combusi.

Alii ad bestias, hi ad metalla & lato-
mias: illi ad insulas condemnati sunt. Ec-
nos, velut pecus ignavum, ab eventu fa-
cta notanda, putamus, successuq; rerum
cuncta metimur, ceu vero temeraria con-
silia plerunque felicitas non excipiat,
aut non sçp̄e prava magis, quam bona
prosperè eveniant: taceo scribarum, cau-
fidicorum, frumentatorum, quæstorum,
lictorum, leguleorum, versutias atque ra-
pacitatem. Vetus dictum est Aristotelis,

stior atque clementior apud Turcas foret servitus. Calumnias litium prudens prætereo, nos sub testo litigamus, ut cœli injuriæ diminuerentur, Romani sub dio, Hebræi sub porta litigârunt. Primus Marcellus Octavia sorore Augusti genitus, in ædilitate sua, avunculo undecimum consule, Calendis Augusti, forum in umbra vit, ut Ialubrius litigantes confisterent: quantum mutatis moribus Catonis Censoris, qui sternendum quoque forum muricibus censuerat.

Quid de hac re divus Paulus sentiat, nolo hinc commemorare. Pontifices, sacerdotes, monachi, qui nostra lana reguntur, lac omne consumunt, quasi nihil horum ad se specter, gaudiis corporis dediti, ocio & voluptate perfruuntur. Etatem silentio transigunt, interim securi ne portantur, canes, equos, scorta alunt: venantur, lavant, potant, amant. Avaritia eorum ac superbia, & perditi mores in proverbium vulgo venere.

Ipsi literas sacras, prophanas juxta odio habent. Eruditorum omnium, potissimum sacrarum literarum interpres, conspectum, colloquia, consilia, amicitiam aspernantur, velut dirum omen fugitant, nullum praefidum in his omnibus pauperibus existit,

Ita me Deus amat, ut plebuculæ in opis & ab omnibz desertæ misertum est. Equidem scio, exiguo concedi misericordia, potentesque potenter tormenta passiros, quippe quibus vel ingratis durissimum atq; arduum imminet judicium;

Tu ergo Christe, terrarum mundi q; Rector, audi, audi, pacis & concordia au tor. Tu nos tua viæ traxi, dextra vindicasti, & tuo sanguine adservisti, morte tua macchia coemisti: tu nos uncos sacrofascio crux tuo pontifices cooptasti: Reges constituiti, nobis caelos, inferos, homines subegisti. Tu nos condiscipulos tuos cohæredesq; deos declaras, nuncupas, designas. Tu nobis, ne alium prætere in terris Magistrum atque Dominum agnoscamus, præcepisti. Lupi undique ululant, leones circum circa rugiunt. Nisi tute oves tuas præsenti ope, quemadmodum polliceris, servaris, actum est. Omnes haud dubie occidimus, atque, planè periremus.

p. 257. Da, precamur, auxilium rebus succura re perditis, Carolo Maximo Augusto tuo numine adesto, ut morbos Reip. ad vivum refecet, sanitatem restituat, labores discedit.

Cyprianus, Cyprianus, Examenus & Aventinus.

Benedictus IX. Sylvester III. & Georgius VI. Pontificatum mercabantur, vendebant, dividebant: & quæcunq; ambitio aut luxus postulant, impunè exercebant. Ob id Heinricus III. Imp. ingentibus copiis Romam venit, Ecclesiasticam dignitatem compositurus, quam obsidione cinxit. De hinc valido cum exercitu ingressus, celebrata synodo, dejectis illis teterimis monstris. Sindegerus Bambergensis antistes natione Saxo, reluctans, Pontifex creatur ab Imperatore: qui post Clemens z. dictus est: à quo Heinricus cù conjugé Agnete benedictione imperiali consecratur, Augustusque ac Imperator acclamat, insignibus imperialibus condecoratus.

Sunt tunc Romani cives à pontificum electione jurejurando, nisi cum assensu Imperatoris, prohibiti. Videbat enim Imperator, eo licentia factiosum quemque & potentem, quamvis ignobilem, devinisse, ut corruptis suffragiis tantam dignitatem consequeretur: quæ certè, nisi sanctitate & doctrina benemeritis, vidente Deo, demandati cuiquam non deberet. Platina & Cuspinianus, Naclerus vol. 2. Gener. 36.

Clemente defuncto, nunciis Romanis, qui Poletam usque (Saxoniz oppidum est) Imperatorem secuti fuerant, Pontificem sibi postulantibus, Popponem Sabonam Noricorum episcopum substituit, qui Damasum z. se appellavit. Aventinus lib. 5.

Idem Imperator Widgerum, qui bennio inepte & crudeliter, necdum consecratus, Ravennatensem tenuerat iedem, loco movit, anno 1046. Hermannus Contractus.

Idem Alexander ad Franciæ occidentalis, Anglorumque Reges tum dissidentes secessit, pacem inter eos fecit, quam illi, quotannis fregere, quotannis renovarunt. Plerique tamen, quoium maxima pars fuit, neutrum pontificem recipiebant, illud D. Pauli usurpabant: omnia vestra sunt, sive Paulus, sive Apollo, sive Petrus, una fides, unus Deus & pater omnium. Atq; illud Christi in ore erat, unus magister vester est, vos autem omnes fratres. Gerochus Reichenbergensis præful de hoc dissidio complura scripsit, quibus titulum de Antichristo dedit,

Legi in Bibliothecis Bojariz utriusq; epistolas, quas Alexander ad Eberhardum Juvavensem, Hartmannum Brixii, nensem Noricorum Episcopum, alter ad Imperatorem, patriarchas, archiepiscopos, Episcopos, duces, praesides, praefectos, sacrosancti Romani Imperii dedit. In illis reperto, Alexandrum Turonis in conventu Anglorumq; Celtarum celebri hæc statuisse:

Sacris initiatuſ rebus prophanis abstineto. Leges, Physica non audito. Sacra venire, Religionem, societates, inferias atq; hujuscemodi ceremonias precio dedisse, atque pecuniam pro hisce postulasse, decimas prophanis tribuere, inexpiable flagitium esto. Si quispiam sacerdotia locariſt, committaritve, uti contra Christianam pieratem fecit, ita ejus civitatis aris, focis extorris esto. Agri oppignorati, si creditor redditus receperit, ultra sortem fœnus, licet levissimum videatur, censeto. Fœneratorem Reipublicæ fure pejorem eivem exiliato.

Idem Alexander in omnibus epistolis, quas superioribus duobus episcopis scripsit, petit, & multis suadet, ut Imperatorem placent, atque illum secum in gratiam redigant, pollicetur, uti dignum fuerit tam potentissimo principe, honorando, ornando, tollendo nulli se secundum fore, sed modum superiorum pontificum excessurum.

Idem. Mortuo Victore, Alexandro Romam tenente, Imperator mense Mayo atq; Quinquagenalibus apud Wirtzburgo, conventum Episcoporum, senatusque Imperii cogit, coenunt frequentes archimystæ, minores Pontifices, praesides, duces, praefecti, Vidonem Pont. Max. legunt, Paschalemq; vocant. Fit senatusconsultum, nullum post hac fore Pontificem Maximum, nisi qui more majorum, consensu Imperatoris creetur, atq; nuncius duntaxat Christi, successorque Petri, non etiam Cæsaræ potentiaz pertinax simulns esse velit.

A singulis exactum jutamentum, haud alium aut recepturos, aut passuros Pontificem Maximum perpetuo, etiam mortuo Imperatore. Sacramentumque primus dixit Christianus Mogontinus pontifex designatus (nam Conradus Bojus frater Ottocardi Wirtzburghensis p[re]dicti)

p[ro]p[ter]e hoc pacto fidem suam adstrinxit Paschalii, quam diu videlicet Imperium ejus rebus studeret, aut ipse Cæsarea prædia, castella, vicos, oppida, beneficia stipendia possideret.

Objerant per idem tempus Eberhardus Salisburgensis, Hartovicus Reginoburgensis, Hartmannus Brixinenis, Rupertus Bathaviz episcopus, Eberhardo Conradus patruus Imperatoris, Hartocco Eberhardus, Ruperto Albanus, Hartmanno Otto, succedunt. Utque novi Episcopi à Christiano Mogontino archimysta inaugurentur, editio precipitur. Imperator in Italiam Reinoldum scribam suum, Agrippinensem pontificem, & Christianum Mogontinum præmittit. Iple cum exercitu, & aliis principibus subsequitur, agrum Romanum cæde, ferro, flamma vastat, Romanos aulos conferre pedem, ad internectionem delet, octo millia Romanorum cæsa, tria capti esse, in fastos relatum est.

Urbem deinceps Barbarossa capiit, incendit, Alexandro fuga sibi consulente. p. 222
Templum D. Petri, quod hostes munierant, praesidio firmabant, deinde invadit, munimenta solo æquat, effractis portis, ædem aperit, Paschalem vi introducit. Isque duodecimmo Calendas Septembris, quem diem cœlebrem Deiparae virginis, quando superos petivit, habemus. Beaticem consecrat. Augustamq; appellat.

Idem. Hadrianus modum in scirpo (ut ajunt) querit. Imperium beneficium Romani sacerdotis, Augustum precario duntaxat regnare, assertit. Extat ejus ad Hillinum Treverorum, Arnulphum Moguntinum, Fridericum Agrippinensem atchimystam epistola: ex qua verba ipsius Hadriani sub texere operæ precium esse duximus.

Romanum (inquit) imperium à Gracis translatum est ad Alemannos, ut rex Teutonicorum non antè, quam ab Apostolo coronaretur, Imperator vocaretur. Ante consecrationem rex, post Imperator. Unde igitur habet Imperium, nisi à nobis? Ex electione principum suorum habet nomen regis: ex consecratione nostra habet nomen Imperatoris, & Augusti, & Cæsaris. Ergo per nos imperat.

Recolite antiqua. Zacharias promovit Carolum, fecit ei nomen grande, ut

Imperatoris est Aquis, in Arduenna, quæ est sylva Galliæ. Imperator quod habet totū habet à nobis. Sicut Zacharias transstulit Imperium à Græcis ad Teutonicos: ita nos possumus ab Alemannis transferre ad Græcos. Ecce, in potestate nostra est, ut demus illud, cui volumus. Propterea constituti à Deo super gentes & regna, ut destruamus, & evellamus, & ædificemus, & plantemus, &c.

Deinde Germanos imbecilles vocat: imbecillitatem eis objicit, qui Rogerium Italia pellere, Danos, Frisios perdomitare nunquam valuerint.

Hæc itaq; in conventu celebri legatos Hadriani referentes, Otto de Wittenbach, stricto ense, quem ante Imperatorem progerebat, territat, & forsitan confodisset, nisi Imperator intercessisset, qui acriter respondit, quæ ego, ut ampliora tenuitate ingenii mei, prætereo. Cæterum ea Guntherus versu, Otto & Radevicus, mystæ Boorum Fruxinenses prosa complexi sunt, & Conradus Adelmannus, vir juxta nobilis atq; eruditus, Augustanus primarii templi sacerdos, propediem publicabit.

Aernoldus Mogontinus, & D. Eberhardus Juvavensis archislamen, Romanos sacerdotes, Cardinales, archiepiscopos, episcopos, presbyteros, diaconos (ita enim vocant) literis admonent, pertinaciam, fastum, superbiam coargunt, avariciam, perfidiam, aliaque facinora, quibus pauperes compilent, & imperium conturbent, commemorant, obtestantur ultimo, ut Hadrianum ad pacem servandam cohortentur, Imperatorem id, quod bonum & equumq; fuerit, facturum referunt. Hisq; maximè, Henrico Boorum atque Saxonum duce, Ottone Fruxinensi episcopo, ruroribus, ea scintilla discordia extincta est.

Idem. Dum hæc in Germania fiunt, legati Calojoannis, qui Alexio parenti successerat, Imp. Constantinopoliani Romanum venere, & honorificentissimè excepti sunt. Romani eisdem ad quintum lapidem officii gratia obviam procedunt. Postridie Pont. Max. Sacerdotes, Senatus, Populum, astros de communis omnium salute, atq; libertate urbis reginæ mundi, in templo Constantini coire jubet Legati orientalis Imperatoris introduci, super omnes ad dextram Paschalis colloquantur. Deinde paucissimis ita verba faciunt:

Salutes unius fons et ali.

ubi dicta: acclamatum est, more gentis: Per placet, reddamus diadema legitimo & antiquo rerum Romanorum Principi. Deficiamus à Teutonibus seditionis, & stolidis, ad veterem Romani Imperatoris moderatore, vetus Roma cum nova, Occidens cum Oriente rursus conjungatur:

Posthæc Paschalis concionatur in Imp. Heinricum quartum, atq; ejus filium quintum, crimina, injurias, & vitia commemo- rando. Imp. Heinrico 4. PP. Paschale 2.

Idem. Pontifex Romanus per edicita ita obnunciat: Nullo pacto fas jusq; esse fatuoso Pontifici, levissimis Gallis, magis superstitionis, quam religiosis, tot divisos, tot pientissimos Pontifices maximos, minores, mystas, monachos, reges, Imperatores, supereros atq; cœlites impetratis condemnare: se, quoad vita suppetat, non passurum, ut instituta à majoribus accepta, per tot annos hactenus observata, fraude & astu paucorum, cum maxima Christianorum motum perniciose, oblitterentur, pontifices, episcopos mystas, monachos ab Imperatoribus atque regibus collocupletatos esse. Ubi his pares opibus facti sunt, more perditorum, quò plura donata fuerint, plura concepi- scere, illisq; sordere prima quæq; ubi majora sperant, titulo honesto libertatis ecclesiastice fraudulentos homines grasi: illud conari, ut se excluso, paulatim etiam populum, sacerdotes, episcopos alios in ordinem atq; servitutem tandem redigant, atque arma in eos, quorum beneficia possident, ne hæc aliquo patere peti queant, vertant.

Pontifices Romanos orbis Imperium animo cogitare, regnum Christiani populi affectare: non quieturos, donec oppresso Cesare, omnibus jugum servitutis, quod ipsi excusseré, imponant: Christi crucifixionem declarare, quænam sit rabies sacerdotum, adversus immodicam concupiscentiam, cui se semel animus devoret, nullum statu terminum, se penè impuberem, imperitum omnium rerum, ab illos egregiis pastoribus dolo circumvenit, in patrem charissimum concitatum esse, armaque horum consilio sumisse. Nunc, genitore oppresso, adversus se consiprasse, neq; modum ambitioni ponere, nisi alios omnes dignitate, honore exposcent, & quò ipfis, quicquid lobeat, licet, à singulis juramentum, se futuros in eorum potestate, quicquid illi dicant, pro legibus habituros, atq; tandem pro Deo

nouiorum ausq; voluntate, & uno consenso Cæsaris, quod haecenus non licuerat, Pontificatum Maximum occupavit; verum Imperium etiam Romæ sibi ac successoribus afferere cepit. Ejus hoc cōsillum atq; ratio fuit, sicq; animum induxit, probabilia hæc atq; verisimilia; quæ jam subiectam, paulatim obtinere posse, conjectatus est: quæ cūm obtinuisse (uti tandem evenit) tum' facile dictum, factū, inveniri aliquam causā; quamobrem abdicaretur & dejiceretur fastigio rerum atq; in ordinem redigeretur vel potentiissimus Imperator: atq; ratiuncula tales fuerunt.

Omnem potestatem à Deo Christo, à Christo Petro, ejusq; successoribus Romanis Episcopis datam, iisdemq; religione jurisjurandi, conditione parendi perpetuā, ceteris vero principibus duntaxat temporario sacramento, q̄ o ad illis libeat, quemvis Christianum adstricū esse. Licet proinde Primatio Sacerdoti Imperatorem, preciō duntaxat regnātem, ubi Romano Pont. (qui Christi Domini Deiq; nostri vicem in terris gerit, ejus religioni præsidendo perfungitur) non obtemperabit, abdicare: eidem, sicut uī ciuibet Christiano, diras atque infirias, more Pontificum dicere. Imperium enim beneficium Pont. esse Maximi.

Item: Tyrannum quovis modo è Repub. tollendum esse, neq; liberis Regum quempiam, nisi ab ipsis creatum, & quam diu illis placeat, receperum, domina: i posse. Episcopum communem animorum parentem atq; pastorem, non ab Imperatore in curia, sed à sacerdotibus, populo, que communiter in templo diligendum esse. Et sacerdotem, qui uxorem habeat, divinam rem non facere, ejus sacrificia summoperè à populo, ne contagione polluatur, evitanda. Neq; illis ullo pacto decimas & hujuscemodi donativa tribuenda esse. Hasq; ultimas tres rationes Hyldebrandus in vulgū edidit, reliquas sibi quidem perceptas reservans. Nequaquam imperita multitudo, omnivento doctrinæ (sicut D. Paulus ait) circumducī solita, tanti honoris specie atq; umbra & astu laetata, aures arrigebat. Hocq; furore tum concitati Germaniæ, Galliæ, Italæ populi, ferrum in sua viscera converterunt, per triginta tres annos à Gregorio & Urbano continenter sanguine ovium belligeratum est. Hic fretus Conradi filii Augusti amicitia, uterque armis & pecunia Nordomannorum & Mach-

tvldz adiutor. Acritar contra alii

B. q; cōtendit, certior in de morte Augusti, ad Padum ergo substitutus, atq; coacto sux partis cœtu, acta Gregorii Urbaniq; comprobat, Clementis tertii, cæterorum Episcoporum atque Augusti res scindit: pollui religionem, si quispiam sacrificus suffragio prophani cooptatus fuerit, fidemvè principi dederit; necesse esse cuivis Christiano, in Romani pontificis leges jurare, decernit. Quisquis post hac ejus decretis non steterit, albo Christianorum eradicat, nullq; ali jus in Christianum senatum veniendi esse, rogationem perfert, legem promulgat.

Antehac in istæ monachi, sacerdotes, virgines, sacratæ feminæ, episcopi, iebus divinitis, studio literarum, scribendis libris (delegata domus, penitium, agro-rum, cura in prophanos) duntaxat operam dabant, rerum fluxarum caducarum, que administratione contaminari, polui se, credebant. Pecunia igitur, prædiorumque, rei familiaris curam in procerum quempiam, qui vicinus vel author contuberni erat, à le relegabant. Illum Cæsar dabat, qui sacerdotibus victum & vestitum, pauperibus inde alimenta tribueret, huncq; Boëtium (vogt) germanico atque græco vocabulo, hoc est, patronum curatoremq; vocabane.

Primam tunc immunitatem libertatemq;, amoto hujuscemodi administratore, sacerdotes receperunt, polliciti, quotannis Romano Pontifici nummum aureum, (quem Byzantium vocant diplomata) penitare, facile tum Paschale de alieno largiente, tributumq; accipiente, qui aliam quoque rationem in vulgus dissipavit.

Communem pastorem communiter ab omnibus, grege, ovibus, & arietibus, hoc est, sacerdotibus, plebe diligendum esse. Atq; rursus per sedecim continuos annos, pro hisce aucupiis, armis, non circa languinem decertatum: omnia divina humanaq; permixta sunt. Contrà Cæsar, & alii pleriq; episcopi & proceres summoperè nitebantur, nec animi tamen Romanorum Pontificum frangebantur, sed admonebantur, quō majores necessitudines compararent, quibus cogi possent Imperatores, principes, Episcopi, senatus, populus, nisi id probarent, quod ipsi constituisserint. Nec per septies septē annos destitere, donec voti compotes facti sunt, tantumq; bolum ex fauibus Imperatorum eripueré. Imperatorq; comitiis pontificis Republica Christiana no-

Nec diu hac licentia sacerdotes ac
p. 260. episcopi iustati sunt. Sacrificuli, mystæ,
episcopi, omnes Max. Pont. & Romanen-
ibus serviunt, hisce tributarii, ve & igales,
stipendiarii sunt. Hi qui minus habent,
quicquid corradunt: quicquid unciatim,
defraudando genium, miseri compar-
cunt, ditionibus addere coguntur, idque
illi universum arripiunt, haud existiman-
tes, quanto labore partum sit, cuncti epi-
scopi pro sua inscitia in ordinem redacti
sunt, universis servitus imposita est, in
unius potestatem cuncta redacta sunt.

Quando vero ejus tanta potestas est,
cur non illa perpetuò, ne non nobis tot
sint domini, utitur? modò ait, modò ne-
gat, quasi pilam quolibet propellit, tur-
sus, ubi usus venerit, arripit. Cum tanta
messis, cur non metit? cur non amat?
cur non pascit, quando toto ves fame pe-
reunt? Cur ovili capros, hircos, lupos, li-
bidinosos, adulteros, vir ginum, sacrata-
rum fœminarum stupratores, cocos, mu-
liones, latrones, argentarios, nummula-
rios, fucos, pecuniarum aucupes, luxu
perditos, perfidos, perditos, perjuros, li-
terarum omnium penit, rudes imponit?

Non audita loquor, ea, quæ hisce ocu-
lis video, natto. Cur lupis oves commis-
tit? Cur gregem suum simulatoribus re-
ligionis perniciofissimis, rem suam don-
taxat agentib, servire, cur pueros & effor-
minatos agnis suis dominari permittit?

Xistus quartus Pontifex Maximus cla-
rissimo principi Alberto, genitori ducum
nostrorum, illasq; popularibus, ut absq;
precio, sexto septimanæ quoq; die, item
aliis solennibus jejunii liberè vescantur
ovis, caseo, lacte, præcipit, extat diploma:
cur Reginoburgensem personatus vica-
rii, contra editum summi Pontificis, non
veritus ejus fulmen, illa nos à se emere
cogit, atq; nostra nobis vendit, hasq; nū-
dinas demum ante triennium abhinc in-
stituit.

Episcopi nostri quales sint, pudet dis-
cere. Pauperum alimentis canes, equos,
ne dicam scorta, alunt, potant, amant: lis-
teras omnes velut contagionem vitant.
Nullam curam in opum, quorum opibus
incubant, agunt. Nihil in eisdem præsti-
diis est pauperibus, superbia, luxu, armis
cum quovis, vel perfidis regibus, locuples-
tissimo Imperatore decertant. Qui im-
perat, leges imponit, præscribit, juber, ve-
tat, sit acer, satis laudat. Our canis mutus
est, & non latrat? luposq; clava Hereu-
lis in malam crucem abigit?

Imperatores, rexes, & principes nostri.

Rupertos, Pilgramos, Columbanos, Gal-
los, Eberhardos, Hardovicos, Conrados,
Ottones, Wolfgangos, Albertos, Maria-
nos, Sympertos, Vdalricos, Gothardos.
At si diis placet, nunc venatores, inauspi-
catissimum in sacris literis genus homi-
num, omnibus imponuntur, sanctissimis
patribus ad hæc conniventibus.

Christus summus rerum Imperator;
Deus, natus sempiternus, cui totius orbis
imperium, hominum Deumq; fatis pater
destinavit, cœlestè loliū, imperium aet-
ernum reliquit: homo factus, mortuus &
sepultus est, ut nos collocupletarer. At de-
li obscurissimis trepidiis, atq; egensis-
simi, sine tribu, sine nomine procreati, ut
ditentur, ut opibus, potentia, imperio re-
rum; qua Christus spinas vocat, potuan-
tur, ferre parem, nedum superiorem non
possunt, Christi sanguine redemptos in ma-
ximam servitutem redigunt, in gregem
ejus crudelissime fæviant.

Ea est temporum infelicitas, non licet
loqui, quæ sentis, nec sentire, quæ loque-
ris: sexcentas tibi scribunt dicas. Sacro-
sanctam philosophiam, divinitus à Spiritu
sancto editam, interpretando suis mo-
ribus aptam faciunt, ambitioni suæ servi-
re cogunt, scita decretaq; Christi non ser-
vare, sed servire sibi volunt. Legibus à
Christo lati semetiplos solvunt, placita
ejus contemnunt, nedum illis parere stu-
deant.

Multum refert, in quæ quisq; tempora
inciderit. Extat decretum in libris Pon-
tificialibus & Annalibus Europæ, præci-
puè in Carolo Magno, ubi regibus, Imper-
atoribus sacerdotia omnia largiti, Pon-
tifices Maximos, minores carpere licet:
hos in illorum verbajurare, jus fasq; esse
declaratur: contra sentientibus dirat-
que inferæ dicuntur: & id, quod antea
religio atque pietas fuit, nunc pagina, (ut
ajunt) versa, justicia atq; irreligiositas el-
se cœpit. Mali, avari, lascivi, patrum studi-
osi, olim non esse sacerdotes censeban-
tur, eorum sacra, ne quis contagione pol-
lueretur, populus Iesus fugitabat: nunc
contraria est: pietas vera, charitas mutua,
libertas Christiana extincta est, supersti-
tio, protervitas, pervicacia, perjurium,
amor sui crevit, boni mores interierunt:
Germania fervent, squalens legum sylva-
lites, calumniz adolefcunt.

Humanorum decretorum ergastula
increvère, invaseré, mortalium commen-
ta sacram p' iliosphiam contaminant.
fanctissimam via præcepta Christi extin-
dunt. Fastus, avaritia, luxus, ambitio, si-

eo, ratione occurrunt, atque perirent. Sic fit, sic homines sunt, regnare omnes concupiscent, patere recusant: plures mali, quam boni. Nusquam fides tuta, pietas, justitia (sicut in vulgato est pro verbo) terris exulat, in cœlum remigravit, ibidem habitar. Hisce enim moribus justiciam nemo dabit, nisi qui Christum mendacii insimulaverit, frustraque eundem universis, vivis & mortuis, diis & hominibus, gentiis, laribus, superis, inferis, medioximis diem dixisse crediderit. Ipsa si capiat salus, servare nos protinus non potest, imbecillitate aliorum, non nostra virtute valemus. Unde ratiōnē leges, & proxima quæque duriores.

Quis ignorat, etiam si maximè velit, Rēm pōb., plurim arbitrio temerē committat, ac non potius in retinenda perseveret? Evidēt mundum ad antiquum moram, veterem disciplinam revocare, aut ad pristinum splendorem mortales redigere nolim. Iam pridem increbuit, veritas rusticā atq; acerbā est, odī parit.

Insanus si, necesse est, qui id quod vult, dicere pergit, & id quod non vult confusus factio[n]e, non Deo, perpeti detrectat, & testis, & beatus esse recusat. Non enim sapientia Christiana (sicut est celeste oraculum) sed pecunia omnia obediunt: quoniam brem.

Quisquis habet nummos secura nāvige[r] a[re]a.
Fortunatusq; suo temperet arbitrio. (ra,
Magna loquor, quidvis nummis presentib[us]
opra.

Et veniet: clausum possidet arca Iovem.
Idem. At qui nunc luxu cum quavis natione contendimus: omnia Venus Bacchusque corrumpunt. Intempestiva conuicia, & perpetandi p[ro]vigilandiq; insana cupido, adulteria, Iudi, greges scotorum invadere Germaniam, & gradum corripiunt: omnia in æternū lapsa mortem sunt. Exoticas vestes, Gallicasque summissus. Non omen quidem veriti, quod à victoris populi insignibus, in deuiciæ gentis transimus habitum. Apud ceteras nationes male audimus, quod semper ebri simus. Studium pecunia, aurū sacra fames (quæ divo Paulo radix est omnium malorum, simulachrorum cultus) Germanorum fidem, ab hostibus etiam collaudatam, labefactare cœpit. Quibusdam charior pecunia, quam fides est: hiq; famæ & integritati, postremo omnibus rebus commodum anteferunt. Patriæ desertores nil aliud, quam privatam utilitatem, spectant. Cupiditas eosdem excavavit.

Idem. Isdem diebus Margaretha Tyrolia Maultescha, ab oris magnitudine

ramen, veredem, a Pont. Rom. inspositum, sed Avinione exulanter, à multis electus, Fruxino potiebatur) accessit, se virginem adhuc integrarem esse, maritum liberis operam dare non posse, comprobat. Pontifex ergo, velut arbiter honorarius, matrimonium non esse, nunquam fuisse, nec unquam esse posse, pronunciata, dissidiumq; iure suo facit. Quia propter Ioannes sim. lab uxore & principatu, præter spem excidit, exactusque finibus ad Berchirandam patriarcham Aquileensem, inde in Bojariam se confert. Cæterum Ludovicus Baudib. filius Augusti, cuius uxor regibus Cambrotum oriunda, pridem defuncta erat, Maultescham, quamvis eorum avi germani fuisse, uxorem ducit: exacto Boëmo, eius conjugē & ducatu potitur. Se quoq; Charionum regulum, quem ducarum Austriae ci (quibus eundem Imp. ablatum Boëmo in fidem dederat) possidebant, appellat, & dici imperat: occasionem eius regni arripendi expectabat, & titulo hujuscemodi aucepabatur. Idcirco etiam Augustus male audiebat, & quasi hæc eius techna atque suasu fierent, vulgo castigabatur.

Idem. Pontifices Rom. affectant divinitatem, & dominationem: ut ab omnibus non aliter, immo magis, quam ipse Deus timeantur. Homo ille, qui dicitur Papa, divitis nimium auctus, maximo Christiani pietatis detrimento, omnia sibi licet, more tyrannorum putat: rationem aequum nemini, quasi Deus sit, reddere vult. Id, quod soli Deo convenit, usurpat: se errare, illaue mendacii religione astringi non posse.

Idem. Dum talia post mortem Imperatoris Ludovici sunt, clemens 6. Pont. Max. Carolo diplomādat, postulatque ut German. Carolum Ecclesiæ fidum recipiant: & nullum posthac prius fore Casarem, quam primarius orbis Christiani sacerdos, vicarius Christi, author fiat, jurerent. Insuper, abrogationem Pontificis Max. ad Imperatorem attinere, hæresin omnium pernicioſissimam esse, profanteruntur. At Germani partim tergiversantur, partim aperte detrectant, atque proclamant: usq; adeone seruos ille servorum fastu, libidineq; dominandi furit, insanit, atq; in præceptis abit, ut omnium sevisimorum iyrannorum, quos unquam fuisse legimus, crimina, superbiam vincere propalam perficata fronte contendant.

Idem. Gerardus Moguntinus Episcopus ab Alberto apud Rhenum pecuniam, quā is pollicitus adhuc debebat, reperit. Sed Alberto

I reuerenn, vulnus alio Agrippinam ac-
versus principem conspirationem facit.
Alios muneribus, illos pollicitis cor-
rumpit. Hique vestigalia Rheni, quæ ad-
huc in proverbio (quod crebro vulgo u-
surpari solet) sunt, & tum Cæsar is erant,
abrum pere conantur.

Idem. Anno ab orbe servato 1388. mor-
te defunctis Clemente septimo, Urbanoq;
sesto, rursus duo regno Ecclesiæ impo-
nuntur. Romæ Bonifacius 9. in Galliis,
Avinione Benedictus 13. Ille ut Bojorum
animos sibi conciliaret, tribus fratribus,
Stephano, Friderico, Ioanni, nepotibus
Imp. Ludovici 4. secularem omnium cri-
minum, scelerum, suppliciorum veniam
condonat. Quicunq; Monachium voti
reus proficiscatur, septem ibidem dies
commoratus, quatuor tempora, Deipatæ
virginis, D. Petri, sacratarum fœmina-
rum, xenodochium, supplicandi gratia
intret, quotidie dona faciat: ab univer-
sis inferis eruptus, cœlo afferitur. Qua-
draginta piacularii constituti sunt. Erat
res tunc nova atque inaudita in Germa-
nia. Quamobrem ex Boemia, & univer-
sa Germania, frequens populus quotidie
coibat, sexaginta millia hominum quo-
tidie confluisse, in acta relatum est. Du-
rarunt hæc nundinae Ecclesiastice à Martio
per quinque continenter menses, inventa
sacra ter septimana monstrabantur.

P. 262 Idem. Bohemia, regio Germaniæ opu-
lentissima, in meditullio eius sita, dissen-
sionibus intestinis adhuc laborat, & atte-
ritur. Incolæ diversi religione sunt: pars
Teutonas, pars Husios, alii Iudæos, illi
Pictonas sectantur. Nobiles, cives invi-
cem se videntur, discordia domestica, mutuis
vulneribus se debilitant: aliena ope e-
gent, externo sustentantur auxilio, adeò,
ut ultræ è corpore suo, atque indigenam
Regem creare nec valeant, nec audeant.
Id quod & ceteris Germanis, nisi cayerint
(vanus sim precor augur) eveniet.

Idem. Eius potentia, vires, prudentia;
magnitudo animi, rerum bellicarum pe-
nititia (nam in Italia contra morem ve-
terum Imperatorum habitabat: Germa-
niam per filium administrabat: bis dun-
taxat ex Italia in Germaniam egressus)
formidolosa, atque suspecta fuere Ro-
mano sacerdotum senatui. Quod Grego-
rius nonus Pont. Max. non it inficias, sed
ingenuè fatetur. Vism est flaminibus Ro-
manis, Imperium Germanum ma-
gis florere, quam ipsis utile forer. Placuit

Idem. Dum autem partes pontificis,
atque imperatoriæ invicem belligeran-
tur, & Aquæ Graæ ob sidetur, Chri-
stiani inter se tumultuantur: Saraceni
Palæstinam totam invadunt, expugnant,
in ditionem redigunt, omnia tempora-
vertunt, quinquaginta millia Christia-
norum cruciabantur: Hierosolymam
subigunt. F. Anno 1247. Imp. Frid. 2.
PP. In nocentio 4.

Idem. Haec tenus episcopi, sacerdotes,
monachi, sacrate formæ, ocio literatio
addicti, scribundis literis, uti appareat in
Bibliothecis, operam navarant. Propha-
ni, qui sacerdotes collocupletarunt, præ-
dia sacerdotalia administrarant: eos
Conradus quoque Reginoburgensis epi-
scopus, ex Asia reversus, à curatione Ec-
clesiasticarum opum, Deo dicatum,
devotarumque superis, amovere vicini-
tutur. Eberhardus archimysta Bojorum,
ob clientelam & parochiam Utinensem,
cum duce Bojorum digladians, socia ar-
ma collegis suis jungit, atq; de improvi-
so conjunctis copiis, nemine resistente,
nes Bojaræ invadunt, castella expu-
gnant, omnia cæde, incendiis compleant,
tempora expilant, nec ab aris, atque sacris
manus sacrilegas, egregii sane pastores,
abstinent: oves, quas pascere deberent,
more luporum sub magna superficie pie-
tatis devorant. Et ne omnino res divinas
floccifacere videantur, magno religionis
superculo Chunegundam Augustam albo
superum ascribunt.

Idem. Rursus Conradus Portuensis Ep-
iscopus, Flamen Romanus, filius Ego-
nis Uri, Suitonum Dynastæ: & Ioannes
quidam, consecraneus D. Dominici, Ger-
manos ad arma concitant, ad Asiaticam,
Africanamq; militiam cohortantur: &
ut facilius toties longinquæ militiz pa-
nas dantes, precium ob stultitiam ferentes,
inducerent, multa nova haec tenus in-
auditæ dogmata inculcant. Quemque
sceleri obnoxium, parricidio, incesto,
sacrilegio pollutum, continuo, ubi cru-
ciculam vesti assuisset, solutum esse & cri-
mine & pena, declamabant.

Quippe hisce aliter ab auditoribus (ut
fit) acceptis, maximam fenestram ad ne-
quitiam patefecerunt. Plerique ansa hinc
arrepta, inimicos prius suos tollebant,
hinc in militiam sacram nomina dabant.
Angelbertus Archiepiscopus Agrippi-
nensis Colonizæ, curator Cælaris, isthoc
tumultu rerum, specie religionis occi-

nensis Colonia, Erdfurdia, pleraque alia oppida obseissa, cuncta luctu, exinde completa sunt. Qui aliam tantum discordia inter Christianos causam attulerit, nisi Romani Episcopi spectaculum, quasi pars componentis? Populus Christianus multo se vulneribus, cohortantibus flaminibus Romanensibus, contrucidavit.

Idem. Albertus Reginoburgensis Pontifex cives urbis locupletes quinque & quadraginta, quod rebus Imperatoris studere non desisterent, fraude cepit: catenaque vincitos ad Stauff deduxit. Conradus Cesar, & Otto regulus Bojorum, atq; Rheni moderator, Alberti atq; ministrorum eius prædia vastant, diripiunt. Albertum captivos reddere, imperata facere cogunt. Eius socios strage male mulcent, Reginoburgium cum copiis intrant, Cesar, more majorum, in æde D. Haimerami hospitio receptus est. Atque dum quinto Cal. Ianuarii cubitum illæt, nocte intempesta Albertus, qui se Episcopum faciebat, Conradus ab Hohenfels, clam in cubiculum admissi, cum ante explorassent, non plures quam tres in eodem conclavi Cesareo quiescere, stertentes, viuo somnoq; obrutos, tenebris adoriantur, duabus occisis, tribus in vincula conjectis, & arbitrantes, Conradum cæsum esse, abeunt, Wilpeckium Suevum sextum casu obvium interficiunt. At Cesar sub scannum prorepserat, ibique delitescens evasit. Deinde Episcopum, percussores, Ulricum monachorum præsulem, socios, hostes Reipub. judicat, parricidii condemnat, proscriptibit: opes, prædia D. Haimerami publicat. Verum monachi, qui hujuscem consciæ non erant, pacem à Cesare centum libris, ab aulicis quinquaginta mercantur. Conradusque accepta multa, editum & tabulam proscriptionis rescindit, & ut aliquo piaculo cædes innocentium manifesta expiaretur, jubet ædificium dirui, ne cruento suorum parietes aspersi appareant, ædiculam ibi à fundamentis extrui. Deiparæ virginis, D. Nicolao dedicare præcipit: ubi quotidie sacerdos monachus perlitaret, atque manes, obpietatem pro principe crudeliter cæsorum, placaret. Omnia polliciti sunt monachi, testesq; in re prælente fuere, Otto dux Bojus Palatii Rhenani procurator, Ludovicus filius eius, Otto Hochburgensis limitis, Hainricus Burgionam præfetus, Ludovicus major, comes ab Oettingen, Gotfridus comes ab Hohenloch, cives Regnab. factum anno Christianæ salutis 1257. mense Ianuario. Extat Conradi.

ad verbum exceptum, suo diplomate signatum, monachis reddidit.

Celi in medio templo D. Haimerami humari ostenduntur. Ulricus dignitate movetur. Albertus, capite deminuto, in monachorum ordinem redigitur. Conradus princeps conjurationis fulmine, de cœlo tactus sub dio equitans, interiit. Reliqui consciæ in Bojemiam aufugere.

Idem. Cum Otho Dux Bojorum iunior, Marchiam Brandenburgicam Carolo 4. Imperatori vèdidisset pro aureis 200000 nihilominus tamen sibi retinens titulum Eleæoris, & nomen Archichesaurarii Sacri Imperii Romanæ reliquo agro patrio, concescit in Bavariam, & nummos consumit in castro Wolffstein in gaudiis cum speciosissima quadam molitrice, cui nomen Margareta: cujus gratia illa molia ad hodiernum usque diem nomen obtinuit: Molendinum Margarethæ.

At Dux Ludovicus Barbatus Ingolstadius volvebat tristes questus contraria. &um hoc, & literis ad Cesarem Sigismundum, filium illius Caroli referebat. Patrem eius Carolum dolis circumveniente cognatum suum in hac emtione: Hoc enim exiguo precio restes Campanarum eius terræ non potuisset emere. Idem faciebat & frater Othonis, Dux Stephanus, cui tantopere hoc dolebat, ut præ morticia & angore Monachii decimo Maii, anno 1375. indignatam expirarit vitam: quem post unius anni lapsum Subsecutus fuit is frater Otto, quirecio illo Marchiam vendiderat.

Idem. Anno Christi 1316. cum Intervallo regni Pontificalis duos annos menses sex in Ecclesia Romana fuisset, Philippo sexto Cæsarum rege conniente, Iacobus Babucus rebus Ecclesiasticis impunitur, & Joannes vicefimus secundus cognominatur. Isque Conrado Gurcensi Episcopo, ac Austriacis ad se misso, ut Ludovico in ordinem redacto, Friderici imperium ratum esse, decerneret, petenti, Rudolphum atque Albertum avum, parentem Friderici collaudanti, item Fridericum sobolem Augustam, indolem eius, atque mentem nutritam, ac educatam, faultis penetralibus orcam, fortis fortibus atque bonis procreari, & injumentis atque equis esse patrum virtutem, nec imbellem columbam feris aquilis progenerari, multis commemoranti, paucissimis responderet: Salomonem omnium mortalium haud dubie sapientissimum, filium tamen stolidissimum genuisse. Legatos deinde non admodum benignè audiens,

immortalitate donati post excidium eccl^mum orbis forent, cælestem in curiam recipi prædicavit. Legi ego Epistolam (quæ extat) Theologorum ejusdem tempestatis, maxime Parisiorum, qui illum hærefoes nota inurunt, atque, ut resipiscat, commonefaciunt.

Idem invitis mystis Episcopos impo-
suit, sicuti Fruxinensibus Joannem Bris-
xinensem, deinde & Bambergensem. Illi,
ut symmystas placarent, Parochias ipsis
tributarias fecere, hospitalitas tum abo-
lita est. Quod in alimenta pauperum ante
distributum, in ornatum, cultum
parietum atq; pompam versum est. Tum
privata sacrificia, sacrificularios Pontifi-
ces, sacrilegia, compilationes, peculatus
(ut tum autumabant) templorum, ac si-
cuti nunc vocant, incorporationes, & ab-
sentias invaluisse, reperio.

Hic etiam alter & vicesimus, omnium
Pontificum Rom. qui unquam fuere, pe-
cuniosissimus, paupertatem non solum à
Christo servatore nostro, ejusq; comiti-
bus, & legatis, verum à philosophis quo-
que, poetis, oratoribus, historicis, alienis
à religione nostra, collaudatam irritis.
Franciscanos in diem viventes, hostiatim
victum mendicando querentes, suæ opini-
oni adversantes, ut qui, Christum, eius
nuncios nihil possedisse, docebant, im-
pietatis, pestiferi erroris condemnavit,
ex civitate Christiana exegit, faterculos
nuncupavit, plerosq; igne concremavit.

Idem. Eodem consilio a & a vicesimi se-
cundi, hoc diplomate Imperatorio, quod
Latine extat, denuo rescissa sunt:

Imperator Ludovicus 4. divinodun-
taxat munere Cæsar Augustus, universis
Christianis salutem. D. Petrus atq; Pau-
lus, nuncii æternæ majestatis primarii,
longo ante tempore prædixerat, cecine-
runt, sedulo nobis denunciarunt, post fa-
ta sua vafras, versutos, audaces, falsos
prophetas, sacerdotes, legatos menda-
ces, futuros, factaque jam pridem illo-
rum depinxere nobis. In templo Dei
(inquiunt) hoc est, Ecclesia, quasi sint
Deus, sedebunt, & super omne id, quod
usquam gentium aut colitur, aut cultum
est, extollentur.

Neque dicendi neq; faciendi ullum;
nisi quilibet, noscent modum, gloriam,
regnum concupiscendi nec finem scient,
nec terminum capient. Dominationem,
potentiam, urbi orbique terrarum, nec
minus ipsis exitiabilem, rejecta cruce
Christi, arripiunt, confitit ad quæsum.
Iucrum, ambitionem, luxum sermonibus

timus; & plane, non amittit rationabilius,
sentimus. Non imus inficias, est genus
hominum superstitionis, quam ut tem-
porum infelicitas refragetur, ad fraudes
& commenta superstitionis, quibus vul-
gus imperitum facile laetari atque capi-
solet, ingeniosissimum existit: ad tutan-
dos mores impudentissimum; credulitate
stultorum, quorum infinitus est numerus,
abutitur.

Meum est hujuscemodi argutias atque
vaframenta, ne hisce simplicitati Chri-
stianæ imponatur, veritati divina illu-
datur, detegere atque confutare. A spinis
non colliguntur uvæ, Prophætæ Dei non
accipit munera. Qui vult maximus esse,
sit infimus omnium, nuncius Christus pre-
cipit, & reges quidem dominantur po-
pulo, vos autem servi gregis mei, nempe
pastores, non domini estis.

Nihilominus tamen, quanquam illa
clarissima sint, tamen pessimi Pharisei,
perditissimi Antichristi comitiis Cæsarei,
suffragiis principum, rebus impositum
ajunt, non esse imperatorem, nisi prima-
rius sacerdos, qui dominus rerum & utri-
usque potestatis manceps sit, authoris-
at. Id etsi pravum, ineptum, falsum, per-
quam absurdum, alienum à vita sacerdo-
tis crucifixi, divino humanoque juri, sa-
cris contrarium, nec rationi consilane-
um siet, tamen illi impostores in maliciis
pervicaciores, quam boni in pietate
existunt.

Quis obsecro non videt, nisi planetal-
pa perpetuo oculis à summo terum op-
ifice damnatus, terræ tenebris incubet?
Repugnantissima sunt, nec coire pos-
sunt, corporale & spiritale, terrenum &
coeleste, fluxum & eternum, cadum & im-
mortale, ensis myticus atque ferrens. hic
Cæsari à Deo datus est, ut malis & paci-
atque concordiæ disturbatoribus neci-
dat, boni tranquilla quiete perfici-
tur: ille concioni Christianæ à Servato-
re commissus mortuos vitæ restituit, ne-
minem occidit. Diversa sunt sacrificiis
& Augustus, utique celesti dono con-
stituiter, suis limitibus clausus, atque ut
sunt humana & divina, ille servorum ser-
vis, hic princeps principum habetur, &
esse in bene constituta Republica debet;

Nos solius Deibeneficio, curiæ totum
Comitorum jure, lege suffragiorum, au-
thoritate Senatus, majestate, atque viri-
bus populi principatum tenemus. Si quis
ambigat, ad sacra historiæ penetralia, an-
nales priscoe recurrit, ita dubitare des-

ubi non semel scriptum est. Pontificis atque Imperatoris omnino diversas esse jurisdictiones, nec rives earum commiscendas esse.

Quocirca liquet, quam perperam atque temere vicefimus ille secundus Imperii habens sibi usurparit, praeter fas atque aquum Italiam à regno Germanicæ separare conatus fuerit, adversus leges, instaurata, morem majorum, contra auspicia, intercessionem, autoritatem senatus, maiestatem principum, atque populi Romani, italicæ, Germanici. Nondum nobiscum, quamcum ipsa Republica Christiana bonus sane pastor vi & armis, & manu, non jure discepavit. Sanguinem Christianam lupus cruentus sicutivit, & huius.

Idem hostis, accusator, testis & judex, atque inimicus noster publicus, in propria causa tamen adversus nos absentes, indemnatos, invocatos, injudicatos, inauditos, nec citatos, nec loco legitimo, nec die dicto, contra leges, indicta causa, secundum se homo bellissimus pronunciavit. Sicut in rebus invisibilibus & divinis sacredoti cedim⁹: ita jure nostro in humanis, & his, quæ conspici tangive queunt, superiores eo, qui temporalia, dignitatem regum nostro beneficio possidet, sumus. Oportet magis Christo, quam Pontifici Max. obtemperare, ille Imperatori suos dicto audientes esse precipit, hic verat.

Hacce ob causas bene, recte, atque sapienter, ab hoste Reipublicæ Christianæ ad futurum totius Christianismi, cuius ille membrum (sic tamen existit) non caput est, senatum provocamus: O bis, inquit D. Hieronymus, major est quam urbis Ecclesia.

Sententiam igitur illius alterius & vicissimi aduersus nos latam, vanam, iritatem ex concilii decreto censemus, declaramus hoc editio, quod Francofordie in augusto templo ritu solenni subfixum. Si quispiam pertinax fuerit, qui oblatrare aut obstrepare auit, tanquam veritatis osor, pacis conturbator, hostis Reipublicæ, inimicus pietatis, satelles Antichristi, mancipiu⁹ Sathanæ, perduellionis, perfidæ, perjurii reus, non philosophorum argumentis vel decretorum, sed verbere, vinculis, carcere fatigatus, possessionibus, peculio multabatur, & ultimo supplicio, more majorum parricidium luet. Datum in oppido nostro Francofordia, die sexta Augusti, anno Christianæ libertatis 1338. Domini

remore, & intercedentibus flamib⁹, maxime rege Galliz, inductum atque depravatum, leque re infecta abiisse queruntur, illis suspectam felicitatem, concordiam populi Germani esse, qui neminem secum dignitate exæquari, nedum superiorē ferre velint, inferunt. Postremo proverbium Romanenium propounding, quibus maxime utilis sit, Germanos esse quam stolidissimos. Hacce ob causas proceres universæ Germanicæ, sacerdotes, dynastæ in agro Mogontino conveniunt quarto Idus Iulii, holiem Reipub. atq; religionis Christianæ proditorem judicant, quicunq; illa acta vicissimi secundi tutatus fuerit. Sed præstat, hujuscemodi Senatus consilium sensibus omnino, partim etiam verbis inferere.

Anno Christianæ libertatis 1338. sexto die Julii, hora 6. Benedicti XII. Pont. Max. anno IIII. in pomario v. ci Rheno-fæ, in ripa Rheni amnis, ubi fere septem viri Cæsariani eleæores convenire, atq; de summis Imperii rebus colloqui solent, Henricus Moguntinus, Valentinus Agrrippinensis, Balduinus Treverorum archimysta, Rudolphus, Rupertus duo, & Stephanus, præfecti prætorio Rheni, cum nondum decretum foret, quisnam eorum comitiis Cælareis suffragium ferret: Rudolphus dux Saxonæ, Ludovicus Brandenburgensis limitis præfatus, item alii plerique omnes sacrosancti Imperii clientes & optimates, sacrati, prophani, concione vocata, sacramento prius rotati, ritu solenni ex concilii decreto, accitis tribus libellionibus, qui in acta, quæcunq; fierent dicerentur, ex fide referrent, subscriberent, atque in vulgus ederent: hanc rogationem, sanciverunt, iusserunt, voluerunt, promulgarunt, perpetuo sanxerunt.

Sacrosanctum Imperium, summa in terris potestas cœlestis donum est. Imperator enim primus ante omnes, secundus post Deum est, & tam grande nomen a solo Deo traditur. Cui soli ille Reipublicæ administratio rationem reddendam habet. Quia supremo duntexat carlinum in summo rerum humanarum fastigio collocatus est, & in terris neque param neque superiorem habet. Per quem leges, jura, regna humanæ genti largitur æterna majestas. Cæsari reddite, quæ Cæsaris sunt, præcipit Christus. Is & comites eius omnes, vestigalia, honorem, officium, obsequium obedienter ac reverenter Imperatoribus præstiterunt.

A curiatis igitur Heinrichis tribus im-

ubi non semel scriptum est. Pontificis atque Imperatoris omnino diversas esse jurisdictiones, nec rives earum commiscendas esse.

Quocirca liquet, quam perperam atque temere vicefimus ille secundus Imperii habens sibi usurparit, praeter fas atque aquum Italiam à regno Germanicæ separare conatus fuerit, adversus leges, instaurata, morem majorum, contra auspicia, intercessionem, autoritatem senatus, maiestatem principum, atque populi Romani, italicorum, Germanicorum. Nondum nobiscum, quamcum ipsa Republica Christiana bonus sane pastor vi & armis, & manu, non jure discepavit. Sanguinem Christianum lupus cruentus sicutivit, & huius.

Idem hostis, accusator, testis & judex, atque inimicus noster publicus, in propria causa tamen adversus nos absentes, indemnatos, invocatos, injudicatos, inauditos, nec citatos, nec loco legitimo, nec die dicto, contra leges, indicta causa, secundum se homo bellissimus pronunciavit. Sicut in rebus invisibilibus & divinis sacerdoti cedimus: ita jure nostro in humanis, & his, quæ conspici tangive queunt, superiores eo, qui temporalia, dignitatem regum nostro beneficio possidet, sumus. Oportet magis Christo, quam Pontifici Max. obtemperare, ille Imperatori suos dicto audientes esse precipit, hic verat.

Hacce ob causas bene, recte, atque sapienter, ab hoste Reipublicæ Christianæ ad futurum totius Christianismi, cuius ille membrum (sic tamen existit) non caput est, senatum provocamus: O bis, inquit D. Hieronymus, major est quam urbis Ecclesia.

Sententiam igitur illius alterius & vicissimi aduersus nos latam, vanam, iritatem ex concilii decreto censemus, declaramus hoc editio, quod Francofordie in augusto templo ritu solenni subfixum. Si quispiam pertinax fuerit, qui oblatrare aut obstrepare auit, tanquam veritatis osor, pacis conturbator, hostis Reipublicæ, inimicus pietatis, satelles Antichristi, mancipium Sathanæ, perduellionis, perfidus, perjurii reus, non philosophorum argumentis vel decretorum, sed verbere, vinculis, carcere fatigatus, possessionibus, peculio multabiliter, & ultimo supplicio, more majorum parricidium luet. Datum in oppido nostro Francofordia, die sexta Augusti, anno Christianæ libertatis 1338. Domini

remore, & intercedentibus flamibus, maxime rege Galliz, induatum atque depravatum, leque re infecta abiisse queruntur, illis suspectam felicitatem, concordiam populi Germani esse, qui neminem secum dignitate exæquari, nedum superiorum ferre velint, inferunt. Postremo proverbium Romanenium propagant, quibus maxime utilis sit, Germanos esse quam stolidissimos. Hacce ob causas proceres universæ Germanicæ, sacerdotes, dynastæ in agro Mogontino conveniunt quarto Idus Iulii, holiem Reipub. atque religionis Christianæ proditorem judicant, quicunq; illa acta vicissimi secundi tutatus fuerit. Sed præstat, hujuscemodi Senatus consilium sensibus omnino, partim etiam verbis inferere.

Anno Christianæ libertatis 1338. sexto die Julii, hora 6. Benedicti XII. Pont. Max. anno IIII. in pomario v. ci Rheno-fæ, in ripa Rheni amnis, ubi fere septem viri Cæsariani eleæores convenire, atque de summis Imperii rebus colloqui solent, Henricus Moguntinus, Valentinus Agrrippinensis, Balduinus Treverorum archimysta, Rudolphus, Rupertus duo, & Stephanus, præfecti prætorio Rheni, cum nondum decretum foret, quisnam eorum comitiis Cælareis suffragium ferret: Rudolphus dux Saxonæ, Ludovicus Brandenburgensis limitis præfatus, item alii plerique omnes sacrosancti Imperii clientes & optimates, sacrati, prophani, concione vocata, sacramento prius rogati, ritu solenni ex concilii decreto, accitis tribus libellionibus, qui in acta, quæcunq; fierent dicerentur, ex fide referrent, subscriberent, atque in vulgus ederent: hanc rogationem, sanciverunt, iusserunt, voluerunt, promulgarunt, perpetuo sanxerunt.

Sacrosanctum Imperium, summa in terris potestas cœlestis donum est. Imperator enim primus ante omnes, secundus post Deum est, & tam grande nomen a solo Deo traditur. Cui soli ille Reipublicæ administratio rationem reddendam habet. Quia supremo duntexat carlinum in summo rerum humanarum fastigio collocatus est, & in terris neque partem neque superiorem habet. Per quem leges, jura, regna humanæ genti largitur æterna majestas. Cæsari reddite, quæ Cæsaris sunt, præcipit Christus. Is & comites eius omnes, vestigalia, honorem, officium, obsequium obedienter ac reverenter Imperatoribus præstiterunt.

A curiatis igitur Heinrichis tribus im-

& antiquis more majorum celebratum ex carminibus. Quamvis Romani flaminis, aegritudine animi, quod homo vindicta avidus de hostibus, ut vellet, supplicium tumere non posset, animam ipsam effusse, credi sibi postulant.

In paucis quoque post diebus Quintus è medio tollitur. Hunc adversarium suis mendicanti religioni, refutunt. Hermannus & Vilhelmus Occomensis Franciscani, hominem ambitus, libidinis extrema, avaritiae nota inaurunt. Cuncta tum via, crimina, scelerata, flagitia, quæ haecenius sub virtutis specie, pietatisque omne Romanam Ecclesiam incesserant, impudentissime aperteque invaluable, commemorant. Paupertatem Christianam opprobrium maximum, via virtutes, perfidiam justitiam, simplicitatem impietatem, religionem stultitiam censeri, omnia denique Romæ venalia esse, conqueruntur.

Idem. Anno Domini 1192. in concilio Invaviz, iussu Romani prælatis, Menardo Tyrollio sacris interdictum est, quod Tridentini castella occupata vi obtineret ac Henricum continuis bellis attritum cedere compulisset. Qui, sibi injuriam fieri ab illis sanctissimis, vociferatur, edito publico obnunciat, crimina objecta ita diluit.

Evidem (ita me Deus amat) bellum non infero, sed propulso: nihil unquam mihi magis cordi fuit, quam pacem cum quovis hominum, maxime cum Episcopis conservare, nisi boni patres, ut ceteri mortalium, copia rerum corrupti, nobis immeritis ultro arma prava libidine dominandi, intulissent, nosque terris avis spoliare conati fuissent. Arma sumi, castella hostibus patris ademi, quo mihi ac popularibus ocio frui absque armis liceret.

Quod si quispiam vas atque praesuerat, ne metuere perfidiam & lupos debebam, neve decerero hujuscemodi nobis à fastuosis illis archisynagogis (nam pastribus dicere religio est) contingent, aequum omnia reddam: Alter nunquam committam, ut tam stultus videar, ut c manu manubrium mihi eripi patiar, aut memet ultro, atque meos ludibrio effeminatis Antichristis atque prodigiosis eunuchis esse, sinam.

Nemo magis concordiam Christianam labefactat. Non sacris literis interpretandis, aut edendis, sed libertis dant operam, Liberum amant, divitias congre-

tichristi non sunt: quid aliud obsecro sunt?

Estne isthuc pascere oves? amare gem: regna, opes, aliena appetere, pro gloria dignitate digladiari: oviculas opprimere, occidere, belligerari? Christi præceptum invertunt: donanti tunicam & pallium vi auferunt. Quis tam ferreus, vel, ut verius dicam, tam stolidum pecus fuerit, ut superbiam, fastum, perfidiam, fraudem, flagitia, scelerata, luxum, & avaritiam nebulae quo animo ferat? Peiores Turcis, Saracenis, Tartaris, Iudeis sunt: plus his omnibus Christianæ simplicitati officiant: libertatem Christi sanguine partam excindere consonant: dominationem trahiunt. Cum nostri servi sint, ipsi dominari contra ius gentium, adversus leges, auspicia, & oracula divina, dominos sibi servire, volunt. Scitum est vulgi proverbium: Sacerdotes superstitionum preliis calliginem oculis offundere mortaliū, & ceremoniis carminibusque casis, veluti mandragoræ soporiferæ poculo, mentem mutare, & humanis animis, atque sensibus stuporem propinare. Nonne pastor aut oves ronderet, aut mulge? Nonne nuncius rem Domini atque eorum, ob quorum utilitatem mittitur, agere debet? Proinde à sevo, & nobis iniquo Pontifice, ad æquum pastorem plenissimumque partem provoco. Inter hæc, dum illa ad Pontificem deferuntur, ipse animam efflat.

Idem. Isiddem diebus Marinus animam efflat, & regno Ecclesiæ Honorius quartus imponitur. Is Germanorum amantior, Ioannem Episcopum Tusculanum, flaminem Romanum in Germaniam legatione suscepta proficiunt, postulatum, ut Caesar cum exercitu Romam petat, Augusti cognomen suscipiat, & Campaniam, Apuliam, Calabriam, Siciliam, pulsis Gallis, Hispanis, Imperio atque Germanis afferat. Monachi, sacerdotes, feminæ sacratæ, pontifices majores, minores, militibus stipendia, nimisrum quartas, quinquennales omnium rerum suarum contribuant. Has ob causas Caesar, & sacrificus Romanus Würzburgii altero & vicesimo die quadragesima octum Ecclesiasticum cogunt. Frequentes monachi, sacerdotes, archimystæ, episcopi convenerunt.

Cumq; his in templo confidentibus, mandata primarii sacerdotis Tusculanus pluribus aenerit, speciosis dictis: longe

te atq; oblitamente nuanime, recitare
cepit, legere pergenti Tusculanus ne-
quicquam diras dicit. Nam cæteri omnes
monachi & sacerdotes proflunt, uno
consensu devoventi obganniont, clamant,
vociferantur, pestrepitant.

Romanensis vim præsentemque necem
sibi imminere, suspicatus, nec se manus
horum crudelissimorum, Germanumq;
furorem evadere, male ominatus queri-
tatur, fidem, arma, opem Cæsar is implo-
rat. Comites eius, auctum de domino suo,
rat, disfigunt. Magister equitum, ar-
mato milite jussu Cæsar is (qui tumultum
hunc jam audierat) in ædes sacras irrum-
pit, Joannem trepidantem, metu exani-
mem ad diversorium deducit. Probus
Franciscanus, episcopus Tullensis, Tubi-
orum (Tubinga) oppido in Suevia ortus,
sacrarum literarum interpres, cujus tum
clara facundia atq; pollens erat, in labro
Iustrico consistens, hujuscemodi oratio-
nem fecit:

Quo usq; collegæ charissimi, Romu-
lei illi vultores patientia nostra, ne di-
cam stultitia, abutentur? quo usq; eorum
flagitia, avaritiam, superbiam, luxum
tolerabimus? Non cessabit hoc genus
Archisynagogæ pessimum, nisi omnes
ad egitatem, & servitutem durissimam
redegerit. Discordia nostra hocce malum
crevit; discordia nostra illi nebulones
tuti sunt. Nec unquam, diu illi salvi fue-
rint, Christianis fætam pacem servare, ab
armis feriari, pietatem inter se colere li-
cebunt.

Nuper Saxones atque Suevos inter se
commiserunt. Deinde divum Fridericum
secundum, Reipub. Christianæ utilissi-
mum, Conradum quartum, Suevos, atq;
optimos Principes Imperio simul atque
vita privarunt. In Germania discordiz
mala Sarthana & Antichristi satrapæ semi-
narunt: Conradum postea insontissimum,
immetitissimum, & optimæ indolis ado-
lescentulum, prolem divisorum, jure gen-
tiū hereditatem majorum rétentem,
fraude, dolo interceperunt, ac crudelissi-
me necarunt: Suevos atq; Francos Ve-
striacos inter se armis, veluti spectacu-
lum sibi ac paria componentes, commi-
sarunt. Deinde adversus hos Hispanos
concitatunt. Nunc nos adversus Gallæ
atq; Hispanæ proceres, cognatos no-
stros, ex Germania quondam profectos,
concitare nituntur.

In memoria habere, quid ante duode-
cim annos ille sane egregius Decimus
cum decimis egerit, idem Quartus cum
quinquaginta illis. Grecorina vici-

aureum nummis sexcentis se redemerunt.
Hinc licet existimare, quanti illa conci-
liabula constent, quantumvis auti corra-
datur. Fallacia fallaciam trudit, atque
placita hujusmodi argutorum hominum
magis more, quam ex bono atque æquo,
Sathanæ illi lucem simulantes, commi-
niscuntur, quibus populo tenebras of-
fundunt. Quæ nequaquam Christo Domi-
no Deoque nostro cordi esse, exitus &
opera, nisi plane cæci simus, probant,
eventus docet, sacre literæ cantant.

Proinde, Patres Christo devotissimi, ex-
pergiscimini, consulite, succurrите rebus
perditis, resipisciite, atq; capessite Rem-
pub. Majores nostri immunes Iaspiti,
tamen Romanos armorum stabilissi-
mos, disciplinæ militaris peritissimos,
gentium viatores, rerum dominos, orbis
terrarum domitores, humano generi, si-
nitimis imperitare, permoleste tulerunt,
eorumq; imperium armis solverunt. Nos
pueris atque effeminatis (ne quid gravi-
us dicam) æquo animo servimus. Quis
ille Tusculanus, non sum nescius. Novi
hominis mores, aurisuga est, venalisque
scenerator, atq; perfidus, vile pecunia
mancipium. Ego minas eius floccifecero.
Senatumque totius orbis Christiani ap-
pello.

Hæc ubi Probus dixit, cæteri omnes
sententiam eius collaudant, atq; sequura-
tur. In paucis diebus universi, Tuscula-
no vim formidante, neque in publicum
prodire audente, paulatim dilabuntur.
Ita re infecta concilium solutum est.

Idem lib. 7. Annal. Bojorum. In Italia
Petrus Moroneus ex consecratis D. Be-
nedicti, tertio nonas Iulias Pont. Max.
legitur, & Celestinus quintus occupa-
tur. Is Mænardum Tyrolium ab aliis de-
votum resolvit. Dum invitis Romanensi-
bus asello vehitur, paupertatem Christi
emulari conatur, infestos sibi sentit fla-
mines. Quamobrem lege lata atque pro-
mulgata, qua liceret Pontifici Rom. se
abdicare, sexto mense, reliquo regno Ec-
clesiastico, ad privatam reddit vitam, suc-
cessit hono Cal. Januarii Bonifacius ille
Octavius. Qui, inducto priore decreto,
pontificatu maximo abire, nefas esse sta-
tuit inexpiable. In hunc convicia, ma-
ledicta, probraq; obscenæ, crimina ne-
fanda congregere Philippus Gallæ rex, &
mendicantes monachi, quibus Octavius
adversabatur.

Idem. In publicis Imperii Romani, Ludovico 4. Cesare, editis habentur hæc sequentia : Homines sceleratissimi cruentis manibus, immani avaritia nocentissimi, & iidem superbissimi, itidem luxu effeminati, atq; ambitione perditi, quibus fides, decus, pietas, postremo vitia, virtutes, honesta atq; inhonesta omnia questrui sunt, arcem Reip. Christianæ occupant, tumultum ex tumultu, bellum ex bello ferunt.

Caput factionis Jacobus ille de Baburca, qui se Papam Joannem 22. nominat, ingentem vim pecunie, quam undique a Christiana plebe fraudulenter corrasit, adversus sanctos Dei, Imperio Christiano devotos expendit. Regno humano inhibet : sicut pastor est personatus, ita mysticus est Antichristus, canis pellicula rectus, in gregem Christi lupina rabiie gravatur, monstrum biceps, mundanus & spiritualis esse contendit. Sacrosanctum Rom. Imp. cui Christus & comites ejus obtemperarunt, & rectigales fuerunt, sacrificuli factuosi beneficium esse, perniciamus.

Alia illins Jacobi pestilentissimi pessimifacinaora reticco : sacrificulos, qui canes muti latrare non audent, pœnarum metu, ne veritatem dicant, perterriti sunt. Jacobum igitur antea à sacrum literatum Antistitibus Hæresiarchen declaratum, ex concilii decreto, more majorum, pontificatu submotum, atq; à Christo repudiatum pronunciamus. Habemus bonorum exempla, quibus nobis licere id facere, quod illi fecerunt, putamus, &c.

Imperi Antichristi authorem, jure nostro, consilio, sententia, consensu communis principum, Pontificum, Germaniaz, Italiz, efflagitantibus sacerdotibus populoq; Romano, exauguratum, abdicatum, heresos condemnatum declaramus, proscribimus, acta ejusdem rescindimus : universi Christiani eundem in numero impiorum atq; sceleratorum habeamus, &c.

Aventinus Hildebrandi sen Gregorii 7. historiam referens inter cetera scribit hunc in modum : Pleriq; omnes boni, aperti, justi, ingenui, simplices, tum Imperium Antichristi cœpisse, quod ea, quæ Christus servator noster, tot annos ante nobis cantavit, evenisse eo tempore cœrebant, memorias literarum prodidere. Ergo fuit tum catholicus per orbem Christianum consensus plororumq; omnium bonorum hominum. Hildebrandus

tio apud superiorum temporum historicos : neque dubium est, quin talia scripta multa, quibus Papa electus Antichristus est, a pontificum electoribus superpressa sint.

Idem. Arnoldus cum, Brixia oppido Italiz ortus, sacras literas professus, discipulus Petri Abelardii in avaritiam famumq; sacerdotum pro concione crebro peroravit, tandem captus in crucemq; à sacrificulis agitus, pœnas lauit.

Idem. Quo tempore Micheldis, Welfphonis II. ducis Bojorum uxor, Gregorio VII. Rom. Pont. testamento legavit id, quod Patrimonium Petri nominavit, vocem hanc de cœlo exauditam scribunt : venenum melle litum foeminam Christianis propinasse.

Idem. Homines remerarii, ac plane impii, qui de rebus sibi ignotis, arcanisq; soli Deo notis, audacter pronunciare solent, indulgentissi no parenti perdonam saevissimi tyranni imponunt, quasi ipsi dii sint, & non errant, neq; misericordia Dei egeant. Cum interim ipsis simulata religione animi sint sub vulpe latentes, vicia virtutes, cœlum inferos, cuncta ve- nalia habeant : quorum Deus honor, pœcunia, venter, & ea, quæ sub ventre sunt.

Idem. Anno D. 1241. Othonem Bojorum ducem, & Conradum Frisingensem Episcopum, inter quos similitates fuerunt, in gratiam redigunt Eberhardus Juvenensis, & Rudigerus Bathavensis. Ægide hanc concordiam tulit Albertus Romanus Legatus Romanis Cardinalibus rem ac concordiam ipsis perniciosem aperit ut jure suo eam turbent, obsecrat, Othonem de fide suspectum reddit. Haec literæ interceptæ ad Juvenensem deferuntur. Quamobrem ille, & omnes Bavariæ Episcopi Reginoburgi conveniunt : inse Eberhardus, Heinricus Bambergæ, Fridericus Aichstadii, Rudigerus Bathaviz, Conradus Fruxinii, Sigfridus Reginoburgensem, Brixianusque Episcopus, ac Hirsbergensis dominus, Sigfridus Reginob. cum Eberardo comite de Abensberg præposito, Conrado decano, & Semano archidiacono Landeshuttam mititur, accessitum Othonem ad communes deliberationes.

Ibidem. Omnia portenta, atq; prodigia, quæ cœlestis ille magister noster cantavit nobis (evolvite annales) jam pridé fiunt. Audacia & vis omnia possident : boni in omnibus contumeliis, atq; inege-

viciis oppugnanti civitatis iniuria in-
ter se praeliantur, eruuntur regna; Civita-
tes funditus intereunt, non modo ferro
atq; igne, verum terræ motibus assiduis,
& eluvie aquarum, & morbis frequenti-
bus, & fame. Fiunt ubiq; prodigia miran-
da per omnia elementa mundi: aët vitia-
tur, & corruptus & pestilens est, modo im-
portunis imbribus, modo inutili siccita-
te, nunc frigoribus, nunc æstibus nimis:
nec terra homini dat fructum, nec seges
quicquam, non arbor, non vitis ferunt.

Cum in flore spem maximam dant, in

- p. 269. fruge decipiunt. Deficiunt in terra qua-
drupedes, in aëre volucres, in mari pisces
Crines Cometarum, solis tenebræ, color
lunæ, cadentium siderum lapsus subito,
& non usitato modo, sanguine offusum
cælum, mentes hominum maximo terro-
re confundunt.

Per iram Dei adversus homines sicut
ferrum, ignis, fames, morbus. Impii tamē
justitiam Dei non agnoscunt, imo magis
instigantr, ut oculos habeant, sed non
videant. Nisi hoc incendium extingua-
tur, universum terrarum orbem combu-
ret. Decet eum, qui primus hoc excitavit,
ruina mōstri nulla virtute redemi, quod
hucusq; Landshottæ, in oppido Bojariz,
maximo periculo Christianorum delite-
scit, extinguere.

Quid prodest, extrema popularium
pernicie serpentem orbi terrarum educa-
re? Illorum servi sumus, quibus, si viri
essemus, atq; majorum veltigia æmulare-
mur, timori essemus, fortuna illorum no-
stris vitiis incolmis existit. Date operā,
P. C. ut à Germania, gente Christianissi-
ma, cædes, discordiæ mala, incendia, cru-
delia facinora in cives, in patriam patra-
ta pellantur: pax civilibus armis exata,
concordiæ bonis revocetur. Quod tum
fiet, si Imperatori Friderico 2. Cæsari Au-
gusto, Principi Christianissimo, à Deo
constituto, obtemperabimus, & pestem il-
lam, ac serpentem Bojaria eliminabim⁹.

Posteaquam Eberhardus finem dicendi
fecit, atq; assedit, senatus decretum fit, si-
cūt ille censuerat, Albertus Bojemus op-
pidis, vicis, ædibus, castellis Bojaniz, edi-
&o exigitur. Insuper omnib. rebus, supel-
lectili, sacerdotiis, gratia, gaza, gentilici-
is hæreditatibus, item Socii ejus mul&tan-
tur.

Idem. Anno D. 1154. Innocentii IV.
Papæ jussu, Philippus Juvavensis, cum col-
legis suis Secoviensi, atq; Chiemeni, Al-
bertus Reginoburgensis, Conradus Fri-
singensis Mildorfi coēunt. Postulabat
enim ab illis Pont. Rom. ut Otthoni Bo-

erdenq; mandata ostendis in axim ap-
riunt. Hisce auditis, Regulus Bojorum:

Quid vultis? (inquit) Vos mihi prio-
res bellum indixistis, ego coactus ad Ro-
manum Episcopum provocavi, iussuque
Gregorii Pontificis maximi, armis, mea-
tutatus sum. Hoc mortuo, Romanum Epi-
scopum Antichristum esse, prædicasti:
egoq; deserta primatii Sacerdotis secta,
ad Imperatorem defeci: vos suafistis, vo-
biscum pacem inui. Nunc rursus bellum
vobis placet, magis variii atq; mutabiles
estis homine triviali.

Cur sic inepti Iudicacini Christia-
num populum vestra puerili sententia?
Æqvum iniquum est. Quod modo fes-
erat, modo nefas est: Nolo, volo: quod
dictum, indigum est, quod modo ratum
erat, modo irritum est. Mendacio credi-
tis, inquirati consentitis: vento fortunæ
circumferimini: aut nunc, aut antea er-
ratis. Pacem inire cum optimis princi-
pibus, suafistis, parui libenter vestris co-
filiis pacem, atq; fidem servabo: repu-
gnantia nunc docetis, atq; more magis
versutorum, atque arguetorum homi-
num, quam ex æquo atque bono potesta-
ti resistere: his, à quibus beneficiis collo-
cupletati sum, ingratissimos, esse, jubatis,

Decernite vos, quidnam æqvum sit?
Hominibusne discordiarum fallacibus
fabris, an Christo concordiæ auctori ob-
temperabo? Qui gladium accepit, gla-
dio pereat. Qui sitis, opera vestra ostendunt:
opes, potentiam, divitias, honorem
voluptatem, munera concupiscitis, appeti-
tis, adamatis: pro hisce vici cupiditate,
pejus Turcis, Saracenis, armis decerta-
tis. Discordia crevisti, oves non pascitis,
gregem discissum devoratis, non licet
Christianis per vos servare pacem. Ego,
superis faventibus, obturabo animum,
mente obstinata Thycsteas vestras pre-
ces, dirasq; detestationes nauci faciam.

Ad Christum servatorem nostrum pro-
voco, qui tales Phariseos vitandos nobis
prædictis: & vestris inominatis verbis se
benè precaturum pollicetur. Quemad-
modum Deus immortalis, ne comparan-
dus quidem ad mortales est: ita dum à
vobis condemnatur, à Christo Domino,
Deoque nostro, qui nobis vestros mores
probè cantavit, absolvimur. A quo faci-
legum hoc genus hominum manus scele-
ratas, impias abstinebunt, qui ne Christo
quidem auctori nostro pepercérunt? Et
quis est ille, qui sacrificolas hujuscemodi
vivos cum liberis & uxoribus combusit?
atq; illo egregio facinore ea summa pie-

cum Conrado Cesare Dornbergium ob-
sedit. Sacerdotes, qui Mildorfi erant, ra-
ti, illum vera dixisse, cum eo in gratiam
redeunt : execratione Pontificali eun-
dem expiant. Imp. Conrado 4. PP. Inno-
centio 4.

Idem. Etenim eadem adhuc tempesta-
te Episcopi , atq; in univetsum sacerdo-
tes, amantiores artium, atq; boni publici
ac nondum servituti obnoxii erant, non
ita (ut nunc) fugitantes laborum, socor-
diz, inertiz, ocio atq; voluptatibus devo-
tierant : sapientiae operam dabant : li-
bris incumbendo : Christum amando,
oves sedulò pascendo , Rempublicam
procurabant : Christianae concioni con-
sultabant. Ipsi sacra cuncta atque munia
obrunt, populum docebant.

Arque, hujuscemodi sacerdotia atque
pontificatus fu: se primū beneficia Cx-
satrum, atque Imperatorum, & Principum
noltrorum: deinde ab Imperatoris Hen-
rici quinti tempore, omittiis calatis atq;
curiatis viritim suffragiis latis, legatos es-
se communiter à populo, sacerdotibusq;
universis, communes animorum pasto-
res: deinceps Friderici hujus ætate, exclu-
so populo, ceterisq; sacrificulis, duntaxat
mystis imponi pontifices cœptum esse,
suprà explanavimus.

p. 270. **E**as ob causas illius tempestatis Epi-
scopi in titulis, initiis epistolarum, atq;
decretorum non, uti nunc sit, ascribunt,
Apostolicæ sedis gratia, nimirum favore
humano: sed more Pauli, clementiæ dun-
taxat divinæ id munus atque donum ac-
ceptum referunt. Ita enim cœpisse epis-
tolas, senatus consulta, placita, rescripta,
exempli gratia, reperio: Sigefridus sola
miseratione divina Reginoburgensis E-
piscopus.

Non licebat tum Romano Pontifici
absque illorum, utpote venerabilium fra-
trum suorum consilio, in cuiusquam pro-
vincia quicquam attentare , nempe illi
melius sui gregis mores cognoscebant, à
Deoque se, non ab hominibus destinatos
existimabant.

Si quipiam peccatum , aut temerè
ad eum fuerat, quod coargendum foret
id primū ad suum gregis pastorem re-
ferebatur : isque primum cognoscebat,
Romanus duntaxat admonebat : cuncta
jure, lege, bonorum vitorum ex provin-
cia arbitratu, & more majorum, ex com-
munis consiliis populatum, sacerdotum
decreto agebantur. Nihil tumultu, ar-
mis, vi, dolo malo, potentia, seditione,
enim, paucorumve, pessimorum etiam
temeritate arque libidine gerebatur.

Hoc institutum tollere, & anti-

opprimi poterat, quem illi suum charis-
simum , atque pientissimum Principem
propalam prædicantes, nequaquam sal-
vo rerum statu deserturi videbantur.

Primus enim Imperatorum, sicuti & in
libris pontificalibus legimus, & diploma-
ta ostendunt . Fridericus ille secundus
tantæ immunitate sacerdotum genus cō-
donavit , quā mox adversus eum abusi-
sunt Romanenses.

Idem, valdè multos sacerdotes Ger-
manorum Apostolo Bonifacio reclama-
re, ait, eumque in publicis concessionibus
accusasse , quod esset mendaciorum au-
thor, Christianæ pacis perturbator, ac re-
ligionis corruptor , sed partim Pontifi-
cum Rom. tyrannide, partim regum au-
thoritate, hos pietate præstantes viros re-
prescit.

Clemens presbyter Scotus cum Alber-
to quodam Gallo, cui monachorum hy-
pocrisis displicuit valdè, amicitiam con-
traxit : ab hoc Clemens veritates Apo-
stolicas edocet, multa in Gallis & in
Germania sub Venefrido Bonifacio An-
glo, Moguntinensi Archiepiscopo & ma-
gno Germanorum Apostolo , post quas-
dam disceptationes, incommoda perfun-
dit, vehementer enim Clemens ei in mul-
tis restitit, una cum Adelberto, ac sociis,
Sydonio Bavarorum archiepiscopo , &
Virgilio Hyberno, ejusque odiosis ac su-
perstitionis conatibus occurrit, circa im-
purum cælibatum mox clericis imponé-
dunt, reliquias non contrectandas , sta-
tuorum venerationes , Rom. Pontificis
primum, depositiones regum, jura me-
torum violationes, missas pro mortuis,
purgatoriis terrores, & alias diaboli im-
posturas.

Samson Scotus, Clementis prædicti fa-
miliaris, restitit quoque Bonifacio, quod
potius Antichristianismum, quā n Christianismum in Gallia & Germania plan-
tasset, & paganismum introduxit in su-
is reformationibus. Vocabat cum suis fos-
ciis Bonifacium adulatorem, præstigia-
torem, exorcistam, insidiatorem callidum,
mollem, & effeminatum martyrem,
quum sociabiles ac familiares haberet de
sua natione fœminas Liebam, & Hadelo-
gam, quas suas delicias ac teclas nomi-
nabat, Bergiten, Waltburgam, & alias.
Adelbertum Bonifacius damnatum, in
Fuldensis cœnobii à se fundati carcerem
conjecit, ubi, ut apparer, computruit: re-
liqui excommunicabantur.

Idem, Heinricus 7. perlustrata, subje-
ctaque circumquaque Italia , Romam
profecit. P. 521.

tus iis præliis enituit, palmam tribuit.
Deinde à Nicolao Hostiensi, Arnulpho
Saxonensi Episcopo, Frischone diacono,
flaminibus Romanis, quos eò Clemens V.
Pontifex Maximus misericordia, consecratur:
susceptoque cognomine Augusti, non so-
lum indignum majestate Augustali, ve-
rū etiam contra majorum morem li-
bertatemque religionis Christianæ esse,
principem principum, orbisq; terrarum
dominum Servo servorum sacramentum
dicere, existimavit.

Unde Clemens odio incensus, ad Cam-
panæ Apuliæq; principes, hostes Augu-
sti deficit, Rupertum adversus Cesarem
concitat, Augustus saepius ab hisce vene-
niss appetitus, Rupertum crim ne lese
majestatis ex concilio decreto condonat,
Romaq; in Tusciā migrat.

Idem. Joannes illi, qui s: Papam vice-
sum secundum nuncupat, qualis sit,
oviculis Christi nostro beneficio operæ
precium est agnoscere, ne (deceptæ pelle
ovina) à sevissimo lupo devorentur.
Nempe sanguinem Christianum fit, di-
scordia, seditionum mala ubique gemitum
inter Christianos ferit. In Germania
& Italia, literis, pollicitationibus, auro
principes, tetrarchas, episcopos, sacerdo-
tes, monachos, cives corrumpere nititur,
inducit, sollicitat, ad arma vocat.

Adversus divinam providentiam, su-
premam cœli majestatem, unde omnis
potestas existit, contra charitatem Chri-
stianam pugnat, fratres in fratres armat,
precipit, ut Christiani mutuum affectum
& amorem, quem solum pater immorta-
lis à nobis exigit, exuant, arma corripi-
ant, atq; in sua viscera vertant, fidem frā-
gant, pacta dissolvant, invicem fraudent,
decipiunt, imponant, à sacro sancto Imperio
deficiant, rebellionem, conspiratio-
nem, cedes, incendia, supra faciane.

P. 271. N: c licet per hunc Antichristum Chri-
stianis pacem à Deo datam servare, tanta
est hominis, vel potius Sathanæ illius ve-
cordia.

Publicè pro concione scelera sua, qua-
si benefacta, prædicat. Cum Christiani
(inquit) principes inter se discordant,
tum vere Romanus Imp. est Pontifex
Maximus, demum regnat, demum domi-
natur: discordia, seditione, mutuo odio
formidolosa fit ejus potestas, universi
ejus nutui obsequuntur, & vel secratus
observant: sedatio atq; discordia Ger-
manorum iulus est Romanorum Pontifi-
cum. Proinde pro virili entendum est
Pontifici Maximo, si salus est, velit

se, ut nullus neque Rōmæ, neq; in Italia
ultra fiet, qui Imperii rebus vel faveat,
vel studeat. Et profecto ejus fraude duo
rebus impositi sumus, quos ut vel unq;
quidem literula (cùm tamen undiq; au-
risugæ atq; vultus sui circumvolitarent
templa, fana, sacras ædes compilarent) in
gratiam redigeret, aut ut in re potius, vel
apud se, quām armis disceptare hortare-
tur; tantum absuit, ut nos ultrò ad bellum
civile concitaret.

Nullam operam dedit, ut inter nos pa-
cem componeret, imò magis discordiam
alii, modò mihi, modò Austriaco stude-
bat, nunc Friderico, nunc Ludovico fa-
vere, se simulabat, ut quisq; imbecillor
erat, ita magis huic operam suam polli-
cebatur. Ad consecrationem ultrò invi-
tabat, per fallaciam utrisq; verba dedit,
& pronos ad concordiam turfus arma
sumere persuasit.

Astu hæc omnia egit, ut interea, dum
domesticis armis, cognatisque bellis at-
terimur, Imperium pessundaret, labefac-
aret, urbes, castella, populos & Remp.
invaderet, in cuius perniciem consipa-
vit: populumq; Christi in se virtutem re-
digit, adversus sanctos Dei pugnat.

Sacerdotia maxima, infima loididissi-
mis quibusq; modò hostes Reipublicæ
sint, committit. Neminem publici boni
studiosum, aut paucis amantem in curia
Sacerdotum allegat. De Pharisiorum
supercilioso nimium sibi assumit, ni-
hil pensi habet, modò animo suo atquelii-
bidini per fas atq; nefas morem gerat.

Divina, humana decreta juxta conte-
nnit, atq; conturbat. Jus gentium violat,
leges naturæ prophanat, sacra polluit,
indicta causa, nec dum reos condemnat.
Si bi licere absque mora, actutum, vel in
nos indemnatos sententiam ferre, jacit.

Cum capitulis sit inimicus, publicus
que hostis, tamen in propria causa actor,
testis & judex est, id quod nec apud Tur-
cas, neque Judæos, neque Saracenos, neq;
Sarmatas fieri solet. Eos qui fidem Christi
servant & Christo servatori nostro præ-
cipienti obtemperant, nec ullam aliam
ob causam, heres eos nota inurit. Quic-
quid libet, licitum judicat, metitur op-
ibus licentiam.

Quid igitur cum illo agam? neq; jus,
neque bonum, neque æquum exequi sci-
réte studet. Nihil videt, nihil facit, nisi
quod jubet, Sathanæ spiritum sibi sumit,
se similem altissimo facit, se adorari
(quod cælitum quidam sibi à Joanne he-
cimur). Igitur, si tu, Cœlestis, sicut

& Deo bonis, pecc. contraria. Invenit pescatorumq; laverit, ut nuncii sui vicissim illis, ad quos missi sunt, illud faciant.

Una maiestas atque divina providentia, suis pollens opibus, nihil indiga nostri, ubique praesens, universis rebus incubat, rebus omnibus per se consulit. Nec in manu factis templis habitat. Nos Dei genus in eodem vivimus, movemur, & sumus. Ipse cœli & terræ rector est, nisi forsitan artifex natura effecta, supremusq; rerum parens senio, atque labore continuo fessus, Atlantis titu (ut est in fabulis Poëtarum) Herculis (qui respirante interea loci cœlum humeris sustineat) vicaria opera, atque sempiternus mortalis auxilio indigeat.

Sed nihil fortuitò, nihil humana temeritate aut fit, aut regitur. Imperatores quoque terris, neque forte, neque casu, neque a mortalibus, neque occulta fatum potestate dantur, sed a supremo numine eliguntur, atque divinitus constituantur, rebusque humanis a patre indulgentissimo imponuntur.

Porrò Romanus sacerdos, cuius conservatio in cœlis esse debet, urbes, castella, vicos, regiones, opes, potentiam, tantum splendorem, ius gladii, adventitia, non jure suo, sed alieno beneficio occupat, possidet, nempe benevolentia atque liberalitate, ne dicam socordia atque ignavia, rectorum Germania. At mortaliū ingratisimi de optimè meritis peskme merentur.

Ensem, cujas manubrium nostrâ munificientia tenent, in nostra viscera, quorum beneficiarii sunt, stringere non verentur. Obscuri, versuti, versipelles, Celtarum occidentaliū freti viribus atq; amicitia, gentisque gentilitiaz infirmitate, hoc est, levitate atque superstitione confisi, libertati Germaniae plaga tendunt, simplicitati Christianæ captiosis aculeis, sub magna superficie pietatis, imponunt. Darios, Crocos. Epicuros emulantur: pauperiem, ignominiam, contumeliam, famen, fitim, astum, frigus, mortes, vincula, carcera, crucem pati (sicuti Paulus, & Petrus, & Christus, cui se operam vicariam præsiderendo terræ dare gloriantur, fecerunt & docuerunt) non solum non calent, sed & pejus flagitio timent:

Divicias solas, imperia, regna, honorem spectant: anxius, quam ulli hominum, ea conquirunt: quæ tamen non tantum Christus & ejus legati contemserunt, verum etiam Philosophi, poëtz, oratores, historici, alieni a sacramento vera religionis, aspernanda esse viro sapienti, præcipue sacris destinato, constanter præcipiunt: ut quæ absq; seclera

causa Christus sentes, & spinas: Paulus rete atque laqueos principis Stygii appellavit.

Et ut est dissociabile regnum omnisc; potestas impatiens consortis, jam egregii illi pastores, opibus & splendore à majorib; nostris aucti, ferre parem nequeunt. Casarem Italia & Romæ, Christum terris extrusere: illi cœlum quidem permitunt, inferos atque terras sibi asseruere.

Deusq; terratum, hominumq; non solum dico, sed etiam credi volunt, quasi perinde animis atque linguis (quod ne Dsus immortalis quidem tentat) imperare possint, atque divisum cum Joye habent Imperium:

Repugnant, & maximè diversa sunt, crucifixus & summa potestas, miles & sacerdos: Imperator & Pastor: regnum & patibulum: corporalia & spiritualia: arma & sacra: bellum & pax: Cæsar & nuncius: princeps & minister: Dominus & servus: qui vult esse maximus inter vos (ait supremus arbiter cœli legatis suis) insimus omnium, acque vester servus sit. Ceteris recumbentibus, quemadmodum ego feci, ad cyathum ministret. Unus Magister & dominus vester in cœlis, vos autem fratres estis.

Bellua multorum capitum, monstrosa biceps est Augustus & Pontifex Maximus. Id quidem fuisse Decium atque Neronem, & huiusmodi Tyrannos, falsorum Deorum cultores, in nomismatis & epigrammati legimus. Quod de animo & corpore afferunt, nugas sunt, & contores conclusiuncula, ceu vero nesciamus, carnem adversus spiritum pugnare, & animam, nisi è corpore emigraverit, interitum. Ludibriū nature abominabile, ira Dei, socordia atque ignavia nostra est, principem principum servo servire servorum.

Si servus servorum Dei est, cur non servit? cur non amat? cur non ministrat? cur non pascit? cur non docet? non nunciat? Si id, quod cupid, esse velit, cur non Christi, Petri & Pauli vestigia in carceribus & periculis variis emulatur? Cur mentitur, tergiversat, fallit, regnat, dominatur? Aviditate potentiaz, pecunia ipsa summis miscet, omnia venalia, Deum & inferos habet. Cur vitam Christi parvi pendit? qui de hereditate à fratrib; captus, etiam arbiter judicare noluit, sed competitores ad prætores Cæsaris rejexit & tribunal relegavit. Cum populus eidem regnum Palæstinæ ultrò offerret, a fugit, suum regnum in hoc mundo non esse, confitetur.

abit, aliena, q[ui]en hil ad eum attinent, curat, usurpat: sua, hoc est, religionem, spiritualia, mores, vitam hominum neglegit: Imperium terræ, mortalia, ventante Christo, arripit.

P[ro]fides, proconsules, professus crucem atq[ue] paupertatem, in aliena ditione obtrudit. Ubi res ad interregnum redit, penes se summam potestatem esse, comminiscitur. Munus praefecti prætorio Rheni, reguli Bojorum intercipere, atq[ue] in se transference conantur.

Conradus & Lotharius, Philippus & Otto, Richardus & Alphonsus, Adolphus & Albertus & nuper ego & Fridericus, licet à diversis delecti principibus, tamen reges uterque vocabamus & eramus. Nos quidem ceremonia solenni, ex veteri priuic[ia] religionis instituto, Francofordiæ celebri loco, Comitiis Cæsaris die praescripto habitis, frequenti senatu non solum à pluribus sed à duabus classibus sacerorum & prophenorū, superis ritè salutatis atque consultis, creati atque renunciati sumus. Atq[ue] inde in urbe, quam Aquas Graneas vocant, in penetralibus ac domicilio sacrosancti Imperii ritè sacra obivimus, diadema, ensem, insignia auspiciò accepimus.

Austriacus post comitia dissoluta, contra decus Imperii, adversus leges & auspicia, contra intercessionem & institutum majorum, non stata die, nec tempore constituto, obscurovico, duobus duntas xat, pecunia & affinitate corruptis, suffragantibus, deum irrepit, ultroq[ue] se ingessit.

Et nostram sanctæ causam immortalis cœli Imperator, à quo in summo rerum fastigio constituti sumus, & ensem, ad inopem vi oppressos vindicando, & malos perterritando, accepimus, felicitate, faustis omnibus & victoria adprobavit.

Id circore recte, bene, ac sapienter, sicuti legibus caustum est, ex concilii decreto, more majorum Brandenburgensem duceatum [quem ille homo, qui vulgo Papa dicitur, Mædenburgensem falso vocat] filio nostro Ludovico in tutelam atque fidem commissimus. Etcum nostri cives, amici, populares, socii pientissimi in Italia à scilicet minibus Rom. quod Imperio & nobis fidem servarent, nec ullum aliud propter facinus armis præter æquum & bonum attererentur, nobis eos deferere non fuit consilium. Quemadmodum sacramento rogati, religione jurisjurandi promissimus, regulos Germaniæ clarissimos de Grayspach, Neyffen, Thruhedin, ad iussum secundum indecim

Nominis illis rejectis, avertius majestatem Imperii, populique victoris gentium, legatus ille Joannis, osor Christianz charitatis, Mediolanum, Comum, Cemonam, Vercellas, Novariam, Ticinum, Laudam, Mutinam, Veronam, Vicentiam, Felsinam, Placentiam, Patnam, Brixiam, Alexandriam, Terdonam, Lucam, Pisas, Aretium, Celenam, Genitz exiles, item alias ubes Italiz, insuper Mathæum, Gileatum, Passerinum, Petremalz, Montis Ferrati, Marinz, Salutariū limitum praefatos, cives, praefides, praetores Imperii, Christianissimos atq[ue] gravissimos viros, hostili animo cum copiis vastat, agros, vicos incendit, stupræ, cades, sacrilegia impunè committit: illos, quod bella civilia abhorrent, à nobis & imperio deficere nollent, crimen laicæ Majestatis, scelus perfidie admittente recusarent, hærescos nota inuisit.

Romanus Princeps, à Deo ad arcenda hujuscemodi flagitia delectus, gladium que ideo gestans, inopes, infantes cives, clientes Reipublicæ devotissimos (quibus etiam à propinquis opem ferre iustitiamus) potentia, vi, armis malignorum oppressos, sine summa infamia, abique sumo Icelere deferere non potuit, opem tulit fidissimis atq[ue] christianissimis amicis.

Accusetur illius perfidia, qui prius levit. Vim vi repellere licet. Pascat bonus pastor oviculas Christi, & amet, non amis oppugnet, vi opprimat. Argutas cævillationes missas faciat, veritatem, simplicitatem Christianam. Caristumque, cui verba dare difficile est amplectatur: illius conversatio sit in cœlis: spiritualibus deditus, corporalibus se non contaminet.

Nos nostro jure majorum institutos, sicut jus gentium est, sacra oracula docentes nostros, nimium terrena, caduca, floræ, fragilia agere sinat, & verbum inter nos non communabimus. Et tandem desinat tam impudenter mentiri, nisi forsitan omnes Germanos (ut Romanenses autem) stultos, caudices, asinos, stipites plumbeos existimat.

Me hereticorum [ut ejus verbis uer] fautorem falso vocat, Christianus sum, at ipse Hæsiarcha est. Non enim discipulus est Christi, cujus vitam irridet, paupertatem floccifacit, pietatem aspernatur, religionem polluit, sacra prophanat, mores spernit, instituta condensat, dogmata vilipendit.

Nam divum Featiscum, veritatis divinæ preconem, paupertatis Christianz confessorum, confarctos, si anni-

quam oucautam.

Homo pecuniosus, avidusque Imperii, argentum Evangelio (ubi opes scelera vocantur) aurum Christi inopis perfert, Franciscanos fraterculos, ignomino apud se cognomine, item stolidas pecudes, perniciose vulpeculas, quæ si mulata religione mundo imponant, populum fallant, nuncupat. Illorum religionem excindere, quod Christum, comites ejus nihil possedisse in terris doceant, assuerant, prædicent, conatur.

Sed contra cœtus Franciscanorum Perosis celebris, universis suffragantibus Theologis, probè ejus facta depinxere veritatemque sacris literis, testimonio divino tutati sunt; quamvis magis carcere & vinculis, quam disputationibus hujuscemodi genus hominum castigandum foret. Tamen eundem suis depinxere coriibus, atque insatiabile avaritiae baratum, & simulachrorum cultorem declarant.

Nam & auri pondus ingens, quod ab orbe Christiano, præcipue Alemanniis, Arelatensi regno, Italia, sub specie expeditiois Asiaticæ emunxit, Saracenis & Christianis, ut illis, qui ab eo compilari, atque venire detrectabant, arma inferrent distribuit. Ut Antichristus non sit, tamen, ejus antecursum atq; anteambulonem esse, necesse est.

Idem. Avinione in Gallia Benedictus duodecimus vita defunctus est. Succedit in regno Ecclesiæ Clemens sextus. Is secundos ludos seculares instituit, & quinquagesimo quoque anno, sicuti octavus centesimo, celebrandos censuit. Reginoburgio Fridericum, Aichstadio Berchtoldum, Teutonum sacratum equitem, germanos fratres Joannis Noribergensis praefeti, imposuit.

Verum mystæ illos recipere recusarunt Reginoburgenses: Heinricumque de Stein, Aichstadienses Albertum de Hohenfels Episcopum de corpore suo legunt. Hique prædia, urbes, arces, agros possederunt, & Augusto feso in cliente, iam dicarunt:

Qui eadem tempestate Humbertum Viennæ Allobrogum, & Ludovicum inferiorem in Oettingen Svevæ regulum: Ulricum Hangenhor, Magistrum Epistolarum, civilia bella exsolus, Avinionem legatos ad Clementem proficisci jubet: amore Reipublicæ iram ponit, in se præter æquum & bonum commissa condonat, pacem expetit, omnia patientia statuit, quoad spes aliqua concordiae stabiliunda relinquatur. Porro flamines (ut

consultationum ambagibus tempus extrahunt. Sibi devoti animis indulgent, nullum finem, nec modum, nec cupiditati, nec iræ, nisi vincant & voti compotes fiant, neque pónunt, neque nōrunt. Aliquo manifesto piaculo impietatem in pontifices maximos, terrarum Deos, temerè perpetrata in luendam esse, causantur. Philippus quoque Valesius, Romanæ Francie rector, ut animum Augusti ab Angliis abstraheret, sibi que conciliaret, sedulò operam navavit, ut Romanos praesides, pastorem atque Imperatorem in gratiam redigeret. Totum triennium hisce consultationibus extractum est. p 274^e

Sub idem tempus Ugrorum oratores Avinione in eodem luto hastarunt. Ludovicus Ugrus Campaniam, hereditatem Andreæ fratris sui, verum à primario sacerdote venalem proscriptam, ne germanus excluderetur regno, licitatus est, atq; redemit millib⁹ martiarum auri quatuor & quadraginta, sunt unciarum millia trecenta, quinquaginta duo, id est, nostratis pecunia super sexdecim millia aureum numnum, octies & vices centena millia. Hec ex Joanne mysta Strigonienſi exceptimus;

De causis fædisque abusibus, iam in civili, quam Ecclesiastica Republica, ex quibus promanaat ira Dei, urgensque lues & clades, miseriariarumque cumulus per quas universæ nationes, iam pecora quam homines similes intereunt.

Scripsit Joannes Aventinus præf Annales Bojarizæ etiam tractatum hoc titulo: ex quo inter alia memorabilia sequentia decerpsumus.

In publicis Imperii procerum conventionibus (ait) tales serè in consilium adhibentur legati, qui & rerum gerendarum & literarum sunt rudes, nec ullam earum rerum, de quibus consultatio instituitur, cognitionem habentes, & sè numero insani, inðocti, sanguinemq; sanguiniferi, quibus jus canonicum, & decreta sanctorum patrum, sub gravi anathematis intermissione, aula omnino interdicunt.

Idem. Omnes Philosophi, & quicunque, tam inter fideles quam infideles, alioqua rerum cognitione & judicio pollent unanimi consensu statuunt: ex iustitia & abuso regiones unæ cum hominibus & pecoribus interire: & contrâ per justi-

bona à vulturibus istis dissipantur. Crescunt divitiis purpati isti : contrà Principes ipsi ad pauperiem redacti, unâ cum subditis pereunt.

Idem. Eusebius in Chronicis suis author est: immanem illam Christianorum persecutionem à Diocletiano ortam esse, ex superbia, avaritia, invidia, odio Episcoporum inter se dissidentium: dum alter alteri præferri voluit, seque hæreses invicem insimulârunt. Moti enim his illorum dissidiis Imperatores, putabant, cùm nulla inter Christianorum Præfides & Episcopos sit concordia: nequaquam Religionis eorum sanctitatem sinceram esse posse: ideoque prorsus Christianorum nomen extirpare animum inducebant.

Idem. Augustinus de superstitionis Monachis & sacrificulis, veretur, quod jam factum est, nisi maturè malo occurratur, futurum, ut religio Christiana humanarum superstitionum tenebris & præceptis ita obruatur, ut Judæorum leges sint futuræ leviores, quam Christianorum.

Idem. Perspè talibus subditorum cura, & præcipua Reipub. munia committuntur, qui pecunia & lucro nihil prius habentes, vel à mortuo & statuis pecuniæ exigere haud vereantur, qui cùm sint manticulatores, Polypi, & Laverniones, id unum querunt, qui lacunam rei familiaris expleant, non quæ subditorum cōmodis consulant. Cumq; ii sint eorum redditus, ut Nephaliū sacrum ipsis rectè conveniat, ipsitamen βελλίζοντις, Mascalamq; domit tollentes, Sybaritico lumen sunt dediti, factique λακκάπλαστοι, prædia & arces coēmunt.

Unde ergò tantæ tam subito divitiae? Ex pauperum scilicet sudore, istos scilicet immo pagos, oppida, civitates, comitatus invicem committunt. Quos deinde ubi in gratiam redigere student, suis ipsis rebus, suoque luxu simul student atq; consulunt. Hujuscemodi expilatores pagorum, civitatumq; nemini se faciles præbent, mendaciis & fraudibus quo suis involvunt, publicum commodum, ubi cunq; possunt, remorantur: inimici sunt omnibus. Nisi quis argenteis subinde hastis expugnet, vel Dorica Musa institutus eos compellat, eorum favore nunquam gauabit.

Quod si, vel principum suorum nomine, debitam mercedem ipsis etiam mercenariis & opificibus exsolvere cogantur, id tamen, nisi & suum inde auctoritate.

Idem. Genuinum suum adversus quovis accidunt, neminem, quamvis probum & insontem, quamvis aulicum, principi que ipsi officiis devinquet, intentatum relinqunt, ipsoque Hyperbole improbi, mendaciis suis callide consutis, in discrimen vocare quemvis conantur. Multis sanè bonis viris id usuvenit, ut causa ipsorum, si vel apud Turcas, vel Juðeos, aut Gentiles disceptanda fuisset, jā diu decisa esset, cùm per hos φάμαντα, apud Christianum magistratum nihil proficiant. Quod si Princeps justitiam amans insontem tueri, ejusque causas, ut decet, secundum leges decidere & promovere velit, illi tamen plastores aulici pecunia corrupti, improborum cansam agunt, nec bonos viros ullo successu gaudere patiuntur.

Verum si illis ipsis, qui principum aliis sunt addicti, adeò adversa est per istos Euÿbatos pecunia, quid metuendam misere plebecula? Vidi, ipsis quoq; principiis acta non raro istis purpuratis displicuisse. Malim certè iratum principem, quam hujuscemodi Jovem aulicum aureo semper imbre irrigandum. Qui hunc accessurus nihil attulerit, is foras extrudetur. Nihil enim iis gratus est, quam alios quovis modo bonis ejicere, eaq; ad se per fas & nefas rapere. Ingens sanè hac de re volumen conscribi posset. Gaudent Sycophantæ isti muneribus, nec horrent fumos vendere, aliosq; rursus donis aequipari, eaq; modo pagos, oppida, & civitates dolo malo confictis literis in frondem vocant, nec ullum scelus tantum est, à quo abhorreant.

Nisi ergò princeps ipsem patria pauperumq; paterno animo curam suscepit, cum Sycophantæ isti δαρψφάγοι τη χειρόδιχοι sua malitia exsuperant subditorum animis rerum omnium, in primis laboris tardium ingenerant, sic ut ex desperatione, quasi animum confirmantes, haud dubitent in hæc verba prorumpere: Quid nihil profuturo mihi meisq; labore me marcerem: Lectorum & Judicium sunt omnia. Satius fuerit in diem vivere, indulgere genio, & poculis facultates assumere, quam eas prædam objicere partitis aulicis.

Quod si quis de injuria istorum adulatorum conqueri velit, is laterem lavet. Nec enim lupes lupum voraturus sit, nec unquam futurum, ut ad Principis ipsius aures querelæ istæ aliquâ permanent. Et licet querelas casu quodam princeps audiatur, informari si quis Princeps aullis

rent, nemo eos querelis exagitare: vel
alio quovis modo negotium ipsis facesse.
re sibi mebit.

Idem. Privatis utique rebus publicis
præpollent, major etiam totius conve-
nitus & concilii, quam unius Præsidis vel
Abbatis est authoritas. Universa patria
& Regio pluris esse debebat, quam vel la-
brax Milesius, vel Sycophanta anticus:
major etiam fides adhibenda erat paupe-
ribus, quam purpuratis istis Lictoribus.
Pecunia hominem nequam ad frugem
nunquam perducet, imo si cuius animum
& mores velis pernoscare, publicum ei
munus demanda. Quid si tum incommo-
dare alicui poterit, haud illud intermit-
tet. Nam magistratus virum ostendit.

Quare publica illa munia meliorem
taro virum efficiunt, sed facile pejorem,
tum avaritia, odio, fastu, ferociorem,
id quod experientia ipsa testatur, & vete-
res etiam Germani proverbio item innu-
unt, quando nullum ex ille adeo esse ajunt,
quoniam suspendio dignum sit.

Haud ideo major alicui idcirco fides
adhibenda est, quia publicum sustinet
officium præfertim in causis privatis, &
quidem adversus subditos, eosque pau-
peres. Nec credibile fuerit, præpotentem
opulentumque præfatum à paupere af-
flictoque homine, eoque subdito ladi.
Contra vero, pauperes & inopes à poten-
tioribus opprimi, omnibus notum est.
Nam & vulgo dici consuevit, Magnates,
Praetores, circumforaneos mendacii haud
facile insimulari posse, & potius quidvis
credi, quam adversus tales contentio-
nem suscipi.

Hac in re Gentilium disciplina multo
sunt laudabilius. Quin etiam à Turcico
Imperatore ita constitutum esse legibus,
ajunt, ut, si subditorum de injuria Præfeci
vel ducis querelas ad aulam deferret, pro-
tinus dñm Praefecto isti dici, accusatori.
que in aula, ad decisionem usque causæ
commeatum dari, necesse fit.

Idem. Rhodienses aliquando ad Im-
peratorem Fridericum, eius nominis IIII.
& principes Etores præscripsere. Tur-
cicum Imperatorem, cum consiliarii &
duces ei euhores essent, ne Christianos,
in primis vero Germanos armis laceceret
eis respondisse: se nequaquam Christiano-
rum, in primis vero Germanorum ar-
ma exhorrescere, & quidem his de causis.

Primo, quia sint discordes & quemad-
modum quinque sui digiti) nunquam ad
unum coalescant. Deinde, quia laborum
sunt impatiens: & præ aliis Germani
sunt heliuones, patatores, in castris scor-
tatorum turbam foveant, Duceq; bellū

mitib; gignentes, nullis virtutis in præ-
ornent, nec etiam meritis pœnis sceleris
afficiant: quodque erga eos, qui veniam
& misericordiam mereantur, sint asperi
& crudeles: contra, erga eos, in quos se-
vere animadvertendum erat, sint lenes &
misericordes.

Ex quibus sane pater: Turcæ (si verum
fateri velimus) notius esse, quā nobis ipsis,
quid nobis desit, & quę causa sit nostra cla-
dis inter necivz. Nemo ex animo Deum
curat: nec ipse vice sim nos curat. Nemo à
semel concepta malitia absit: nec vicis-
sim Deus à pœnis irrogandis quiesceret.

Idem. Temporis successu, docendi
affiduitate convertendi erant lumenes,
non perdendi. Hominem interimere & tu-
nificemque agere, non magnæ artis opus
est: idem vel aranea præstabit. Qui vitam
reddere nequit, is nec eam auferre debet.
Vitam reddere posse, magni res est mo-
menti, solusq; Dei. Haud diu aberit vin-
dicta divina à Tyrannis istis, & homici-
dis. Sanguis iste cœlum versus clamat.
Quid est, quod causam præsentium ma-
lorum queramus? sanguis innocentum
effusus est: maſtantur adhuc quotidie in-
fontes, contra jus divinum, civile, natu-
rale, gentile, infernale. Putusne Deum
nihil scelera ista curare? Non certe Deus
est, si crudelitatem tantam non panit.
Haud penes Magistratum est, pro sua li-
bidine fidei rationem ab aliquo exigere,
si in ceteris rebus debita ei præstetur obe-
dientia. Dei illud munus est.

Quid tu alterius Domini servum jodi. p. 276.
casu errat vel cadit, suo Domino errat &
cadit: si stat, suo stat domino. Si hæreses
puniendæ sunt, cur non Episcopi, Mona-
chi, Scripticuli puniuntur? Illi, evincente
illud jure divino & pontificio, constanti-
bus etiam veteris Ecclesiæ conciliis, ha-
reticorum sunt deterrimi, & virulentissimi:
illi gravi anathematis fulmine, Spiritu
sancti testimonio, percussi sunt,
omnesq; qui idololatriæ illorum adhe-
rent, quod etiam veteris illius syncretio-
res Ecclesiæ doctores, Patres, & Pontifi-
ces suis testimoniiis comprobant.

Idem. Hoc vero seculo furiz istæ aulæ
Principes adversus civitates irritant,
munera interim captantes à fastuosis istis
industris, avaris, solique ventri & scortis
inservientibus sacerdotibus. Nec quis-
quam est, qui in hisce turbis autor esse
concordie serio velit.

Hæ præcipuz sunt causæ & abusus: de
quibus gentiles philosophi meminere,
nempe, quod inde Rerum pub. ruina &
interitus sequatur. Taceo jam gravamina
illa, quibus nec monetas, vestigia, tri-

dum illi intelligant. Aureum nummum si quis habuit, modo is valorem precii vix habet dimidium, interim quicquid pecunia comprandum est, precio excrescit. Quam rem viris prudentibus considerandam relinquo.

Idem. Vialios adigere volunt, ut credant, quod ipsis probatur, cum nec ipse Deus id facere soleat. Quis quo^so Tyrannorum unquam eo modo saevit? Evolvantur omnes historiae. Vera fides Dei donum est: eam dare nequaquam in ipsis rum est viribus. Ipsimet cæci sunt, nulla doctrinā nec judicio pollent, quid sit fides, quid diffidentia, ignorantia: tantum in mysteriis illis divinis intelligunt, quantum Cumanus asinus: id unum agunt, ut pro sua libidine miseris homines excarnificant, suiq; odii virus in insontes, quorum opibus infidianter, sub praetextu divini zeli euomant.

Plerique enim malevolentia invidiæ stimulis exagitati, eos, quos in honorum vitæque discrimen vocare student, hæreseos insimulant, Lutheranum eum esse, clamantes: nec alia vindictæ commodior ipsis videtur ratio, quam hunc ad modum lanient & carnificinæ viros, inculpatam alioquin vitam agentes, tradere. Et quidem adeo effascinata impietatis & mendaciorum toxicis ipsorum mens est: ut persuasum habeant, Deo proditionem istam & ianguinis effusionum gratam esse, quam severissime passim in sua lege prohibet.

Quæ sunt istæ intemperie, quæ ad sanguinem pauperum & invalidæ plebis effundendum carnifices istos impellunt? Sitanta ipsis sanguinis sitis premit, quin adversos Turcas gladios stringunt? sitimq; suam, hauriendo sanguinem non eorum, quos contra arma capere non licet, verum hollum immanissimum, sedant?

Idem. Ipsomet etiam Servator Christus rapinam & homicidium vocat deterri-
num, si sub praetextu sacrosancti eius no-
minis longarumque precum, viduarum & orphanorum facultates deglutiuntur.
Si preces ipsis tanti sunt, ut ipsi præ-
tendunt, precii, cur eas divendunt? Pro-
fecto in futuro illo judicio nemini, quod
alii imperiat vel accommodet, super-
erit. Devotis istis sanctisque patribus
idem accidet, quod stolidis istis virginibus,
quibus oleum deerat, nec reliqua
qui quā de suo comunicare vel vendere
audebant, ne deinde ipsis quoq; deesset.

Cant Hæredetas, captatores lictamen-
torum, vultures.

Qui in primitiva Ecclesia floruerunt, Christiani: ii Gentiles irrident, quod Sa-
cerdotes habeant mendicantes, & inde
lubris suis lampades incendant: cacos,
ioquint, ipsorum Deos esse, ideoque
faces in templis incendi necesse. Quid de
picturis divorumque simulachris scribat
D. Hieronymus, ex ipsis scriptis pater.

Vsum autem istum lampadum, pieta-
rum, simulachrotum in templo potissimum
in vexere Monachi isti de mendicantem
ordine: quemadmodum id testan-
tur templo recentiora, si conferantur
cum templis, olim ante introduc-
Monachorum catervam exstructis. Suffra-
gatur etiam hisce vulgo celebratum pro-
verbium, quo ajunt: vetera in caliginosa
fuisse templo, corda vero illuminata:
jam illuminata esse templo nostra, corda
vero caliginosa.

Qua etiam de causa primo mendicantem
Monachorum ordinem pontifices
confirmare noluerunt: & multi doctrina
excellentes Episcopi, scriptis suis eum
insectati sunt, quæ hodiernum in diem
in Bibliothecis antiquis extant.

Quare vero ordinem istum pontifices
tandem approbarint, quinto libro anni-
lium, quibus contexendis intentus ad
hoc sum, ex vetustis scriptis indicio.

Nunquam sane ab eo tempore, quo
mendicantes isti Monachi exorti fuere,
status Ecclesiæ fuit felix. Novationibus
semper studuere: plebem adversus Eccle-
siastas suos, Episcoposque concitarunt:
more corvorum, cadavera hianteriū se-
stati sunt: veteratam Christianorum,
quam Gentilium Philosophorum monu-
menta & artes oppresserunt.

Profecto, quocunq; tandem modo su-
am hypocrisia tueantur, extra controver-
siam est, mendicare, & que atq; fornicari,
a Deo prohibitum esse: nec apud veteres
illos Christianos mendicantibus locum
ullum fuisse. Sacra Scriptura mendicita-
tem, ut summum probrum, detestatur.

Christiani illi vetores tripartito deci-
mas distribuebant. Una pars erat paupe-
rum, qui vel per æstatem, vel per languor-
em corporis laborare haud valebant.
Mendicare inter eos nefas erat.

Audivi, quandam istorum, qui sede
observantia profitentur, in Bojaria pa-
lam de suggesto concionatum fuisse: a
scoperam sibi esse, non qua verborum ex-
cipiat convitia: sed farcimina, sumina
& scriblitas.

doctos vero bonoique viros, & pauperes, ad quod Christus suos alegat, negligunt pecuniam attriccare horrentes, centuplo interim preciosiora auerantur, & sub praetextu sanctitatis alienas facultates Gnathonum ritu devorantes.

Quod sane & Gentiles illi poëtae, ne dicam de prophetarum testimoniois, ut sumnum probrum detestantur: quorum verbum Divus Paulus adversus Parasitos istos, religionis titulo & praetextu feros, citat:

Kp̄ntes dñi Ihsuā, n̄x̄d̄ b̄np̄ie, γαστ̄ρες ἀργότες

Rasū semper mendaces, malæ bestia, ventres pigri.

Pediculoso suo cucullo plus honoris & sanguinoris tribuunt, quam sanguini Christi, quem pro totius mundi redemtione nigrum effudit, adeoque defunctos factent suo cucullo involvunt.

Sanctoli isti & devoti fratres Regulam istam antiqui cuiusdam Philosophi accurate observant, cujas Seneca meminit: Dulcissimum est accipere. Verum alii, qui eruditione vixq; probitate insignes sunt ex Philosophis, contrario modo scribunt, beatius esse dare, quam accipere: cui doctrinæ & Christus servator, & divus Paulus adstipulantur.

Lignipedum istorum, tum etiam prædicatorum, qui sanctissimi esse volunt, seque Ecclesiarum columnas esse perhibent, vociferatione, scripta, libri, tota deniq; vita ostendunt, eos fastuosos esse homines, indoctos, supersticiosos, sanguinis fiantes, rabidosque canes, adeo mutos canes, ut Propheta eos vocat, qui latrare nequeant, principum suorum aures demulcent, suisque labyrinthis cladem humano generi inferant, principesque ad sanguinem humanum effundendum incidunt, & quidam tanta crudelitate & iniuritate, ut vel apud inferos execrabile futurum illud sit. Quare passim à doctis haud injuria ττωχοτύπα vocantur.

Longe plura his de rebus in medium affectri possent: verum prolixior esse nolo. Nemini etiam ignotum est, quid sceleris Bernæ commiserint. Tum etiam, quæ frans Augustanæ istius virginis, qua gloriabantur, fuerit: dum aliquandiu cibo abstinuit. Nulla unquam in re præstigatores istos offendit: attamen hæreticorum numero me inferre haud verentur: mihiq; interminatis sunt, quod Romanum me citare velint. Metuunt, ne scelerata ipsorum in lucem proferam. Nec etiam horrent vulgo hac verba evomere: se malle adversus Lutheranos, quam adver-

tingens in veteri Ecclesia cedecus, adeoq; plagam divinitus immissam iudicassent: si mulier Ecclesiam gubernandam suscepisset. Verum hodie es, qui vitam agunt impudicam & flagitiosam, vides mus Ecclesiæ imperare, ex earum lubitu & præscripto verbi ministros Ecclesiarum profici homines indoctos, & adulandi artifices. Gravior certe hac plaga est, quam cum Amazones istæ olim sapientes Græciz armis oppressere.

Nemo sans mentis inficias iverit: graviter blasphemari: Deum ab Episcopis illis, quos suffragenos vocant, qui ante trecentos primum annos extitere, qui pejerantes, diplomatibus acceptis, pecunia sibi à Pontifice Episcopatum emune, in Turcia vel aliis infidelium nationibus situm, jurant, se eo profecturos esse, & ad fidem Christianam infideles conversuros: nec est, quod minus in animum inducant, quam qui id, quod jurejurando confirmant, re ipsa prestant. Quæso qui non offendatur Deus Opt. Max. tali perjurio?

Nisi prorsus simus plumbei & stipites, adeoque in ipsa meridie tacutiamus: blasphemiam istam vel palpare possimus. Si hic non sit divini nominis abusus, quæso quis erit? Ipse met ex Doctore sacramrum literarum, qui professione erat Carmelita, audivi: quod expressis verbis ad Quidam quendam diceret: suffraganeos Episcopos omnes perjuros esse & sceleratos. Qua etiam de causa Sigismundus Imperator in reformatione sua tales creare prohibuit.

Christus Dominus & Deus noster, Bonus, ait, Pastor animam suam ponit pro ovibus: verum bona pars pastorum, quales hodie vivunt, minus salutem animarum curant, quam canum. Potius, & se & plebem universam per præceps ad inferos abripi, paterentur, quam circa privatum commodum vel obolum sibi detrahi. Vicarios constituant, argentoque accepto, peccata devorant, hominumq; malitiam ingurgitant. Potius vel cani animam commiserim, quam adeo indocto, rudi, & insulso asino. Nihil ipsi prorsus pensi habentes, à nemine tamen se vel moneri, vel doceri patiuntur. Qui Deus, ille cœli terræque Dominus tantam cætitatem, impietatem, & iniquitatem non ponuat? ubi quæso tantæ fuerit patientia Domini, qui servum contumaciter rebellem ferat?

Talibus sane Episcopis, Monachis, & sacrificulis privilegia minime fuerunt concessa: sed viris doctis, qui omnem in artibus optimis & studiis vitam consumunt, à reliquarum rerum cœta immiti-

cathedralibus, & cænobii ordinis Benedicti, quæ olim vices publicarum Academiarum, & Typographiarum sustinebunt.

Præterea antiquis Imperatorum, ut Caroli Magni & Ludovici, constitutionibus prohibitum fuit: ne ullo modo Episcopi, Prælati, & quicunque Ecclesiastici essent ordinis, bona nobilium ad se pertraherent: sed Decimatum fructu contenti viverent. Verum hodie maxime optima Imperii prædia, civitates, oppida, pagos, arces possident: ipsique omnium rerum immunes, gravamina pauperi & innopi turbæ imponunt.

Legatur hac de re Imperatoris Sigismundi reformatio. Longe plura de his similibusque abusibus, quibus ira Dei adversus humanum genus irritatur, scribi possent. Verum hæc monuisse sufficerit. Hæc quem non movent, eum nec prolixa verborum series movebit. Quisquis suæ salutis rationem habeat. Qui de fugienda ira Dei mature sollicitus haud fuerit: is opinione citius, quid sit iram Dei contemnere, experietur.

Imperator Fridericus, eius nominis III. hæc verba usurpare fertur: Fœlix civitas, quæ cogitat tempore pacis ea, quæ sunt bellum. Iam tam miserabilis rerum facies haud esset, si triennio ab hinc de placanda ira Dei solliciti fuissimus: cum Turcicus Imperator, cælo Vngarorum Reges, Budam diripuit, & Viennæ Austriae Deus, ut pater mitis & misericors, virgam ostentavit. Iam etiam Bojariæ Deus virgam ostendit: præterea monstris, portentosisque signis in cœlo, terra, aere, aquis, undiq; nos de imminentibus peccatis præmonet.

Verum nemo attendit: nemo, hanc vel plagam iram Dei esse, credit. Certè, nisi causas nostrarum miseriuarum serio expenderimus, easque, quoad eius fieri poterit, amoliti fuerimus, & ad Deum ex intimo cordis affectu confugerimus, has nostras regiones eadem manebunt fata, quemadmodum Imperator Sigismundus per Astrologos quosdam id premonuit.

Idem. Blasphemia altera crassa & extrema est, cum promissatemere indemnitate præcepta Dei aperte palam violantur. Qui se religiosos hodie profitentur, isti fœdam adeo in Regionibus quibusdam vitam transfigunt, ut jure etiam Gentium & naturæ, homines sint omnium deterrimi. Nullibi sane inter Ethnicos tam naturæ adversa libidinum fœditas reperitur. Contendunt sanctuli isti, sati-

Nonne excæcati proflus & obliniatio ne effascinati isti sunt, qui iram Dei sibi accersunt? quæ cum cervicibus ipsorum modo incumbat, more canum rabi dorum sœviant. Vulgo trita proverbia, quæ raro fallunt, sacerdotes istos facti inflatos, avaros, indoctos, fornicatores, sanguinis humani avidos, & Simoniacos vocant. Quales sane omnes jure divino, una cum omnibus suis complicibus, damnati sunt. Id quod etiam Imperator Sigismundus fidelis animo, bonoque consilio indicat, omnesque Christianos, ut ab imminente sibi interitu caveant, præmet: in primis vero Ungariam, Bohemiam, & nationes aliquot Germaniz.

Jus pontificium Simoniacos vocat, qui, cum sint rudes, indocti, vitamque agant impudicam, absque vocatione legitima, ex favore magnatum, vel precio, aut aliena commendatione Ecclesie se obtrudant, nec una, ut vocant, Præbenda contenti plures ambiunt, & bona pauperibus destinata ad se pellicunt, de derrimis iphi Sacrilegi & Hæretici.

Sæcutorum patrum concilia omnes istos excommunicant, qui Missam audiunt: à talibus celebratam Sacerdotibus, qui fœminas secum fovent, quarum fama minus sit integræ.

Interdictum etiam Monachis, Sacerdotibus, sub gravi indignationis divina interminatione, ne quis eorum Principis & Imperatoris aulæ se insinuet. Nonne ergo suo ipsorum jure Sacerdotes isti & Monachi damnantur? Quod si juxta normam divini verbæ vita eorum examinetur, patebit, eos perverissimos Dei hostes esse, divini honoris proditoris, adeoque lutum, ut dicitur, sanguine maceratum, in quos verba illa compentunt: appropinquat mihi populus hinc ore suo, & labiis me honorat, cæterum cor eorum procul abest à me: sed frustra me colunt, docentes doctrinas & præcepta hominum.

Preces ipsorum in peccatum ipsis vergunt, eo, quod manus habeant sanguinem pollutas. Nemo est, qui inficiari posset, quibus minis in miseram plebem sœviant, quæ audacia insontes prodant, & muneribus corruptant judices, ut eos faciliter lanienæ viros doctos & spe & atque probitas tradant. Nec sane immanius sœvit posset adversus Christianos Turca ipsi: quam ipsi, qui se Ecclesiæ jactitant columen, faciant. Verum & ipsis accidet, quod David impio minatur, inquiens: foveam fecit, & incidit in eam.

lolum intuncit, et asinas unquam
ad salutem facientes repudiant, nec Mo-
nachorum ordines, sanctos judicant, per-
sequatur, jugulet, trucidet: & cum alte-
tura mihi & standum, & moriendum sit:
cuivis facile conjectu erit, utram mihi
partem elegerus sim? Nec enim verè
Christianus Christianum persequitur, nec
proximi sui inhibat sanguini.

P: 179. Ad huc, qui verè Christi vult esse disci-
pulus, cum in hoc mundo contemptum es-
se, crucem, variasq; zrumnas, praesertim
extrema hac mundi sententia, sustinere, ne-
cessa est: cum alii, qui eos persequuntur
& trucidant, qui fidei in Christum simpli-
citer adhaerent, contra putent, se cultum
præstare Deo, domino pios omnibus torme-
torum generibus affectos inactant.

Ipsa Beda scribit, quod ante extremum
diem Christiani isti, pecunia, non Christo
servientes, qui reliquis præstare volent,
ceteros persecuti sunt. Hoc primum
anno liber iste evulgatus est. Verum quo
maxime sunt necessaria, in eo sunt omnia:
quod si laetum consulto, perversi sunt,
qui librum mutilatum edidere.

Sunt quædam Academiz & Doctores,
qui doctissimi viri, & optimè de Christi-
ana religione meriti Erasmi Roteroda-
ni, cuius similis modo nec vivit, nec mul-
tit retro seculis vixit, aliorumq; docto-
rum virorum, qui præter Christum nihil
docuerunt, libros legi prohibuerunt: inter-
im baptizatum Judæum sovent, qui sa-
crofanciam ipsis scripturam interprete-
tur: ingens ipsis pretium numerant, lectiones
eius frequentant, fidemque discere
animo inducunt ab infidelibz, qui hostes
sunt Christi acerrimi. Christum, ejusque
matrem, virginem Mariam quotidianis
convitiis incessant: licet inter Christianos
hac nostra ætate inveniantur, qui E-
braicæ lingue longè sint Judæis perito-
res.

Nonne tales & Pontificio & Impera-
torio jure, ne quid de divino addam, sunt
damnati? Certè, si vel inter Gentiles bo-
ni viri prohiberi velimus, ne dicam de
Christianis, concordie & pacis autores
esse debebamus, nec alter alterum con-
temnere, & quovis modo laniere tradere.

Verum ad vulgo usitatos abusus re-
deo. Quid præter convitia in Deum vel
inter pueros auditur? Mirum, ad tantam
blasphemiam tam leví animo Deum
connivere posse. Adulterium inter pro-
phatos & religiosos licitum est: licet
Spiritus Sanus ipse testetur, Deum gra-
vius per adulterium, quam per furtum
offendi, tum etiam per stuprations vir-
ginum & viduarium: quanquam furtum à
pauperibus notissimum committitur.

Quantam cladem populi, quantam er-
iam infamiam perpetrus sit Davides, pro-
pter adulterium, ex libris Regum patet. Nec alia fuit exordiu Trojani
passim decantati origo, quam adulterium.

Nota mihi est mariti cuiusdam uxoris,
quam sacerdos mediocris dignitatis, ra-
ptam multos jam annos detinet. Hæc ho-
diernum in diem Parochiarum redditus
percipit, jam dñi totum Episcopatum re-
xit: si quis ex Sacerdotibus illios gratia
excidit, isti haud sanè commoda in Epi-
scopatu isto sedes fuit. Conata est pro sua
libidine Sacerdotes ordinare, Parochos
vel confimare, vel munere docendi pri-
vare. Læores plus ei honoris, quam ho-
nestissimæ aliqui matronæ exhibuerunt.
Praelati & Sacerdotes lubent ore animo
ei, quam terræ istius Principi, equos cur-
rusque commodarunt.

Sunt, qui non vereantur duas uxores
ducere: & quæ duobus viris nubere ni-
hil metuant: sunt, qui parentes ipsos ver-
berent. Sunt, qui impiè adversus Magi-
stratum surgant: ad peculatus & furtu
persape & judices & Sacerdotes, suum et
iam lucrum captantes, conhivent. Nec
inexploratum mihi est, ubi viri boni, pii,
docti in vincula conjiciantur: fores vero
prædones, & latrones & vinculis & pœ-
nis liberentur. Quod si multæ aliqua ir-
rogetur, portio minima Magistrati ce-
dit. Procuratoribz vero res ea præde-
est.

Gentiles gravi constituta pœna, aleam
prohibuerunt: Nostri vero Judices & Li-
ctores, posthabitis etiam legibus, in die-
bus festis, publicisq; nundinarum con-
ventibus, accepta pecunia, ludendi arcam
fistro patefaciunt, blasphemijisq; Deum
affici, pro nihilo ducunt.

Nostri etiam Sacerdotes huc Ratispona
plebem erroribus complent: dum di-
versimodè Festa proclaimant. Est, qui sub
denunciatione excommunicationis ferias
as indicat: rufus, qui pro consuetudine
eas celebrari denunciat: alias juxta for-
mulam ordinis, unde disidia, & religio-
nis contemtus in plebe oriuntur. Sunt,
qui ferias celebrent: sunt, qui prorsus eas
contemnant: satius esset, nihil ordinari, si
id, quod ordinatum est, haud serio & stri-
ctè obseretur.

Ipsem Aristoteles, Cornelius Tacit-
tus, Horatius, Imperator Justinianus, le-
gum multitudinem Reipub. interitum
esse, affirmant. Et veteres Græci dicere so-
liti sunt: ubi multudo sit legum, ibidem
multitudinem esse delinquentium. No-
stri etiam vulgo dicunt: ubi multæ leges,
ibi multi inobedientes.

tiis emendis, magno rigore defenduntur. Verum ea, quæ Deus ipse met per os prophetarum suorum & Apostolorum mandavit & ordinavit, exhibantur & irridentur.

Quanquam autem plebis mores sunt corruptissimi, & quales Sacerdotes, tales laici, dignumq; plerumq; sit patella operculum: necesse tamen est, ad placandam iram Dei, caput ante omnia sanari: hoc ubi restitutum fuerit, facile & reliqua membra curari poterunt.

Omnes sane probatæ fiduci Historici, adeoq; literæ antiquæ, de pontificum vita & moribus ad nostros Principes scriptæ, testantur, quod ex odio, invidia, & superbia eorum, qui spirituales esse debebant, [cum interim sanguinem fitiant, aliorum sint contemtores, precioq; crudelitatis suæ ministros sibi comparent, nec bonis viris inter Ethnicos comparari mereantur] omnis genus miseriz, non tam Judæos, quam Christianos oppresserint.

p. 280. Quoties isti ad normam legis divinæ in ordinem redacti fuere, felix simul rerum omnium successus subsequutus est. Quoties vero in vitæ suæ dissolutæ impietate perseverarunt, omnia simul pessum jere. Turbz illæ, quæ Christianam Rem publicam undiq; infestat, magna ex parte Româ, tanquam ex scaturagine promanant, nempe è summo capite, ipso pontifice, ejusq; satellitio. Quemadmodum ipse met Hadrianus Pontifex Norinberge in Imperii conventu professus est, in quo generale concilium universæ Christianitatis decretum fuit. Idem affirmavimus Imperator Maximianus, Rex Galorum Lndovicus, ipsiq; Cardinales, scripto publicè edito adversus Pontificem Julium, illud testati sunt. Qualis Rex, talis civitas, vulgo dici consuevit: si caput ægrum fuerit, omnia simul membra languent: ut curentr, primò caput ipsum curari, necesse est.

Nec medicamenti acerbitas metuenda est. Amara amaris pellenda sunt: malo nodo malus quærendus cuneus, contraria contrariis semper curantur. Hac de causa Pontifex, Julius jure jurando, cù eligeretur Pontifex se obstringere coatus fuit, quod intra biennium generale concilium indicere veller.

Verum Pontifices generale concilium Christianorum suspectum habent, & tergiversando amoliuntur. Constantiense, tum etiam Basiliense concilium cautos

Christianum orbem in tantas miseras conjecere, id quod palam scriptis suis conquesti sunt Imperatores, Reges, & Episcopi. Hodiernum adhuc in diem præstigiatores, indocti; Monachi disfidia alunt, & ne concilium generale institui possit, quavis audacia prohibent. Ipse met Pontifex per suos complices, concilium Norinbergæ decretum impedit.

Viri docti, beneq; Reipublicæ consolatum cupientes, apud Imperatorem subinde institere, ut concilium decretum institui urgeret, alioquin seditionem in imperio metuendam.

Verum ex Pontificis nutu res acta est, is deceptis principibus, Ratisbonam indoctos aliquot, superbos, impuros, impudicos, matæologos ablegavit: quibus haud commiserim, ut vel de Alphabeto judicarent, nedum de fidei nostra articulis. Deinde ad Imperatorem scribebatur, concilium celebratum esse. Imperator Pontifici obsequens, alios fieri convenitus, prohibebat. Ipse met interdictum illud & vidi & legi.

Quanta clades, innocuque sanguinis profusio præcaveri potuisset: si habita equitatis ratione, concilium illud legitimo modo continuatum fuisset? Non tot hominum secta fuisset lanrena, non tot disfidiis Ecclesia Christi dissipata.

Nec interim Pontifex Imperatori parcit, nec sanè posthac quiescit, novis consiliis in fraudem eum alicere. Quemadmodum etiam cum ejus majoribus, Austria Ducibus, Imperatoribus & regibus fecit. Gallum adversus eos concitat, nec prius quievit, quam eos in discrimenitæ, regnum, facultatumq; omnium & honorum adduceret. Quæ discordia Christianam Rem, pessum dedit. Certum imminentis excidii indicium est, cum neuter alteri cedit, sed contumaciter suæ quisque libidini obtemperat.

Mendicos ditârunt Principes: jam illi Principibus dignam referunt gratiam. De loco & sessione cum ipsis in Imperii conventibus pugnant. Et plerumque tales ad comitia Imperii amandantur, qui nec rerum experientia, nec doctrina possent, qui eorum, de quibus consultandum est, prorsus sunt rudes.

In quos culpa recidat, ipse met Imperator Maximianus indicat, libro quodam adversus status Imperii edito. Legati Ungarici & Polonici in Augustanis comitiis inter cætera Imperatori Maxmiliano indicabant, Turcicū Imperato-

pari modo Deus puniat, funditusque extirpet, quo Græcam Ecclesiam punivit. Joannes Lichtenberger ante annos quadraginta Palatino Principi vaticinatus est: Turcam ad tractum Rheni, Coloniam usq; progressurum. Idem prædixit alius quidam Vintzelburger, qui Amberg verbum Dei prædicavit. Quæ alia isti prædictæ, ea omnia re ipsa completa sunt. Sic Abbas Joachimus ex Sicilia ante annos ducentos quinquaginta prædictæ: Pontificem, ejusque asseclas sub Friderico III. magnis difficultatibus conficiatos, & Papatum tandem planè collapsatum.

Lactea Ruens eloquentia Lactantius 7. libro institutionum ad Imperatorem Constantium magnum, docet ex vaticiniis Sibyllarum aliorumq; prophetarum, & Hydaëpis Medorum Regis antiquissimi, Romanum nomen sublatum iri de terra, ac imperium in Asiam reversurum, ut rursus Oriens dominetur, & Occidens serviat. Vaticinatur etiam Ezechiel de Gog & Magog, quod ante extremum diē fideles sint afflicturi. Divus Ambrosius per Gog & Magog, ad Imperatorem Gratianum scribens, veteres illos Germanos, à fide Christiana alienos intellexit, ii enim Romanos Christum profidentes, pari levitia, qua Turcz jam nostris imminent cervicibus, imperebant. Alii per Gog & Magog Turcas & Saracenos accipiunt.

p. 282. Que etiam Daniel vaticinatus est de Regno, quod ante extremum diem adversos sanctos arma motutum sit: ea vir longè doctissimus Philippus Melanthon de Turcis intelligit, in libro, quem hoc anno in Spirensibus comitiis publicavit & Ungariæ Bohemiæque Regi dedicavit. Si Philippi illius consilium Reges sequentur, in feliciore statu res nostra essent. Verum solummodo indoctis, sanguinem sipientibus, fastuosis Monachis fides habetur: isti aulas principumq; mensas sestantur, quemadmodum vultures cadavera: doctis viris viam omnem intercludunt, semper veriti, ne ipsorum fastus, avaritia, & astina ruditatis detegatur.

Sigismundus etiam Imperator sollicitè omnes Christianæ Republicæ Proceres, in primis vero Pontifices, Episcopos & Praedicatorum, de imminentibus malis fides liter & serio præmonet. Adhac Astrologi nonnulli dicunt, Ungariam & Viennam ploraturas Bojariam in luctu & squalore futuram. Signa in cœlo & aëre visa sunt, stellæ cruentæ mortales tristi lumine terrorunt. Quæ de re multi magnæ etiam dignitatis viri scripserunt. Verum cuis

quans primum magnates confusione, iteratione, & ignominia deprimit. Nónne ingentem effudit ignominiam super terrenum istum Deum, patrem sanctissimum, mundi caput, vicarium D. i., cui sceptra cœli, terrarum, inferorumq; commissa sunt? Nónne gladium ei è manus excuslit, ut non solùm scommatib; cum passim infestentur, qui doctrina & ingenio pollent, verum etiam in triviis, cum esse Antichristum, pueri clamitent, nec quisquam ei adhæreat, nisi qui lucru ab ipso captant, quo denegato, & ipsi deterrimi ejus hostes sint futuri? Cælo, & inferis, quorum sibi claves esse jam olim gloriatus fuit, ad eò frivole nunquam excidit, sibi gladium excommunicationis, quo universo mundo erat formidabilis, cripis, passus.

Neminem, qui eum timeat, video, præter eos, qui sui commodi causa cum leuantur, quo præcepto, & ipsi eum actius aliis impugnaturi sunt. A viris doctis diu sed frutira fuit monitus, quibus ille negligens, quid indocti, fastuosi, sanguinemque sipientes, & Iudeopœgi impostores inculcarent, potius sequendum sibi, putavit.

Idem. Tolosanus Episcopus ab infidelium levitatem civitatem suam liberabat eò: quod idolatriam è templo ejiceret. Quicquid nempe aderat auri argentiq; calices, capsulas, aliaque luxurias inter pauperes distribuebat. Quod exemplum si & hodie lequerentur Episcopi, Sacerdotes, & Monachi, suamq; idolatriam, hoc est, aurum & argentum, quo lapides & ligna ornant, inter pauperes distribuerent, vivaq; templa erigerent: de ira sua Deus Optimus Maximus haud dubie multum remitteret.

Quid in stratura lapidum profun ipsorum boatus & vociferationes tum etiam aurem & argentum, gemmæ, vestes sericeæ? cum Christus interim, ut Divus Hieronymus queritur, in pauperibus frigore necatur, sit famaque conficiatur, exilio plectatur, variisq; suppliciorum genitibus à Turcis, nemine resistente, affectus pereat.

Idem, Paulus Warenfridus, Caroli Magni Diaconus, vir ejus seculi doctissimus, testatur: Longobardorum regnum ex sola Sacerdotum incititia eversum extirpatumq; esse. Ipse etiam Divus Hieronymus de Sacerdotibus & Monachis in doctis conquerens, eos bipedes vocat astinos.

Quid hodie diurus esset, cum inter Monachos & canonicos plerosq; videre licet stupidos, bardos, ipsissimæ ignoramus.

Pontifices, clementes Domini, cum sint asini rudes, qui nec ipsi quidem discere desiderant, nec alios discere patientur, immo nemini bono, doctoq; viro, & pio faciunt.

Noti mihi sunt nonnulli ex Prælatis, qui luxu suo inter scorta plus absumunt, quam universum Monachorum collegium. Et licet adolescentes juvenesq; in collegio isto sint ingeniosi: gratius tamē ipsis est, si Rusticorum filias stuprent, quam si bonis literis incumbant. Imo liberos arreptos flammis addicunt: malunt stupros asinos, & fatuos Monachos, quam literis studiisq; honestis excultos juvenes. Quod si Prælati isti plebeji essent homines, nemo facile ipfis haram committeret: in isto verò statu & aræ & animæ hominum ipsorum fidei creduntur.

Idem. Imperator Ludovicus primus, Caroli Magni filius Monachis Sacerdotibusque omni usu argenti, auti, gemma, rum, vestiumq; Sericarum, armorumque genitus interdicebat. Onnium Monachorum Virginumq; monialium unam eandemque esse regulam, eundemque vestitum, juxta ordinem Benedicti, jubebat. Iste siquidem ordo fuit antiquissimus, librisq; conscribendis, adolescentibusq; in utraque lingua erudiendis, Ecclesiaz multum interfecit.

Postquam verò alii ordines extitèrent, in quibus pecunia quam pietatis studium magis eluxit: ipsi quoque Benedictini remissiores facti, preces suas veniales habere, ingentesq; immunitates, magnosq; redditus auçupari cœperunt.

Nec quicquam ipsis, quam accipere, gratius: nihil verò, quam dare, ingratius fuit: licet Aristoteles aliquique gentiles Philosophi dicant: *Dare honestum & laudabile esse: accipere verò inhonestum.*

p. 282 Idem. Qui verò fidem profitantur, & Evangelium semper in ore habent: imittantur, ut infidelibus Evangelium prædicent, cum iis dispergent, fidemque Operibus ipsis declarant: quemadmodū duodecim Apostoli, de quorum doctrina gloriantur, facit. Concordiam colamus, neuter alterum contemnat, quia omnes in unum Christum credimus, & ab ipso solo Christiani vocamus.

In externis illis ceremoniis quisque sua conscientia sibi consulat, ut Deo se redditum esse rationem cogitat. Hac in re nec Cæsar, nec ulla creatura in qua-

cumque munus carnis continet, contentus. Et inter prius illos Philosophos, & Christianos ipsos, semper opinionum fere diversitates: nec tamen ideo mutuis se proscidere convitiis, nec alter alterum contemnit, proditumque lanzen tradidit. Tollaneur è medio convitia illa, & homicidia.

Si quis veritis diebus forsitan perfrictam carne vescatur, vel eam foco imponat, magno iscum rigore, nulla ibi clementie habita ratione, punitur: cum id nec coram Deo, nec coram hominib; nec inter fideles nec infideles peccatum sit: cum interim adulteria, lupanaria, fornicationes, inter ipsos etiam sacrificulos, ferantur, cum hoc gravissimum inter gentiles quoque sit peccatum, gravissimeq; a Deo sit veritatem. Quæ hæc est obstinatio, quæ insania? Quid, talis Christianos esse, agnoscere posse? Mandata Dei custodiuntur, & veritas propugnetur: sic de Turca actumerit.

Sacerdotes isti non salutem, sed sanguinem hominum sientes, avari, superbi, indocti, impudici ab officio removentur. Quod si in his negligentes fuerimus: non est, quod aliam, quam majores nostri, fortunam expectemus, qui jam tot annis infeliciter adversus infideles armam mortales, nihil effecere aliud, quam quod sibi ipsis miserandas clades intulerint: ab eo nimis tempore, quo Pontifices cum suo complicio sese, annientibus Galorum Regibus, ab obedientia Imperatoriis debita subtraxere, eosq;, quantum in ipsis fuit, non solum omni potentia & dignitate, corpore & vita spoliarunt, sed etiam in Gehennam ignis fulmine suo detrusere, peculiaremque sibi constitutæ Hierarchiam, in qua neminem, nisi qui ipsorum esset partum, passi sunt, nec ea, quæ Christianæ Republicæ utilitati inferirent, quæsivere: sed per quæ suam stabilitatem tyrannidem, suoque fastu in perpetuum consulerent, & noctes diesq; omnem moverent lapidem, quemadmodum conqueritur ipsum Imperator Ludovicus ejus nominis IV. Monachii sepultus: qui Christiani orbis Principes intestinis dissidiis turbarent, id molentes, qui Germanorum vires, ut æneum illum serpenter, prorsus contunderent.

Qui hæc tam ex præsentium, quam præteriorum rerum statu non animaverterit: cum vel in meridiana luce cœcutire, vel pessima animo agitare cœsilis, necesse est. Nihil sanè istis avaris donisq; canibus est perniciosus. Pecconia

Hoc & scribi, & dici, nefas esse putant. Verum nisi maturè hisce malis occurrat, religionisq; pia simplicitas, qualis in primitiva fuit Ecclesia, reducatur, & abusus illi manifesti & pessimi abrogentur: non est, quod meliora speremus. Nec enim mentitur ille, qui ipsa veritas est, cum ait: Omne regnum in se divisum defolabitur. Errores indies invalescent, nec eorum ullus modus est.

Multis convitiis sacerdotes Ecclesiarum Doctores se incessunt, hæreseos & furoris se invicem insimulant. Utrinam in unum coacti tam diu pane & aqua vitam miseram traducere cogantur, donec de omnibus ipsis convenientat.

Deus justus est. Quis ergo, cum nulla sit vita emendatio, scelerata nostra non puniat? ipsa natura animis nostris eam legem Dei insculpsit, ne quis suum honorem & commodum, sed potius proximi quereret. Lex naturæ dicit, quod talem me erga pauporem gerere debeam, quam optarem, ut ipse vicissim se erga me gereret, si ipsis fortuna me forte pressura esset.

Pauperibus sane incumbit, ut ipsi sufflent armata, pecudes, homines, principes, magnates, Cæsares, oppida, civitates, sacrissimis initiatos, prophanos, imò feras in agris, volucres cæli, mures in terra, metibus delitescentes. Nec tamen modus est gravarium, dum pro sua libidine in eos grassantur vilissimi etiam lictores, Monachi, sacrificuli. Nunquam ipsis qui es a laboribus datur, nihil minus quam cuticulam curare, ipsis licet: genium defraudent, calamicas spè ingens in fruges, in jumenta, pecora, ovilia incidit.

Nec quicquam illud movet carnifices istos, hiantesque lupos. Ipsi etiam mendicantes Monachi, ascoperam suam fundo carentem implere studentes, quasi juris suo, plura, quam regula & ordo permittat, ab afflictis ipsis hominibus exigunt. Nihil jam dicam de gravaminibus illis, quibus per venationes Principum miserè torquentur. Nemo est omnium, quotquot vivunt, qui de leniendis ipsis miserationibus gravaminibus solitus sit.

Universa rerum natura ad ruinam, & interitum vergit. Cælum, aëris, terra, agri, arbores deficiunt, nec uspiam pristinus ille vigor in fructibus apparet. Quæstores, raptore, lictores ditescunt, Principes una cum urbibus & nationibus pefundantur. Conqueritur passim de justitia Deus Opt. Max. de justitia potentiorum, in primis vero eorum, qui sanctimonia præ reliquis insignes esse volunt, quod

patrem & protectorem eorum fore affirmat.

Maximus Dei honor est, nomen sumum, titulus præclarissimus, quem ipse met sibi tribuit: quod viduarum & pupillorum, qui omnium consilio & auxilio destituti sunt, patrem & protectorem se nominet: si veritatem proficeret, in nullo inquisim concilio, in nullo unquam à conventu, in nullis comitiis Imperialibus vel Provincialibus, plebis causa acti fuit: ut, abrogatis gravaminibus, ejus commodis consulereetur. Ea unumquemque; cura solicitat, ne quid de ipsis fastu, in munitatibus Privilegiis, proventibus decedat.

Fatalia fortè hæc mala sunt, unde etiam fatales sequuntur pœnae. Nec enim Deus peccatores, nisi resipicant, exaudiret: adeoque, graviter ius succenser, qui de lege quidem Dei gloriantur, sed interim disciplinis legumque; negligentes, re ipsæ, verbi divini secōrentores esse, ostenduntur.

Idem. Leo I. Pontifex, & Sidonius Avvernensis Episcopus, Poëta, de eorum, qui se religiosos profertur, fastu & avaritia conqueruntur, nec affirmare dirit: quod per privata Episcoporum, quos subditis Imperatores præficerent, commoda Christiana Ecclesia à priscis moribus & pietate degeneraret. Romantique; Imperium in maximas clades incideret.

Idem. Verum ventribus istis indoctis, avaris, fastuosis, impudicis, fruges consumere natis, sanguinemque; semper sanguibus, verbum Dei nequitur est operculum. Quocirca in medium consilane Principes, ne una cum istâ impia & ignorantia turbâ pessimo exitio pereant.

Idem. Insulta Monachorum sacrificiorumque; turba, cum in concionibus suis ad vitam emendationem, ad concordiam & pietatem auditores exhortari deberent: ipsi met vitam agunt sceleratissimæ. fornicationibus & adulteriis polluti, avaritia perditæ, fastu instati: cum etiam semina dissidiorum inter Principes & magnates spargunt: causas præsentium malorum mendaci ore impudenter conferunt in optimas artes, sacras literas, graiam Dei, Evangelium: nec præter Lutherum quicquam crepare norunt.

Annis ab hinc noningentis, assertores Mahometanæ religionis Christianos, in primis Magistratus & Principes funditus extirpare ceperunt: cum Lutheri non ultra decem annos haud sit notum. Veteres historiæ culpam imputant avaris quæstoribus & Præfectis Romanorum Imperatorum. Patres & Pontifices usque; ad Calistum II qui matrimonio Sacerdotibus interdictis in Regia fæcile fuisse esse. Tunc

sacrificiorum suis eperunt : cujus rei testimonia satis evidenter nobis sunt in literis ipsorum Pontificum, quae adhuc extant, & partim juri P[er]ficio sunt insertæ.

Doct[ri]ni verò Episcopi, & Reges, atq[ue] Imperatores acceptum id omne ferunt Pontificibus, Pontificiisq[ue] Prælatis, & Gallis, qui omnium calamitatum & dissidiorum in Ecclesia authores fuerunt.

Idem. Quisquis demum sit Lutherus ille, sit vel hæreticorum deterimus : manifestum tamen cuius est, principes illos & civitates, qui eum fovent, paci studere, nec innoxio sanguine manus polluere, sed suam cuiq[ue] religionem relinquere liberam : fovere etiam, adeoque in precio habere viros doctos, bonas artes, honestatem, adeoq[ue] liberalia stipendia iis decernere, qui ingenuas disciplinas, linguas, & pietatem profitentur : nec se munericor[um] corrumpendos obsecere indoctis Monachis, & siti sanguinis irrestituibili fatigentibus.

Inter eos, qui Lutherum impugnant, munera regnant: viri docti & pii crudeliter vel ejiciuntur, vel necantur : nec cunquam verba, nisi Monachorum, quos recte lutum sanguine maceratum dixeris, valent, nulla ibi eruditio, nulla pietatis, nulla honestatis ratio habetur.

Feitur Morio Ludovici Ducis Lands-hutæ ad Regem Bohemiam, cum ei vinum generolum esset porrectum, dixisse : Vinum tale ego biberem, & in perpetuum essem morio. Eundem ad modum & ego dixerim : Vinum ego saxe & generosum biberem, & in perpetuum essem hæreticus. Quis non malit vel hæreticorum sumus esse, quam inter Christianos adeo sanguinis effundendi avidos versari?

Videmus, quod eos, qui Lutherum impugnant, & ex instinctu indoctorum Monachorum multum Christiani sanguinis profuderunt, bello Turca impetrat. Quo ergo intendunt insanæ illæ Monachorum vociferationes, quibus, cœlo terram missentes, omne malorum culpam in solum Lutherum transferunt.

Idem. Ludovicus Bohemorum & Un-garorum Rex primus fuit, qui insanis Monachorum, Sacerdotumq[ue] sanguinem sicutientium consiliis obsequutus est. Regem, qui modò rerum potitur, eadem urgent fata. Quam propè nos surgeat periculum, & quæ graviora mala incumbant, nemini non est manifestissimum. Quare Sacerdotes isti indocti, sanguinisque profusione gaudentes, in extremas ter-

fibi ipsi culpam imputet, vitæque emanationem, quatenus ex divina gratiali- cet, instituat.

Profectò rei [indignitas] cogit me, nec circuitione nec dissimulatione utentem, h[oc]c & aportè & acerbè, prout se habent, in medium proferre. Quanquam nec eos, qui se Evangelicos ja[n]gant, omnis plænè culpæ immunes esse, censeo. Sunt inter eos, qui Germanis Bibliis & scriptis insudantes, omnem ingenii cultum & literarum studia planè negligunt, denaq[ue] Spiritus sancti, linguas & humaniores artes contemnunt. Qui sanè contemnisti graviores sibi poenas accersunt. Servus enim, qui Domini sui voluntatem perspectam habet, nec tamen ei obtemperat, atrociores meretur poenas, quam servus, qui voluntatis heri sui ignarus, peccat. Metuendum certè, ne eadem eos, quæ & Judæos, poena maneat, nempe ut aperte oculis nihil videant, legentesq[ue] nihil intellegant.

Lamentationes Germanicae nati-
tionalis ex Threnis Hieremia my-
sticatis.

Et factum est, postquam in captivitate Romæ voraginis ducta est inclita Germania: sed it Evangelicus præcomagnificus, & amaro spiritu ejulans & flens, lamentationem hanc ex ipso corde inge-
misen[s]t, ait :

Quomodo (merito miratur) sedet sola Germania (in pulvere despectionis, non, ut olim, in solio gloriæ & honoris) prædz (curialium Romani Episcopi) ex-
posita (quia nemo resistit istis lupis rapaciis) plena quondam divitiis? (quando aliæ nationes Romano Imperatori Germanico contribuebant, quando non emebantur pallia, beneficia, sacramenta,)

Facta est quasi vidua (quia ab omnibus laceratur, & nemo ei patrocinatur : Pa-
pa vincit omnes chartulis suis) domina gentium (jure dominari deberet Germania aliis Gentibus, sed jam servit Roma-
nis stabulariis).

Ipsa princeps provinciarum (quia Regnum & Imperatorem habet, & fortior viribus, & audacior animis) facta est sub tributo (cui? uni homini presbytero, & hoc parum est, qui a etiam Romanis popinariis, mulariis, &c.

Notula prima. Nemo putet, Martinum Luther h[oc]c scripsisse, sed in libris suis sententialiter utique verbis expressis planxit, quod Germania prorsus à Ro-

dam præstat, quæcumque novi, ex cujus eis
quoq; audiri: quod Papa habet duos cu-
riales, qui quotannis de sacro nostro Im-
perio trecenta millia aureorum corra-
dunt & prædantur, præter accidentia de
quotidianis litigiis in curia pro patri-
monio crucifixi Jesu. Qui isti curiales
pessim? Nomen uni Gyesi de veteri le-
ge, nomen alterius Simon, non ille Pe-
trus Apostolus, sed Simon Magus: unde
Simonia dicitur.

Quid Imperator habet de Imperio;
demta hæreditate? Responderunt pra-
fati, non plenè duodecim millia aureo-
rum, quibus legationes & non eos, ratio-
ne Imperii missos, non potest exalvere.
Heu quam dolendum hoc? heu quam
miserandum hoc? Quo res redacta? Quo
pervenit Alemanorum gloria? Inveni-
tur aliquis Curtisanus, qui parùm minus
habet, quam Imperator de Imperio. En-
quæ nos dementia cepit? En quam cæci
sumus, quam injustissimis mandatis Ro-
mani Episcopi paremus, faventes cum
damno nostro maximo Simoniæ pra-
vitati, quæ hæresis, & prima hæresis fer-
tur in Ecclesia. Ita medii benè ament,
salva fide, securius & melius esset nobis,
sub Turci Imperio vivere, quam sub no-
stro exoriatore immitissimo: qui tamen
pater omnium vult dici.

Pater (secundum Paulum) debet the-
saurizare filiis, non filii parenti. Sed ille
Romanus pater prorsus omnem filiorum
conatur vorare substantiam. Nisi pius
Deus citò per famulum suum Carolum
Maximum subveniat, adumerit de Ger-
mania. Chartulis suis excommunicato-
riis omnes nos vincit, & quia obedimus
(quod non parùm dolendum) subannat
nos Romuliz, quasi stultissimos homi-
nes, nec sperandum præmium à Deo pro-
ista impia obedientia, sed potius timen-
da pœna æterna, quod mandata Dei non
tenemus, & uni Cayphino homini cum
utremore celeriter paremus.

Notula III. Quibus facta sit Germania
tributaria: notatu dignum est, ut sciat
suis obediens dominis. Sunt autem domi-
ni ejus Mannon, Simon, Gyesy, Scribz,
Phariz, stabularii, mularii, afinarii, ca-
ballarii, bubularii, Cattarii, Mescipula-
rii Gliricapearii, Popinarii. Fætrarii, clo-
scarii, anitersarii, meretricarii, Epulones,
Glutones, potores, nebulones, lusores,
virginum corruptores, Sodomiti cives;
& populus Gomorrhæ. Hi nostri domi-
ni, præpositi, decani, scholastici, custodes,
canonici, plebani. Vicarii. His Romanis

domini. Chartula Cyphæ hoc mandat,
&c. Horum chartulas & mandata pluris
facimus, quam Dei præcepta quæcunq;
Ideo jutte sumus sub tributo.

Plorans ploravit in nocte (plorat jam
nocte adverbitatis, quia non vigilavit in
die prosperitatis; sponte le subjecit, co-
acte jam servit;) & lachrymæ ejus in ma-
xill s ejus (sed rilus in maxillis Romu-
listatum, qui gaudent de nostris malis.

Non est, qui consuletur eam, ex omni-
nibz charis ejus (sunt hoc permittit D:z,
quia volentes consolati Alemani perfe-
qvuntur, & odiunt, & remediaris volunt
ipsimet: sic fecere Imperatori Frideric: i.e.
sic Guilhelmo Ockam, jam Martine.)
Nam omnes amici ejus (qui meritò debes-
serent esse amici) spicaverunt eam (unde
quando Papa excommunicat Imperato-
rem, mox chartulæ obedientes Papæ, de-
posuerunt eum nostri Principes Electo-
res (& facti sunt inimici (pater in Gel-
drenb. & Sutensibus.)

Notula prima. Romuliz tot & tantis p. 275
retibus fraudis & tyrannicæ dominatio-
nis involuerunt Germanos, blanditiis
primò infatuatos, quod non spes evadé-
di videtur illa, nisi quod fuit bus & gla-
diis dirumpamus vincula eorum, & pro-
jiciamus à nobis jugum ipsorum, ut Do-
mino libere servire liceat. Nec possumus
omnes fossores in mineralibus montibus
totius Germaniæ tantum auræ & argenti
effodere, quantum Roma vorat: abysus
infernalis est. Roma apud gentiles olim
aurum & argentum provincialium respu-
it, terram modicam pro tributo petiit.
Tertis hodie mons Omnis-Terræ. Jam
Cerberum Romanum nec ipse Jordanis
fatiare posset, etiam si aureus per os ejus
permeates. Videte, qualis jam successor
Petri pauperis, an non potius impii Ne-
ronis Christianos spoliavit?

Notula secunda. Quando Germania
prorsus exhausta fuerit ære, & argento, &
auro: tunc non remittentur nobis miseri-
tis amplius peccata, nec venient ad fôres
mulgentiæ, dixerim indulgentiæ, sed eri-
mus in maledictionem & in derisionem o-
mni populo. Antiqua calcaria, rubigino-
sa patellas, ollasq; æneas cudemus pro
moneta nostra, & quasi tempore Antis
christi nemo emet à nobis. nec vendet
nobis: has meremur jam gratias, dando
nostra Romanis stabulariis.

Notula tertia. Multo jam tempore
Romani Episcopi, qui Ecclesiæ thesauros

cordes. Ideo inserit subtilior, sicut ini-
micus homo, zizania: cum ipse tamen
quotidie summis viribus deberet labo-
rare ad bonum Reip. Christianæ: sed Pe-
tronizat & Christianizat, sicut Judas.

O Petre apostole, si jam viveres, vix
Campanator fieres. Si autem Papa jam
esses: quam opulentus es, oportet te
rursus negare Christum pauperem, aut
deponi.

Migravit hinc (scilicet ad curiam Ro-
manam, ut serviat in stabulis) populus
multus (scilicet cleris indous, volens
ditari beneficiis simoniacæ potestatis)
propter afflictioem (quia quasi omnia
beneficia nostra sunt Romulistarum, quæ
gravant absentiis.) Habitat inter Gentes
(id est, inter Romanos curiales, nec Deum
nec homines timentes, & ideo deteriores
gentibus) nec invenit requiem (non enim
satis est Romulisti, quod nostri eis ser-
viunt in stabulis, sed & oportet aurum
nostrum tribuant.

Omnis persecutores (hi sunt curiales,
adulatores) Germaniæ [non faciunt ca-
liter omni nationi: nec patiuntur, ut nos
alii populi] apprehenderunt eam inter
angustias [dicunt enim Romæ, o sanctissime, Alemanni multum timent excom-
municationem vestram, igitur fulmine-
tis in eos, & obedient in omnibus.]

Notula prima. Dolendum, quod Ger-
mania abundat mineris, & abundaret pe-
cuniis: nisi prædaretur à Romanis: &
tamen vagantur Alemanni per mundum,
sicut Gyrovagi insulani (vulgò Zygeinter)
pro servitiis vilib[us] habendis in stabulis,
in popinis. Item pro pauculo salario ex-
tero exponunt & corporis & animam mor-
ti temporali & æternæ, sicut videmus in
nostris mortalibus, Landsknechten cuius
radicalis causa est: quia Germania eva-
cuatur ære ab ipsis Romulistis.

Notula secunda. Romanus Episcopus
excommunicat jam veritatem dicentes
& defendantes, & benedicit eam pver-
tententes, Scripturam corruptentes: & si
quis cum pro Deo adoraret, credo, non
abnueret. Dicitur enim à suis adulatori-
bus Deus terrenus, Imperator omnipo-
tens, sanctissimus nomine, licet pessimus
siet opere, omnia hæc lubens sustinet.
Nunquid & Petrus hæc sibi usurpavit?
Sed qualis Deus, talis ejus creatura, ut
cernitur in suis carnalibus, dixerim Car-
dinalibus, præsertim in Italia: videmus
in suis ducibus & Doctoribus ab eo crea-
tis. O creator, sis tibi propitius, crees tibi

antur, quam Cayphæ excommunicatio,
qua excommunicat omnes apostolos, &
in ea excommunicatione mortui sunt, &
ideo beati. Si excommunicationem re-
nuissent, & ei patruissent: damnati essent.
Hostiensis file.

Vix Syon cœlestis lugent (continens
pro contento ponitur, id est, homines vo-
lentes ire ad cœlestem Syon, id est, beati-
tudinem, jam merito lugent:) eo quod
non sunt, qui veniunt ad ejus jocundam
solemnitatem [hujus ratio: quia jam ne-
mo salvatur, secundum Romanos curia-
les, nisi qui abundaverit pecuniis plus
quam Scribae & Pharisæi, & dederit Ro-
mano Pontifici.]

Omnis porta ejus destructæ (scilicet
in Germania: Papa enim reservavit so-
lam unam portam apertam, per quam in-
trat: beatus homo, cui hoc temporalia
sunt, & Papæ tribuit.)

Sacerdotes ejus (id est, Germanis) ge-
mentes (quia fructum beneficiorum tol-
lunt absentes:) Virgines ejus squalidae
[quia curtisanorum concubinæ factæ:]
& Germania (non sic alia nationes) op-
pressa amaritudine: (quis enim sanx mē-
tis non doleat statum Ecclesiæ sic desum-
tum?)

Notula prima. Olim Christus dixit,
Beati pauperes, quoniam ipsorum est re-
gnum cœlorum. Jam Romulisti corre-
xerunt textum. Papa enim [secundum
eos] judicare & corriger habet omnia,
præter seipsum & extollit super omne,
quod Deus dicitur & colitur. Dicunt ig-
tur sic jam, Beati divites, & quicunq[ue]
nobis & Papæ sua bona tribuentes, quoniam
istorum est regnum cœlorum. Papa enim
aperit istis, non aliis.

Notula II. Dubium jam versatur gran-
de apud plerosq[ue]: An Papa rursus habeat
claves ad cœlum. Nuper enim, quando
ibat dormitum, poluit claves ad pedes
lectuli sui, & clam venit fur, cui nomen Sa-
than, auferens furtim cœli claves infer-
nalis abyssi, & supposuit claves inferna-
lis abyssi, & sic abiit. Nec stolidus solvit
hoc.

Notula III. Proles Cosmæ Medices a/s
sveta est malo dolo, & usurariis ac Symo-
niacis negotiis.

Hostes Germaniæ facti sunt [Romæ
Episcopus, & ejus creatura ac familia, &
Franci, & N.] in capite [Carolus maxi-
mus locabit eos, ut spero, in cauda] ini-
mici ejus [scilicet adulatores curiales] lo-
cupletati sunt [de nostris beneficiis & pal-
liis]

pastor idolum, id est, N. de pascit omnia.)

Notula prima. Hostes nostri in capite sunt Curtifani, jam nostri præpositi & Decani, &c. ut suprâ Novi unum, qui fuit Anitersarius Romani Pontificis, qui sedecim possidet beneficia, & quidem opulentissima.

Notula secunda. Iuvenes nostri per-
gunt Romanam ad fabula malorum & bu-
bulorum, & ibi promoventur à creatore
suo in maiorem dignitatem, & ad melioram
provisionem, quam si apud nos D. Theo-
logiz de eem annis ordinariè legerit. Vide-
te provisorem Ecclesiaz.

Notula tertia. Multum irascor Petro,
qui depavit & rapuit omnia: nil juris reli-
quit consociis Apostolis. Si enim Papa ha-
bet, quæ Petrus: oportet Petrum hæc
habuisse.

Recordata est Germania (vexatio Ro-
manistarum dedit sero intellectum) affilia-
tionis (à Romani Pontificis curialibus) &
prævaricationis sive (contra primitiva sa-
cra concilia, obediendo Romano Epi-
scopo tanquam universalis, &c.) & omnium
libertatum (quia menses Papales non e-
rant, nec pallia emere oportuit:) & quæ
habet (scilicet privilegia) à principio (nam
olim primas Parthenopolitanus confirmâ-
vit omnes Episcopos Germanie:) sed jam
omnes, qui glorificabant eam [Turci, Sar-
aceni, Tartari, Moscovitz, Rutheni, Arabes-
que] spurnunt eam (nam quotidiani irruunt
in Ecclesiaz regna, prædantes) videntes
ignominiam ejus (quia ignavi facti sunt
Reges nostri, felacrantes, infidelibus
parcentes.)

Notula prima. Dolendum nimis, quod
jam unus cento viii, id est, pallium debet
redimi aliquando viginti quatuor millibus
aureorum, & processione obviari, dum is
demon affertur de Roma. O Cœcitas!
Quid signat cento ille? rete Petri. Sed
dic, Petre, num omnia retia tua tot va-
luere aureos?

Notula secunda. Olim ad Cameram pri-
matis Parthenopolitani dabantur forte
quinquaginta auri, vel trigesima propallio, id
est, confirmationis literis scribendis: sed
jam tantum, videlicet quantum Episcopa-
tus habet.

Notula terția. Episcopus Metropoli-
tanus in Germania super suos Episcopos
confratres, & quasi suffraganeos, potiorem
habet jurisdictionem, quam Papa super
eosdem, primas super omnes Germanie
Episcopos illo modo.

Vide Domine (oculo misericordiæ tuæ)
afflictionem ejus (injustam & Tyrannicam
à Romanis) quoniam erexit est (quia
inter nos, illorum contra invenimus)

dulatores, Omnipotens Dominus terræ, &
ideo non restat ei, nisi dicere & mandare,
hoc volo, hoc nolo.)

Videt Germania (scilicet prohibere non
audet, timens Caiphinam excommunica-
tionem majorem) curiales (scilicet Roma-
ni Episcopi) ingredi (per literas) ad pin-
guia beneficia (præposituras, &c.) Insul-
sos, inepios, (melius scientes mulum
sternere, quam Evangelium legere) de
quibus præceperas (in Evangelio Joannis)
ne intrarent (Simoniæ) ut fures (quia
fur non venit, nisi ut furetur, perdat & ma-
get) Ecclesiam tuam.

Notula prima. Olim Imperator Roma-
nus confirmabat, vel infirmabat Pape elec-
tionem, sicut & sanctus Gregorius confi-
matus est in Papatu ab Imperatore. Sic
in veteri lege David & Solomonis filius
amovebant & admovebant summum sa-
cerdotem, secundum quod regno expedi-
re videbatur, jam versus ordo. Imperator
debet jurare (ut aijunt) Romano plebano,
quid? ut finat cum libertate mactare oves
Christi, provincias evanescere denariis.

Notula secunda. Christus pro se & Petro
dedit tributum Imperatori gentili, & perno-
men ejus obedierunt ei: non autem summo
sacerdoti Annae, Caiphæ taliter fecit.

Notula tertia. Quicquid Papa vult, scri-
bit, & sigillat, & tunc pro jure habetur à Ju-
rislitis quibusdam, & concludunt, Papa sic
decrevit, ergo Afinus volat.

Dederunt preciosa sua Germanici suiti
(scilicet antiquos aureos, quos nec matres
nostræ in puerperio audebant ambiere: sic
alii vendunt domos, agros, &c.) probe-
nenficiis (à nostris parentibus fundatis) &
mulgentiis (alias indulgentiis, licet im-
propriæ) & vindemiata est, (id est, deplu-
mata, depauperata, spoliata) Germania
[sicut racemus post vindemiam.]

O vos omnes [qui diligitis Germaniam]
qui transitis Germaniam [per civitates, per
villam, per montes, & dumeta,] attendit,
[quales sint ibi beneficiati prælati] & vide-
te [quod sint Romani aini bubulati] si est
gens similis mihi in stulta obedientia [qua-
fi dicat, Nulla sic infatuatur in Papa, sicut
Ego. Nam cum damno anime & cor-
poris.]

Notula prima. Papa mittit nobis petiam pag. 285.
membranæ cum modico plumbo & viro
canabeo, & requirit aurum electum.

Nam stultissimi sumus negotiatorés?

Notula secunda. Romanus pastor alienas
oves bis mulget in hora: nostri Episco-
pi sunt nostri pastores, & ita benedicti
& Dei Apostoli, sicut papa: quia & ipsi
successores sunt Apollolorū, ut patet in

excommunicando etiam aliquando eas literas, quas ante horam dixit perpetuis temporibus durandas. Et sic Romæ est universale ante prandium, & post prandium: expediret, credo, nostros laicos, dico, & logicos hoc scire.

Notula tertia. Pro omnibus bonis, quæ Romanis facimus, & tribuimus, adhuc viliiores habiti sumus, quam olim triginta Iudei, venditi pro uno denario, ac quammodo sunt Mammaluci.

Cui comparabo te, inclita Germania? (Respondeo: populo stulto & insipienti, nec intelligenti, neque novissima damnatione providenti.) in quo consolabor te? (Respondeo: in gladio & fustibus Caroli maximi, justissimi.)

Prophetæ tui viderunt tibi (scilicet predicando indulgentias, extollentes Papæ potestatem super omne, quod Deus est,) falsa (ali quando heretica, sicut ille, qui ait: quando pecunia imponitur cista, mox anima evolat:) nec aperuerunt tibi iniquitatem (sed tantum predicant de magnitudine mulgentiarum, mendacium super mendacium) ut te ad penitentiam provocarent (scilicet, ut te ad dandas pecunias provocarent, sive pereat anima, sive salvetur.)

Plauerunt super te manibus (quando viderunt, te credere suis fictitiis, & contribuere,) aperuerunt super te os suum (communando excommunicationem maiorem, si quis veritatem dixerit contra eorum mendacia:) dixerunt (intra se) devorabimus (scilicet Alemanno, omnino soliendo.)

Notula prima. Indulgentia est vere penitentia negligentia, relaxatio conscientiae, imminutio omnis boni, ditatio Romani Pontificis.

Notula secunda. Melius est dare denarium pauperi Christi ex charitate, quam centum aureos ad cistam mulgentiarum.

Notula tertia. Omnia sacerdotia, omnia sacramenta sunt venalia, omnia mala admittuntur liberè in indulgentiis. Nam eas (pro usu moderno) dant & confirmat Simon magus, & Mammon diabolus.

Quomodo obcuratum est aurum (apud Alemanno? scilicet fulget in frenis & metetriculis Romanis,) quæ terra sic vindemiata? (quasi dicat, Nulla. Iam enim nec sacellum vel altare in nemore situm est tutum ab istis Curtisanis)

Misericordia Domini, quia non consumi (totaliter ab istis lupis rapacissimis,) nec defecerunt miserationes ejus: (speramus enim iura quia Alemanni incipiunt

nas ditamus: ideo nostræ matronella contribuentes merentur indulgentias, quas olim Izabel, fovendo & nutriendo quadraginta sacerdotes Baal.

Notula secunda. Martinus Lutherus in acie conatur nos liberare de Egypto & captivitate Babylonica, benedictus à Deo.

Notula tertia. Eckius theca fraudis diabolica, legatus Cypræ, interpres Antichristi Hæresium prece, Germania letalis hostis, perversor veritatis, eudit earenas apud Vulcanicum ignem, ut retineantur diutius & durius in captivitate Romano-rum stabulariorum. Maiedictus à Domino, aut revocet, quod nequiter depoluit. Dicat omnis Israel. Fiat, Fiat.

Oratio Hieremia Prophetæ.

Recordare Domine (qui potest auxiliari) quid acciderit nobis (ab ipsis inquis Romulisticis,) intuere (oculis misericordie) opprobrium nostrum (injustè illatum à Romanis curialibus, à Francis, à Venetiis. In fundandis Beneficiis) hereditas nostra versa est (per bancos, & per chartulas, id est bullas Romani Pontificis) ad alienos (scilicet Curtianos, Cardinales, &c.) pupilli facti sumus (Papa enim hostis, Episcopos nostros non sinit esse patres, sed servi:) absque Patre (zelante pro filiis:) matres nostræ (id est, dioceses) quasi viduae: (Papa enim captivos tenet maritos, id est, Episcopos jurantes.) Minamur ut pecudes (verbis duris, probrosis, excommunicatiis literis) ante faciem perspicientis: quod vult, citat nos Romanus Pontifex de angulis mundi.)

Patres nostri (scilicet Episcopi, Reges, & Principes) peccaverunt (omnia successori Petri tribuentes, & aliorum Apostolorum successores spoliando) & nos eorum peccata portamus (cum damno & contumelia nostra.)

Servi (scilicet, curiales, stabularii, cattarii, bubullarii, &c.) dominantur nostri, non fuit (asque nunc: sed erit certè) qui crueret nos (à tam vili servitute.)

Defecit gaudium nostrum (sed latitavit Romani super spoliis à nobis sublati) cecidit corona capitis nostri (sed Papa tripli-cata corona inflatur: an & Petrus sit?) Innovæ dies (tu Domine, per Carolum tuum) sicut à principio (quando ignoravimus Curtianos, quando Episcopi non cogebantur jurare Romano Episcopo, quando concilium Africanum viguit:) Domine (propter nomen sanctum tuum, qui Romanum) Invoca nos, invoca nos.

Notula II. Si conlenseris, o Germania, Carolo maximo, & similiter docto Martino, liberaberis cito.

Notula III. Si nos; duplicabitur jugum servitatis tue, & ego ridebo.

DE REGVLIS JVRIS.

Curtisanis nullam de cetero admittatur beneficium, vigore bullarum apostaticorum, dixerim Apostolicatum.

¶ 186. Curtisanis nulla detur absentia, sed certioris presentia.

Curtisani & nomine eorum literas excommunicationis portantes vel affigentes, cogantur vorare easdem cum omnibus appensis, nec detur potus ad hoc, ut glutiant, nisi fel & acetum.

Curtisani jam habentes plura beneficia, examinentur: & si idoneus quis eorum ad unum admittatur, alia ordinariis collatoribus reddantur distribuenda.

Curtisani ubique capiantur, si quid invadere volunt, ut prius.

Annata non solvantur amplius in eternum.

Nullum sit de cetero reservatum in Alemania beneficium, nec Papa, nec cardinali, nec Episcopo, &c.

Excommunicatio Papæ hujusmodi sit, sicut Cayphas excommunicatio.

Appelletur in gravibus negotiis ad futurum concilium, & non obediatur, donec illud celebratum fuerit, Romano Pontifici.

Confirmatio Episcoporum sit ex ipsa electione ritè celebrata, & consensum à suo metropolitano requirant, vel à primate Germanie: non emant centones Romanorum.

Capitula Canonicorum Episcopos eligere habentium, coajureat cum suorum Episcoporum consensu, de cetero se emere nolle centones à Romano Pontifice. Nam eorum Episcopus justiorum in sua diœcesi habet iurisdictionem, quam Episcopus Romanus.

Ut Rex eorum defensor sit in temporalibus bonis: teneant, quod usque nunc servatum est.

Primatus Ecclesie potest ita bene dari Episcopo Moguntino vel Coloniensi, sicut Romano.

Papa de cetero non pingatur (minus imponatur) cum tripli coronâ, sed cum quatuor Evangeliorum.

Quicunque ex Germania appellaverit ad euciam Romanam, expellatur, demergatur. Si Episcopus, exbanniatur à Rege.

Indulgentia, vel potius indulgentia, non emantur de cetero à Romano Pontifice.

tum, arcus & fortalicia destruantur, & sint ut Hiericho, anathema;

De his pecuniis, quæ hue usque sunt contributæ Romanis nebulonibus, aliquid stipendi loco tribuatur militaribus, & cessabunt à prædiis.

Quicunque Martinum Lutherum impugnaverit, hostis veritatis & Germanicæ nationis merito censendus est, & adulatoriis curialibus administrandus, portio ejus pix & Nix.

Quicunque habet conscientiam illa legendi, credendi, & implendi, deponat, tanquam erroneam.

Convertamur ad Dei mandata servanda ad timendum excommunicationem sanctæ Trinitatis, separantem à communione supernorum civium, quæ fit ob & per mortale peccatum. Quid nobis de chartulis Romani Episcopi? Episcopus est in suo Episcopatu, non noster Episcopus.

Sequitur Appendix Sanctissimum Bernards & Bonaventura Theologorum, & omnium eruditissimi Alberti Magni, quem Thomas Aquinas de longe veniens, elegit præceptorum,

Sanctus Bernardus in libro de Consideratione ad Eugenium libro tertio post medium, ante finem, magis desiderat in Papa plenitudinem justitiae, quam potestatis.

Alludit Bonaventura in quarto sententiatur, distinctione 21. articulo 5. in solutione ultimi argumenti, his verbis: Dominus Vicario suo plenitudinem potestatis contulit, quanta debebat homini puro dari, & hoc ad edificationem sui corporis, quod est Ecclesia. Pensuletur hoc verbum, Debebat, & hoc, Ad edificationem, non utique palatiorum plus quam regalium, sed ad fidei & divini cultus incrementum, animarumque missas, per predicatorum, per studium sacratum literarum, per largas elemosynas, & per bona vitez exempla, salutem promovendam.

Legatur Albertus Magnus super Joanem, capitulo decimo octavo, circa hæc verba: Si non esset hic malefactor, non tibi tradidisserimus eum: ubi ponit prægnantisimam hanc sententiam, de summis Pontificibus. Non tibi tradidissemus eum nos, qui sumus tantæ autoritatis & religionis: si uiles adhuc sumis pontifi

Et Bernardus in epistolis crebro taxat
avaritiam Romanorum, quæ stomachum
movit Luther. Similiter Glossa ordi-
naria, Esaiæ primo, meminit, non esse ava-
riorem gentem in toto mundo, quam Iu-
dorum & Romanorum. Imp. Carolo 5 Pp.
Clemente 7. II. S.

1526. *Reformatio Missæ & Ecclesiæ,*
à Martino Luthero hoc anno
edita.

Ut Lutheri mentem optimam
hinc redderem, apposui ipsius
verba propria.

Siegel uns diese nechste Auß-
ruhr also gewiñgt hat, daß man ge-
nugsam find, was für unruhe daraus
kompt, so man nicht darin sicher, daß des ge-
meinen Manns Gemüth, so viel möglich/
gesillt und einrächtig sey: So ist von
nöhnen, daß man nicht allein mit Gewalt dar-
zu thue, wie es schon ist gehet sondern auch
mit Vernunft. Dann euel Gewalt, ohn
Vernunft kan nicht bestehen, und behelt die
Unterthanen in ewigen Hass wider die Ober-
keit wie alle Historien uns anzeigen.

Nun kan man nicht läugnen, daß in
dem Pösel von viel Jahren her Unlust er-
wachsen, und böser Wohn gefasset, von
dem unerlichen Leben des Geistlichen Stan-
des: und da man den nicht woit bessern/
sondern mit Troz wider alle Willigkeit ver-
digen, ist aus dem Wohn ein solche Jammer
entstanden, wie leider vorhanden ist. Darumb
erslich an dem Stand zu reformiren angefan-
gen ist, oder der Stoff wird aus dem Herzen
nich kommen.

Hie ist an dem Haupstück am ersten
anzufahen, nemlich an der Messe, daß die
mit einer Christlichen gemeinen einrächtli-
chen Weise fürgenommen werd, darüber
Gott und Menschen Gefallen und Genüge
haben mögen. Die Weis aber müsse aus
dem Gottlichen Worte genommen werden,
ohn welches kein Enderung einig und bestän-
dig ist. Sineinahl nichts so gewaltig allen
Menschen den Mund stoppe und das Herz/
als das göttliche Wort. Menschen Vorrich-
ten gewißlich Secten und ungleiche Weis
an, wie man vor augen sihet in aller Welt.

So ist offenbahr, und können die
Geistlichen selber nicht läugnen, wie in aller
Welt so erschreckliche Greuel, und gräul-
icher Missbrauch mit dem Hochwürdigen Sa-
crament unsers HERREDI Jesu Christi
Leib und Blut im Schwang gehet:
nemlich der grosse grausame Missbrauch,

von der Hölen und Fügl ut. Ja auch wenn
einem ein Sohn frisch ist, oder einen Gio-
schén verloren hat, oder sonst ein klein Un-
glück wiedersährdet das: ist alles durch die Misch
mit Geld gesucht abzuwenden. Also das die
Misch ein Kaufmannschaft wider allein Ver-
glück auss Erden, mit einem Groschen oder
halben einem teglichen, et sey freim oder sehr
zuverlangen, sey essen und bereit gewesen ist
ungeacht Glaubens, Leib und aller Gottes
Ehre und Eelen Hell.

Dann ob vielleicht unter hundert tau-
send einer oder etliche nicht möchten er-
sunden werden, die umb Gottes will Misch-
ten: so seyn doch die anderen darzu der ganz
gemein Stand in dem Missbrauch, daß wo
nicht Geld da were, keiner Misch achtet, oder
leitands damit zu helfen gerichtet ist. Dann
darzu sind Klöster und Kirchen gesättigt, in
welche man sich nicht anders begiebt, denn das
man durch die gretliche und lästige Kram-
merey göttliches Dienstes, und der Mission den
Hauch ernehre, und gute Tage habe. Das ist ja
nicht anders, und kann niemand läugnen.

Zu dem sieht und greift man, daß die-
se Kramerey und Geld erwerben an Christi
Blut nicht angeleget wird, ehn freim ar-
me Leut, sondern das mehrheit an die
Geistlichen, die in Fleischlicher Unreinig-
keit, wie es Paulus nennt, liegen, auch mos-
fentlicher Hureth, Ehebruch, und allen
Schänden, viel auch Trunkenbolden, und
voll fräßlicher Untrugend: dazu unter dem
Schwein und Schutz geistliches Etantes, un-
streiflich in solchem sollen leben. Sehen also
frech und unrein vor zweifl, zum Altar, das
ist in ihre Kaufboden, Händel und Mord-
tend verlauffen und vereauschen den lieben
Christum. Wenn sonst kein Grauel auf Er-
den were, wer dieser allein genug, daß Gottes
Zorn uns mit Feur, rette Gott um und Gemi-
ren, verzehrte.

Und zwar Gott hat sich in dieser Auß-
ruhr woll lassen mercken, so wir wollen die Au-
gen auffthun, daß sich der Jammer hat an den
Geistlichen, und umb der Geistlichen willen/
angehoben als die solchen Greuel treiben, und
ist daruach an die Oberkeit kommen, als die
solchen Greuel schützen und leiden: und wiest
wie eine gemeine Straff pflegte, an dem Pösel
ausgangen, die solchen Greuel auch gefolget
und gedient hat.

Und ist noch kein End, darzu auch zuge-
sorgen, daß es ein Buchschwanz sey getreuen/
und wo man noch nicht darzu thun wird, sel-
chen öffentlichen bekannten Greuel abzuhant/
sondern frech und also gleich Gott zu Treden
handhaben und dulden, es werde die eis-

cion zu seien. Zumal ist der Welt, wie ist bleiben ist unmöglich zu verhüten / doch sie nicht zu einer Kramerey gerathen soll / sime gewohl dazu nicht andere verordnet werden / denn die der Menschen pflegen : als dann seind / und wenn müssen etei Müßiggänger / die dem Wort und Fleisch ihres Dienstes nicht Amt haben / darzu doch Christus dieses Sacrement eigentlich eingesetzt hat / wo aber Müßiggang Ihs / da folgen ade kostet nach.

Doch der Sachen hier nicht kan gehoben werden / man lege dann den Weißfassen des Wortes Ampt auf : Welche das nicht vermögen / daß die auch nicht Weiß halten sollen / sonst wird und ist des unnützen Volks zu viel. Und weil sie fast etiel Wandlungen und Weißgänger seyn / die niemands dienen / sondern lassen ihnen dienen / hört das Erger- nis und Beedrichs weder Gottes und der Menschen nicht auf.

Wenn wir dieses Haupstück recht geordnet hettet / so wär dem andern aben / als das daran hänget / leichtlich zuahmen. Will man aber hierzu nichts thun so wolt ich ungern zu den andern Ordnungen röhren. Dann hic ist vergeblich und etiel verloren Mühe / die doch zerbrochen wird durch die Weißhand- schierung. Man müß hic des Kreuzes Wün- nen stossen / sonst werden die Flüß und Wä- che nicht anstrecken.

Vor das ist die Weiß in noch einem hö- heren Gräuel und Missbrauch. Denn wenn sie gleich ohn den äußerlichen groben Miss- brauch und kein Kramerey wäre / sondern gar um Gottes willen gehalten wird / weil sie aber doch als ein Opfer und gut Werk gehalten wirdt / und nicht ein Gedächtnis unsers HERREN JESU CHRISTI / wie er sie eingesetzt hat / wie auch daraus gebauet der Christen Gewissen / als ob sie dadurch festig halten würden / daß sie Christum erhöhen in der Weiß wird dadurch der Glaub vernichtet / und das ewig Opfer / daß sich Christus armahlt für uns selbst geopfert hat vergessen und ver- acht / das man doch in der Weiß mit hohen Nach- gedenken soll.

Den Glauben aber vertilgen / und ein eigenmürig Werk und Opfer oys einem Göttlichen gemeinen Schad der Seelen ma- chen / ist ein solche Verhöhung und Gräuel / daß sie stius Menschen Herz begräffen mag. Daraumb von nothent ist / in die Sach mit Ernst und Eile zu schen / ehe Gott uns erreicht mit seinem Zorn.

Doch man wolt sagen / es sey auf dem Reichs-Tag zu Worms durch Kaiserlich Mandat beschlossen / man soll blaiben bey al- lem Christlichem Brauch und Gewohnheit ; ist offenbahr / daß in bettelnden Mandat aar-

wol aufs höchst veracht / und sein Ehre vere- gessen ist. Daraumb auch aus Holzung solches Kaiserlichen Mandats solcher Jammer kommen ist. Das gleich wie sie Gottes ver- gessen sein Ehre verachtet / und ihn erzürnet wicoerumb beyde Geistliche und Weltliche Oberkeit in solche Verachtung und Hass kommen / und noch täglich dazuge sind / und jetzt noch länger teuerer dazeto kommen / das nimmermehr kan gutes dorauß werden kan. Wie dann die Aufzucht angefangen / und angezeigt hat. Das ist also der Spruch Gottes erfüllt : Reg. 2. Wer mich ehrt / den thre ich wieder / wer mich aber verachtet / der soll wieder veracht werden.

Derholten das Wormsische Mandat viel zu wenig ist / eine gute Ordnung zuer- halten / weil es solche öffentliche Unzugend und Greuel verachtet / und gehen lebt / und thut nichts zur Förderung Gottes Ehre und Adelung der Lästerung und Schwän- den jenes Namens.

Und wenn die Weiß recht geordnet wert / so ist darnach von noth / daß man gute fromme Prediger habe. Sie wird es an Personen liegen / welche man in den Schulen und Universiteteten aufzuziehen müß. Daraumb auch der Schulen und Universiteteten reformation von noth ist / daß man da kei- nen Kosten noch Mühe spare / das bedarf auch besonder gutes bedencken. Das wo die Schulen nicht wol stehen / da man die Per- sonen zeugen und zeichen soll / wird seinem Gottesdienst gehabt seyn / aber der wird sich vielleicht das reich nicht annehmen / sondern einer legtichen Herrschaft laßen / in ihrem Land zuversorgen : es ist aber noth / und der höchsten Artickel einer.

Was aber aus Stiften / Klöstern / und Bischofsbuden zu machen sey / weiß ich nicht zu röhren. Sollten sie so bleiben / so die- nen sie Gott nicht / und warten des Wortes nicht. Sollten aber die Bischöfe visitie- tieren wie ihr Ampt ist / so mögen sie des Standes nicht gewartet. Das ist aber zube- dencken / daß / weil sie den Namen und Stand der Bischöfe / Apo/ Dekonate führen / wi doch nicht ausrichten / sondern Weltliche Herren sind / daß sie auch zu grösster Schand und Unrecht Gottes in dem Stand seyn : und tausendmaul besser were / daß sie sich in Weltlichem Stand wandeln liegen und daß solche Güter vom Reich zu lichen gezo- men und denen geben würden / die da würdig erfunden / wie sonst geschehet / wenn ein Herr- schaft leb stirbt. Dann es doch nicht anderse ist / dem das durch das Evangelien alle Bi- schöfe los sieben und den Stiftern oder dem Reich heimfallen.

Höfen und Gränden sind solche Namen und
Tempel nicht.

pag. 189. *Hector Boetius lib. 13. de Scotis.*

1526.

In Marrea regione puella nobilissima &
formosissima, complurium aversata connubium,
in infandam eum Dæmone incidit
consuetudinem. Quia cum uterum ferret,
parentum rigore coacta edere stuprato-
rem : adolescentem mira pulchritudine
frequentius secum nocte, interdiu nonnun-
quam convenisse, unde venisset, quove inde
abisset, nescire se, respondit.

Parentes, et si filiæ parum crederent, ac-
curatius rem advertentes, confilio quis es-
set, qui pueræ expugnasceret pudicitiam, ex-
plorandi cognito tertio post die, indice an-
cilla, stupratorem adesse, reseratis foribus
accensoque tædarum ingenti numero, cubi-
culum ingressi horrendum monstrum, fi-
gura supra humauam fidem terribili, in filiæ
amplexibus sunt conspicati.

Concurrere ocyus complures ad fœdū
acciti spectaculum. Inter eos Sacerdos
probatae virtus, nec sacra discipline ignarus
exteris autem trepidè abeuntibus, aut pa-
vore illis terræ, cum Joannis Evangelii
initium recitare orsus, ad eum locum, Ver-
bum caro factum est, perduxisset, malus
Dæmon, horrendo sublato clamore, cubi-
culi teatum secum asportans, omni suppeli-
tæle incensa, abit.

Fœmina periculo servata, post triduum
enixa est monstrum undiqueq; fœdum aspe-
ctu, quale nusquam antea (ut ferunt) inter
homines visum: quod obsterices, ne in fa-
miliæ decedus servaretur, extructa ingenti
pyra, exusserunt.

Idem Rogerius Eboracensis Archiepi-
scopus, Romanz sedis Legatus, quod pub-
licè ob avaritiam male audiret, à Malcolmo
Rege Scotiæ ex aula relegatus est. Indi-
gnum enim existimabat Rex, aulam re-
gnumve flagitiosis hominibus, quantumvis
magno illi gererent honores, patere.

Idem. Wilhelmus Scotorum Rex Hugo-
ni Cardinali, pontificiæ auctoritate, uni-
versos Scotiæ Episcopos Eboracensi apud
Anglos archipræfuli parere, mandanti gra-
viter contradixit, adeo, ut re infecta inde
discedere cogeretur.

1526. *Joannes Fernelius de abditis re-
rum causis.*

Hic scribit, se vidisse, quendam vi verbo-
rum spectra varia in speculum derivare, quæ
illuc, quæcunq; imperaret, mox aut scripto
aut veris imaginibus ita dilucidè expri-
merent, ut promere & facile ab assidenti-

Orientis, Occidentis, Austri, Aquilonis que
regionibus imperent. Imp. & Pp. ut sup.

Omen Ludovici 2. regis Hungariae.

1526.
Ominosus fuit sermo Ludovici, cum jam
cum Turca dimicandum esset, & Magister
domus ab eo sciscitaretur, ubi cœnare vel-
let, in castrisne, an in vico? De loco enim
pronunciare nihil voluit, sed dixit: Deus
novit, ubi hodie cœnabimus. Imp. & Papa
ut suprà.

Paulus Grillandus I.C.

Hic scribit lib. 2. de Sortil. cap. 6. Jaco-
cum Perusinum Sacerdotem maximum su-
isse totius Italiz Magum, qui cum Missam
canens versus populum se obvertisset, ut
diceret: Orate pro me, & cæt. die quo-
dam dixit: Orate pro castris Ecclesiæ,
quia laborant in extremis: eodemque mo-
mento cæsa fuisse castra, quæ Perusio, ubi
canebatur missa, viginti quinq; milliaribus
aberant. Imp. Carolo 5. Pp. Clem. 7. ut sup.

*Joannes Bouchet Gallus in An-
nalibus Aquitanie.*

Reservations & gratias expectativas
excogitavit insatiabilis avaritia Romana.

Idem codem loco. Habet Gallus re-
gnum plus quam centum millia parochia-
rum, quarum quælibet ad minus unam habet
expectativam, pro qua solvebantur 25. co-
ronati, quod facit plus, quam duos co-
ronatorum milliones. Imp. Carolo 5. Papa
Clem. 7. ut sup.

Narrat hic author exemplum memora-
bile aulicæ fortunæ. Cum enim Jacobus
à Beaune Gallus per omnes gradus ab in-
fimo ad summum honoris, gloriæ & divi-
tiarum ascendisset fastigium, & aliquot
Regibus 60. annos à consiliis fuisset: tan-
dem in carcerem conjectus, & patibulo ad-
judicatus, oravit, ut officiorū suorum erga
tot Reges gratiâ, virtus beneficij loco ipsi do-
naretur. Cum vero omnia incassum labora-
ret, dixit: justè igitur me cum agitur, co-
quod tot annos tantum hominibus mini-
stravi: non dubito, quin si unicum saltem
annum Domino cœlesti serviisse, plus es-
sem consecuturus.

*Ludovicus Romanorum Patri-
cios, libro 5. cap. 2.*

Deum nuncupatum Cacodæmonem
veneratur Rex emporii Indie celeberrimi
Calechit, confisus, illi factam à Deo poti-
statem judicandi orbis terrarum, & tribu-
endi unicuique, pro benefactis videlicet &

Höfen und Gränden sind solche Namen und
Tempel nicht.

pag. 189. *Hector Boetius lib. 13. de Scotis.*

1526.

In Marrea regione puella nobilissima &
formosissima, complurium aversata connubium,
in infandam eum Dæmone incidit
consuetudinem. Quia cum uterum ferret,
parentum rigore coacta edere stuprato-
rem : adolescentem mira pulchritudine
frequentius secum nocte, interdiu nonnun-
quam convenisse, unde venisset, quove inde
abisset, nescire se, respondit.

Parentes, et si filiæ parum crederent, ac-
curatius rem advertentes, confilio quis es-
set, qui pueræ expugnasceret pudicitiam, ex-
plorandi cognito tertio post die, indice an-
cilla, stupratorem adesse, reseratis foribus
accensoque tædarum ingenti numero, cubi-
culum ingressi horrendum monstrum, fi-
gura supra humauam fidem terribili, in filiæ
amplexibus sunt conspicati.

Concurrere ocyus complures ad fœdū
acciti spectaculum. Inter eos Sacerdos
probatae virtus, nec sacra discipline ignarus
exteris autem trepidè abeuntibus, aut pa-
vore illis terræ, cum Joannis Evangelii
initium recitare orsus, ad eum locum, Ver-
bum caro factum est, perduxisset, malus
Dæmon, horrendo sublato clamore, cubi-
culi teatum secum asportans, omni suppeli-
tæle incensa, abit.

Fœmina periculo servata, post triduum
enixa est monstrum undiqueq; fœdum aspe-
ctu, quale nusquam antea (ut ferunt) inter
homines visum: quod obsterices, ne in fa-
miliæ decedus servaretur, extructa ingenti
pyra, exusserunt.

Idem Rogerius Eboracensis Archiepi-
scopus, Romanz sedis Legatus, quod pub-
licè ob avaritiam male audiret, à Malcolmo
Rege Scotiæ ex aula relegatus est. Indi-
gnum enim existimabat Rex, aulam re-
gnumve flagitiosis hominibus, quantumvis
magno illi gererent honores, patere.

Idem. Wilhelmus Scotorum Rex Hugo-
ni Cardinali, pontificiæ auctoritate, uni-
versos Scotiæ Episcopos Eboracensi apud
Anglos archipræfuli parere, mandanti gra-
viter contradixit, adeo, ut re infecta inde
discedere cogeretur.

1526. *Joannes Fernelius de abditis re-
rum causis.*

Hic scribit, se vidisse, quendam vi verbo-
rum spectra varia in speculum derivare, quæ
illuc, quæcunq; imperaret, mox aut scripto
aut veris imaginibus ita dilucidè expri-
merent, ut promere & facile ab assidenti-

Orientis, Occidentis, Austri, Aquilonis que
regionibus imperent. Imp. & Pp. ut sup.

Omen Ludovici 2. regis Hungariae.

1526.
Ominosus fuit sermo Ludovici, cum jam
cum Turca dimicandum esset, & Magister
domus ab eo sciscitaretur, ubi cœnare vel-
let, in castrisne, an in vico? De loco enim
pronunciare nihil voluit, sed dixit: Deus
novit, ubi hodie cœnabimus. Imp. & Papa
ut suprà.

Paulus Grillandus I.C.

Hic scribit lib. 2. de Sortil. cap. 6. Jaco-
cum Perusinum Sacerdotem maximum su-
isse totius Italiz Magum, qui cum Missam
canens versus populum se obvertisset, ut
diceret: Orate pro me, & cæt. die quo-
dam dixit: Orate pro castris Ecclesiæ,
quia laborant in extremis: eodemque mo-
mento cæsa fuisse castra, quæ Perusio, ubi
canebatur missa, viginti quinq; milliaribus
aberant. Imp. Carolo 5. Pp. Clem. 7. ut sup.

*Joannes Bouchet Gallus in An-
nalibus Aquitanie.*

Reservaciones & gratias expectativas
excogitavit insatiabilis avaritia Romana.

Idem codem loco. Habet Gallus re-
gnum plus quam centum millia parochiarum,
quarum quilibet ad minus unam habet
expectativam, pro qua solvebantur 25. co-
ronati, quod facit plus, quam duos co-
ronatorum milliones. Imp. Carolo 5. Papa
Clem. 7. ut sup.

Narrat hic author exemplum memora-
bile aulicæ fortunæ. Cum enim Jacobus
à Beaune Gallus per omnes gradus ab in-
fimo ad summum honoris, gloriæ & divi-
tiarum ascendisset fastigium, & aliquot
Regibus 60. annos à consiliis fuisset: tan-
dem in carcerem conjectus, & patibulo ad-
judicatus, oravit, ut officiorū suorum erga
tot Reges gratiâ, virtus beneficij loco ipsi do-
naretur. Cum vero omnia incassum labora-
ret, dixit: justè igitur me cum agitur, co-
quod tot annos tantum hominibus mini-
stravi: non dubito, quin si unicum saltem
annum Domino cœlesti serviisse, plus es-
sem consecuturus.

*Ludovicus Romanorum Patri-
cios, libro 5. cap. 2.*

Deum nuncupatum Cacodæmonem
veneratur Rex emporii Indie celeberrimi
Calechit, confisus, illi factam à Deo poti-
statem judicandi orbis terrarum, & tribu-
endi unicuique, pro benefactis videlicet &

et tu Anna capta, quam memorem
tiores.

Idem. Papa osor legitimorum, fautor
bastardorum, unde ruina totius Italiz pro-
manat. Non enim pudet nec Ecclesiasti-
cos, nec ipsum Papam nefandissimorum
scelerum, de quibus Isaie capite tertio
scribitur: Agnito vultu vultus eorum re-
spondebit eis, & peccatum quasi Sodoma
prædicaverunt, nec abscondentur.

Multi hodie ex prælatis bonis Ecclesiæ
& sanguine Christi abutuntur, ut bastardo
firos elevent: unde fides Christianæ dimi-
nuit, & scandalizatur. Habeo ex histo-
riis & viris doctris, multos nulla alia de
causa defecisse à Christo ad infideles, quam
propter horrenda scelera prælatorum. Et
econtra, multos ex infidelibus ob eadem
scelera nostram fidem refugisse, hoc est,
cum vidissent viros primarios Ecclesiæ o-
mnibus vitiis contaminatos.

Nec mirari satis possum, cur viri prin-
cipes ab ejusmodi bastardorum nuptiis de-
decorosis non abstineant. Et cum multis
piis affirmo pro certo, Lutheranæ scelæ
primariam causam esse scelera horrenda
eorum, qui primi esse volunt in Ecclesia:
& correctionem nullam admittunt. Et plus
dico, scelam illam Lutheranam (licet illam
approbare nolim) non sine divinâ provi-
dentiâ introducam, utpote ad corrigen-
dos errores & reformandam Ecclesiam o-
mnino necessariam. Vide ibi plura.

Idem. Narrant historiographi, quod
circa annum 873. plurima se exhibuerint
mundo monstra & prodigia. Nam in Ita-
lia, in civitate Bressa, integri tridui spacio
continue pluit sanguine.

Universam autem Galliam, maximè ve-
rò Lotharingiam, & terras finitimas & vi-
cinas Germanorum invaserunt innumerabiles
bestie, & vermes locustis multum
grandiores, habentes sex pedes, sex alas,
dentes decem, duritie cum lapidibus cer-
tantes, & per aera volitabant turmatim,
tam densa caterva, ut impedierint &
abstulerint radios luminis solis: tantæ multi-
tudinis, ut occupaverint spatium octo mil-
liaria longum, & duo latum. Et eorum
erant aliquot cæteris majores, illi præcede-
bant reliquos per unum diem, tanquam
magistri & doctores eorum, querentes lo-
ca convenientia (instar exercituum mili-
tarium) ad capieudam ingentem hanc ca-
tervam. Et demanserunt semper pomeri-
ciano tempore eo in loco, usque manæ ad
ortum solis, devorantes & abrodentes o-
mne viride herbarum & arborum super ter-
ra, & nihil relinquentes. Altero verò die
ruptis stativis, averserunt alium locum, &

Postmodum verò mare rejicit mortuas
has locustas ad littora & in flumina, adeo,
ut putrefactis illis, corrupto aere, ingens
sit enata pestilentia, & famæ occupaverit
terram tanta, ut credatur, tertiam par-
tem hominum esse mortuam, & has stra-
ge absuntam. Et adduunt historiographi,
quod non tantum per diuersas regiones, sed
etiam per Germaniam & Lotharingiam
tanta pestis grassata fuerit in animalia bru-
ta, ut canes, fugientes hoc malum, omnes
amiserit Lotharingia. adeo, ut ibi diunes
mortui nec vivi fuerint reperti.

Hæ calamitates & prodigia præcesserunt
mortem Imperatoris Italiz Ludovicis se-
cundi, filii Lotharii primi, mortui circa
annum octingentesimum septuagesimum
sextum.

Idem. Quedam tempore Germanorum
Rex Ludovicus (teste Eginaldi historia)
conturbatus fuit acerbè à filiis suis, quo-
rum tres fuerunt numero, Ludovicus juni-
or, Carolus, postmodum cognominatus
Crassus, & factus Imperator, & Carolo-
mannus, qui fuit pater Arnulphi, postea
facti Imperatoris. Nam Ludovicus & Ca-
rolus maximo odio flagrabant & invidia
adversus fratrem suum Carolomannum: &
pluribus in rebus erant inobedientes, &
pravas moliebantur machinas contra suum
Patrem, eò, quod ipsis videbatur, ipsum
semper eis alterum præferre, se autem ex-
heredatum iri, metuentes.

Et aliquando die quadam, quando dicens
Ludovicus Rex Germaniz fuit Francofuti-
ti cum suis duobus filiis, Ludovico & Ca-
rolo, diabolus in forma Angeli cuiusdam
apparuit dicto Carolo, & aixit ei, quod
parens ejus intentaret & pararet mortem
ut possit præferte & evchere ad Regni fa-
stigia fratrem ejus Carolomannum: & de
hoc facto Deni valde irate, & offendicula-
vissime: constituisse enim Deum, dare Im-
perii potestatem Carolo.

His verbis Carolus totus fuit attonitus,
& ex pavore a fugit in templum, loco
illi proximum. At diabolus eodem subse-
quitur eum, & dicit illi, cur timidis es
tu, & fugis? Cogitastu, quod si verba
mea non essent ex Deo, in hoc ingressus
esset templum? Igitur credas mihi velim,
& recipe Sacramentum Domini ex mani-
bus his (offerebat ei formam hostiæ cujus-
dam) meis.

Verum quid fit? Continuò ingressus in
eum est diabolus, & obsedit corpus ipsius,
& incepit clamare & boare horrendum,
Diabolo vexante. Ex hoc igitur Pater ejus
& universa nobilitas fuit maximopere

biliter, & alta voce confiteri cœpit, hoc
infortunium superveniente ei eò, quod con-
spiraverit contra parenem suum.

Post missam Parenis eius Ludovicus emi-
fit quæsitus Sacerdotes, Episcopos, Palto-
rest religiosos & sanctos, & qui pietatis ha-
berent uomen, ut orarent ad Deum pro fi-
lio suo, hotumq; etiam precibus fuit ab hoc
tandem malo liberatus.

1527. *Sententia Joannis Odenbach,
typis mandata, quomodo procedendum
cum hereticis, ad Senatum*

Altez.

Omnino, si errores in religione, aut
hereses sunt dignæ suppicio (quod tamen
Evangelium neutquam concedit) certè
Papatus primo omnium corripiendus est:
cum plurimorum suffragia testantur, non
falsorem, mendaciorem, damnabilio-
rem, emenda iocnique dignorem doctrina-
m aut populum usquam vidisse Solem.
Noster enim ratiis & unctus ordo quid non
committit improbi?

Majestatem Dei blasphemant, abnegant
redemptorem suum, sicut a fabre ipsorum
scelus depinxerunt Petrus & Paulus. Ipsi
enim sunt blasphemi, idololatriæ, qvorum
gratia verbum doctrinæ qvæ Dei male au-
diunt, dedecus religionis, heretici, sedu-
ctores, Ezech. 13. Tit. 1. qui docent incon-
venientia, turpi lucro, hostes crucis, quo-
rum Deus venter est, sanguinarii, improbi,
et eorum ductores, animarum carnifices,
morsus viperarum, quemadmodum Pro-
phetæ, Christus, & Apostoli apprimè eos
depinxerunt, & digitis quasi nobis com-
monstrârunt.

Dignior enim flagris & plagiis quibusvis
à veritate alienior, & leviior populis non
vivit super terrâ, quam clerici: qui sive vi-
ta & aetate nullum habent scripturæ
verbum, sed metu sunt temeritates, li-
bidinis humanæ commenta, inventa dia-
boli, & ejus Legati Antichristi, quibus
tantam consecuti sunt potentiam & glori-
am, ut omni mundo tanquam seruo impe-
ritaverint.

Cum igitur hi, abyssus omnium hereti-
cum, & milles majori obnoxii, cœnæ qvam
omnes alii sectarii, non solum impunè suam
impiaem ferant, non tollantur è medio,
sed & magna colantur observantia & ho-
nore, quid ageretur de aliis inculpatoriis
bus hereticis, qui pietatis & noticij Chri-
sti plus habent in minimo digitulo, quam
omnes in universum papistæ.

Nunquid autem ideo jugulanda cohors
tonsa? Non, sed relinquuntur iusto judicis,
qui dixit, mihi vindicta, illius sententia

quid prætendant, nihil suppetit eis amplius,
quam vis, bona, opes, diurna posses-
sio, vetustas, origo, authoritas, Papæ, Cesa-
res, Patres, concilia, & ejusmodi alia stra-
minea tela.

Conniveatur igitur hereticis omnibus.
Cur enim Columba aliori suspendatur
patibulo quam corvus, sane fas non
est. Omnes charissimi, rara avi, est ve-
rus Christianus, præsertim hac ultima
munci sancta, quando Antichristus o-
mnia vi, ferro, fune, unda, flamma, gladio,
tormentis cogit, & subjugare sibi molitur.
Ausim vitam meam deponere, qvod o-
mnes Millines in universum, qui tamen
divisorum signorum magnam sibi arrogant
gloriam (quasi ardenter zelarent pro Sa-
cramentis Domini) si vitam confarerent eis,
& extremum intencaretur eis periculum,
nullum verbulum novissent dicere de vera
& falsa religione: nec tuam defendere, vel
adversam refutare. Ita vero, si ad examen
vocabentur, miras essemus audituri inci-
pias, ut omnibus dicendum foret: ipsi-
met non convenit doctis: quomodo ergo
nos miseri laici sententiam feremus?

Equidem omnes Pontificiū ignorant, pag. 293.
quid & cœna Domini sic & Baptismus, &
ne gry quidem sciunt de Christianorum si-
de dicere. In ius igitur cito hoc: si omni-
noflammis agendum est, utrum illi potius
ad supplicium abripiendi primum, qui
prorsus nihil sciunt de sacramentis & ver-
bo Dei, interim damnantes alios: an vero
illi, qui ex quo deviant errore. Igitur qui
omnibus mendis & vitiis caret, ille jude-
xit, & lapides adjiciat. Joan. 8. Imperat. &
Papa ut sup.

Prodigia.

1527

Anno Christi 1527 ii Augusti, primum
in cœlo illibit cometæ de manœ sunno,
horam circiter quartam, conspectus ferè
universæ Europæ: is in se, contra alio-
rum cometarum naturam, quandam ha-
buit manum, protendentem gladium, &
vibrantem minas. Ab hinc biennio ma-
gnam acceperunt cladem à Turcis Chri-
stiani, ingenti profusa sanguinis copia. Eo-
demq; anno hoc Bourbonius Romanus cepit,
& sanctissimos patres valde misere & tur-
piter tractavit. Imp & PP ut sup.

Alexander Alesius Scotus.

1527

Thomas Blavetus, Regis Scotorum
Confiliarius summus, autor persecutionis
adversus Doctores Evangelicos suscep-
tæ, cum horam mortis jam ingruere intellige-
ret, se damnatum & perditum esse, assidue
clamavit. Cumque Monachi, Ioseph, eti-

in pari precio sum. Venerem quod non habui licorum doctrinam habui: solam specie et in meis consiliis pecuniam. Eteius rei gratia Episcoporum causam egi, Regique autor fui, ut vestros adverarios ejiceret. Idcirco nihil proderunt mihi vestre vel Missa vel Vigilia. Sum enim damnatus, & Satanus jam constrictum me tenet, ut in abyssum inferorum me abripiat, & in eternum illic secundum mea merita me affigat. In hac desperatione misere extensus est. De hoc etiam historiz Tragice Islebii edita.

1527. *Ex libro, qui intitulatur Pugna Pietatis & superstitionis, de depravata religione Christiana.*

Quot bonos & optimos viros hoc barathrum (Roma) absorpsit? Quid enim illi non audent? quas fraudes non meditantur? quae commenta, quas astutias calliditates, deceptions, illusiones, fallacias, duplicitates, imposturas, figmenta, technas, calumnias, vaframenta, verisimilitates, dolos, simulationes, trufas, factiones, sycophantias, captiones, vincula, pedicas, laqueos, foveas, grassationes, contentiones, guerras, brigas, inquietationes, violentias, turbationes, minas, tribulationes, vexationes, machinationes, molestias, insidias, lites, tumultus, inadvertias, rancores, tricas, circumductiones, gryphos, ambages, circumventiones, expilations, corrusiones, concussions, rapacitates, harpyjas, voracitates caninas, lupinas, appetentias, scyllas, charybdes, damna, jacturas, rapinas, dispendia, abusiones, corruptelas, deformitates, audacias, temeritates, flagra, turpitudines, incontinentias, malevolentias, perfidias, perversitates, & cetera? Imp. Carolo 5. Papa Clem. 7.

1527. *Annales Colonenses manuscripti.*

Paganus quidam superioribus vixit seculis, qui uxores habuit septuaginta septem: ex quibus liberos suscepit plures quam quinquaginta & trecentos: id quod testantur dominus Joannes de Seckendorff, prefectus curie aulicae in Auspach: & Vitus Lentersheimius, peregrinati ad sacrum Christi Ierosolymis sepulchrum cum Marchione Friderico. Imp. & Papa ut supra.

1527. *Adam Reusner in historia de rebus gestis Fronspurgierum.*

Papa Clemens totum mundum contra Cesarem arma capere jubet: & illos, qui in hoc bello moriuntur, angelis similes &

sua confesse cogebantur: reliquos ille auro circumvenit, & in suam attraxit nassam. Hoc autem electio constitit illi octingentis millibus aureorum, eosque Jacobus Salviatus Florentinus impedit & annumeravit.

Idem. Joannes pauperculus, qui Rem circumbibat, & ruinam ejus predicebat, a Pontificiis in vincula coniectus, sed a Cesareis victoribus denuo liberatus, cum videret, eximia palatia Cardinalium, & splendida aedificia tam miserè vahari & dissipari, adeoque solo æquari, quæstupens stetit, secumque demiratus est ista, & ad milites ait: Amici optimi, tempus est, rapite, prædamini quælibet, quicquid inveneritis, abducite: omnia enim denuo vobis eripientur: nam Clericorum & militum bona, eadem pereunt, qua accesserunt, fortuna. Sic igitur inter milites circumiit hic Iesus, qui & ei viatum prebuerunt. De hoc etiam mox in sequentibus plura ex alio quodam simili libro.

Idem. Carolus de la Noi, Vice Rex Neapolos, & Princeps Sulmonis, vocatus a Clemente VII. Papa, ut Cesaris nomine sanciret & confirmaret fœdus solenniter, Cardinale Triulio pro fidejussore suscepito, Romanum pervenit. Ibi Deus Opt. Max. horribili prodigo significavit, se graviter irasci urbi.

Eadem namque hora, cum ingrederebatur Vice Rex, fulmen cum ignenti tonitru delapsum cœlo palatum, diversorum destinatum Vice Regi, collisit & concusit, & cūdam aquile vetustæ, dedicata Imperatori Romano singulari ratione, capita ademit: quo portendebatur, Roma magnum impendere malum & penam: & victoriam Cesaris irritam & insanem esse futuram.

Idem. Pompejus de Columna Cardinalis, & cognati ejus, Ascanius & Vespianus Colonienses, duces Albani & Trajectenses, pervenerunt Romanum cum ducentis equitibus & una legione militum Italorum. Et cum videret Pompejus, omnia Romæ esse mutata, omnes zedes obliterata militibus, omnes viros & plateas esse refertas cadaveribus, & exaudiaret ejulatus & miserandas voces mulierum & infantium: & Magnates summosque prælatos ad inopiam redactos, & in captivitatem abreptos esse, ex toto ingemuit & flevit pectora, & lacrymabundus dixit: Hoc factum impossibile fuisset exiguo militi Cesareo, nisi Deus singulari ira plecite voluisse hanc urbem.

Idem. Milites Cardinalium pilis ornati

spectanti omnia ex palatio suo Pontificis movebant.

Wilhelmus de sancta cella s̄pē cum suis iustar Pontificis maximi ornatus, & corona tripli cinctus, venit ad castellum sancti Angeli: & tunc reliqui milites purpurat ei, tanquam suo Pap̄e, exhibuerunt reverentiam, suasque togas anterius collectas sustulerunt, posterius autem à tergo humi deflere sinebant reliqua: & capitibus humerisq; demissis humi congecerunt se in genna simplices, & pedes manusq; osculabantur sui Pontificis.

Et tunc simulatus Pap̄e, habens plenum vino vitrum, benedicturus eis, Pontifici Clementi propinavit haustum: at reliqui Cardinales ejus, recumbentes coram eo in genibus suis, quilibet calicem mero repletum exhaust, & sic responderunt Pap̄e, hos interea jactando clamores: abhinc sinceros, pios, verosque creabimus Pap̄is & Cardinales, qui obedientiam presentent Imperatoribus, & non, ut ceteri, sint rebelles futuri, & cædes ac bella, homicidiaq; patraturi.

Ultimò, altissima voce exclamārunt ad atria Pontificis: Lutherum faciemus Pap̄am, cuicunq; hoc placuerit, elevet manum suam: igitur omnes prompti exportigunt manus, & clamitant: Latherus Pontifex, Latherus Pontifex.

Hec & similia ludibria & ridicula exhibuerunt milites Clemenci Pap̄e, ignominia nomine, spectacula.

Grienenvvald, quidam miles alta voce exclamitabat ad castellum Clementis: percuperem hunc Pap̄e membrum ex corpore avellere so, cum sit hostis Dei, Imperatoris, & universi orbis terrarum, qui conabantur Italiam & Neapolim bellis subigere, & suo ejusce Cæsarem regno.

Idem. Sperabam, (quærebat Clementis, cum ob sideretur in sua arce Romæ, verba) me sedem Romanam & imperium nostrum ad aliora cœctatum fastigia, omnesque potestates, Cæsares, Reges, Principes & Magistri, cunctasque terras & dominatus in nostram subacturum ditionem, & omnia, que mei cooptaverant antecessores, pleno effectu secundaturum: sed incidi ego & mei hisce conatibus in profundum & inextricabile mare: ex vita delitiosa, & omnibus plena gaudiis & voluptratum illecebris, seduxi & redigi eos ad inopiam, famam, miseriā, vincula, & ipsam mortem.

Ah quomodo turpiter spe decidi? Ne quo causam illa affequi conjectura. Non enim à Deo est hoc malum, quia nec ex permisso, neque ira eius obtricari.

& antiqua hoc stat religione & doctrina: Pontificem Romanum esse Vicarium DEI in terrarum orbe: & delinquere neuti- pag. 295.
quam posse, neque errare, quacunque tandem coepit sive perpetret: non novit aut flectit Deus mea facta, & omnes maiores mei, qui hanc sedem tenuere, ratum habuerunt, & crediderunt? certissime, ac egerunt id, quod ego jam sentio & facio.

Liquet enim & constat inter omnes, quod post hominum memoriam recentissimam, Sixtus, Innocentius, pius, Alexander, Julius, & consanguineus mens Leo, hanc fidem professi sunt, quam ego profiteor, & suam hanc sententiam s̄pē multis scripturar̄ rationibus & exemplis asserebant: Cœlum cœli Domino, Terram autem dedit filiis hominum: &, Deus in cœlo, & tu homo super terram.

Igitur aperte sacræ testantur literæ, Deo non esse curæ, q; id nos in terra rerum geramus: orbem terrarum subjecit pedibus Romani Pontificis; & hoc aliter se habere nescio, quicquid dicatur. Siquid Episcoporum Romanorum potestas & acta essent iusta, Deus tam diu non connivisset: nobis hanc sedem & majestatem ac sublimitatem non tam diu tutatus fuisset, aut confirmasset.

Ex manuscripto quodam libro, 3527.
qui apud narraes Frof. Bergica familiæ extas.

Vir quidam pauper & egens, nomine Johannes Baptista, natione Senensis, supra cingulum ad verticem usque nudus, & intra ad calcem usque veste indutus tenui, pannoque circumvolutus lacero, Romæ in plateis obambulans, populum ad pœnitentiam hortatus est. Cum autem proxima die Jovis ante Paschatis festum, ex manuaro Papæ Bulla Cœnæ Dominicæ periegeretur, imaginem Divi Petri ibidem pontiam ascendit, & publicè oratione sua in Papam, Cardinales, totumque Ecclesiæ ordinem directa, alta ipso voce acclamavit, &, ut pœnitentiam agerent, quā potuit severitate, admonuit, dixitque: nisi obtemperarent, & ab impietate sua desisterent, certissime Deum urbem funditus eversurum. Et tu Papa (dicebat) Dominum Deum tuum è templo expellis, ejusque locum nullō jure occupas.

Verum sequenti die Sabbathi rectâ Castellum, quod Angeli vocant, petiit, & postquam ibi in hac verba declamasset:

remoniis solitis à Papa solenniter peractis, dictam Petri imaginem rursus concendit, ibique adhortatione de pœnitentia agenda ad auditores facta, ad reprehendendam ipsius Papæ originem, occasionem aripuit: eumque vehementissime exagitavit, atque culpavit.

Postquam autem, concione finita, descendisset, à Camerariis & satellitibus Papæ confessim apprehensus, in faciem percussus, & in Angelorum (ut vocant) Castellum deductus est.

Cum autem ad pœnitentiam homines hortari nec dum cessaret: sed & magis magisq; urgeret, in aliud extra Castellum carcerem conjectus est: ubi prædictus: Non diu vester captivus, nec diu vestræ jurisdictioni & imperio subjectus ero. Quid & postmodum evenit. Nam paulo post ab exercitu Cæsaris redemptus, & priu[n]t[er] libertati restitutus est.

Talem habuit & Ierusalem imminentis sui excidii præconem, Iesum filium Annani: ejusmodi Propheta fuit & Achabo, 2. Regum 27. Micha: sic & M. Ceditius, homo plebeius, post conditam urbem anno 360. nunciavit, se per noctem audisse vocem humana maiorem: Germanos venturos, & Romanos depopulaturos: sic & Jeremias suis diu multumque captivitatem Babyloniam prædicavit: verum, quia fuit exiguae authoritatis, & haud magni nominis, ut reliqui Pseudoprophetæ: & quia mala subinde insonabat, non impetrabat fidem. At Deus illud probavit effectu: excisa & deleta funditus urbe, peste, fame, ferro, igne. Idem omnibus reliquis accedit.

Sæpè etiam Romæ carmina prophetica & satyrica publicis affigebantur tabulis, hæc impendentia mala præsagientia: Ingeme, collachryma, luge, Saturnia tellus:

Perniciem intentant astram ligna tibi
Excidium, & clades, & dira incendia
Troje,

His collata tuis, paucæ fuere, malis.

Me à superis missum tibi Jonam, crede, superba

Macha, caput scelerum, Roma, velut
Ninive.

Iisdem quoque temporibus plura alia ostenta & prodigia se exhibuerunt. Italia vidit exercitus militares in cœlo: cœbris tempestibus vici, urbes, arces, & splendida perierunt ædificia. XXIV. conjunctiones magnæ in signis cœli aqueis præterlapsæ fuerunt: præsagientes inun-

iam, concidit.

Item cum Clemens 7. eligeretur, & in loco quodam præcello ei corona (geminis, margaritis, auroq; solidi gravissima, Regni insignita nomine) imponebatur: quidam cithareodus seu choraulis, Hercules Mimus, nudus ad pedes ejus se prostravit: alta voce clamitans: Sancte Peter, tui causa exutus & spoliatus sum omnibus bonis. Et hoc spectaculum præsagiit, exhaustum esse omnem sanguinem & fortunas: Romæq; extremum præstò esse excidium. Imp. Car. 5. Papa Clemente 7.

Idem. Anno post Christum natum 1527. Maji mensis die sexto, cum Cæsarei exercitus acriter oppugnarent urbem Romanam, fortiter sunt repulsi aliquoties: revertuntamen Deus præsenti illos ope adjuvit, nam quotiescumque impetum faciebant in adorietis mœnibus, densa eos opernit nebula, ne possent videre Urbani, qua ex parte irrumperet. Quidam etiam ex militibus prohibuerunt, Deum illos præcessisse in nebula, ejusque manu quasi trætos & ductos se superasse murum. Duces quidam primo aggressu ultra quatuor millia Italorum ceciderunt, qui saltatem fuga fibi reparare nequibant. Michael Hartman de Alkirch, & illi, qui valla transcederant, hostibus sclopeta & tormenta propugnæculorum ademerunt: illaq; direxerunt & exoneraverunt contra Pontificale palatum, & nisi potiti fuissent bombardis hostium Germani, Hispani iterum à mœnibus reieci forent.

Carolus Dux Borbone cum peditatu Hispanorum portam Torrianam obsidebat ad sinistram, juxta mœnia, meridiem versus, usq; ad portam Pertusa, secus templum sancti Petrinum: videns autem, Hispanos velle cœptis desistere, desperare, & animum abjicere, & tardiores esse ad impetum faciendum, attipuit ipse scalas, & primus concendebat mœnia, sed tormenta manuaria per frontem ab hostib; trajectus, decedit, & fortiter obiit.

Idem. Oblatam pacis conditionem respuit Pontifex Clemens, & nolebat pacem sed bellum cupiebat: & per Legatum conciliavit sibi amicitiam Regis Galliarum, ac ab omni sacramento eundem, quo erat adstrictus Imperatori, amico, cognato, & affini suo, absolvit. Motus igitur hac gratia Pontif. Rex, non habito respectu suarum obligationum, fidejussorum, juris in publicum evasit hostem: belloq; excito, statuit, omnibus terræ finibus propul-

Ius hoites, & non nec g. avitum. Imperator autem, & Victor Regis nihilominus tamen voluit esse amicus & affinis, ideoque illum carcere dimisit, & libertati regnoque suo restituit: sed tamen nec adhuc Rex volebat Cæsaris agnoscere aut amplecti amicitiam: & Papæ malebat adhærere, ejus promissis confusus.

Joan. Carion Astronomus.

1528.
Joanni Duci Burgundiz, Caroli Quinti regis Franciæ fratri, qui à Bajazete captus, & ducentorum milium aurorum precio redemptus fuit, prædictum est ante illud bellum ab Astrologo, Turcarum fore vietorem Principem, qui ignem in pectora gestaret, quo allusum est ad insignia ferri excusorii cum silice. Quapropter in hujus rei memoriam catenam tali formâ, annexâ aurei velleris effigie: quod iis locis exulasset, in quibus fama est Jasonem & ceteros Graecos Principes aureum velius quæstus fieri curavit, & ordinem, quo Hispanica & Austrica familia hoc nostro tempore utitur, instituit.

Idem ex libro vaticiniorum vetusto, reperto Magdeburgi ante annos ducentos, interalia, imminebunt, inquit, horribiles mutationes omnium regnum, & Monachorum æstimatio peribit: Bestia Occidentis, & Leo Orientis dominabuntur in toto mundo, & perambulabunt Christiani in servitute multâ annos N. Asiam. Postea horribilia de Antichristo audientur.

Prophetia Ejusdem.

Mœsta quædam aquila volatu concessit in multis labores, & diurnas molestias.) Intelligitur Maximilianus, qui totum novenarium consumit militiæ in castris: & quinque difficilima exegit bella, scilicet Gallicum, Eburonicum, Sicambricum, Morinicum, & Bavanicum: ubi propter Ratisbonam magna strage ceciderunt Bohemi: & Maximilianus primus aggressu hosti conseruit dextram.

Pullis suis nidum construxit in turri aurea.) Hoc est, Maximilianus filium suum Regem Philippum in Regnum detulit Castiliæ, ubi in matrimonium duxit Regis filiam, & sic per conjugem suam Regnum, auream turrim pro insignibus habens, hereditatis jure acquisivit.

Genuina autem vultus ejus erat trifaria, alba per obliquum in rubeo.) Hæc Austria est, cuius insignia sunt alba per obliquum, superius & inferius: & in medio rubra.

Aquila vellicat lilyum, a perdita

xilla, cum omnibus virtualium suorum plenis curtibus.

Proprias suas infregit & desperdidit penas, mero nigro & lucidas: & multæ cum ipsa beltia magnam acceperunt cladem.) Maximus Heros Maximilianus injuriam iniquæ, & secundæ fortunæ expatus est bonitatem. Anno 1483. Brugis fuit captus: ignominiam accepit ex coniugio dominae Annae ex Britannia, quam ei turripuit Rex Gallorum: Parentem ei subduxit ex vita mors, mediis occupatum actionibus: malis aliis affectus est ex Belgicis, Geldrianis, Venetianis, Hollandicis, Helveticis & Gallicis bellis: & Principes ejus ingentia mala cum ipso subierunt, ut Marchio Casimirus, Brunsvicensis, Mansfeldius, & alii plurimi, fideles ejus bellorum Duces.

Viperam momordit, sed ab ipsa vicissim mortibus est convulsius.) Mediolanum Maximilianus bellis impetrat: sed ab illo vicissim injuriam accepit.

Multis exentiatis & exhaustis malis, tandem concessit in requiem.) Hoc est, ex hoc ergastulo ad Deum se recepit, vita cum morte commutata, anno Domini 1519.

Pulli vero ejus in turri aurea haud multos viderunt annos.) Hæc intelliges de Rege Philippo, quem iniqvus fortunæ & fatorum favor ostendit tartum terris, mox autem iterum abstulit: vix enim tricesimum atas ejus attigit annum.

Illi tamen alios reliquerunt terris pullos.) Puta Carolum Quintum modernum Imperatorem: Ferdinandum, & illorum forores.

Fœminini ad extremo Christianitatis concederunt fines: unus ad Leonem cœruleum in stabulo auro.) Elisabetha Regis Daniæ nupsit.

Illam folia urticarum male sauciârunt.) Hoc est, ejus & fuit regno in exilium, & Rex ejus in conductu & fide publica captus est.

Alter sub tutela operitur duplicitis cruceis candidæ.) Hæc Hungariam notant: altera enim soror Regis Ludovici conjugium est adepta.

Illam canes rabidi & protervi misere discuciârunt.) Sunt Turcz.

Necarunt enim fidelissimum ejus custodem, canem auro redimitum cingulo.) Rex Ludovicus hic intelligitur, conjux illius. Anno Domini 1526. Solimannus Turcorum Imperator expeditionem in Hungariam suscepit: ei Rex Ludovicus, ope

necati Regis, liberavit. Magnus igitur ille Heros miserè sic interiit, certo hoc pro patria lethi suscepto discrimine.

Pulli vero duo Aqvilæ, molli educantur quiete per suam juventam: verum quando plenis adoleverint annis, alas suas magnis fatigabunt cœptis.) Hæc jam nunc comperta facta sunt nobis, & quotidie experientia probantur plurimis illis bellis per Ungariam, Galliam, Africam, Geldriam, & alia locorum. Taceo turbulenta comitia, quibus occupata fatiscit Cesarea Majestas: sed & Turca Regem annuis molestat expeditionibus.

Aqvila maxima natu accipit coronam.) Hoc est, fit Imperator Romanus Carolus.

Configet cum lilio, & illud destruet.) Hoc est, cum armis adortus fuit Regem Gallorum, & ad Paviam in roborio cepit: at vero Clementia illi probata sua cum manumisit, & novas cum eo sanxit inducas, & amicitie scèdera.

Liliique pullo caput suum decorabit.) Potest intelligi de filio Regis Galliz, qui obles datus fuit: vel de alia quædam inter ipsos nascitura necessitudine & familiaritate.

Transibit per porticum auream, & ibi Iæticia ac gaudio perfundetur: & vires addet aurea turri, & crucem ignipari chalybis.) Hæc sic accipio, Carolum uxorem ducurum I'abellam, filiam Regis Lusitaniz, geniturum liberos, & sic turrim auream in Hispania confortaturum, hoc est, augmentatum Regnum suum, & Imperii fines ampliores statuturum, quod & factum est. Burgundia enim, crux chalybis ignipari ornata est Portugaliæ, Castilia, & Lugduno.

Domabit etiam Leonem fulvum, conspicuum in umbone cœruleo.) Ille Dux est Geldriæ.

Evellet viperæ dentes suos, ne mordere valeat.) Hæc cum Mediolano verificata fuerunt.

Et exoculabit caput urbium universorum, & in prædam exponet suis bestiis.) Hæc constant vera esse de Roma ex gestis anno 1527.

Molliculæ verò erunt Aquilæ plumæ, humanæ & mitæ, & ab aliis leviter commonebuntur. & in obsequium trahentur, sed tandem fallaciarum technis quoq; circumvenietur & deludetur.) Hæc hactenus sepe deprehensa fuerunt: semper ille deceptus fuit, & dolis irretitus, pæcis non servatis, & aliis iniqvis machinis.

Ille attentabit ferre suppetias Christianæ, sed falso, & cœptis.

Fidam sub se quædam habebit avem, aquilam rubeam cum rota candida, quæ non mala ei suppeditabit confilia.) Puta Archiepiscopum Moguntiz, Albertum Brandenburgicum.

Cum ipso & contra cum erit Leo aureus in septis rubeis, & mutabili vertigine cum ipso ager: sed non adeò iniqvam defendet ille Leo causam.

Rubeus Leo secus Clypeum aureum, & lilyum purpureum aquilam in turri aurea odio persequenter: verum Aqvila sublimitate illum eludet sedis suæ.) Ille Scotus est, quæ tamen nihil efficere poterit.

Aqvila nidificabit in ædes Venatoris, & pium heroë multarum ferarum injuriis lacceret.) Hoc est, Rex Romanorum à confederatis adi getur ad occupandum agrum Wittebergium.

Venator habitabit cum tribus volantibus aqvilis candidis & Leone auro, & maculis variegato.) Hoc est, sustentabitur hospitio Hassorum & Lotharingiarum.

Verum Venatori album & cœruleum adversabitur: at ille eo se amiciet, & decorum ei addet illustrem color iste, & cum ipso erit, & ager.) Hæc est Bavaria, quæ ex ea sibi acceret conjugem.

Canes damna dabunt cruci duplice, & Aqvilæ vestitum genuinum tripartitum, album ex oblique, dilacerabunt.) Hoc est, Turcae vastabunt Ungariam, irruent in Austria, ibique injuriis vexabunt Christianos.

Sient canes mortuum Leonis candidi, duplēm habentis caudam: sed non permittetur eis.) Hoc est, Turca conabitur armis suppressore Regem Bohemiæ, sed copia non suppetet ei.

Iniquissimas fraudes & technas bestiæ subditæ Aqvilæ candidæ in aviario rubeo, struent & exercebunt: negabunt fidem Aqvilæ candidæ, & malent Canes & alia pecora in ejus surrogare locum: verum Aqvilarum familiæ nunquam non sibi invicem ferunt auxilia: sed rubea aqvila candidam servabit, & tutabitur in nido suo.) Hoc est, procellosa vertigine laborabit inconstans Regnum Poloniæ: senex annis & vita deficiet, & adolescentis conditio erit mutabilis & inæqualis. Possit intelligere & de alio quodam Rege amico Turcarum. Verum Brandenburgicus Eleitor amicus Regi adolescenti operam navabit strenuissimam, ei auxiliabitur celsis viribus, quo valeat Poloniæ Regnum in sua potestate conservare.

Post hæc adorit finis, sensimque ultima appetet mundi vespera: difficulta bella &

ne sit unquam nec intima miseri tene-
cta vidit: unus enim post alterum oppri-
metur.

Aquila nigra male habebit ex difficulti-
morte & aggritudine, accepta ex morte a
amicissimorum suorum: Aquilæque pul-
lantis (qua tamen non est Aquila) da-
mmum videbit: excidet enim è manibus
eius crux duplex, & tunc populi capite
eroi dominum sibi eligent.

Et caput Tauri aureum, habens corna
duo argentea in clypeo rubeo, magni
nominis erit.) Hunc Walachum est,
autumo.

Et campus aureus cum semita rubea,
multis in causis & locis suam navabit ope-
ram: & de hoc multiplex accipiet præmi-
um.) Hoc est, Badanus Marchio arduis
adhibebitur negotiis, sed munera actioni-
bus scilicet dignæ ei suam compensabunt
abunde industrias.

Et tunc Leo ater in clypeo aureo, &
scepterum aureum divellentur, & duo erunt
dominatus.) Hoc est, Cleve partem agri
sui amittere.

Domus habens atras tristes quinque in
clypeo aureo, damnum accipiet ex suis
propriis columnis: & nemo nocet ei
quicquam, quam ipsiusmet rectum suum.)
Fortassis inter hos magnates discordia
quædam exorietur & inimicitia, scilicet
Saxones, & quædam deperibunt columnæ
morte subrepte.

Tunc ibi lux verbi Dei candide soñabit,
sed ab eis denuo auferetur: delinqunt
enim ignari in ordines suos Ecclesiasti-
cos. Quod si vero recte hac digerentur,
& in melius emendarentur, ad Dei
hoc cessum esset gloriam & honorem,
& in mundi non exiguum commodum.
Bonus est animus meus, modo me re&e
intellexeris.

Ascendet ad honores Aquila rubea, &
adminiculo duorum Leonum aureorum
vehetur ad gloriam: & atrum bubali ca-
paz, & quidam gryps rubeus in clypeo can-
dido, ei familiariter se adjungent.) Hoc
est, Marchio quidam Brandenburgicus ma-
gnam consequetur nomen, operæ domino-
rum Brunsvicensium, Pomeranorum, &
Mecklenburgiorum.

Aquila rubea & atra quædam ipsum af-
ficiet, sum quodam, amicto vestibus
candido-rubeis: verum nihil contra eum
valebunt: aquila enim atracum viro can-
dido in clypeo aureo, negabit eis suam
operam.) Hoc est, Silesia, & Ducatus
Lignitii non erit Munsterbergo amicus:
sed amicitiam junget, & colet cum Aquila
rubea.

Leo blavus, residens in ruris.

Burgenses, &c. n. migrantes, qui multa
per secula magna in existimatione fuerunt
spud Imperatores & Reges, ultra octin-
gentos annos heroicam illis navantes in-
dustriam, & amicitiz officia, videlicet
Brunsvicensis, Lunzburghi, Saxohe, Bavari,
Carniolani, Tuscæ, & ceteri: laudatissimi
hi principes imbecillis erunt viribus, &
multas fortunæ injurias exhaustient.

His interea temporibus Aquila atra sce-
ptrum & coronam suam deponet, at illam
quidam blavocandidus atripiet.) Hoc
est mortuo Imperatore, quidam Palatinus
comes aut dux Bavariae alpitabit ad Im-
perium.

Magnas habeat fortunæ gratias, si coro-
na potiri poterit, Aquila enim punicea
& leones duo aurei, & trabes atræ quin-
que pro illa inter se dimicabunt.) Ideo-
que scriptum est: Multi anno in Regno Im-
perium tenebunt. Namque & alii duo
quidam Electores agent de illa, siccq; coro-
na gratia discordia invadet Imperium, &
illos Leones duos quoque corripiet.

Sertum rutaceum multos ante annos
obscuris involutum tenebris, denuo pro-
germinabit, & producetur in apricum: ve-
rum urticis permiscebitur: sed tamen ur-
tica exardebet, at ruta viridi per hyemem
totam clarebit vigore.) Iste erit Dux
quidam Saxonik, cuius haud magnæ erant
authoritatis & nominis majores. Horum
nepotes denuo in altum surgent, & maxi-
ma in dignitate ac existimatione spud o-
mnes habebuntur, & pristinam suorum
principatus potestatem recuperabunt.)
Per tuticas, quibus permixtum erit, intel-
lige Holsteinum, verum non diuturna hac
erit familiaritas.

Leo quidam aureus, intra septa conspi-
citus ecclia, elevabit totam candidam.)
Hac Geldria est, odio persecutura Moguni-
tiæ: & Treverensis Electoratus commit-
tetur tali, cuius dubitatur fides, & in su-
spicionem rapitur vita, quiq; Cesareæ
Majestatis quoq; incurrit odium, & vim
experiatur.

Tunc itimicitia gliscet quædam, & crux
tribea committetur cuidam iniquo & sce-
lesto, & hand bonæ fidei homini. Ideoque
in eum officium atræ aquilæ, habentis ma-
lum, animadvertis.

Et tunc Leonis candidi & maculo-
si potestas non nihil imminuetur.) In-
tellige de Hassia, vel Lotharingia.

Ilo ergò tempore Aquila atra non am-
plius amicitetur tribus lineis tubeocandi-
dis.) Infertur Austria.

Sed & Leo candidus, duplice insignis

Hic edidit prognosticon, in quo multa
verè prædictit, ut non solum stupefecerit
Florentinos & Romanos, sed universum
quasi orbem. Imperat. Car. 5. Papa Clem.
ut suprà.

pag. 300. *Oratio Reverendissimi Episco-
pi Joannis Staphilei Siburicensis, habita
ad Rota auditores anno Christi 1528. die
15. Maii, post direptionem urbis Romæ:
quà ostenditur excidiis urbis causa, & Ro-
mam esse ipsissimam Babylonem, de quâ
Prophetæ & Apostoli vaticinati sunt:
impressa ante annos 38, cum testimonio
Prætici Ferrariensis, commonstrans-
bus, Casaris majestatem esse supra
Papam & omnem Cle-
ricum.*

Mos erat priscis illis Romanis, reveren-
diss. Patres, vosque cæteri viri præstantiss.
parta de hostibus victoriâ, nec non in na-
taliciis Cæsarum, vel alijs pro commo-
do Reipubl. rebus sic exigentibus, pau-
cis admodum diebus, clauso foro, indice-
re justicium, quo Senatus Populusque Ro-
manus promtius rei sacræ vacaret: &
dimissis aliquantisper tribunalibus ac stre-
pita judiciorum, ocio vel negotio liberius
pro arbitrio frueretur. At nobis miseris, &
huic infelicitate Urbi anno superiore
longè aliter evenit.

Nos etenim non sponte & pro arbitrio
nostro: sed DEUS ipse, acerrimus scelerum
vindex & flagitorum nostrorum, non
pro gratulatione commodorum Reipu-
blicæ Christianæ, & hujus sanctæ sedis,
sed pro gravissimâ calamitate & afflic-
tione ejusdem: non pro natalicio Clementis
VII. Pontif. max. sed pro captivitate, & du-
rissimâ (ut ita dicam) severitate: illius de-
niqve non paucis diebus, sed integro
anno, & ultrâ: Deus, inquam, permanens
seculissimorum hominum, vel (ut verius
dicam) sevisimorum ferarum, justicium
indixit, tribunalia nostra subvertit, locum
hunc sacrarium justicæ, cum omnibus ad
divinum cultum pro more ibidem existen-
tibus, expilavit, prophanauitque libros no-
stros, divinas ac humanas leges continen-
tes: quibus pro administranda justiciâ toti
orbi utebamur. Quosdam ex illis dilacer-
vit, quosdam igni consumit: reliquos aut
iis, quorum fuerunt, venales exposuit, aut
ad indignos inhonestosque usus ludibrio
habuit.

Dupliciter nos iuxta fore direptionem

coronatis, ne peccatum audiretis, eum non
corporibus nostris forsitan, familiarium
tamen nostrorum nihilominus, quò pre-
ciosiorem supellecilem, tot vigiliis & la-
boribus partam, in secretiora forte loca de-
positam, indicarent: illos interim, &
nos per diversa urbis hospitia diligentissi-
mè observantes, pane doloris & aquâ
angustiz miserrimè sustentantes, ira, ut
nobis omnibus vita esset supplicium, &
mors solatium.

Quapropter, directis nunc in colum-
eulis, lamentabiliter possumus deflete cum
Prophetâ: Recordare Domine, quid acci-
derit nobis: intuere & respice opprobri-
um nostrum. Hæreditas nostra verâ est
ad alienos, domus nostræ ad extraneos, pu-
pilli facti sumus absq; patre: matres no-
stræ viduz cervicibus nostris jugiter mina-
bantur, lapsis non dabatur requies.

Adde his malis sævisimam pestilentî-
am, quæ longè latèque debacchata est, to-
tam ferè hanc miserrimam urbem inva-
dens. Junge insuper extremam famem, ac
necessiariorum omnium ad vietum huma-
num summam penuriam. Tandemque cò-
ventum est, ut, qui paulô antè cunctis
omniò rebus copiosissimè affuebamus,
repente necessariis omnibus fuerimus de-
stituti. Postremò, urbe veteres coloni pro-
pulsi, vix urbes, viciniqve montes recep-
runt fugam nostram. At mala hæc nobis
cum cæteris omnibus Romæ nunc existen-
tibus communia fuere.

Nos, nos, qui hujusce sumus professio-
nis, nostra insuper propria damna sensi-
mus, qui domesticam hujus urbis jactu-
ram fecimus: nos, inquam, Reverendi
Patres, integrissimos gravissimosque col-
legas nostros eodem anno amisimus. Vos
honorandi advocati, totidem collegas
vestros supra quartum, quem superiori an-
no tota hæc Curia deploravit, viros nempe
doctissimos consummatissimosque eo ipso
tempore perdidistis. Vobis quoque, cau-
sarum patroni, vobis insuper, tabelliones &
notarii, professionis vestre damna non de-
fuerunt.

Sed unde hæc quæso? Quasve ob causas
tot & tam gravissima incommoda nobis
evenire? Nempe, quia omnis caro cor-
ruperat viam suam, eramus omnes cives
& inhabitatores non Romæ urbis sancti,
sed Babylonis, urbis peccatricis. De
quâ impletum est temporibus nostris ver-
bum Domini in Esaiâ: Quomodo facta est
meretrix civitas fidelis, pleua judicio & san-
ctitate? Iustitia prius habitabat in ea, nunc
sacrilegi & homicide: prius gens sancta,

tam Esaiam : Filios enutriyi & exaltavi : Ipsi autem me spreverunt : dereliquerunt vias meas , blasphemaverunt sanctum Israe l : alienati sunt retrorsum . Propterea per curiam vos ultra addentes prævaricationem , protinusq ; volens ostendere , qui cus percussionibus afflendi simus , subjungit : Terra vestra deserta , civitates vestre succensis igni , regionem vestram coram vobis alieni devorant .

Sed ne quisquam arbitretur , vaticinum hoc Prophetæ jam dudum fuisse impletum in everione Babylonis & Hierusalem . sub Vespasiano & Tito Imperatoribus Romanis : cum verba Prophetæ videantur respicere tempus illud præsens Prophetæ , non futurum : animadvertisendum censem , juxta Ecclesiasticam veritatem futura fuisse præsentia Prophetis , quasi jam futura præsentia cernerent oculis mentis , ut pallim ex sacris paginis facile deprehendimus .

pag. 301. Sed ne longè exempla petamus , hoc ipsum in hoc eodem proposito nobis idem Prophetæ innuit , declarans scipsum verbis de futuro , subjungens : Derelinquetur filia Sion , & desolabitur sicut in vastitate hostili .

Hanc filiam Sion Ioannes Apostolus in Apocalypsi interpretatur non Hierusalem , sed Romanam prouersus urbem : quod ex illius descriptione , si introspicimus , in aperto est : dum exponens Ioannes , seu verius unus de septem Angelis Ioanni visionem , quam vidi super damnatione mulieris meretricis , sub nomine Babylonis intelligit hanc urbem : Mulier , inquit , quam vidi sti , cit civitas magna , quæ habet regnum (quod de regno spirituali vult intelligi) super reges terræ .

Dicit illam sedere super septem montes quod propriè Romæ convenit , quæ ab antiquis ob hoc potissimum dicitur est Septicollis . Ponit sedem quoque illius super aquas multas , quæ significant populos , gentes , ac varias lingvas : ex quibus magis , quam illa alia , in orbe præscriptum Christiano , collecta est hæc urbs , ut videmus . Et propterea dicitur communis patriæ omnium undecunq ; venientium .

Dicit præterea , plenam esse nominibus blasphemis , matrem immunditiae ; fornicationum & abominationum terræ . Hæc quippe verba demonstrationem hujus urbis magis specificam non exigunt : cum hæc flagitia (et si ubique fore regnent) hic tamen sedem & imperium habeant .

Histot & tantis flagitiis , prævaricationibusque illius enumeratis , subjungit

ius uigil ad credidum , & recordatus est Dominus iniuitatum : ideo in una die venient plaga ejus : mors , luctus & famæ desolatam facient illam , & nudam , & ipsam igne concremabunt .

Quod si quispiam pertinacius defende re velit , Apostolum loqui specificè de Babylone : huic ego respondeo , quod potius quam Apostolus in prima epistola (testi diu Hieronymo de viris illustribus) sub nomine Babyloniis figuraliter Romani significat , dum inquit : Salutat vos Ecclesia in Babylone collecta .

Postremò , si his locupletissimis testibus non credimus , scilicet per Babylonem urbem hanc significari , effectibus falsoem hoc tempore lamentabiliter subsecutis credere oportet . Ex quibus manifestissime constat , quod plura & longè pejora , ut inquit beatus Gregorius , in his nostris tribulationibus vidi mus , quam in nostris codicibus invenimus .

Nam sanctuario quoque suo , ministris que sacerorum hoc tempore non pepercit Deus . Duci sunt indecenter per vicos urbis Cardinales , capti Episcopi , presbyte i imperfecti , sacre virginis stupratae ad altaria . In Apostolicoque palatio stabulati equi , martyrum effossæ reliquæ , aperta ino fracta mortuorum sepulchra : & denique , quod animus luctu abhorret dicere , sacratissimum Salvatoris corpus , vasculis pro more aureis , argenteisve reverenter conditum , cum ob prædam vasorum , tum propter contemptum (proh dolor , proh ne phandum scelus omnibus seculis detestandum) terræ collisum , pedibusve plus quam factilegis calcatum .

Heu nos miseris : visio Apostoli in Apocalypsi poenas minatur huic urbi , ut dimicimus admodum graves . At certè his nostris , quas passi sumus , longè mitiores . Magna est profectò ira , quando in sua castra , in sua tentoria , in suos denique milites servit Imperator . Mitius olim egit noster Imperator : dum servato templo , & illeisis sacerdotibus templi , sat habuit , ejicare ex castris suis , hoc est , è templo ementes & vendentes , asserens , domum suam non negociationi , sed orationi fore destinatam . At hoc lachrymoso nostro tempore templi , orationes & sacrificia nostra despexit & aspernatus est .

Cur quoque tam severè & absque illa pietate & misericordia ? Profectò audiamus ipsum Dominum per Prophetam se veritatis suæ tantæ reddentem causam : Quoniam , inquit , manus vestre sanguine plenæ sunt : quod mihi multitudo viciuum vestrarum ? Plenus sum de illis ,

ens a sanctuario meo: divina & humana, sursum & deorsum miscebo omnia, ita ut ubique sit iustus, ubique gemitus, & plorima mortis imago.

Sed jam ad nos ipsos revertamur, qui, si verum amamus, ingenuè fateamur necesse est, his tot & tantis nostris, & aliorum communibus sceleribus non defuisse propria nostra factionis scelera & peccata.

Nos enim, qui ministri sumus iustitiae, iustitiam forte, ut patet, non ministravimus. Quid si in sinistrum nos ignorantia traxit? si favor inflexit? si acceptio munieris vel personæ corruperit? Vos spectabiles advocates, qui astatis (ut de mortuis & absentibus raceam) responsa & consilia vestra plus justo forsitan divendidistis, ponentes tenebras lucem: querentes mendacium: dicentes bonum malum, & malum bonum. Vos quoque patroni causarum, vos insuper tabelliones cum ministris & cooperatoribus vestris, patrocinia vestra, operas (ne dicam quid deterius) vestras minus forte diligenter clientulis & partibus exhibuistis.

Quas ob res, cum omnes graviter delinquerimus, emendemas deinceps in melius que ignorantia, aut ex animo peccavimus: convertamur pariter ad Dominum, & miserebitur nostri: quia pius & misericors est, & praestabilis super maliciam.

pag. 302. Ipse enim hortatur per prophetam, dicens: quiescite agere perversè, discere benefacere, querite judicium, subvenire oppressis, judicare pupillo. Postremò diligite iustitiam vos, qui judicatis terram. His mundissimis holocaustis si iratum nobis Dominum placaverimus, abiq; dubio & hic (prout ipse pollicetur) bona terræ comedimus, & in futuro pro bene gestis semperrena præmia consequemur. Quod nobis omnibus praestare dignet idem Dominus, qui est benedictus in secula, Amen, Imp. Carolo 5. PP. Clemente 7.

1528. *Cardinalis ambit papatum.*

Rex Gallie, cum opus haberet aliqua pecunia, & illam adeò repente non posset corraderet, excogitavit tale stratagem: habebat Cancellarium, qui erat Cardinalis, ad hunc fecit Rex fidias literas exarari, quasi Papa esset mortuus. Cardinalis cupiens fieri Papa, rogat Regem, ut se ad illam dignitatem promovere vellet: Rex, pecunia ad corrumpendos alios Cardinales opus esse, dixit, & quidem ad minimum thonna auri. Cancellarius alioquin avarus valde, tamen illam pecuniam solvit. Rex, accepit pecunia, literas scribi fecit,

In pago Martiscellano prope Campidanum, sacerdos quidam Papisticus, lectis libris Lutheri, acriter cœpit invehi in errores & abominationes Papistarum: sed à constitutis sicariis equitibus claram abducens fuit & enecatus. Zacharias Rivander, Imp. Car. 5. PP. U.S.

Ordo Sodalitatis Divini amoris, sive Theatinorum.

Sub Clementis 7. temporibus quedam secreta conventicula habebant & precatiōnibus ac Sacramentorum distributionibus vacabant: & ideò Sodalitas divina dicebatur: cui numero etiam Joannes Petrus Carafa, pontifex postea, se adjunxit, tanta constantia, ut, etsi à Carolo quinto Cesare Brundusinus Episcopatus ei offerretur, tamen recusaret, & Theatinum quoque quem à Pontifice Julio 2. habebat, ultrò deponeret.

Ex quo laudabili facto Theatini omnes ejus ordinis diœti sunt. Quomodo vero à Jesuitis distent, Diegho Payya Jesuita libro primo orthodox explicationum tradit. Vestitus eorum est pileolus rotundus, cum pallio Episcopali. Modius.

Etsi autem Carafa Episcopatibus, quod diximus, renunciavit, tamen cum à Paulo tertio Cardinalatus offerretur, hilari animo eum acceptavit, male audiens, quod callidâ ambitione, & vulpino astu latibula prius quæsivisset, & minores honores contemisset, ut majores assequeretur.

Pontifex igitur Maximus postmodum creatus, Paulus appellatus est. In eo non religio instaurandæ, ut prius in Eremo simulabat, sed pecuniis congregandis, bellis, incendiis, & cædibus induxit. Panvinius, Hoipinianus & alii. Imp. & PP. U.S.

Portentum.

Anno 1529. cum pestis Sudoris Anglii in universam grassaretur Germaniam, & plurimos necaret homines: quidam Pastor Fidebergi in Marchia nova referebat pro concione publicâ, Deum sic pupille mortales novis morbis & calamitatibus ideo, quod novam acceptassent doctrinam & religionem: Se quod lues hac mox esset defectura, si ad obedientiam Romanæ Ecclesiæ redirent. Consulebat etiam, sequenti die solennem celebrari processum, & orationem haberi Litanie Pontificie adversus hanc ægritudinem. Verum alius illius diei summo manu moritur

Testamentum Canonici.

Quidam Canonicus concubinæ suæ pecuniam, & alii cuidam canonico catellum & ad ejus sustentationem modium tritici quotannis ei offerendum, legavit: nulla vel pauperum vel Ecclesiæ facta mentione. Imp. & Pp. U.S.

Alexander Cittolinus Italus.

Scriptis Typocosmiam & alia doctrinæma: sed propter religionem ejectus ex patriâ, exulavit. Imperatore Car. 5. PP. Clemente 7. U.S.

Martinus Castenenga.

Scriptis tractatum de superstitionibus & heresibus, ut etiam Martinus de Arles. Imperatore Carolo 5. PP. Clemente 7. U.S.

Ernestus Brottauff. in Chronico.

Burckardus Episcopus Magdeburgensis, promissum suum super quodam negocio, jurejurando, & sumptione quoque corporis Christi, firmat: & tamen turpiter fallit. Imperatore Carolo 5. PP. Clem. 5. U. S.

Philippus Melanthon, de quo plura & in sequentibus.

Sigismundus Imp. vicitur à Turcis in Mylia, Posonii è fuga in Ascensionis prævigilio vespertinis precibus intererat, & calamitates Reipublicæ Christianæ deplo-rabat. Noctu Augusta Episcopi facies dormienti oblata, Ecclesiam ob pastorum & Principum vitia affligi, affirmavit: Ungariam intestinis bellis post ipsius obitum flagraturam, & armis Turcicis arturam, prædictum: sacerdotes virga ferrea coercendos, religionem priscaam multis contamina-tam erroribus, repurgandam, vaticina-ta est.

Idem. Ego & Doctor Martinus Lutherus, & alii quidam vidimus à Turcicis in urbe Lienach, a-tificiosè à papisticis factum, ad suos quæsus retinendum. Erat autem statua Mariae tenentis puerum Jesum, & ita facta, ut monachus posset eam regere, ut aut Maria aut puer caput ad accedentem advertens aspiceret, si quis pecuniam largiretur: aut retrorsum caput averteret, si nullum donum afferret.

Idem. Scio alium locum in Germania, quem honoris causa non nomino, ut parcam illis hominibus, in quo mulie-tes steriles cogebantur certo tempore nudè circumire altare, & gestare agnicolum. Interea stabant monachi illi nebulae in suis cancellis, & mulier-

nia Turcorum, Turcos esse potius Un-garia, Polonia, cum aliqua parte Germanie, & deinde fore inclinationem regni Turci-ci. Non dubium est, Turcos in Germaniam paulò post esse venturos.

Idem. Anno 1444. Delphinius Gallicus à Papâ in Germaniam ad impediendam Synodum Basiliensem missus est, cum exercitu, quem nominarunt Armeniacum, à Comite Armeniacense eorum Ductore. Cum his quarto à Basilea lapide quatuor Helvetiorum millia acie congressa incre-dibili ausu tam fortiter pugnârunt, ut cum ex his mille sexcenti in confertum agmen Gallorum se intulissent, eti ad unum casi sunt omnes, viatores Gallos tamen inter-itu suo tota mox Germania pepulerint, persequenter scilicet reliquis ope vici-norum multa cæde hostes, & clade suo-rum, & animositate ac ferocia eorum, qui ceciderunt, percullos atque conseruatos. Memorabile hoc fortitudinis exemplum est, simile illius Lazæ demoniorum ad Ter-mopylas. Pugnatum est se primo Cal Se-ptembris. Cecidisse in eo conflietu tradun-tur sex millia Gallorum.

Idem. Henricus Sutphaniensis in Bre-pag. 304. mensi Ecclesia Evangelium putè docuerat: & ideò crudelissime interfactus fuit.

Idem scribit, mulierem Daemoniacam à se in Saxonia visam, nescientem legere aut scribere, quæ Græcè tamen & Latinè lo-quebatur, & sœvum illud Saxoniæ bellum prædictum his verbis: οὐτας αὐταῖς θη-τῆς γῆς, νοι ὁρμὴ εὐλόγη λαῷ τέτω.

Idem in responso adversus Colon. Qum Tbingam venisset sacrificulus quidam, reliquias Divorum circumferens, hoc præ-conio cas populo commendabat, ut nihil à pestilentia periculi fore toto anno his, qui eas osculati fuissent, diceret. Eberhardus princeps Witembergensis hominem impudentissimum objurgavit asperge. Is re-spondit, se vera dicere, quia populus non det osculum reliquiis, sed vitro.

Idem. Quando veniet Turca in Ger-maniam, veniet per Poloniam. Et hoc o-peraprecium est diligenter perpendere, quo paeto imminentia malo obviari, & Poloniam observare recte possimus.

Idem in Julium 2. Cum contra Gallos bel-lum Papa Julius esset.

Gesturus, sicut fama vetusta docet, Ingentes Martis turmas contraxit, & ure-bem

Egressus, sœvas edidit ore minas.

Hic gladius Paulus nos nunc defendet ab
hoste,
Quandoquidem clavis nil juvat ista
Petri.

Anno Christi 1547. cum Carolus 5. Imperator infestaret bello Germaniam, doctissimus iste noster dominus Philippus Melanchthon cum sua familia, quibusdam studiofis & Professoribus, Zerbstam se receperat, ibi ab injuriis bellicis se salvaturus: & pervenerat nono die Aprilis, ipso Sancti Paschatis vigiliis Witebergam, collegas suos, cognatos & amicos invisum & salutatum. Eadem nocte videbatur sibi per somnium legere in quodam scriptore græco hæc verba:

Τυρόθεον γαννα χότα ἀλώρατο
Hoc est, pium & amantem Dei hominem in
prælio navalí capi:

& secus illa verba Græca, notatum esse numerum 15. Altero igitur die, paschatis festo sacro cum in templum devenisset, accuratè distibebat cum collegis, quomodo intelligi deberet vocula ἀλώρατο?

Sed experientia, omnium optimus magister, id significatum eventu apertissimè docuit. Postea enim ab hinc 15. diebus elapsis, 24. die ejusdem Aprilis, Dux Ioann. Fridericus captus est in acie apud Mulbergum à Carolo quinto, per militem Cæsareum, Albis tranato flumine, castra ejus aggressum.

Horrendum.

Anno D. 1530. 8. Octobris, de nocte, cœlosudo, inaudita Romæ Tybridis cluvies ex improviso erupit alveum, & 24. horas usque dum diffueret, immanni sevitia in campis & intra mœnia est debacchata, tanta voraginis altitudine incedens, ut in campo Florido erectam tegeret sarissam, atque juxta D. Eustachium ad 24. usq[ue] pedes intumesceret. Unde plurimas à fundamento domos & palatia, muros, & validissima munimenta aquarum intemperies subruit, ut omnes urbis interitum atque exterritum diem metuerent.

Tum etiam, Papa Clemente VII. cum manipularijs suis Hostiam migraturo, at penè undis ingruentibus arrepto, & demerso, coacti sunt retrò vestigia legere & in altissimum montem Cœlium, timore pedibus alas addente, aufugere. Interea pulcherrima sedes & pretiosissimum palatiū, quod nuper Clemens ille Papa Cardinali ad D. Georgium rapuerat, & ad se traxerat, hujus diluvii barathro fuit absorptum. Atque singulari sanè poena, mi-

rimata excusa, arboresq[ue] longe latèque projectæ, omnia attrita, & ultra 12. millia hominum suffocata sunt, in urbe verò sexcentæ corruerunt ædes, omnibus, qui eas inhabitabant, interemptis, tonante juxta horribiliter, & fulgurante colo, quamquam omnino sine nube conspicetur. Hoc diluvium haud multò post gravissima pestis insequuta est. Quare autem hæc omnia Romæ eodem anno, quo Angustana confessio prodiit, contigerint, lector cogita. Imp. Carolo 5. Papa Clemente 7.

De Paparum cum Imperatori. 1530. bus concordia.

Imp. 117. Carolo. Quinto. Papis Leone X.
Hadriano VI. Paulo III. & Cle-
mente VII.

Quis verò pontificum perfidiam, in Carolum Imperatorem usurpatam, ea qua par esset, oratione commemoret? Quis non in tanta religionis mutatione, quanta post Apostolorum ætatem non accidit, inclem tam pontificum in exag-
tando Imperatore cum felicissimo tum potentissimo, admiretur? quis, studio Imperatoris in sede pontificia tuenda fulciendaq[ue]; cognito, ingratitudinem perditissimorum hominum non excretetur.

Nam cum ab obitu Maximiliani, electoribus pro eligendo novo Imperatore Francofurti congregatis, Carolus & Franciscus Rex Gallæ Imperii dignitatem ambirent: Leo decimus, amicitia cum Francisco firmata, cum magnis innixum largitionibus, innata quadam pontificibus improbitate, contra Carolum favit & adjuvit, cum quod hujus, amplissimorum regnorum hereditate locupletati, potentiam vehementissimè formidaret: tum quoque, Carolum antiquitatis cujusdam carminibus, non obscuris formæ ac ingenii lineamentis designari, conjiceret, per eum, qui à septentrione toti Italiz. Romæque præsertim, summas clades esset illatus: hoc interim literis ad Electores scriptis astutissimè prætendens, Carolo ad honorem Imperii aspirare non licere, quod Reges Neapolitani sint Pontificis Romani beneficiarii, & fide data jam olim cum Pontificibus pepigerint, sc Romanum Imperium non appetituros, sed alterutro contentos fore.

Ceterum integritate Friderici Saxoniz. Ducis, & fide ejusdem erga Maximilianum, cui toto vita tempore deditissimus fuisset, Imperio ad Carolum trans-

At cum hic contentum ejus in electione requireret, cum ea dispensatione, ut sibi cum Imperio regnum Neapolitanum retinere liceret, lege investitura minime refragante: tunc Pontifex ad ingenium reversus, de novis viis, quibus Caroli auctoritatem deprimeret, cogitavit.

Nam literis & nunciis per Germaniam missis id egit, ut Caroli coronatio apud Aquileianum, & conventus Wormatiae indicet, retardarentur. Cumque elusis conatus suis, virtutem electorum (qui nec vi, nec metu, nec ulla artibus à suo decreto dimoveri potuerunt) majorem pontificia improbitate corneret, fœdus iterato cum Gallo iniit: inter alia id agens, ut utriusq; Siciliæ regna Carolo adimercentur: & Italico Imperio subversio, protectiones civitatum Italiz inter sedem Pontificis, Gallumque dividerentur. Tam diu vero in hoc fœdere constans persistit, quo ad id è re sua esse, atque sedi Romanæ expedire vidit.

Cum etenim Franciscus Rex fœdere pontificio fretus, violato eo, quod cum Carolo ante percusserat, Robertum de Marchia Caroli rebellem, ad Belgicum turbandum submisisset: Gallique Duxes & milites in Italia agentes, urbem Reginum sedi Pontificis clanculum adimere co[n]ati fuissent: Leo Gallorum potentiam horrescens, ac de ipsorum fidic hesitans, quo suam dignitatem tueretur, & Romanæ Ecclesiaz per Gallos ademta recuperaret, tertio ad partes Cæsarianas transit, id à Cæsare perbenigne ipsum in fœdus recipiente impetrans, ut Parma & Placentina sedi Romanæ restitutis, & Francisco Sforza in ducatum Mediolanensem reducto, Gallisq[ue] ex Italia pulsis, sedes Romana in toto collocata, omni Gallorum metu liberaretur.

Paulò vero post Leone febri mortuo, pontificalis rabies in Carolum successione Hadriani sexti Pontificis Germani, aliquanto subsedit. Hic etenim sui perbrevius pontificatus tempore in Caroli amicitia, ut bonus præceptor, constanter persistens, eum adversus Gallos pecunias exercituque juvit: & præter Florentinos, Senenses, Lucenses, aliosque regulos Italiz, sedem quoque Romanam, Heinricum Angliæ, & Ludovicum Hungariæ, Reges fœdere ei junxit. Verum Hadriano, anno Pontificatus sui secundo, non sine venenati suspitione, extincto, fatalis Pontificum rabies tanto vehementius prorupit, quanto interea temporis plus virium collegerat.

Julius namque Medices, qui postea Cle-

millum, pensionem annuam ex proventibus Ecclesiaz Toletanæ consecutus: & in tantam pontificis Hadriani gratiam, unde exciderat, repositus, ut nihil in rebus quæ alicujus momenti censerentur, ab Adriano tentaretur: mox pontificatu inito, contra Carolum fœdera fœderibus accumulans, beneficia accepta pessimis maleficiis rependit.

Siquidem Francisco Rege Galliaz, post Mediolani occupationem arma per Lombardiam circumferente, Clemens fœdere Hadrianico, cuius ante meminimus, direpto, pecuniam, quam Florentini, Senenses atque Lucenses, ex formula ejus Carolo mittere statuissent, solvi vetus: & per Albertum Pium Corporum Principem fœdus clandestinum cum Francisco Rege iniit: hoc interim apud Cæsarianos duces subdole ageas, ut sub specie sequestri & depositi Mediolanensem agrum ad se transfirret.

Hoc vero non succedente, sed fortuna ita commutata, ut Franciscus gloriose memorabique victoria ad Ticinum captus, in Hispanias ad Cæsarem abducatur: tunc mina inconstantia & levitate, Cæsarianis ducibus magnam pecuniaz vim in stipendia dependit.

Interea tamen cum vereretur, ne Cæsar occupato Mediolano, quod esset reliquum Italiz, invaderet, cum Ludovici Francica Regis matre, Henrico Britanniæ Rege, Venetis, aliisque qvibusdam, de Rege liberando, Cæsareque Italia pellendo consiliis initis: Ferdinandum Davalum, amplissimæ autoritatis atq[ue] peritiz virum inter duces Cæsarianos in suam factionem, oblato regni Neapolitani titulo, perducere tentavit.

At eo, cum sagaci coniectoq[ue] ingenio hostium consilia viresque explorasset, cuncta Cæsari patefaciente, hic Pontificis perfidiam risit: qui cum totius conjurationis architectus esset, se tamen admonuisset, ut rebus suis sibi caveret, ac de ducibus suis sibi fidelius devinciendis cogitaret.

Sic ergo à Davalo elusus, alia via rem aggrediendam statuit. Quare Francisco Rege interea à Carolo dimisso, & à fœderis Madritiani conditionibus resiliente, cum ipso, à jurisjurandi vinculo, quo Cæsari tenebatur, autoritate Apostolica soluto aliisque nonnullis, novum fœdus sancit: idq[ue] Ligam sanctissimam appellat, veluti natam eo auctore, quem orbis Sanctissimi nomine salutat. Inter alia hoc quoq[ue] ejus capitulis adjiciens, posse Cæsarem particinem eius fœderis fieri, sciri.

Pag. 306.

temporis atque punitas, inter eos coniunctus, qui arbitrio relinqueretur pontificis & Venetorum.

Quis vero aequus rerum estimator, considerans, a quibus id fœdus initium habuerit, & quo potissimum tempore, quibusque occasionibus sanctum sit, non judicabit, eonon paci ac tranquillitati publicæ consultum, sed acerbissimis odiis, bellisque sevissimis materiam suppeditatam fuisse? Facis siquidem leges, conditionesque Carolo Principiter maximo a Sfortia Mediolanensi suo beneficiario prescriptæ, fides a Gallorum rege debite legitimèq; data, ei uno brevi Apostolico remissa est.

Cæsar liberos Francisci regis obsides, justus est reddere: quasi non satis fuisset, se semel elusum fuisse. Iussus Italorum potentatum tyrannidem non perferre modo, sed & tueri. Iussus, Italiz ingressu abstinere, ni eam familiam adduceret, quæ pontifici & Venetis apta conveniensq; videretur. Iussus, majeſtatis accusatis noxam omnem remittere: id ni faceret, bellum ei terra marique sustinendum.

Quid itaque in tanta conditionum iniqutate Carolo aliud faciendum fuit, nisi ut bonitate cause justitiaque fretus, abominabiles conditiones tanta constantia rejiceret, quanta superbia sibi proponebantur, hac fiducia, plus spei in innocentia quam multis triremibus, eqvitibusque repositum esse?

Et sancte Deus, omnium actionum aquisimis iudex, ita justitiae suæ executionem est moderatus, ut quas architectus omnium malorum consiliorum pontifex in Cæsaris caput conceperat technas: his ipse qui belli spectator tantum esse cupiebat, divino admirandoque consilio caperetur. Nam cum Cæsar ad tantæ conjurationis famam Barbonium atque Fronspergium, toties jam ducum munere in proximis bellis summa cum laude funeris, in Italiam cum exercitu misisset, ut Neapolim, quæ hastæ, sectionique ex formula fœderis subjecta erat, defenderent: hi, dum Florentiam cum pace diuturna & cive summo Pontifice, tum novo fœdere elatam, petere se simulant, per montes & loca confragoia profecti, Romanam Maii die sexto oppugnatione hostili ceperunt: & Clementem, qui in Adriani molem (diris pontificiis, quas in Germanos atque Hispanos conjecerat, nihil proficiens) secesserat, urgente rerum inopia, ad deditioñem conculcere, tan- ta insolentia & atrocitate in Romanos sanguines, quanta verbis explicari non potest.

Nam præter horrendas lanicas, direc-

sespius etiam his, qui se pecunia redemissent, iterum in captivitatem ab aliis traditis, Cæsar quidem literis, cum ad Pontificem tum Angliæ regem scriptis, liquido testatus est, id injussum suo factum: nec se milites eos pro suis agitatum, qui tantum nelas autem fuissent: iusto tamen Dei iudicio, qui vim & injuriam sibi factam sit ultus, id adscribere minime dubitavit. Pontifex autem captivitate liberatus etsi verbis amicum se Cæsari simularet, infenfissima tamen quæque contra ipsum moliri non destitit.

Nam siue spe regni Neapolitani, prout in fœdere convenerat, occupandi, siue vindictæ cupiditate, apud Gallum effectit, ut is bello renovato, Lautreco in Italiam cum exercitu jam missò, expeditionem Neapolitanam imperarit. At ea hunc eventum sortiente, ut Lautrecus, peste in exercitum grassante, re infecta fatigata conceperet: & rex pecunia exhaustus, amore liberorum, qui in Hispaniis adhuc obsides erant, pacis conditiones oblatas facile acceptaret: pontifex, qui semper scena ac tempori servire consueisset, pace inter Cæsarem & Gallum, aliosq; reges Cameraci sancti, Carolum diadematæ Imperiali Bononiæ donat, ejusq; auxiliis Florentiam obsecram in suam potestatem redigit, civibus Florentinis inclemetissime punitis: dignam mercedem Carolo redditurus, si longior ei vita contigisset.

Vix etenim tribus annis ab hoc elapsis, cum Massiliz nova fœdera de Mediolano Cæsari eripiendo, & Sabaudiz ducatu occupando, cum Gallorum rege Francisco iniisset: hujus filio Heinrico nepte Catharina desponsata, magno totius Reipublicæ commodo, non sine veneni dati suspicione extinguitur.

Quæ major perfidia hac Clementis inveneretur? qui, quoties eum Carolus in fœderis societatem recepit, toties fœdissime ex socio hostis evasit? Extat de hac cœjus perfidia Epistola, ad Carolum Cæsarem carmine scripta à Germano Eleutherostomo: quam, quia tunc temporis est edita, & quia huic proposito convenit, adscribere libuit.

De Perfidia Romani Pontifi- pag.
cis Epistola ad Carolum Cæsarem:
authore Germano Eleuthe-
rostomo.

Nunquid adhuc dubitas, terrarum maxi-
me Cæsar,

Cuius sit humana cōcredita summa salutis,
Calorum claves cui Deus ipse dedit ē
Nostis in dissimulatioē tanta perjuria linguaē
Mirum est, si scelus hoc dissimulare potes.
Sed quae tantū pia poterit patientia mēris,
Hoc adeo infandū dissimulare nephæ?
Clemens, quem fecit superum in clementia
Puppam,

Cum Gallo junxit fœderā sancta ducē.
Cum Gallis junxit Clemens socia arma su-
perbiū,

Perfidus Imperiū proditor illa tuis.
Qua nunquam, Cesār, voluisti credere no-
bus, (dens.)

Cogeris hac tandem credere vera vi-
Pontifici ne quid Romano fidere, Cesār,

Sustinebas: mendax, diximus, esse solet.
Perfidior Pāni Latiū solet esse sacerdos,

E: levibus Gallis vanior esse solet :
Vt quem nulla date constringant fœdera-
dextra,

Quicq; colat nulla religione fidem.
Auribus ista tuis sape inculcavimus: at te
Tum persuadebant talia verba parum.

Vidote cni nondum mens improba nota do-
loſa

Vulpis erat, fraudis plena, referta malis.
Obſtabat sancti species & hypocrisis ef-
frons,

Quo minus hunc poteras Carole nosſe
lupum.

Sanctity obſtabac tituli, simulataq; verba,
Quo minus hanc poteras cernere perſi-
diam:

Perfidiam, qvalem jurato Cesār ab hoste
Nunquā sperasses posse venire tibi:

Qvalem Pontificis, fidum simulantis ami-
cum,

Objecit Latii vana reperta fides.
Obſtabant alii, quorū tibi perfida lingua

Clementem falso pinxerat esse probum.
Sed qua nūc animo superest sentētia, Cesār,

Postquam decepto sunt data verba tibi
Dumq; patent liquido fraude commissa
maligna,

Dum patet instrucci pessima techna deli:
Et cum perjuri patet stratagemata Pāni,

Et mala versarietia perfidia:
An iterum Latii reparato frācere Puppe

Decreſſi certam, Cesār, habere fidem?
Improbabiliſloque cuius mendacia lin-

gux

Vi prius? & tonsa ludibriū esse comā?
Perfidus imperio si te potuifset aviso
Exuere, & regni te ſpoliare tuū:
Atque hac ad Gallum qvisses transferre
superbum,

Captivus Cesār jam trahere miser,
Hostib; impostor ſceptris te, Cesār, ad pag. 308.
emis.

Feciffet prādam perfidus ille tuis.
Carole, jam ſpoliis Gallis gestires opimis,
Sires, ut Clemens ſtruxerat, acta foreto.
Hinc ſtuduit ſemper fidum mentis ambi-
cum,

Vi fulſo ſanctam fingeret ore fidem.
Quo melius Gallo te incautum proderet
hosti

Tunc, ubi prodendi copia nata foreto.
Indicio eſt hujus, quod nulla injuria Ca-
ſay

. Tafferit hunc partis linquere caſratua,
At ſola improbitas animi, ſtudiumque
nocendi

Gallica Clementem compulit arma ſe-
qui,

Aut dicat Clemens: ſi vult Sanctissimus
effe,

Nec vult perfidie dicier effe reus.
Quenam cauſa fuit? que tanta injuria?
qua fit

Linquere compulſus Cesāris arma bonis.
Hac niſi jam fuerit cauſis adducta aprobatio
Conſtar, te profugum Sancte fuiffe levē.
Heus ubi palpo ſenex, ſoboles praclaragna-
tonis,

Quin tua nūc aperi ora diſerta colax?
Fac, ut pernicioſa tua aſſentatio lingue
Pontificem tantū vindicet à vitio.
Egregium audebas medicum affirmare fu-
turum:

Dic mihi, nonne tui ſepudet, atq; piget?
Eſtne, quod & dicas, Clemens Sanctissi-
mus? unde haſ

Sanctus habet labes perdit ergo nigras?
Proditor, impostor, perjurus, perfidus, aut
hunc

Est Roma ſanctum forſitan effe virum?
Hoc aliuis monſtrum Clemens Sanctissi-
mus? hoc te

Opprimere incautū ſpes ſua, Cesār, erat.
Sed bene conſuluit ſceleri gravius ulteror ini-
qui,

Omnipotens, rebus prōrior ipſe tuis.

*Est inquam, elata dejecta superbia Galli:
Contra haec nunc cristas, Galle superbe,
tuas. (fecerat hostis,
Nunc superest, ut in hanc foveam, quam
Non leuis Clemens perfidus ipse ruat.
An tanum patiere nephas hunc, Cesar,
inultum*

*Ferre? nec audaci premia digna dabis?
Ne facias, Cesar: meruit graviora superbis
Gallis. Illi hostes, hic sed amici erat.
Iuris erat bellum, quod Gallus sumserit arma:
Perfidia, Clemens quod capit arma, fuit.
Perfidia penam, justum est, hunc pendere
dignum:*

*Cesaris ut discant sceptra timere mali.
Propterea est gladii tibi tradita summa
potestas,*

*Cesar, & a magno regio sceptra Deo:
Ut tua compescat graviter reverentia
pravos,*

*Sub mortisq; malis, ut tuare bonos.
Parcer subjectis, & debellare superbos,
Hoc magni est proprium Cesaris officium,*

*Hoc impune ferens, quid non audebit?
apertis*

*Rebitur in simis cuncta licet resibi.
Quo non evadet concessa licentia tandem,
Si non innocue criminata tanta feret?*

pag. 309. *Effer a quidrabies tentare verebitur, hoc te
Si tulit impune dissimulante scelus &
Carole, ne facias, ut tanta potentia sceptri
Ludebrio Romae sit violanda tui.*

*Pone modum sceleris, vesano obfisse furori,
Pontificis rabiem comprise queso gra-
vem.*

*Tandem intentata capiat fac premia frau-
dis,*

*Atq; luat meriti tormenta supplicii.
Et factum graviter tibi fucum ulciscere
tandem:*

*Non facis hoc maius jam pietatis opus.
Sic plebem Christi, qua sevo oppressa ty-
ranno est,*

*Eripies, Cesar, te somul ultus eris.
Hic te non moveat ratio pietatis habende,
Ipsa jubet pietas perdere sacrilegos.
Hic nihil est sanum, nihil est sanctum atq;
verendum:*

*Cui sit parcendum cernis adesse nihil.
Hic mera colluvies fraudisque, & lerna
malorum, (lis.*

*Qui semel est omnis perdiuonis apex.
Vi qui sceptrigeros excusso fudere reges
Commitit, bellum clasica dira canens.
Cujus Pontificum sunt multa exempla
priorum,
Quae bene vix magnis sunt memoranda
libris.*

*Constat enim, furiarum instar discordium
armis*

*Hoc turbasse prius saepe prophana sacrum.
Nec tibi sit soli hac injuria, Carole, nam
quam*

*Servat promissam perfida Roma fidem:
Sed quae quaque tulit scelerata, hac tibi vin-
dice dextra,*

*Carole sunt pena corripienda gravi.
Obstrue Romanam prouulantenem cuncta
charybdim,*

*Reges, & populos, oppida, regna, duces.
Obstrue tartareum, quod Roma est, magne
barathrum,*

*Pone modum immense, Cesar, avaricie,
Quid non exsuxit & quid non spoliavit
avare*

*Vrbis fraus, astus, machina, techna, do-
lus?*

*Dic, ubi per totum restat miser angulus
orbem,*

*Qui potuit fauces Roma cavere tuas?
Nam certe tellus raptis Germana medallu,
Pene etiam pelle est dispoliata sua.*

*Vt pote Romulidum qua longo passa rapi-
nam*

*Tempore, nutrita guttura vasta Pape,
Vendiderit precio, quae sunt terras, mariq;*

*Vendiderat manus, vendiderat superos,
Christum venalem, caelum venale cerebat,
Peccandi precio libera iura dabat.*

*Quippe sibi in superos, terras & tartara
summam*

*Jus tribunens, voluit subdit a cunctis sibi.
Quin etiam Christo medios offendebat
ungues,*

*Dum qua decretat, irrita quoq; facit.
Credere per diras commenta humana jube-
mur,*

*Divinis non est legibus ullus honor.
Namque Deum se se sceleratus homuncio
cunctis*

*Ostentans, Christo par cupit esse Deo.
Depositq; coliz vice numinus impius ille,
Cum Christo simili vult quoque laude*

Conficit longum sapientiam vestrum,
Sicilicet in Christo pater est sanctissima
ille,

Qui quae sunt bellum, curat, adornat, obicit
Qui spargit lites, & pugnis cuncta cruentus
Temperat, & reges seditione juvat.
Fare agit, dic heus dicit, inclemensissime

Clemens,

Fecerat haec Christus? feceras ista Pe-
trus?

Nam illius vice, vis hujus successor haberi,
Bellum & in sancto spurca sedere loco,
Te successor emne audebas dicere Petri
Esse? & te Christi dicas habere vi-
cemi?

Absurdisti omnem meretrice à fronte
pudorem,

O canis, ingenuus nil tibi frontis inest.
Tuvis Petrin e censeri nauta carina?
Quanquam perficias manera nulla

Petri.

Successi Iudeapostoli, qui vendere Chri-
stum
Sueverat, & loculos gesserat vere gra-
ves.

Quandoquidem Christum dum vendere
sapius audes,

Congestis cunctis rotius orbis opes.

Hoc melior Scartorha foro semel usus int-
quo,

Non dubitas premium pendere mortis
malum.

Quis in iude exemplum quoque Pupille
secutus

Suspensus raptas reddere vellet opes.
Cum sis omnigeni juris perverstor, & aq[ui]z.

Et facile es cunctifons & origo malis.
Et qui nobiscum fictis agit omnia verbis,

Quarens ex nos tristis modis certa malis.
Qua sit, ut hoc Petrus usulo successor haberi

Arg. locum Christi solus habere cupis.
Quantum respondet clara nox atra dies,

Tam tu respondet perdita vita Petro.
Mobile quantum imma cælum tellurere-

mosum est,

Tam procul à Christo Psychotyranne

manes.

Quod si pastoris decretas munere fungi,
Esse nec horrendis par feritare lupus?

Ducere debetas ad pascua sueta misellas,
Et verbo Christi pascerem semper oves.

Non devastare, & rapto ab eviliib[us] agnos

Perdere, sed trepidi mitis adeisse exerci-

timus in locum secundum, nunc me iacio,
Ut Christus, cunctis utilis esse parente
Inter discordes placide componere pacis
Fædus, & iratos conciliare duces,
Nullius insanum flammis augere furorem,
Nec magis ardentes extimulare faces,
Nunc tibi non studio est motos sedare su-
matus,

Sed laceras rupes fadra pace ferox,
Te quoque flammis vomos oleo nutrire ex-
minos

Et juvavat insants addere calcare equis.
In summa, humanis es fax ipsissima
rebus,

Unde nocens terris pestis, & mundo
lues.

Officiis fuerat, neutri te jungere parti,
Rem tuamen arbitrio comodo suisce tuo,
At fuit hoc studium cunctis commune Pa-
pistis,

Romanos solidaludere fraude duces.
Et tu (sis quanquam dubio patre) sanguis
nus hujus,

Non potes à patribus degenerare tuus,
In nunc, dic blande, dilecte o Carole fili,

Si tuus est natus, spurius alter erit.
Nam tu connubis condemnas iura beatæ,

Vnde ergo nati spurce cynadis tibi?

Ne nos queso tuos dicas spuriissime natos,
Corporis haud noster, sed nequamētis

parens.

Est pater in summo, quem nos veneramus.

Olympo,

Ille suos jugi sedulitate forvet.
Hinc tibi Apostolicam serva privigne sa-
lutem,

Quam nobis Latianittis ab urbe fre-
quens.

Qui etiam affectus simulata mente pa-
ternos,

Post hac servato sive tyranne domi,
Nam satis elusa est plumbatis Teutona bullis

Terra, subolfecit ludificata dolos.

Qua præ immodeco fuerat Germania luxurio
Ebria; nunc damno est sobria, Roma,

tua.

Hoc tu deploras inclemensissime Clemens,

Hoc te angit, mordet, vellicat, irrit, agit.

Hinc ulciscendi meliorem cernere causam

Nec poteras, quæ si Celtica castra juves.

Quanquam ficticiis nunc perfide fingere

scriptis

pag. 32.

Conficit longum sapientiam vestrum,
Sicilicet in Christo pater est sanctissima
ille,

Qui quae sunt bellum, curat, adornat, obicit
Qui spargit lites, & pugnis cuncta cruentus
Temperat, & reges seditione juvat.
Fare agit, dic heus dicit, inclemensissime

Clemens,

Fecerat haec Christus? feceras ista Pe-
trus?

Nam illius vice, vis hujus successor haberi,
Bellum & in sancto spurca sedere loco,
Te successor emne audebas dicere Petri
Esse? & te Christi dicas habere vi-
cemi?

Absurdisti omnem meretrice à fronte
pudorem,

O canis, ingenuus nil tibi frontis inest.
Tuvis Petrin e censeri nauta carina?
Quanquam perficias manera nulla

Petri.

Successi Iudeapostoli, qui vendere Chri-
stum
Sueverat, & loculos gesserat vere gra-
ves.

Quandoquidem Christum dum vendere
sapius audes,

Congestis cunctis rotius orbis opes.

Hoc melior Scartorha foro semel usus int-
quo,

Non dubitas premium pendere mortis
malum.

Quis in iude exemplum quoque Pupille
secutus

Suspensus raptas reddere vellet opes.
Cum sis omnigeni juris perverstor, & aequi-

Et facile es cunctifons & origo malis.
Et qui nobiscum fictis agit omnia verbis,

Quarens ex nos tristis modis certa malis.
Quia sit, ut hoc Petrus usulo successor haberi

Arg. locum Christi solus habere cupit.
Quantum respondet clara nox atra dies,

Tam tu respondet perdita vita Petro.
Mobile quantum imma cælum tellurere-

mosum est,
Tam procul à Christo Psychotyranne

manes.

Quod si pastoris decretas munere fungi,
Esse nec horrendis par feritare lupus?

Ducere debetas ad pascua sueta misellas,
Et verbo Christi pascerem semper oves.

Non devastare, & rapto ab eviliib⁹ agnos

Perdere, sed trepidi mitis adeisse exerci-

timus in loca accidit, nunc me iacio,
Ut Christus, cunctis utilis esse parente
Inter discordes placide componere pacis
Fædus, & iratos conciliare duces,
Nullius insanum flammis augere furorem,
Nec magis ardentes extimulare faces,
Nunc tibi non studio est motos sedare su-
matus,

Sed laceras rupes fader a pace ferox,
Te quoque flammis vomos oleo nutrireck-
minos

Et juvavat insants addere calcare equis.
In summa, humanis es fax ipsissima
rebus,

Unde nocens terris pestis, & mundo
lues.

Officiis fuerat, neutri te jungere parti,
Rem tuamen arbitrio comodo suisce tuo,
At fuit hoc studium cunctis commune Pa-
pistis,

Romanos solidaludere fraude duces.
Et tu (sis quanquam dubio patre) sanguis
hujus,

Non potes à patribus degenerare tuus,

In nunc, dic blande, dilecte o Carole fili,

Si tuus est natus, spurius alter erit.

Nam tu connubis condemnas iura beatæ,

Unde ergo nati spurce cynadis tibi?

Ne nos queso tuos dicas spuriissime natos,

Corporis haud noster, sed nequamētis

parens.

Est pater in summo, quem nos veneramus.

Olympo,

Ille suos jugi sedulitate forvet.

Hinc tibi Apostolicam serva privigne fa-
tutem,

Quam nobis Latianittis ab urbe fre-
quens.

Qui etiam affectus simulata mente pa-
ternos,

Post hac servato saepe tyranne domi,

Nam satis elusa est plumbatis Teutona bullis

Terra, subolfecit ludificata dolos.

Qua prī immodeco fuerat Germania luxurib⁹

Ebria; nunc damno est sobria, Roma,

tua.

Hoc tu deploras inclemensissime Clemens,

Hoc te angit, mordet, vellicat, irrit, agit.

Hinc ulciscendi meliorem cernere causam

Non poteras, quā si Celtica castra juves,

Quanquam ficticiis nunc perfide fingere

scriptis

pag. 32.

oresque, quam aliorum Pontificum, machinationes faciunt : quod is aduersus Dei Sanctos horrida bella, cruentasque pugnas tibi movendas duxerit : tamen filio Petro Aloysio, Parme atque Placentia duce ob tyrannidem per coniurationem trucidato : ac Placentia Ferdinando Gonzagae praefecto Mediolanensi, duciique Cesareo, tradito : Pontifex, qui cedem filii Cesare autore factam suspicaretur, ac de restituitione Placentiae hunc frustra follicitaret, à Carolo alienatus, de transitu ad Gallias Regis Heinrici partes consilia suscepit : transiitque haud dubie, si longior sibi vita contigisset : maxime cum Heinricus Principibus, quos dixi, captis, ac Placentia prater ipem omnium occupata, Cesaris potestiam suspectam habens, fœdere cum Helvetiis renovato, se aliorum quoq; amicitia muniret. Verum, dum miser vindictam agitat, dolore atque moerore magis quam senio confessus, extinguitur, die decimo Novemb. An. 94. In ejus locum post longan Cardinalium inconclavi disceptationem, anno D. 1550. Pontifex renunciatus Julius 3. cum ante Gallicatum partium fuisset, pontificatum adeptus, nihil in Catolice attentavit : veneti ac venti ita deditus, spucissimus senex, ut veterno interisse dicatur.

Verum alter ab eo Paulus III L. pessimus hypocrita (Marcello secundo, patitorum dierum Papæ consensu Cardinalium, Gallorum Regi Henrico gratificari studentium suffectus) cum Cardinalis adhuc, malevolentia in Cesarem suffusus, Paulo tertio favor fuisset, regni Neapolitanum, tanquam sedi pontificis aperti, occupandi : tunc majorem nocendi occasionem adeptus occultatum in Cesarem odium evomere, eiusu, partibus addictos incredibiliter persequi coepit. Vix etenim concinere istius bestie lede conscientia, Alexandrum Farnesium cardinalem Sanflorianum, Camillum Columnium, ac Julianum Cesarinum, cum fratre archiepiscopo, ob suspicionem inita cum Cesarianis contra se conspirationis, in carcere conjicit : Cesaris nuncios atque ministros hinc inde per Italiam discurrentes, quotquot potest, interpretat interque hos Tassum veredarium Casariotum magistrum, & Garciam Lassem, non obscurum nominis apud Hispanos decem. Bona Marti Antonii Columnii, quem absente, ut infratribuum se fisteret, citarat, non compatentis, publicat. Et Alcanii Columnii facultates per Latium Joanni comiti Montorio, cum titulo datus Palliani attribuit. Proscriptus est re-

cepimus, mutum.

Potremus inducias quinquennales, inter Carolum Cesarem & Heinricum Gallorum Regem in Belgico pacas, per propinquum Carassam Cardinalem in Gallias misum, fœlerate turbat. Et ne quid malevolentia pontificis in Carolum desit, Philippo filio in quem pater, Imperio à se abdicato, administrationem omnium regnum contulerat. Sicilie, Neapolisque regna, beneficario titulo Ecclesie Romane obnoxia, conferre tenuit. Unde tam horrida, tamque funesta bella exorta fuere, ut potentissimum regum virib. inter se hostiliter commissis, Italia Galliaq; bello pontificio implicita, sanguine suorum inauduerit.

Namq; non solum Roma obsidione & fame, ab Albano duce Cesareo pressa, directionis, qvalem antea sub Clemente pertulisset, periculo vicina fuit, ita ut tandem conditiones pacis à duce Hispano remissiore quam par fuisset, latae facilimè acceptaret : sed & Galli, duce Guisiaco, ad res Italicas ac Neapolitanas in gratiam Pontificis turbandas misso, dum Augustam Veromanorum contra Philippi Hispanizatum regis exercitum ē Belgico, in Veromā duos erumpentes, novis auxiliis communire conantur, gravissimas militis peccas subiere; exercitu ipsorum ab equitatu Germanico profligato, Comestablio cum multis Gallis proceribus, Rhenique Comite capto, Augusta quoq; Veromanorum à rege Philippo expugnata. Nec diu post, cum capto Caeto per Gravelingenenses angustias redeunt, ab Amurate Gaveriorum principe, Egmondique comite, minor clade affecti, Termio atque Villabono, duobus præclarissimis tribunis, cum toto exercitu parim cœsis, partim captis.

Quis Pontificem, horum malorum auctorem, Christi vicarium agnosceret ? Et quis, ipsum Sauli, quam Pauli, nomine dignorem esse, non fateretur ?

Hec S. Schardius ex Jovio, Sleidanio, Ferrone, Tilio in Chronologia, Mambrino, Roseo in app. ad hist. Neapol. Gerardo Moringo in vita Adri. 6. Hieronymo Rosello de bello Romano, Zeno- caro, & aliis.

Lud. Vives ad cap. 25. libri 12.

1530

Augustini de civitate Dei.

Urbs est in Brabantia Buscunducis, in qua, ut in aliis ejusdem terræ, stato anni die (quo ferunt maximum urbis templum dedicatum) publicè supplicatur, iudicq; variis divis exhibentur. Sunt, qui tunc personas divorum induant, sunt, quidemonii. Ex his

manū editas et, auxiliare cœpit, formā quā
li dæmones pinguntur.

Hæc Margarita Augusta, Maximiliani fi-
lia, Caroli amita, narravit Johanni Lamuzæ
homini prudētia incredibili, qui tum erat
h̄c legatus à Ferdinando rege: nunc est hu-
jus Cæsaris p̄fæctus in Aragonia, vir, qui
non modo p̄fæcti noīmen & personam,
sed regis quoq; posset sustinere. Imp. Car.
5. Papa Clem. 7. ut sup.

Idem inter cultum imaginum à Chri-
stianis exhibuit, & idolorum veneratio-
nem à paganis p̄fæctam, nullam differen-
tiā esse, affirmavit.

1530.

Fodocus Clichtovensis Carnotensis

Canonice Neoportuensis.

Scripsit de vita & moribus sacerdotum,
de Myſtica numerorum significatione: &
alia. Imp. Car. 5. Papa Clemencie. 7. ut
supra.

Idem in Sermone habito in Capitulo ge-
nerali Ordinis Cluniacensis. Sed ubi, qvæ-
so, nunc supra, adulteria & fornicationes
vehementius gravantur, quam inter de-
formatos monachos? qui patrimonium
pauperum, sanguine JESU CHristi com-
paratum, in crapulam, lados inconces-
sus, otium, & nefandam libidinem, gulâ
& otio enutritam, profundunt, dissipant,
distrahunt.

pag. 314.

1530.

Jason Pratensis.

Hic cap. 26. de cerebri morbis historiam
narrat de sacrifico, qui patiebatur incubum
quavis nocte, etiam vigilans: cum, mulier-
culam sibi notam ad se commere, imagi-
naretur, que vel reluctanti incumbens,
gravissime eum affigeret. Imp. Car. 5. Papa
Clem. 7. ut sup.

1530.

Ioachimus Camerarius in p̄fæct-

Chronologia Nicæphori.

*

Extat vetus vaticinium imagine p̄pō-
sitæ Aquilæ mœstæ, consistentis supra na-
vigium fluctuans in procelloso mari, & ex-
pandentis alas admodum tenues, atq; mul-
tis plumis detractis, astante in littore tur-
ba aspicientium illam, & quasi inter se col-
loquentium, atque autem hanc, pulcherri-
mis qvondam pennis decoratam, jam vero
adeo tenuem, & omni suo decore spolia-
tam, admirantium.

Olim enim, ut Otho Frisingensis refert,
Fridericus primus, qui & Daniam subegit,
& Imperio Romano addidit, Imp. ex Italia
habuit vices milena talenta annuatim.
Et Etingerus Augustanus, consiliarius Ma-
ximiliani Cæsaris testatur, imperium ha-
buit.

Imp. holtiūc in conpectum admittere Po-
lonorum Ducem, priusquam 12. annorum
tributum perfolvisset: & subjectionem
perpetuam sacramento jurasset: item Bel-
gium subjecisse imperio.

Regino. Regnum Lotharingiæ quo-
dam fuit Regis Romanorum. Radevicus
Burgundia Princeps Imperatori p̄stebat
homagium.

Idem. Ottocarus, Rex Bohemii &
Moraviæ ex manibus Cæsaris Rudolfi Re-
gnum pro feudo, cum juramento, flexis ge-
nibus accepit.

Idem testatur, Regem Daciæ, quæ hodie
Transylvaniam, Russiam, Serviam, Septem-
castra & Bulgariam sub se habet, in signū
subjectionis, & ad decorum Imperialis
reverentia, gladium cum corona Impera-
tori p̄stulisse.

Theod. à Niem. Lombardia vendita se:
sqvī donna auri. Mediolanensem ducatum
Ioannes Galeatius de Vicecomitibus emit-
tantidem à VVenceslao rege Bohemii:
quas provincias utrasqve Otho Magnus
Berengario vi ademerat. Sic Verona, Pa-
dua, Vincentium exigua pecunia vendita
Potentiss. Arelatense regnum ab alienatum
fuit ab imperio pro unico tantum solenni
prandio.

Idem. Romana Ecclesia multos pretio-
sos lapides excusit ex corona imperiali, &
multa Imperialia jura usurpat: & reperi-
tur Archiepiscopus & Episcopus, qui plus
habet in redditibus, quam rex Romanorum,
qvod non laudo. Tendit enim in perniciem
fidei, quia deficientibus rerum facultatib⁹
& potentia seculari in imperio, restat, qvod
Imperator impotens Christianum popu-
lum defensare non possit.

Idem. Imperator hodie nil habet qvā
titulum, & Papæ res: ille corticem, hic
nucleum.

Cranz. Carolus quartus Electoribus, ut
post se filium suum VVenceslaum in Impe-
ratorem eligerent, imperialia, vestigia
ad Rhenum largitus est. Idem Carolus 4.
Delphinatum totum transstulit in Regem
Franciæ, cui primogenitus Delphinus di-
ceretur, utq; vasallus esset imperii, sed cau-
tè Gallus hoc promisit, ac deinde non im-
plevit: unde adhuc hodierno die obtinet.
Sed de his lectori propediē proprius de pa-
trimonio Cæsaris & Papæ liber dabitur.

Olim Carinthiæ dux ab imperio hoc mu-
nus habebat, ut Imperatoris maximus ve-
nator diceretur. Annales Carinthiæ.

Dux Mediolanensis fiduciarius est Im-
perii Germanici, cui dominatum acceptū

Obsecro, memor esse velit omnis lecto-
pius, qui haec dignabitur semoto fastidio
legere, vitam hominis militiam, & peregrina-
tionem esse super terram: ut cogitos,
equaliter ab Aquiloni (unde omne malum
pandetur) etiam, vita emendata, iter est ad
celos. Unde ex denotione vel voto volen-
tibus peregre proficiunt ad Hierusalem, aut
Compostelam, vel aliam urbem, seu alia
loca, prout multi illustri reges, & fo-
mines olim profecti sunt, Praesul, vel facer-
dos super eos & faculum, ac baculum mo-
do sequenti, stans benedicit:

Domine Iesu Christe, conditor mundi &
redemptor, qui beatis Apostolis tuis pre-
cepisti, ut euntes in peregrinationem vir-
gas tantum sumerent: te supplici devotio-
ne petimus, ut digneris hos fusculos & fu-
stes, seu baculos benedicere: quatenus hi,
qui illos in signum peregrinationis, & suæ
corporis sustentationem recepti sunt, tu
coelestis gratia recipias ut plenitudinem, ut
in eis munimen tuae benedictionis percipe-
re possint: ut quemadmodum vi ga Aaron
in templo Domini florens, a cibellum Ju-
dzorum numero ipsius stirpem distinxit: ita
& hos signaculo S. Petri ornatos, ab omni-
bus peccatis absolvias, quod in die judicij
ab impiis separati, in dextera sint parte col-
locandi. Per D. N. Vers. Advenerunt no-
bis dies penitentia, ad redimenda pecca-
ta, ad salvandas animas. Commendemus
nosmet ipsos in multa patientia, per arma
iustitiae, virtutibus Dei.

Iude consignans peram dicit: In nomi-
ne Domini nostri Iesu Christi accipe saccu-
lum, seu peram, in habitu peregrinatio-
nis tuae, ut sanus pervenire merearis ad li-
mina sanctorum, quo pergere cupis, & ad
nos cum gaudio & exultatione reverti in-
colamis. Deinde dans baculum dicit: In
 nomine Iesu Christi accipe & hunc bacu-
lum, in sustentationem itineris & laboris
tui: ut devincere valeas omnes inimici ca-
tervas, & pervenire ad limina Sanctorum,
quo peregrinari desideras: ut peracto obe-
dientie cursu, ad nos quoque sanus cum
gaudio revertaris, & incolamis. Imp. Car.
5. Papa Clem 7. ut sup.

Gothorum Astronomia, & futu-
rorum predictiones, ex eodem.

Quemadmodum Latini & Graeci auto-
res asserunt, Gothos in armis, & militaribus
disciplinis consummaram habere experi-
entiam & cautelam: ita & Gothicis scripto-
res ajunt, eos domi ferissemus, quod non

bertatem prelio concesserunt, Imperio
præjudicium creare non potuerint, ne inini-
dubium est, quoniam semper licet Imperato-
rib. civitates illas in ordinem recogere,
non aliter, quam domino in servum fugiti-
vum perpetua manus injectio est. Bar. l.f.
sol. marr. Faber § pen. de assign. lib. Jason l.
debitorum de pacis. Cynus l. 1. de novat.
c. Bodinus de Repub.

Sed & ipse Rex Galliarum Imperatorum
subditus est, ut Alciatus & Bartolus scri-
bunt, quem propterea Bodinus Gallus
spurium, & à Carolo 4. Caſate natalibus
restitutum dicit.

Petrum Danie regem Fridericus L. regio
nomine subornavit ea lege, ut fiduciarium
se Imperii Germanici proſiteretur. Trit-
heymius c. 17. & Bodinus.

Arelatenſe & Lotharingie regna inter
Carolum Calvum Gallum, & Ludovicum
Imp. Germanorum familie Erciscundz ju-
dicio, divisa fuſſe, tradunt Vitaldus, Flo-
ardus, si & Fiordoardus, Lambertus, & ex
his Bodinus.

Philippus Valesius ab Henrico V. Cæſa-
re regnum Arelatenſe, quod sub se habet
Allobroges Belloicos, Provinciales, &
Burgundiam liberam emit, & argenti pon-
do ducenta millia precii nomine solvit. Bo-
dinus.

Carolus 4. Carolus 6. Viennenſium
Delphinatus vicarium perpetuum creavit
anno 1378. Bod.

Sed & Allobrogum Dux Imperii olim
vassalus & vicarius fuit. Socinus in cons.
Castrenis cons. 196. Brunus cons. 45 Oz-
scus in decis. Pedem. Felingus.

Idem in vita Philippi. Bello, quod Mau-
ritius Dux Saxonie Elektor contra Carolu-
m. Imp. pro liberatione Landgravii, gessit:
solicitis admodum iis ex Mauritianis, quibus
zota res erat exploratio: quidam per jo-
cum jussit eos esse bono animo: nam à Ca-
rolo vinci Mauricium non posse. Caſiam
rogatus respondit: ut eris divinationis ei-
ſe fiduciam. Nam ut Achillis victoris no-
men numeris, qui literarum notis indicare-
tur, plenius esset, quam Hectoris: sic Ma-
uritius statim intio nomen Caroli nomine
esse numerosius. Sed hac tunc joco dicta
familiariter, cum eo exitu, quoniam est o-
mnibus, veritati congruerunt.

Idem in lib. de ostentis. A CHRISTO
SERV. nato anno 1314. cometes mensibus, pe-
næ tribus, & tres Lunæ visæ. Nec defunt,
qui in hunc annum septimi Henrici morte
referant. Qui, max. rebus in Italia gestis,
cum de se omnium spem & expectationem
singularem erexisset, veneno sublatuſ integrat, excrebiliſſimam.

posita est illa talis figura. Videat eam Le-
ctor studiosus ibi) in parte demonstrat.

Cernitur hic homo senex atque adole-
scens, baculum Gothicis characteribus in-
signitum habentes, tali ratione insculptum;
ut videatur, quibus instrumentis vetustissi-
mo tempore, dum librorum usus non esset,
Lunæ, solis, & cæterorum siderum
virtutes & influentias, infallibili even-
tu cognoverint, prout hoc tempore ferè
incolæ omnes agnoscunt. Baculus itaque
humana longitudine formatus est, utroque
laterè numero hebdomadarum anni, pro
qualibet hebdomada Gothicas literas 7.

pag. 316. habens, quibus aurei numeri, & literæ Do-
minicales (post acceptum Christiani-
smum) paria voce, ac figuris distingvun-
tur. Nec aliis libris multiplici tem-
porum circulo in astrorum interpreta-
tionibus utebantur, licet priscorum opu-
scula antiquitas appellaverit libros. Ho-
die quoque librum virentis ligni voca-
mus exuvias.

Idem. Verum de vulgo hæc consideratio
habetur, quod sicuti à senioribus traditam
astronomiæ scientiam, & practicam in præ-
ostensis baculis, & characteribus accep-
rat: ita immobiliter in eadem accipienda,
tradendaq; etiam post sacræ fidei suscep-
tionem, perseverat, ita, ut rustici seu villani
ad eo periti reperiantur & sint, ut die una
prædicere possint, quotus quisque aureus
numerus sit, literaque Dominicalis, annus
bissextilis, intervalla, festa mobilia, &
ipsæ lunares mutationes, post decem, vel
sexcentos, aut mille annos fient, vel erunt.
Idque studium cum sacerdotibus de festis,
& similibus commune habent, ut interro-
gent, & responsum præstent.

Cæterum parentes filios suos laicos, imo
mater filias, vel domi, feriatis diebus, vel
in accessu Ecclesiarum, ita instruunt, ut
non minus eruditione, quam experientia
artis indies efficiantur perfectiores. Ve-
tusta enim gentis consuetudine, bacu-
lis his rurales Ecclesias visitando in
prolixis itineribus laici se sustentant,
atque pariter convenientes, certis addu-
ctis rationibus, veriores venturi anni
indicant qualitates, quam forsitan alii,
speculativis scientiis, aut præstigiosis pro-
gnosticationibus inhærentes.

Idem, verum, inquit, ut moderni tem-
poris Aqvilonares architecti, insigniores
structuras prisci seculi latè per orbem di-
visas, magis admirari, quam imitari vale-
ant, præstat intelligere, septem tantum ter-
ris loco miraculi fabricas fuisse reliquias:

Regina Semiramis latere cocto, sulphure,
ferroque construxit, & septimam Pyrami-
des Ægypti.

Sed quis illa ulterius putabit esse
præcipua? cum in una urbe Roma Julii 3.
Pontificis Max. pretiosum & admirabile
theatrum, atque decorum fontem, pro
publica cunctarum gentium salute, incom-
parabili naturæ & artis pulchritudine ex-
cogitatum, diversicolorumque lapidum
concordi varietate conspicerit fabrica-
tum: ut merito totius orbis ostantum spe-
ctaculum æternis laudibus asserat pro-
qvendum, ac extollendum?

Idem. Adulatores & proditores perse
non habet Svetia, ut gens austera, & ejus-
modi rebus minime dedita: sed ab extra-
neis ejusmodi scelera in eam invehuntur.
Exemplo est, quod in civitate Stockhol-
meni, primaria civitate Sveciæ, celeberrimo
emporio totius Septentrionis, tempore
Regis Alberti 170 extranei inventi fuerunt,
qui occulta conspiratione colligati se Cu-
cullatos fratres appellabant: crevitque
postea eorum numerus ultra mille quin-
gentos. Horum studium erat præcipuum,
conjectis in Saxones & indigenas convitis
ad lites & rixas provocare, ut demum a-
pud Regem delatos vita, aut fortunis, vel
pariter utrisque spoliarent. Tandem in
carcerem conjecti, inclusi, digitis in
perforato pariete cuneorum impressio-
ne affixis, superjecto igne combusi fu-
erunt.

Apologus ad tempora ista accom- modatus ex manuscripto.

Cum aliquando vulpes, dolofstantum
artibus sese alere, victimaque parare, dede-
cori sibi ducerent: consilium ceperunt, &
curarunt, quandam vulpeculam nuper in
lucem editam, fatis animosam & audacem,
in alia institui arte, & proinde de lupo quo-
dam celeberrimo certiores factæ, illi suam
quoque vulpeculam erudiendam commen-
dârunt.

Postquam autem diligentissime animad-
vertisset, quæ ratione & calliditate Lupus,
magister ejus, quodlibet animal aggredie-
retur, oves, sues, & hujus generis bestias
prosterneret: parvi id disciplina ducebant,
nullumque in eo artificium esse judicabant.
Cæterum cum aliquando lupus equum ad-
oriens, os ipsius primo apprehenderet,
tamque diu teneret & agitaret, donec pro-
volutum terra extenderet: hoc artis spe-
cimen vulpeculæ adeo arridebat, ut nihil si-
bi deesse, nec quicquam ad discendum am-

am suam exhibere se velle, promisit.

Cum igitur eo pervenissent: Vulpecula sine moraqvum validum & ferocem, arte sua freta, audacter invasit: primoqve os ipsius, more magistri, apprehendere conata, at superius solummodo labium arripuit. Cum autem vulpecula in labio hæceret, neque se liberare posset, pastor, vulpecula conspecta, propere accurrit, eamque pedo suo misericordis modis trucidavit. Quo viso, parentes vulpecula exclamabant:

Proh dolor, arte Lupi fortis, te decipis,

ut;

Lenge robur equi, nate, tuum superat.

Hunc textum autem spirituali quidam modo interpretandum sentiunt. Lupum enim denotare Plutonem, qui callide omniz evincere possit. Vulpem vero representare malos Ecclesiasticos, qui in scholam ad Plutonem missi, didicerunt, quo pacto nullo amplius labore victimum sibi parare, & omnem in toto mundo praedam ad se trahere possint. Atamen cum ulterius in auctoritate tentare & etiam Imperatores nafo apprehendere vellent, tales in eos fuisse immisios, in quos tam altè dentes suos infixerint, ut liberare se amplius non possint, & maximam stragem iam acceperint: succelamantibus Cardinalibus, Episcopis, & universo ordine Romano:

Ah, si fecisses missum, Paga sancte, Lutherum!

Haud tuaram miserè perditæ regna forent.

Plura, ob delicatas aures, res loqui non patitur.

1530. *Marcellus Palingenius Italus.
poeta Stellatus.*

Romam igitur petimus, cupientes solvere duro

Servitio socium, si qua est via: deinde ut ad Orcum

Romanos quosdam proceres hac nocte tybamus,

Et paulo post: Atque rogant, quidnam Romana ageretur in urbe?

Cuncti luxurie, atq; gula, furtuq; dolisq;

Eversatim incumbunt, nos terque est sexus userque,

Respondit: sed nunc summum parat arma sacerdos

Clemens, Martinum cupiens abolere Lutherum,

Atque ides Hispanas retinet nutritique cohortes:

Non discerendo aut subtiliter

Pontifices nunc bella invant, sunt casera nuga:

Nec præcepta patrum, nec Christi dogmata curant,

Iactant se dominos rerum, & sibi cuncta licere.

Cui vis est, jus non meruit, jus obruiatur.

Idem. Quid tot supra loquar? sunt cuncta libidine plena;
Et passim prostant, & clam foduntur ephebi.

*Quis non mæchatur? mystæ, vafrigæ
cuculli,*

*Quos castos decet esse, palam cum pelli-
cibus, vel*

*Furtim cum pueris, matronis, virgines,
busque*

*Nocte dieque subant: sunt, qui consan-
guinearum*

*Ingviribus gaudent: ineunt pecudes
quoque multi;*

*Et rura, & sylvae infames: urbs queque
Lupanar.*

*Idem. Tandem pervenio ad nigri penetra-
lia Regis,*

*Quem video tristi efflantem suspicio
vuln.*

*Postquam illi exposui patris mandata, ju-
venis,*

*Solvi Antichristum è caue, terrasq; per
omnes*

*Emitti, ut faciens miracula falsa, de-
censque*

*Est sumnum advenisse diem, mundique
ruinam,*

*Omnia persurget, pecudes, hominesque,
deosque.*

*(Imperat hoc etenim fatorum immobili-
lis ordo)*

*Queso (inquit) Platon, cur sic est tristissi-
at ille:*

*Non netibi indignum, injustum, infandum
que videretur,*

*Vos adeo latum calum, immensumque
tenere,*

*Cum sitis præci, cumque illuc vix homi-
num tres,*

*Vel paulo plures, longo post tempore
pergant:*

*Et metam angusto in regno & parvo esse
locatum,*

jor

Huc huc descendunt, hac ad vivaria
currunt.
Cur ad nostra magis mittuntur limina &
vel cur
Ille meus frater, qui posidet aethera,
saltē
pag. 318. Presbyteros, fratres, monachos non accipit
intrā
Septa poli, sedesq; suas, & continet illicē
Non putet, hos homines (qui in templis
tam bene cantant
Quaque die, & sacris in turribus aera fac-
tigant,
Qui tot thura adolent, tot scortorum mi-
serentur,
Qui solvunt alios, sua crimina solvere no-
lunt,
Qui vespillonum funguntur munere & or-
nant
Templa Deū statuis, picturis, atque se-
pulchris)
Mittere ad infernas sedes, & plectere
penitias:
Millia quot non fert sitiens Apulia mu-
scas?
Pontifices etiam summos nihil ille vere-
tur:
Imo jubet cunctis aliis pejora subire
Supplicia: unde Erebo miseri clauduntur
in imo,
Atq; illic miris cruciatibus afficiuntur.
Idem. Si tibi suspecta est uxor, dubiumque
pudoris,
Non habeas pulchros famulos, pulchrosve
sodales,
Cum quibus illa domi veretur: deci-
pieris,
Si quenquam fidum credes: est nemo fi-
delis
In uenere: illa dolis incantos fallere gan-
det.
Fraude paratur amor, Veneri gratissima
fraus est.
Sed tu a præcipue non intret limine quis-
quam
Frater vel monachus, vel quavis lege sa-
cerdos,
Hos fuge: pestis enim nulla hac immanior;
hi sunt
Fex hominum, fons stultitia, sentinama-

Mille actus veritos, & mille piacula con-
dunt.
Raptores, machi, puerorum corrupto-
res,
Luxuria atque Gala famulis: celestia
vendunt.
Heu quas non nugas, que non miracula
singunt,
Ut vulgo fallant, opriatq; premia carpanū
Inde supersticio, & ludibria plurimam
nānt:
Qua dii, si sapiunt, rident, remununtque
videre.
Non pretio, sed amore Deum viri justi
adorat:
Deme autem lucrum, superos & sacrane-
gabunt.
Ergo sibi non cœlicolis, haec turba ministrat.
Utilitas facit, esse deos, qua nempe remota,
Templaruent, nec erant aera, nec Iuppiter
ullus.
Hos impostores igitur, vulpesq; dolosat
Pelle procul, ne te probit, as simulata maritū
Caprarum officia: nec, si tibi compater ullus
Cōtingit, nimium confidas: namq; sub isto
Nomine peccandi proclivior est via multū.
Idem. Igitur quod
Ferme omnes credunt, verum non arbitrat
esse,
Pontifices summos, & mundi sceptrate-
nentes,
Vivere, quam reliqui mortales dulcē vū.
Namque in diritis, & elusi in cunctis quoq;
rebus,
Extremum quocunque malum est, medi-
diunque salubre:
Omne nocet nimium: propter quod, qui
quis habet plus,
Quām satis est, non est melior, quām quis-
quis eget plus
Quām satis est, paribusque malis vexatur
uterque,
Ut pinguis crassusq; nimis: qui sesquipedalis
Ventre rumer, non est levior, ceterum ve-
netur,
Quām cui siccacutis miseris tantū ossib;
heret.
Huic defunt macie atque exhausto corpore
vires,
Ille autem nimio fit carnis pondere tardus,
Vi que ingens pelagus surgit majoribus un-

Scutumq; &c. s. scutum p. &c. s. scutum
Contra cū strepitu magno, multoq; fragore
Parvus arenoso versatur littore Nereus.

1530.

Horrendum.

Spiritus episcopalis Germaniae civitatis, qvz ad Rhenum sita est, excitatus à monachopiscator, ut media nocte per Rhenum navicula cum fratribus suis eundem monachum duceret: piscator promissa pecunia victus, navem paravit, ac impositos monachos in medium Rheni super ratem duxit. Verum cum atrox tempestas orta esset, nauclerus vita periculum timens, Deo implorans auxilium, à monachis verbibus tractatus est. Et demum divino auxilio ad littus venit, verum monachus cum sociis ē cōspectu nautarū illico evanuit. Nauta vero fere exanimatus, orto die, à puero domum ductus, eodem die obiit. Hoc spectrum elegantissimo carmine descriptum. Elegiarum Georgius Sabinus Brandenburgensis. Ut sup.

1530.

Hieronymus de Levandro.

Hic à Sansovino, aliisq; citatur, qvod nimirum vaticinatus sit, circa annum 1600, magna bella, multarum urbium atque capitum interitus, regnorum atque imperiorum divisiones, bella in Oriente cruenta, mutationesq; habituum esse exorituras, & morbos lethales inter homines graffaturos. Imperat. Carolo 5. Papa Clemente 7. ut sup.

1530.

Polydorus Virgilius Urbinas libro de rerum Invent. 2. c. II.

Omnia ad hominum perniciem inventa sunt, & illud nevitum inventum in primis, qvod bombardam vocant, qvē post hominum memoriam nihil terribilis ab humano ingenio excogitari potuit, cuius inventorem fuisse tradunt hominem Germanum admodum ignobilem, cui casu in mentem venit tale quid efficere.

Fertur enim homo ad exitium humānum natus, servasse aliquando domi in mortario pulvarem sulphureum, cuiusdam medicinæ faciendæ causâ, illudq; contigisse lapide testum: & quod, dum ignem ex silice probe excuteret, scintilla intro ceciderit, subitoq; flamma eruperit, atque lapidem in altum tulerit: at illum ejus rei caussam edoctum, postea factâ ferreâ fistula, & pulvere confecto, machinam reperisse, ac ejus unum Venetis in illo bello primum ostendisse, qvod ad fossam Clodianam est cum Gehuenibus gestum, qui fuit annus salutis 1380.

Is itaque tam mortiferus

mone, fulmine flagrasset.

Salmonius enim Aiolī filius, cum vellet Jovem in fulminibus jacendis simulari, ab eo de cœlo tactus ad inferos detruitur, quando haec fulmini odore, luce, sonitu, impetu similima est. Magnâ enim vi ignis collecti, emissis repente aut ferreis aut lapideis pilis, qvidquid obvium offendit, quassat, dissipat, frangit, contundit, adeo, ut nullus sane sit locus, qvamvis naturâ munitus, qvā facile expugnetur. Ex quo jam usu venit, ut in ea hoc tempore omnis ferme vis peditum, omnis equestris pag. 320; splendor, omnis deniq; bellica virtus indecorè consistat, jaceat, obtorpeat.

Hæc bombarda vocatur à bombo, id est, sonitu, qvi Βούλης græcè dicitur: quidam alii tormentum æneum malunt nuncupari. Ejus multa sunt genera, qvæ variè vulgo nominantur, & unum illud minimum, qvo nunc pedites utuntur, factio nomine Sclopus vocatur. Sclopus enim est sonus ille, qvi ex buccarum inflatione erumpit. Persius:

Nec sclopo tumidas intendit rumpere buc-
cas.

Sed & alio nomine appellatur Arcusbūs, à foramine opinor, qvod ignis in pulvrem fistulâ contentum immittitur: nam Itali busum vulgo foramen dicunt, & arcus, qvod instar arcus pugnatibus sit, qvippe hodus hujusmodi tormenti usus, in primo statim pugnæ loco est, qvem olim sagittariis dabant, cum amissilibus præliari inciperent. Imp. & Papa ut sup.

Idem lib. 3. cap. 18. Adde præterea illud tormentum æneum, qvod bombardam vocant, omni admiratione & execratione dignum, ad perniciem hominum excogitatum, qvod haud adduci possum, ut humanum in genium invenisse credam, sed mehercule potius, malum qvempiam demonem mortalibus monstrasse puto, ut inter se non modo armis, verum etiam fulminibus (est enim, ut alio loco diximus, qvā simillimum fulmini) pugnarent, cuius autor Perilli exemplo, sicut opinor, monitus, non temere nomen suum occultavit, ne in se, uti merebatur, primum hujusmodi tormentum excogitatum experiri cogeretur.

Perillus enim, teste Plinio lib. 34. vir Atheniensis, ut Phalaridi, Agrigentorum tyranno post hominum memoriam crudelissimo, placeret, ex ære Taurum artificissimum fabricavit, cui januam in latere posuit, ut cum reus inclusus subiectis ignibus torqueretur, mugitus, non homi-

Scutumq; &c. s. scutum p. &c. s. scutum
Contra cū strepitu magno, multoq; fragore
Parvus arenoso versatur littore Nereus.

1530.

Horrendum.

Spiritus episcopalis Germaniae civitatis, qvz ad Rhenum sita est, excitatus à monachopiscator, ut media nocte per Rhenum navicula cum fratribus suis eundem monachum duceret: piscator promissa pecunia victus, navem paravit, ac impositos monachos in medium Rheni super ratem duxit. Verum cum atrox tempestas orta esset, nauclerus vita periculum timens, Deo implorans auxilium, à monachis verbibus tractatus est. Et demum divino auxilio ad littus venit, verum monachus cum sociis ē cōspectu nautarū illico evanuit. Nauta vero fere exanimatus, orto die, à puero domum ductus, eodem die obiit. Hoc spectrum elegantissimo carmine descriptum. Elegiarum Georgius Sabinus Brandenburgensis. Ut sup.

1530.

Hieronymus de Levandro.

Hic à Sansovino, aliisq; citatur, qvod nimirum vaticinatus sit, circa annum 1600, magna bella, multarum urbium atque capitum interitus, regnorum atque imperiorum divisiones, bella in Oriente cruenta, mutationesq; habituum esse exorituras, & morbos lethales inter homines graffaturos. Imperat. Carolo 5. Papa Clemente 7. ut sup.

1530.

Polydorus Virgilius Urbinas libro de rerum Invent. 2. c. II.

Omnia ad hominum perniciem inventa sunt, & illud nevitum inventum in primis, qvod bombardam vocant, qvē post hominum memoriam nihil terribilis ab humano ingenio excogitari potuit, cuius inventorem fuisse tradunt hominem Germanum admodum ignobilem, cui casu in mentem venit tale quid efficere.

Fertur enim homo ad exitium humānum natus, servasse aliquando domi in mortario pulvarem sulphureum, cuiusdam medicinæ faciendæ causâ, illudq; contigisse lapide testum: & quod, dum ignem ex silice probe excuteret, scintilla intro ceciderit, subitoq; flamma eruperit, atque lapidem in altum tulerit: at illum ejus rei caussam edoctum, postea factâ ferreâ fistula, & pulvere confecto, machinam reperisse, ac ejus unum Venetis in illo bello primum ostendisse, qvod ad fossam Clodianam est cum Gehuenibus gestum, qui fuit annus salutis 1380.

Is itaque tam mortiferus

mone, fulmine flagrasset.

Salmonius enim Aiolī filius, cum vellet Jovem in fulminibus jacendis simulari, ab eo de cœlo tactus ad inferos detruitur, quando haec fulmini odore, luce, sonitu, impetu similima est. Magnâ enim vi ignis collecti, emissis repente aut ferreis aut lapideis pilis, qvidquid obvium offendit, quassat, dissipat, frangit, contundit, adeo, ut nullus sane sit locus, qvamvis naturâ munitus, qvā facile expugnetur. Ex quo jam usu venit, ut in ea hoc tempore omnis ferme vis peditum, omnis equestris pag. 320; splendor, omnis deniq; bellica virtus indecorè consistat, jaceat, obtorpeat.

Hæc bombarda vocatur à bombo, id est, sonitu, qvi Βούλης græcè dicitur: quidam alii tormentum æneum malunt nuncupari. Ejus multa sunt genera, qvæ varie vulgo nominantur, & unum illud minimum, qvo nunc pedites utuntur, factio nomine Sclopus vocatur. Sclopus enim est sonus ille, qvi ex buccarum inflatione erumpit. Persius:

Nec sclopo tumidas intendit rumpere buc-
cas.

Sed & alio nomine appellatur Arcusbūs, à foramine opinor, qvod ignis in pulvrem fistulâ contentum immittitur: nam Itali busum vulgo foramen dicunt, & arcus, qvod instar arcus pugnatibus sit, qvippe hodus hujusmodi tormenti usus, in primo statim pugnæ loco est, qvem olim sagittariis dabant, cum amissilibus præliari inciperent. Imp. & Papa ut sup.

Idem lib. 3. cap. 18. Adde præterea illud tormentum æneum, qvod bombardam vocant, omni admiratione & execratione dignum, ad perniciem hominum excogitatum, qvod haud adduci possum, ut humanum in genium invenisse credam, sed mehercule potius, malum qvempiam demonem mortalibus monstrasse puto, ut inter se non modo armis, verum etiam fulminibus (est enim, ut alio loco diximus, qvā simillimum fulmini) pugnarent, cuius autor Perilli exemplo, sicut opinor, monitus, non temere nomen suum occultavit, ne in se, uti merebatur, primum hujusmodi tormentum excogitatum experiri cogeretur.

Perillus enim, teste Plinio lib. 34. vir Atheniensis, ut Phalaridi, Agrigentorum tyranno post hominum memoriam crudelissimo, placeret, ex ære Taurum artificissimum fabricavit, cui januam in latere posuit, ut cum reus inclusus subiectis ignibus torqueretur, mugitus, non homi-

verunt iucceiores, ut te numeris latelli-
num circuferri, ethnico magis quam Christiano more, current in hexaphoro: sic enim
lectica illa apud veteres Roni, vocabatur.

Idem lib. 5. cap. 11. veteor, ne iis in rebus
Diis potius gentium, quam Christo gra-
tum faciamus: inquit, de traditionibus
cum loqueretur.

Idem lib. 7. Quia neque vita instituto,
neque cultu, neque certis ceremoniis nite-
batur novus Carmelitarum coetus, abortus
quidem, non res legitimè ab initio institu-
ta vîla est.

Idem. Primus honos Romano Pontifici
habetur, ut si minus pulchro honestetur
nomine, ei statim creato licet istud mu-
tare: verbi gratia, non extra jocum dictum
sit, si homo maleficus (nota bene, quales
in Pontificem elegantur personæ) antea
fuerit, ut Bonifacius appelletur: si timi-
dus, Leo: rusticus, urbanus: si improbus,
Innocentius: si ferox, Clemens: si male
audierit, Benedictus, ut saltem nomine
Pontifex ornamento sit dignitati. Hujus
rei author fuit Sergius secundus, Os por-
ci prius appellatus.

Idem. Monachi & sacerdotes hoc tem-
pore, a majorum viis aberrantes, ubique
gentium, veluti jure suo immodicas opes
comparare, malis artibus honores ambiere,
& tyrannidem exercere cœperunt. Et sub
Rodolpho Abate Hirsaugien. collapsam
fuisse monasticam disciplinam, Trithe-
mius in Chronico indicat: propterea,
quod ei pocula & convivia magis curæ,
quam pictas & religio fuerit.

Idem. Nullum inventum maiores Rom.
Pont. cumulavit opes, quam Annatarum
usus. Annatas appellant primos fructus
unius anni sacerdotii vacantis, aut dimi-
diam eorum partem. Hoc vestigal sam-
pridem, quem Romanus pont. non haberet
tot possessiones, quod nunc habet, & cum
oporteret pro dignitate, multos magnos
que facere samus, impositum fuit sacer-
dotiis vacantibus, quæ ille conferret. De
qua quidem re, ut gravi, sape reclamatum
fuisse, testatur Henricus Hostiensis, qui
cum Alexandro IV. pont. vixit: sicut Fran-
ciscus Zabarellus tradit, post etiam in con-
cilio Viennensi quod Clemens Vindixit, qui
factus est pontifex anno salutis humanæ
1305. agiratum fuisse, ut eo desito annata-
rum oncre, vigesima pars vestigialium sa-
cerdotalium penderetur quodannis Rom.
Pontifici, & id quidem frustra. Quare Pon-
tifex annatas in suâ nascâ retinuit.

Atque hæc omnia in commentariis in
cap. inter cetera, de officio ordin. scripta
leges. Atqui satis constat, rationem fru-

tae dantur iaccerdotia, id quod postremo
Bonifacius IX seu Joannes XXII. primo
fecerat, quibus idcirco fuerunt, qui Anna-
tarum inventum assignarint.

Idem cap. 5. Bonifacio IX. Pontifice,
descenderat in Italiam ex Alpibus Sacer-
dos, ingentem mortalium numerum tra-
hens secum. Erat is alba induitus veste, ut
colore sincero eam, qua præditus vide-
batur, animi integritatem præ se ferret:
gestabat crucem, deploretat rerum huma-
natum statum, temporum calamitatem, ho-
minum peccata: petebat rectâ urbem Ro-
mam, sperans futurum, ut ibi loci malum
sanaretur. Seqvebatur ingens utriusque
sexus multitudo linteis induita unde Alba-
ti dicti sunt: ubi nox oppressisset, ibidem
humi jacebat, passim populis cibaria
dantibus. Bonifacius Rom. Pontifex rem
nihil æqui bonive fecit: qui honori suo
timens, ducem agminis, ut flagitiis convi-
ctum, Viterbii opprimendum curavit. At-
que ita omnis Albatorum coetus dissipatus
est, cunctis post amissum ducem domum
pedem referentibus. Fuit is annus humanæ
salutis M. CCCC.

Idem. Anno 1219. fetia 6, ante Pentecô-
sten, in Colonensi & Monasterensi dicece-
si, triplex crux in aere apparuit, cum in
istis partibus crux prædicaretur. Prima
Aqualonem versus candida, altera ejus-
dem coloris è regione ad Austrum consti-
tuta fuit. Inter has media vîla est, cui ho-
mini similis imago appendit. In Anglia
cometes apparuit immeusa magnitudinis,
terra vehementer mota est: tota hyeme
audita creb. a tonitrua, quæ alioquin æsti-
vo tempore in Anglia raro accident: im-
bres continui: vehementissimi ventorum
status, quibus ædifica multa dejecta, &
mare solito latius evagatum est.

Idem lib. 19. duos Franciscanos Lon-
dini necatos, asserit: quod de religione
parum integrè senserint.

Idem libro 26. Anno 1500. Caspar Pous
homo Hispanus, doctrina pariter ac mori-
bus clarus, missus est ab Alexandro 6. Rom.
Pontifice, qui Anglis viam patefaceret,
quæ Cœlum adirent. Agebatur Jubi-
laus Romæ, & ut longinquæ populi eō pro-
ficisciendi labore levarentur, Pontifex qua-
qua versum legatos misit, qui eam cœle-
stem gratiam impartirentur Christianis,
quibus per bella, per itinera, per inimicitias
minus Romam petere liceret. Veruntamen
non fuit gratuita liberalitas.

Alexander enim, saluti hominum pro-
spiciendo, per honestam causam, suis quoq;
commodis serviendum, statuerat, quare
precium suum, quod in se sit.

pag. 322.

rum. Ita pecunia non inveniatur, & nec bellum tamen inchoatum.

Idem. An. Dom. 1125. Joannes Cremonensis, tituli S. Chrysogoni Cardinalis presbyter, ab Honerio 2. Papa misitus fuit in Angliam, à latere legatus. Hic in Synodo Westmonasteriensis codem anno damnavit in clero non solum conjugia, sed & omnem foeminarum usum. Quid cum gravissime sacerdotes tangeret: & jam ante odorati fuissent, Cardinalem illum esse sedissimum scortatorem: ita cœperunt cum observare, ut nocte in sequenti, cum meretrice famosa in lecto concubentem, ruptis clausuris, invenerint. Quod ille probro affectus, Romanum confusus rediit: & sacerdotes ad suas mulieres.

Sed vide hoc loco historicorum hypocrisim, potius impia furtar, ne prælatorum sanctitas offendatur. Nomen hujus viri, nullo certe ejus damno, minimè editum est. At Matthæus Paris scribit, grande fuisse scandalum. Quomodo ergo poterat ejus nesciri nomen? Rogerus Hovedenus dicit, apertissimum fuisse id facinus, quum editum esset Londini (inquit) ubi ingens est testium copia. Occultari non poterat (Henricus Huntingtonus ait) nec palliari debebat opus inverecundum.

Simili etiam dolo utitur Platina in Arnulpho. Fueritne (inquit) hic sanctissimus vir, presbyter, an mouachus, an Eremita, haud satis constat: sunt qui scribant, Honorio ipsi dispuicuisse, non tamen tanti facinoris authores umquam inventos.

Idem. Anno Domini 1297 Bonifacius 8. cleri immunitati consulens (inobedientiæ potius illius, qui jubet censem regibus dari) in quodam concilio interdixit, ne post hac principes sacerdotibus tributa imponerent, néve illi imposita conferrent, sine iussa Roman. Pontificis. Id præscriptum extat in libro 3 Sexti Decretalium, cap. 3. Hoc non iniquum est adeo, quamvis Dei præcepto contrarium.

Postquam verò Eduardus Anglorum Rex ex Scotia bello reversus, ut par erat, tributum petiisset, populus, imparatam pecuniam se soluturum, dixit. At sacerdotes responderunt, id sibi facere per Pontificis Romanii præscriptum minus licere. Eo responso, rex iracundiā permotus, bona sacerdotum passim publicari jussit, qui indistum tributum pernegascent, &c.

Pallium unde, ex eodem.

Est & aliud quoque inventum emunctorum pecunia: Papa enim insigne quoddam honoris & dignitatis Archiepiscopis Mel-

pallio, & præstito juramento obedientia: cuius forma alibi est descripta.

Idem in Historia Anglicâ. Atq; ita per idem tempus, monachi in alia alibi sacerdotum collegia venerunt: ac deinde velut jure suo ubiq; gentium opes immodicas fibi comparare cœperunt, quod posteris damno fuit. Dum enim monachi divinis duntaxat rebus vacantes, hominum certum fugiebant, ac solitudines, unde fibi nomen vendicant, querebant, tum profecto monasticæ vite institutum rite servabant: contrà, ubi omissa solitudine, celebritatem colere, ubi divitias recipere libuit: incredibile dictu est, quantum à majoribus suis degeneraverint: quippe quos etiam invitatos humanarum simul rerum curram suscipere oportuit, quæ bonam hominis partem semper occupat.

Quid, quod eadem divitiarum peccatis reliquos pariter sacerdotes pervalis: ut magna pars à prisca pietate patrum, ad tyrannidem exercendam versa sit? cum pauci scient illud cavere, quod vetat propheta: Divitiae si affluant, nolite corripere. Illi enim partim sanctitate vita, partim suo sanguine sacerdotii decus auferunt: isti auctum licenter vivendo, non satis bene servant? illi honores oblatos cunctanter & verecunde acceperunt, eosq; aliis optimis quibusque detulerunt: isti malis sapientibus ambivit eosdem, ac mox acquisitos insolenter exercent. Et ut in illis multum liberalitatis, & innocentia fuit: ita in istis multum aliquando avaritiz, & improbitatis.

Illi denique paucis contenti, temperante vixerunt: at isti opibus, ut ita dicamus, oppressi, pro suo jure vitam degere nequeunt, dum in alios hospitales esse coguntur. Quæ sane humanitas (ita enim vulgo vocatur) tantum abest, ut humanitas sit: ut per hoc servitus potius, & quidem longè pestilentissima habenda, quando ejus rei causa sapientes sacerdotes peccant. Quotus enim quisque est, cuius sensus non tillentur, postquam multum biberit, scilicet variis ciborum generibus fastigium saturaverit? id quod velint nolint interdum illi sacerdotes, qui domos valde hospitales habere humanis coguntur legibus, faciunt, dum alios laute pascunt.

Idem lib. 4. Engl. hist. Eduinus cum esset in exilio, & angeretur de suis rebus propter pericula, nocte intempestâ per hominem ignotum, & subito evanescerem, accipit oraculum de regno recuperando, & suscipienda Christianâ religione.

Citatis quibusdam hymnis, nec in sacra ceremoniis.

Idem de prodigiis lib. 3. Omen ex quavis re accipi solet: nam ex aurum bonum, vel malum: ex vini salisve effusione in mensa, observatur etiamnum aliquid. Item nostrorum quoque monachorum occursus, presertim matutinus, vulgo omnino habetur.

Idem alibi. Anno 1494. Joannes Tisseranus Minorita ex meretricibus publicis effectis, Parisii novum ordinem instituit.

Idem lib. 8. c. 1. de Invent. Alexander VI. cuius Pontificatus incidit in annum humanæ salutis M. D. Sexti secutus institutionem, cepit Jubileum non modo Romæ, sed etiam in longinas provincias ac stationes ubique gentium propè vicatim instituere: idque tam sui, quam populi Christiani comodi causâ, ut aiebat, fecit: quo eum labore petendz urbis levaret.

Idem. Anno Domini 1394. multarum rerum agendarum causa, concilium habitum est ad Vetusmonasterium. Eo in concilio regi atque principibus visum est, è Republica Anglicana fore, si Rom. Pontificis autoritas Oceano terminaretur. Quapropter sanctum est, ut nulli mortalium deinceps liceret, pro quavis causa agere apud eundem Pontificem Romanum, ut quispiam in Anglia ejus auctoritate, impius, religionisque hostis publice declararetur, hoc est, excommunicaretur, seu vulgo dicitur: ne ve exequitale mandatum, si quod ab illo haberet. Poena vero his constituta est, qui legem violassent, ut amissis omnibus bonis, vitam perpetuo in carcere agerent.

Idem. Sic (inquit) quotidie sunt, qui, ut ignavie suæ potius quam religioni consulant, novas sedes introducere conantur.

Et in fine cap. tñidem. Quotidie à novis hominibus novæ introducuntur religiones, inter se tam vestitu quam ratione ritu minime convenientes: periude quavis virtutis animi (cujus ducta ad bona seu mala nos applicemus, necessitatis est) tautummodi extrahentes per ejusmodi studium possint penitus evelli.

Item cap. 3. Sepe more fungorum subiecto oriri solent.

Paulo post, de Carthaginis loquens, adjungit aptissime: Mulieribus adeorum etiam templo aditus interdictus, ne aliquid videant, per quod ad libidinem rapuntur. Bella sane provisio, si affectiones animi possint claustris compesci, & caro solitudine & ocio domari, id quod Hieronymus valde laborando (ut ipse testatur) efficere vix potuit.

Rerum cap. 4. de Franciscanorum fa-

ciatione, p. 124. Non tam pretiosa, quam otium & ignaviam interdum multis cordi esse.

Cap. 5. de recentiore Francisco, & secta, quam Inertia appellat, dicturus, sic prefatur: Novissime ignavissimo cuique jam novæ religionis introducendæ libido incessit, &c.

Idem cap. 3. haud scio, inquit, quæ ratione isti monachi debeant in mendicando semper hæcere: quando fatis constat, CHRISTUM non mendicasse, & Apostolos non expectasse ab aliis victum, otiostos, scribente Paulo ad Corinth. & laboramus operantes propriis manibus: ac primos monachos in Aegypto, teste Chrysostomo, exercuisse se manibus laborando. Idem Divus Franciscus, cuius secta longè frequentissima est, voluit, suos monachos victum quæret manuum laboribus: ac non prius ad mendicandum aggredi, quam laboris premium esset negatum. Igitur hinc videre licet, omnes atque debere Apostoli institutum seqvi.

Idem. EDUARDUS III. Anglorum rex, cum exactores tributi populo impositi, aliquando ingentem acervum pecunia ex eo tributo collectæ, delectandi ipsius animi gratia, coram adduxissent, subito damnem circa ipsum acervum ludentem videre visus est, & ob id hujusmodi pecuniam, ut rem funestam, abhorrens, illico auferri a oculis, restituque populo iussisse, fuit.

D. Josephi Grunbeck prognosticon, ab anno trigessimo secundo usque ad annum quadragesimum Imperatoris Cœroli Quinti plerasque futuras

pag. 324.

1530.

Histories conti-

nens.

Quam admirabilis divinitatis dispensatio nisi gratia, sub pia admonitionis formâ, plures libros, ad universæ Christianæ reipublicæ ordines, in medium emiserim, opinatus, quod ejusmodi salubribus exhortationibus senior morum & legū vel institutio, vel ordinatio subseqvi deberet: utramen tot incidentur rerū discrimina, tot pericula, & infelicitatum genora: ut nullus bone institutionis, aut reformationis modus inveniri possit. Quæ ratione scripta mea & aliorum, vel respectu dilabuntur, vel in oblivionis tenebras demerguntur. At miseris mortali bus in firmamento, & in stellis nulla ab humanis incommodis & temporum injuriis, requies conceditur: omniibus horis dirissima fata in nos deserviunt, nullum ne unquam à rerum exordio tempus tam calamitosum ingruiſle videatur.

Nova iudicis ostenta predicta.

perfunctus, scripta mea è tenebris revo-
care, & qvædam prodigiosa signa descri-
bere institui: ut pusillanimes certum con-
filiī asylū, qvo suis in tribulationibus
confugiant, apprehendere possint.

Ex qvo antiquæ historiæ novis manum
porrigunt, malorum omnia discrimina,
qvæ superioribus temporibus in libricita-
tē in humanam inguerunt, & nostram præ-
sentiam hodie terrant: similibus ex cau-
sis emergunt. Aut enim divina ex vindictā,
aut naturalibus rationibus, aut sceleris
peculiarī conqvassatione: eorum igitur
immissorum hominibus certas historias
subiecte volū.

Eo tempore, qvo Deus super Babyloniu-
cum populum excanduit, furorisqve sui
spiculis confidere voluit: Ganges fluvius
Indorum tanta exundationis vi per ru-
pium abrupta Babyloniam in planitiam
perlatus est: universa ut terra aquis obte-
cta, innumeros homines cum habitaculis
suis absorpscerit.

Alio rursus tempore, qvo Alexander
magnus Judæos, qvos rufos appellant, Ce-
spiis in montibus conclusit: Euphrates, ad
omnes Arabicæ gentis fines effusus, & A-
rabes & Persas ultimi periculi necessitate
concussit.

Qvo tempore Antiochus in Ægypto re-
rum potitus est: Nilus præter naturæ
cursum ad ortus principia, impulsibus
horribilis tempestatis coactus, Alexan-
driam & universam Ægyptum mediis un-
dis immergit.

Tempore Regis Davidis Jordanus flu-
vius rorsum actus, universam Jerusalem
inundavit: qvenadmodum tempore Julii
Cesaris, è Gallis cum reversus Romanum
ingredetur, per Tiberis effluxum tota ci-
vitas undarum procellis impletæ est.

Novæ historiæ, ceu nosmetipſi vidimus
& audivimus, hanc veritatem exhibent.
Anno trigesimo, octavo die Octobris, ma-
rini fluctus Tiberim tanto procellosarum
tempestatum impetu, in principii meatus
compulerunt: ut tota urbs undis immet-
ta fuit, plurimaqve damnorum detri-
cta incolis intulerit.

Qvinto die Decembri vehementissima
tempesta super Flandriam, Holandiam,
& Selandiam grassata est, qvæ Antver-
piam, & plures alias urbes in medio
lacu constituit, ripas diremit, ædes con-
fregit, & multa millia hominum in pro-
fundum demersit.

Sunt & alii terrores è cœlo expeſtandi,

ingenerare ſoleant, qvorum effectus qua-
dragesimum usqye in annum perdurabunt.

Anno trigesimo secundo, Aqvia ab oc-
cidente mota Noricas in Alpes, in Icomum
latibulis novem mensibus conqviſet. In-
terim Draco iſte venenofus, qvi flatu ſuo
universam terram inficit, Austriae gen-
tem turbatur, yenonum ſuum per ducen-
ta miliaria ad omnes partes Orientis &
Occidentis ſparget: movebitur tota Ger-
mania: ad arma lugebunt Pannones, Sicili-
i, Jazyges, Metanæ: Italia terrore con-
citetur magno: nec Battavi, Morini, Angi,
Hispani, Galli hoc toxicō carebunt: Aqvia
post novem mensium complementum ex-
labit in Italæ continia: interim Rheni,
Danubii, Niceri, Junari, Eni, & Athe-
ſis accolæ emortuam pacem deplorabunt:
hoc tempore omnes Satrapæ conflixi ob-
errantes, varia perferent ſoliditudinem
discrimina.

Anno trigesimo tertio Italia partim ri-
debit, partim audiet clangorem tubarum,
& crepitum armorum in nubibus; tribu-
latio & anguſtia circumallabunt omnes
maritimæ urbes, pax & victoria pluribus
in Germaniæ locis exarcent: famæ &
ſitiflorebunt: vespæ, & ichneumones
omnia Siciliæ, Apuliæ, Inſubriæ loca, Hi-
spanicas, & Gallicas oras infestabunt:
Regnum Babylonicum intrinsecis factio-
num tumultibus diſturbabitur: Agaren-
rum, & Axenenorum ſecta exſcindit & ac-
nihilari incipit.

Anno trigesimo quarto, Babylonica illa
meretrix, qvæ Draconi cum septem capiti-
bus infidet, à suis amatoribus derelinque-
tur, atqve præ tristitia exarcent.

Aqvia grandis in Draconem alas suas
conſicet, ſeqve in ejus latibula ingeret:
advolabunt tum omnia volatilia cœli, &
reptilia universa implebunt totam Thraci-
am. O quantum tum gaudium universo
Christianos circumdabit? Ovabunt
in omni lætitia triumpho, & cantica cantori-
um decantabunt: dividentur gentes
ab extremis oris terræ in Euboiam, Par-
thiam, Acarnaniam, Boeotiam, Epirum, E-
toliam, & Armeniæ, & Perſiæ diſtiones ſu-
pervolabit Christianitas.

Anno trigesimo quinto, Aqvia alas suas
extender ſuper universas Sarmatiæ gentes.
Rex cui in fronte ſignum crucis impressum
est, igneo funefere in has oras demittet:
atqve universa inſigniorum ornamenta, &
divitiarum ſpolia auferentur: Christiano-
rum laſcivia, & pecunia libido plures

generalis mundi mutatio, & in hac Europa, Germania, & Italia crinali glorie adornabuntur.

Anno trigesimo sexto, omnium diametralium radiationum, qvz anno vigesimo quarto, decimo nono die mensis Februario obvenerunt, significacionis diffundentur varias in nationes, qvz variis in commodorum, periculorum, & infartu-
norum tempestatibus conqvalisabuntur. Caveant Veneti, Insubres, Ligures ab omni-
bus consilio, deliberationum, & subsidiis ludiis, ne summa infelicitatis lanceis confodiantur: Res publica dilabetur, & intrinsecis factionum motibus dilacerabitur.

Aquila Indicas in regiones volatum di-
tiger, nidumque Sericis in regionibus ex-
fruct: pullos ejus pavebunt Phoenix, stru-
chiocamelus, Gryphus, & omnes Indo-
rum aves: Elephas, Tigris, & panthera,
Germancis & Hispanicis Leonibus, cani-
bus, & urbis parebunt: duo potentissima
regna Romanorum, & Grecorum pristi-
num in statum consurgent.

Anno trigesimo septimo, tota Africa
novam faciem induet, Hispanorum enim
& Lusitanorum armis confundetur, & in
potestatis angustiam redigetur: sublimi-
tas terrae exqvabitur piano solo, & At-
lanticus in mari crocodyli alimentum coa-
qvirent.

Anno trigesimo octavo, Aquila diver-
ter volatum in Aegyptum, ibidemque
ingentes & innumeros Indos eriget omni-
bus volatilibus caeli: pullos suos exen-
bandi locus relinquetur: confluent om-
nes gentes ad Dominicum sepulchrum:
miscebuntur Hierosolymis mores, condi-
tiones, leges, & lingue omnium populo-
rum, templum Domini exedificabitur &
& pax & securitas mundum hoc anno mo-
derabuntur.

Anno trigesimo nono Saracenus in ter-
ra Aegypti, & ceteris vicinis regionibus
nullus nominabitur: omnes colles erga
valles se inclinabunt: omnes sectae & reli-
giones uno vinculo colligabuntur: Judaei
permundum dispersi, ut consolationem
Mellis, quem tum futurum sperant, cape-
sant, in Armenia, Persia, & Aegypto con-
gregabuntur: at Christianis resistentibus,
effusio sanguinis per totam terram dire-
modo continuabitur.

Anno quadragesimo, quo omnium Pla-
netarum in piscibus congressus, & oppo-
sitiones effectus suos implebunt, genera-
lisqve Solis eclipsis omnia loca obumbra-
bit, Aquila altissimum montem consen-
det, seqve in tenebris abscondebat: ut nul-
la volucris attungi possit: quem cum filius

Monarchia mundi secundam Nazareorum, qvz
ultima inter sectas nominatur, penitus ex-
tirpabit: interim omnia occulta Dei judi-
cia manifesta erunt, quo usq; omnes pro-
phetiz impletæ fuerint. Quid partim na-
turalibus rationibus, partim divinis ex va-
ticiniis depromere volui. Imp. & PP. I.S.

Idem scriptit quoque librum, cui titulus pag. 316.
est, Speculum naturalis, cœlestis & pro-
phetice visionis, omnium calamitatum, tri-
bulationum & anxietatum, qvz super o-
mnes status & nationes Christianæ Rei-
publicæ, proximis temporibus venturæ
sunt. Et jam dicto titulo præsentem ap-
posuit imaginem.

Inscriptit librum Bernhardino Cardina-
li, & statim in præfatione Ecclesiæ abusus
carpit. Age lumen, ait, divini ingenii, sapi-
entiaz, solerter, & doctrinæ tuæ, qvibus
Dei & naturæ dotibus omnibus Romanæ
Ecclesiæ ornamenti antecellere diceris: qvicquid errorum, malorum rituum &
consuetudinum, sceleris & iniqvitatis,
discordiarum, factionum & præliorum of-
fenderis, omnia, qvz sunt causæ ejusce-
di malorum, abigas. Sin hoc ipsum ne-
gligentia præterieris: omnia in summa
confusionis tenebris, & ultimo interitus fin-
ibus deperibunt.

Et infra. Conjecte considerationis tuæ
oculos in mores præsentes: & videbis o-
mnia spuriissimarum abusionum atq; con-
taminationum faburram: qvâ navigium
Ecclesiæ nimis oneratum altis mer-
gitur afflictionum paludibus. Cernes &
inaumerata multo atrociora, qvâ hacte-
nus, calamitatum spicula: qvz fatorum
ex officinis pendentia & corporibus, & a-
nimabus nostris minitantur interniciem.
Quare sine rubore fateri audeo: nisi nau-
cleri primores Ecclesiæ gubernatores mox
consolidaverint navigium Petri, & ob-
struxerint in ejus fundo omnes rimas, per
qvas privatum eommodum, fraudes, falla-
cia & summa perfidia, ad hominum cætus
influere solent: & omnem pestiferarum
consuetudinem, perversorum morum, usu-
ræ, versutiz, & omnis falsitatis faburram se-
dulo exhauserint, facilis adversitatis aura
accedere queat, qvâ in medias destructio-
nis syrtes delati, nulla laborum vi idipsum
à naufragio tueri poterunt.

Nuic n. tempus adest, quo persecutio Cle-
ri passim debet per omnes Ecclesiæ grassa-
ri, & plures etiæ Ecclesiæ à fūdamēto dejici.

Est n. cunctis mortalibus cognitum, vix
unquam aliqvid pravi & corrupti humana
in natura visum vel auditum esse, hoc ipso
vivendi modo, qvem Christiani, præter-
missi illi qui Deo dicati sunt, hodiernæ dia-

nactus apparuerunt, quæ apparitiones nunquam sine ingenti rerum mortalium mutatione prætereunt. Ceu cum apud Persas sanguine plueret: appareretque in nubibus ingens hiatus: in cuius medio Solis splendor bullire, nubes uelasq; omnes passim absorbere videretur.

Apud Medos stella viri armati ac equo insidentis speciem commonstrans: item pag. 327. super Hierosolymam tempore Machabæorum, & super Romanum paulo ante adventum Christi multa portenta, exercitus armatorum, clangores turbarum, crepitus armorum, fulgura, stellæ & crinitæ, halones, cruces sangvineæ, quæ in mulierum peplo decidebant, prodigiosæq; lactis & sangvinis pluviae apparuerunt.

Et inficiari nemo potest, vix illa hominum ætate tam crebra & stupenda prodigia mortalitatem occupasse, quam his nostris diebus, magno cum terrore, contremiscentia, & animorum dejectione, cercnere solemus.

Solet enim Deus subinde mortales piis admonitionibus ab indecoris moribus omnique illicito facinore cohibere: & non obsequentes flagris cædere, pertinacesq; omnino perdere.

Vivitur ita spurcè turpiterque hoc ævo, quod nullo unquam tempore humanitas vitam turpius exigisse videtur.

Væ, Væ igitur pertinaciæ: vae turpitudini scelerum: Unde & nobis nihil boni, sed omnia denunciant mala, & horribiles calamitates. Vereor per immortalem Deum, vereor, ne hoc sit tempus miseriuarum, & calamitatum, in quo omnium sanctorum patrum vaticinia convenire solent: scilicet quo universalis Ecclesia multifariam conquassari debeat.

Timeo, ne populo Christiano, & impri-
mis nobis Ecclesiasticis, hoc idem, quod Iudeis solebat, obuenturum sit: qui cum multa Hierosolymis, & oculis & auribus capesserent stupenda portenta, audirent & in sacro templo horribiles sonitus & commonitiones: at cum omnia vilipendio præterirent, desolatio tandem totius regni insequebatur: ita vereor, ne ista apparitio prodigiorum, crucis, cum ea contemtu & ludibrio persequebamur, abscessum crucifixi à populo Christiano portendat.

Nam ut in Ierosolyma, quæ erat caput, Judaicarum gentium, occurabant ejusmodi monstrorum tetricula menta: ita

volumen iepè dicta ostenta crucis in aris, & sacerdotali bus ornamenti.

Sed proh dolor, nos flamines sanguini crucifixi monstra, & æternæ ultionis antéambulones, priores secularibus, risu & subsannatione, tanquam puerilia delitamenta, abigimus: sicut & penè priores suimus in ocio, luxu, avaritia, tabernis, emporiis, popinis, venationibus, ludis, choreis, dimicationibus, & in omni fœda ad ministracione.

Haud longe igitur, si non illico fuemus conversi à via nostrâ malâ, abesse potest: quin eam in calamitatum paludem delapsi simus, quâ Judæorum cæcitas territis interiit. Inter spirituales & seculares viget nunc turpis quæstus, & aurum pro Christo colitur.

Nunquid igitur tanta scelerum spuriæ perpetuo est duratura? Creatörne in æternum est pasturus, fatorem delictorum nostrorum in divinum conspectum suum condescendere? Longè abesse non potest: quin omnia pœnarum tormenta, quæ superioribus seculis gradatim in Judæorum & gentilium flagitia truculentissime decussi sunt, jam simul multo etiam & rariora & atrociora sint in nos levitura.

Idem. Divine illæ Prophetiz per Esiam, Jeremiam, & Ezechielem aliosve prolatæ, non ad tempora Regum Israëlis & Judæ, sed ad præsentia quoque & quæ futura tempora, qvotiescumque Vincit Domini arescere, & fructus malos producere incipit, referri debent: sed in primis ad hæc nostra tempora, ubi vinea Domini adeo sceleribus obsita & occupata est, ut nulla vitis bonum fructum ferens in ea reperiri queat, accommodari possunt apposite: quia enim (proh dolor) superbia, lascivia, avaritia, & alia abominabilia sceleræ in vinea Domini invaluerunt, quid certius ex prophetiis conjici potest, quām ira æterni vindictoris Jesu Christi, & eradicatio gravis sentium, & spinarum, (hoc est, scelerum) per famem, bella, pestem, & alias pœnas, quibus ad extirpandos malos fructus, id est, opera mala, pro ligonibus & falcibus semper usus est, ut passim locrum est videre.

Quinimo etiam Esias capite octavo istius vineæ omnimodam vñlationem predicit, ita ut nec bidentibus colli, nec falcibus amputari, nec cœlitus vel imbre vel rore fecundari amplius debeat, sed tribulos, & spinas eam vineam, id est, Ecclesiam (Romanam, de qua loquimur) superatu-

clericis minoris conditionis, ut oculos
feminis Adonides amatores veneris fo-
ventes, propter defecionem venerez
potentia plorant noctesque diesque, &
hec est unica eorum cura, quomodo ma-
gistrum suum Priapum laudiciis, cupediis,
dulcibus potibus, & vinis nobilissimis, un-
gventisque preciosissimis nutriant, & vires
eius valentiores in longum tempus pro-
trahant, & si mœchati fuerint, præ ceteris
laudentur: & sic cupidinem amoris Deum
colere & adorare conserverunt, pro vivente
& vero Deo, inquit, eo toti sunt, ut nūquam
ab eis cultu desistant, identidem exultent,
plaudant, laudent eum alienis uxoribus,
virginibus, viduis, & monialibus.

Deinde verò proceres Ecclesiastici,
pag. 328. Abates, & Episcopi non minoribus
se coinvinant vitiis, terga templis prez-
bent, & exorientem solem adorant, hoc
est, omnem diligentiam adhibent, quomodo
bona temporalia & caducæ coac-
cervent, officia divina, rempublicam, a-
nimarumque salutem negligunt, & omnia
sceleræ & malitiam impunè perpetrari pa-
riuntur: ideoque exclamat vindicta
Domini, oculus meus non connivebit,
nec miserebor: licet aures meas imple-
ant ejulatibus, non audiam. Si ergo non
audituras Deus est, quam diu quæsio putas
Naviculam Petri in tot fluctibus & syribus
duraturam?

Idem super Prophetiam Ezechielis ca-
pite vigesimo tertio de duabus sororibus,
unius matris filiabus, Oolla maiore, & Oo-
liba minore, inquit: Deum circa finem
mundi populum excitaturum, & in nostras
terras dissipaturum, ut nostram iniquita-
tem & nequitiam puniat, & evellat, ut lepe
passim factum est.

Oolibam autem minorem sororem (id
est, spirituales) co, quod plus quam Oolla,
(id est, seculares) peccaverit, ab inimicis
suis, id est, peccatis, & nasci & auribus pri-
vandam esse, id est, omni potentia & digni-
tate orbandom: & si quæ remanent, ferro
excindenda esse, & undique que ignominia
afficiendam, ita ut præ angustiis nescitura
sit, quo se vertat.

Idem in fine speculi prædicti, de clini-
diis & vasibus pretiosis, quibus sacra siebant,
sore, ut Principum & Regum mensæ on-
tentur, & futurum esse, ut de spiritualium
pecunia bella gerantur, & exercitus alani-
tur, propterea, quod lupanaria, & tot qui-
dem in urbibus extinxiantur, quot uncti ibi-
dem inveniantur, & quod omnes impieta-
tes & alia innumera flagitia tutò passim
committantur, ut argumento sunt cunei,
quarum numerus, aucto

Dicit etiam, eodem tempore fuisse
sanctum quendam vatem, qui per omnia
Ecclesiarum limina discurrerit, & paenit-
tiam Christianis, futurumque exili-
um comminatus fit. Recitat quoque vel
summam vel etiam partem alicujus ejus
concionis, cujus aliquot lineas & ego
adscribam.

Experciscimini (inquit) ô viri Christia-
ni, è gravi scelerum somno, atraque mor-
tis caligine: aurumq; & omnium sensuum
vestrorum corda reincidentes, verba mea
intencissime percipite: quia legem Do-
mini Dei nostri in larrinam, & omnes e-
jus divinos sermones in oblivionis & con-
temptus cloacas abjecisti: cœpistis virtu-
tum in exercitatione prorsus delirare, in
malicia sapere & prudentissimi esse: o-
mnemq; eqvitatem & justitiam subvertere:
pupillorum & viduarum sudore inebriari:
patrimonium Christi lacerorum deliciis
disipare: ac etiam effera tam libidine ve-
stram stupris, adulteriis, incestu, & omni il-
licito concubitu, inexplorabile vero habendi
voracitatem furtis & factilegiis explere:
denique Dei templum per scelus & sum-
mam iniquitatem vestram, constitutum
est lupanar, & domus furum at-
que latronum, in quo non celebres
hymni, sed blasphemiaz ecclesiis Princi-
pis resonant. Propterea extant adhuc
pauci dies, &c.

In hisce sanctus iste propheta, quan-
quam videatur omnes Christianos compel-
lare, tamen (meo iudicio) præcipue sacer-
dotes aliquoqvitur. Nam objicit eis, quod
patrimonium Christi lacerorum deliciis
disipat, quod ad laicos non potest perri-
nere: item, quod ex templo Dei fecerint
lupanar, & domum furum: item, quod
legem Domini & ejus sermones abje-
cunt, & oblitis sint.

Affirmat quoque idem Josephus, fuisse
aliqando ante ea tempora, quendam ju-
stum, sanctum, & Zelo Dei plenum vi-
rum, qui prædixerit, gravem persecutio-
nem spiritualibus per omnes Ecclesias ob-
eorum scelerata immixere, cæsionemque
multorum templorum: ideoque suo tem-
pore, ait, nullum sermonem frequentiorem
in omnium ore fuisse, quam jam immixere
exitium spiritualibus, ob eorum turpem
& sceleratam vitam.

Eodem quoque suo tempore, ait, cru-
ces super vestes cecidisse, quod & alii hi-
storici indicant. Interpretatur autem
ipse id signum ita, tanquam DEUS homi-
nes & ad agnitionem peccati, & spem ve-
nientis vocaverit. Dicitque primum in Ec-

indicare, ita brevi & large cognitionem LV.
angelii super omnes homines effusum
rum esse.

Omnia ergo ista, & prophetia istius sa-
cerdotis, & conciones illius sancti Prophe-
tæ, & denique vaticinium illius justi viri,
de quo ipse dicit, fuerunt (meo fane judi-
cio) ideo spiritualibus à Deo proposita,
ut pœnitentiam agentes, imminentes cala-
mitates effugerent: sicut solet Deus facere,
cum securis ad radicem arboris posita est.
Nam vix decennio post venit Lutherus, qui
Papam cum suis sacrificiis evertit.

pag. 329.

1530.

Vestis Monachorum.

Hoc tempore eo fuit deuentum, ut pu-
taretur, etiam Monachorum vestes ad con-
sequendam æternam salutem conferre: &
multi, cum primis autem Magnates ita se-
peliri vellent, Mantua Marchio Franciscus,
Albertus Carporum Princeps, Christophorus
Longolius vir doctus: & alii, Imp. Ca-
rolo 5. PP. Paulo 3.

1530.

De cucullatis Steph. Doletus

Gallus:

Cucullatorum habet

Grex it subinde in ore, se esse mortuum
Mundo: tamen edit eximie pecus, bibit
Non pessime, stertit sepultum crapula,
Operam veneri dat, & voluptatum affecta
Est omnium. Idne est mortuum esse Mundus?

Aliter

Interpretare: mortui sunt hercule
Mundo cucullati, quod iners terra sint onus,
Ad rem utiles nullam, nisi ad scelus & vi-
tium.

Imp. & PP. U. S.

1530.

Jacobus Sodoletus Episcopus Car- pentoratensis.

Scripsit inter alia multa de emendatione
Ecclesiarum, & consolationibus in adversis.
Imp. Car. 5. PP. Clem. 7.

1530.

Christophorus Longolius.

Fuit Belga, & Cardinalis Patavii, mori-
ens Minoritano habitu sepeliri voluit: ne,
qui toto vita tempore plus Ciceroni, quam
religioni, studuisse, Ciceronianus reus ha-
rescos, a coeli claustris repelleretur. Au-
tor vita ejus. Imp. Car. 5. Papa Clem. 7.
ut supra.

Idem iussu Papæ in Lutherum scribere
scipit, sed morte citius abreptus, nihil
præstare potuit. Ibidem.

1530.

Bernardus Girardus Historiogr.

M. Anna Carolus rexatus regnabat, discipli-
na Ecclesiastica nulla in illis mendicantium
ordinibus visebatur. Symonia regnabat, &
morum turpitudine apud omnes Ecclesiasti-
cos. Academia Parisiensis ea terribilis vi-
ta in iis, qui exemplar bene vivendi aliis
deberent esse, palam tunc damnabat, nihil
reformidata præsumum ira.

Alcimus Viennensis.

Refert in Homilia de prima festi Rogati-
onum institutione, suo tempore crebra
incendia & terræmotus assiduos extitisse:
ædes quoque publicas Viennæ terribilibus
flamnis absuntas. Imp. Carolo 5. Papa
Clemente 7.

Ludovicus Hetzer.

Scripsit librum elegantem contra imagi-
nes, & eorum usum in templis. Excusus est
Argentorati anno 1530. Imp. Carolo 5. PP.
Clem. 7. U. S.

Aloysius Florentinus.

Hic κατίνθυσμος ejus temporis ter-
riblem, & inauditum prius descripsit: erat
enim Romæ major pars urbis infra aquam,
& homines & pecora, aliaq; inestimabilia
cum perierunt: sed Romano Pontifici
multo majora per Lutherum hoc anno, in-
dulgentiarum scilicet lucra. U. S.

Guilielmus Grattarolus

Bergomus,

Quod hic Guilielmus mundi constitutio-
num, & tempestatum prædictiones, in edi-
to libro certas & perpetuas facit, certè do-
cto viro audax & frivola assertio est: ipse
viderit.

Coronatio Caroli V. Imp.

Carolus à Papa Clemente 7. Bononiz,
non Romæ coronatur, quod omen ruituri
Imperii esse scribit. Funcius in Chrono-
logia.

Discursus comitiorum Augusta
habitorum anno 30. actorumq; ibidem bre-
ves syntagma: ex actis Imperii & fide di-
gnis, qui his Comitiis interfuerunt,
scriptoribus.

Cum tam difficiles & ambiguae his tem-
poribus de Religionis negotiis incidenter
& agitarentur controversiae: Prudentissi-
mus Imperator Carolus in primis curavit,
omnia per politicos & Ecclesiasticos probe
inquiri, examinari, ponderari, & sagacissi-
ma trutina deliberari.

Conflixt vero Ecclesiasticon erat:

Invenientia coniuertere & cetera retra-
ctare darent mutationibus : Antiquum esse
obtinendum, ne si quicquam mutetur, in-
genus inquietis occasio praebatur, ever-
tenda totius Hierarchie presentis Eccle-
sie & Imperii.

Politici autem refragantes huic erude-
titati, econtra dixerunt: non decere Eccle-
siam: haec tam horrenda consilia : nihil illis
profici: manifestos namque esse errores,
& abusus Ecclesie palam liquere satis su-
perque omnibus : libidine, avaritia, quiz-
itu & perniciois traditionibus plena esse
universa. In hos igitur animadvertisse
hos tollendos ac profligandos : ne ira
DEI omnia subvertantur. Sed & Eras-
mus bellum gravissimis rationibus dis-
solvit: quarum summam Lector hic ob o-
culos habet.

I. Si Cæsar minis belli terret adversarios
non possum non laudare prudentiam : Sin
serio expedit bellum, nolle esse sinistra
avis. Sed inhorrescit mihi animus, quoties
rerum faciem animo intueor, quam arbi-
tror futuram, si semel ad arena ventum fue-
rit, adeo malum hoc sparsum est.

II. Fateor, summa esse Cæsaris poten-
tiam: sed non omnes nationes hoc nomen
agnoscunt. Germani vero, qui agnoscunt,
certis conditionibus agnoscunt, scilicet ut
imperent verius, quam pareant.

III. Adde tot persecutionibus & pere-
grinationibus exhaustas ipsius ditiones, &
vites.

IV. Belli incendium jam excitatum est
in Fryslia nobis vicina, cuius Princeps pro-
ficeri dicitur Evangelium.

V. Ad hoc Dani quoque Evangelii pro-
fessionem receperisse dicuntur. Hinc catena
malorum porrigitur ad Helvetios.

VI. Jam si Cæsar pro sua pietate pre-
ferat animum, ex Pontificis arbitrio gestu-
rum omnia, periculum est, ne non ita mul-
tos habiturus sit faventes.

VII. Adde, quod indies expectatur Tur-
carum incursum, cuius potentiam vix op-
presserimus, etiam si concordes auxilia no-
stra in unum contulerimus.

VIII. Porro quid sit belligerari invito
milite, declarant Romæ excidium, & nuper
res apud Viennam gestæ. Non dubito,
quoniam optimi Principis animus propendeat
ad pacem, clementiam & tranquillitatem:
Sed nescio, quo fato præter illius animum
nobis bellum è bello seritur, quam diu,
quam miserè vexata Galia, quanto miseriq
afflita Italia, ubi novum etiam bellum
includit.

IX. Nunc è res spectare videntur, ut
orbis maius

nabat, nec negotium non geri, nisi autore
Pontifice maxima ex parte per Episcopos
& Abbates.

XII. Atque adeo vereor, ne Cæsar ipse
non protius sit abfuturus à periculo, qvod
omni avertant superi.

XIII. Novi & execratorum protervi-
tatem, qui leætis præsunt & favent. Sed
magis spectandum est, qvid postulet totius
orbis tranquillitas, quam qvid illorum me-
reatur improbitas.

XIV. Neque usque adeo desperandum
est de statu Ecclesie, tuit olim longè majo-
ribus jactata procellis. Sub Arcadio &
Theodosio qui tuit orbis status? Eadem ci-
vitatis habuit Arianos, Paganos, & Dona-
tistas. In Africa furiebant Donatistæ &
Circumcelliani. Multis in locis vigebat ad-
huc Manichæorum infania, & Marionis
virus, præter incursum barbararum gentium,
& tum incursum barbararum gentium, & pag. 331.
cum in tantis dissidiis Imperator citra
sangvinis effusionem habens rerum mo-
derabatur, & paulatim hæretici monstra-
tecebant.

XV. Iplum tempus interdum effecit re-
medium immedicabilibus malis.

XVI. Igitur ex re futurum videtur, si cer-
tis conditionibus sectæ ferrentur, sicut Bo-
hemii. Grave quidem fateor malum esse,
sed bello, & tali bello levius. Hoc rerum
statu nulquam esse malum, quam in Italia.
Sed alio trahunt me fata, sed trahant, quo
velut modo non distrahant à confortio
columnæ. Datum die 10. Augusti, An-
no 1530.

Potnodum igitur Imperator ex Hispa-
nia le recepit Bononiæ in Italiam. Eò an-
tequam veniret, ad ipsos fines ditionis
Pontificis præstò fuerant, obviam profecti
ei purpurati patres 25. à Pontifice missi,
ad excipiendum ipsum, & fidem ab eo
postulandum, ne quam Ecclesiasticæ li-
bertati vim unquam adferret. Urbem ve-
rò Bononiæ deinde cataphractus, ac pal-
lio amictus regali fuit ingressus, & num-
mos aureos & argenteos in populum spar-
gi justis. Id quod per horæ ferè interval-
lum in omnibus plateis factum esse perhi-
betur, ita, ut auri & argenti disseminati
summatum millium ducatorum fuerit
estimata.

Venienti verò Cæsari Papa obviam non
processit, sed in urbe, in palatio suo præ-
stolatus fuit, donec Cæsar ipsum in aulæ
sua convenit, ubi & cum à suis sella qua-
dam circumgestari offendit: cuius ergo
salutandi & venerandi ipsum gratia sub-
missis in terram genibus teat.

summa 4000. ducatorum fuit estimata. Sic itaq; prostrata ad pótificis pedes Cæsarea Majestas, sic ferè fari infit.

Sanctissime pater, id, quod diu in votis habui, ac s̄epe exoptavi, nunc mihi accidere & evenire, non tantum lætor & gaudeo: verum etiam Deo gratias, quas possum maximas, ago nempe, ut ad tuam dignitatem venire, & cum ea de disfidiis ac dissensionibus, in religione & Ecclesia ortis, colloqverer & communicarem, ac quānam ratione atque via componi & tolli ea possent, commodas & idoneas inirem rationes. Est enim, quod Deus novit, in me res commotas & fluctuantes compendi serium studium, ac reparata ac confirmata pace, quam disfida dissolvunt, constituendi status alicujus ad posteros duraturi, ac tranquillitati & incolumitati Ecclesiaz profuturi, ardens desiderium. Promitto etiam, spondeo ac polliceor, me catholicæ Ecclesiaz ac Christianaz fidei perpetuum atq; strenuum fore defensor, & eventum ipsum hæc mea verba probaturum, confido. Deus pater nostrorum omnium faciat atq; det, ne conatus mei sint inanes in Domino.

Hac finita Cæsarez Majestatis oratione Pontifex, cum, sibi hoc Caroli de dirimendis & sopiendis controversiis Ecclesiasticis consilium minime displiceret, respondisset, surrexit, ac Cæsaream Majestatem ter exosculatus fuit, additis his verbis: Ego, ô Carole Imperator, gratiam tuam imploro, neq; hoc meritis tuis debere profiteor, amanter rogans, ne, quod mihi pedes, manusq; exosculari passus sum, Cæsarea tua Majestas rapiat id, seu interpretetur in malam partem.

Cum enim semper in ejusmodi congregabus hoc à majoribus ac antecessoribus meis servatum sit: Ego quoq; ne novi quidam constituere & introducere velle videbor, præter & contra voluntatem meam, in hæc facta consentire sum coactus.

Bononiae autem cum Pontifice Cæsar in eodem palatio per quinque menses commoratus fuit: ille quam tunc egregia consilia & rationes adiuvenerit & suggerierit Imperatori, extirpandi Evangelium, & executiendi manibus Lutheranorum, quilibet apud se metipsum facile estimare potest: dubio enim procul nullo labore parandim Lutheranis, supersedit.

Venerunt igitur postea Papa & Imperator in senatum, ubi erant Cardinales, Episcopi, & Principes, & Hispani: ibi Mercurinus oratione sequenti Imperatoris

lore animi, grave & perniciosum dissidium inter Ecclesiaz DEI doctores principios ortum est, in dies singulos crescere augeriq; cognoverit: hodie quoq; illos doctrina, voluntatibus, & studiis in diversas trahi rapique partes, Ecclesiaz Dei tristissima infligi vulnera, & moribus vita, maloq; exemplo multis piis plurimum voceri, videat: animadvertis quoq; nunc eò docendi, scribendi, contendendi atque rixandi studio esse deuentum, nisi bono maturoq; consilio Reipublicæ Christianæ, & afflito Imperii Romani statui subveniantur, & presentibus atque periculis morbis salutaria remedia inveniantur, brevi futurum esse, ut & Ecclesia Dei, omnesq; ejus status & ordines, & res tam private quam publicæ sub Imperio Romano viventium in maximum periculum, atque discrimen vocentur.

Idcircò jam inde à tempore suscepimus gubernationis amplissimæ, inter multa & magna regni & Imperii negotia, nihil aquæ Cæsarez Majestatis ejus animum solicitum habuit, nullaq; intentio cura & cogitatio ejus fuit, quam ut quæreret atque cognosceret rationem modumque, tam periclitanti Ecclesiaz, quam per Imperio restituendi pacem & tranquillitatem, & prohibendi tollendiq; medio, quicquid communis omnium saluti & incolumitati adversum videatur esse.

Cum vero sciat, rerum & controversiarum, quæ in Ecclesia de doctrina, cultibus & disciplina agitantur, præcipuam cognitionem atque curationem ad sanctitatem vestræ fidem, autoritatem, & consilia pertinere, sineq; ea nihil omnino in illis recte, utiliter, & firmiter suscipi, statu, & decerni debere & posse, & sanctitati vestre divinitus commissam & commendatam esse tantarum rerum curam, eandemq; de Ecclesiaz & oivilis Christi salute vere paterno animo solicitam esse, & ut Principem senem, pium atque sapientem, in communibus malis cum sua majestate concinuem habere dolorem: hæc eum non ignorat, quamvis sub fluctibus negotiorum, & funestis bellis occupatus, s̄pè tamen optavit, & à Deo precarus est, ut aliquando videret diem, quo in jucundissimum vestrum sanitatis conspectum venire, cuineq; ea de tantis rebus agere & consilium capere liceat.

Atque nunc ipsum voluntatis suæ & vestitompotem esse factum, & in hoc inaugurationis suæ honore, & in Germaniam suscepta profectio, vestram sanctitatem ex-

quo labantem Christiani cœtus statum fulcias, & medicinam efficacem exulceratissimo huic seculo, acceptis mentium vulneribus, & pravis hominum moribus accommodet.

Sibi namque Imperator perswasum habet, vestræ sanctitati non minus quam sui Majestati, ut duobus summis Ecclesiæ & Imperii capitibus, curæ cordique esse studium promovendæ & ornandæ gloriarum conservandæque pacis, & sedulo cavendi prohibendique, quicquid ad utriusque dignitatem & maiestatem immunitam videatur spectare, quod potissimum hac via & ratione obtinebitur, si dabitur opera & magna animi contentionē efficietur, ut æterno Deo suus tribuatur honor, ut is recte cognoscatur, colatur & invocetur, ut doctrinæ orthodoxæ in ecclesia receptæ & sanæ puritas maneat salva: si cui eam vel errores vel corruptio[n]es, vel superstitiones occupaverint, emendentur & tollantur, collapsa disciplina institutetur, & vitiosi mores, tam cleri, quam populi Christiani (ut sanci multi & deploandi sunt) corrigantur, suaq[ue] corpori doctrinæ Ecclesiæ integritas atque sanctitas restituatur.

Ac sapientissimè judicat, nisi in hoc omni conatu & studio incumbatur, ut unum aliquod doctrine corpus ex verbo Dei conficiatur, mature vulnera Ecclesiæ obligentur & sanentur, & gravior disciplina instituantur: brevi majorem confusionem tristiores & densiores tenebras, fædiorem barbariem, & maiores calamitates ruinansque, quam unquam haecenus fuerint, secuturas esse, ut non addam, ira Dei, securitate, impietate & peccatis omnium accensa, durissimas penas justæ vindictæ in Principum & subditorum capita redundaturas esse.

Cum vero Cæsarea Majestas tandem, confessis finitisque durissimis bellis, & semotis aliis curis, cœperit, de toto hoc negocio diu multumque cogitare, & cum optimis ac prudentissimis viris deliberare, non potuit invenire salutarius, ac Pontificis Cæsareæque bonitati convenientius remedium, quam si hodie in synodo generali, recte indica, controversie Ecclesiæ ritæ, & in timore Dei proponantur, cognoscantur, & ex verbi Dei regula veritateque dijudicentur.

Convocentur quoque omnium nationum viri pii & docti, & fiat singulis dicendi, disputandi, & monstrandi veritatem libera & publica potestas: instituantur p[ro]p[ter]a, & amicæ sententiarum collationes & disputationes.

Et expositis & cognitis, que cum Evangelii fide & invita veritate congruant, manent salva & firma, errores perniciosi, & abusus doctrinæ cum eadem luce verbi pugnantes damnentur, corumque autores vel in viam revocentur, si fieri possit, vel magistratus legitimo puniendi relinquuntur, (ut tamen omnia hant ex lege charitatis, nihil tyrannicè) & emenda disciplina, subatis abusibus, ad verum honorem, verosque cultus, qui Deo debentur, & ad Ecclesiæ obedientiam, proposita recte credendi, docendi, & vivendi forma, omnes doctores & auditores invitentur, ut sic gloria Dei studeatur, pax constans & firma reddatur Ecclesiæ, & omnium Christianorum saluti quam rectissime optimumq[ue] consulatur.

Sed cum non ignoret Cæsarea Majestas, penes Pontificiam sanctitatem esse jus & potestatem indicendi synodos, convocandi concilia: & Ecclesiæ controversias ipsius autoritat[i] & iudicio meritò subjici, nihil minus vult committere, quam ut jura sedis Romanæ convellat, cum, te omni reverentia & religione perpetuum amicum & defensorum ejus fore, non multò ante jurejando affirmaverit.

Sed intelligi tamen, ipsam cogere necessitatem, praetentia tempora & communem Ecclesiæ salutem requirere, & omnium bonorum votis unum hoc expeti & effigitari, neque ullam aliam viam, que pag. 333. recta, æqua, usitata & laudabilis sit, ostendi posse, quam ut vestra sanctitas suam autoritatem & jura conservet, & collapsa Ecclesia erigatur, afflita mentes piorum consolationem habeant, & veritas Evangelii Christi afferatur, quam convocata tali, de qua dixi, synodo.

Idcirco per Christum, & propter communem salutem omnixè petit à vestra sanctitate, ne in hoc amplissimo dignissimè que statu & officio suo, ovili Christi, voluntati & piorum votis, sapientum consilii, & suo honori atque nomini desit, & primo quoque tempore indicat concilium, commido loco, & omnino confidat, hoc remedium, quod multis jam seculis in usu fuit, divinitus & ab ipsis Apostolis monstratum, ut necessarium, ita apprimè utile fore: cum fieri non possit, ut tantæ controversiæ unius & alterius, vel etiam paucorum iudicis componantur, sed hoc in libero confessu præsidum & doctorum omnino fieri sit necesse.

Quod vero Cæsarea Majestas hoc tanto perè à sanctitate vestra contendit, non facit eo consilio, ut ipsis alioquin occupatissi-

qui, quibus incessit, exemplis & ratibus
impelli ac accendi.

Novit enim Christianos Principes esse
nutrios Ecclesie, constitutos defensores
gloriarum Dei, & severos vindices omnium,
quae in Deum, ejusque unigenitum filium
impiè & contumeliosè vel docentur & di-
cuntur, vel aguntur, constitutos.

Novit Constantium non minus tuenda
religione, quam politica administratione
& bellis fuisse occupatum, & cum perniti-
osi atque blasphemii errores in filium Dei ab
Atro sparsi essent, ad illos cognoscendos &
damnandos celebre, & divinum concilium
Niceæ convocasse, effecisseque, ut à sanctis
Episcopis & doctris Patribus monstrati er-
rores publica sententia damnarentur.

Novit Theodosium & Valentinianum
Imperatores etiam, ut alios omittam, tam
honorificis conventibus interfuisse, & o-
nnium liberè auditis sententiis, facto
publico decreto, ex Dei verbo errores
motos, damnatos, & gravia exempla in eo-
rum autores edita esse.

Novit denique, tales conventus & deli-
berationes sècè Ecclesie Dei, totius ter-
tarum orbi fructuosas & salutares fuisse:
neque ullo tempore aliter rectè veritatem
investigari, errores agnosci, discipli-
nam institui, vitia emendari, & periculosa
certamina tolli, quam legitimis conciliis
potuisse: neque videt, quo modo hoc tem-
pore recius, & moderiori ratione (non
enim violenta consilia in talibus negotiis
amplectitur) amissa tranquillitas posse
recuperari.

Idcirco omnino confidit, vestram san-
ctitatem suæ Majestatis monitioni & peti-
tioni, sicut & multorum piorum consiliis,
votis, & gemitibus datum esse locum,
& consensuram, ut primum hac via, qua
est honesta, moderata, & tolerabilis,
initia reconciliationis tententur. Neque
dubitat, quin aeternus Deus per Spiritum
suum haec consilia ad sui nominis gloriam
& Ecclesie Romanæ sedis, Imperioque
utilitatem, & longam quietem sit gubernaturus.

Ipse quoque Imperator sanctè promis-
tit, se vestre sanctitati, totique Imperio
semper potentia, consiliis, & autoritate
ad futurum, & juramenti sui memorem,
Pontificis sedis, Evangelicæ veritatis, & o-
mnium, qui Romano Imperio subsunt, pa-
tronum & defensorem fiduciem atque stre-
nuum fore. DIXL.

Responsio Clementis Pape.

Huic Clemens, qui & sapiens & elo-
quens erat, & ad hanc tantam causam pa-
tatus venerat, in hanc seruacionem, &

vocationem, & invenientiam mandatissi-
rum Principum exemplis, bono studio
Synodus flagitare: sed hac de re, in
qua plurimum est periculi Ecclesie, prior
esse mea debet deliberatio, & precipua au-
thoritas. Nam ut non disputem subtiliter
de inco jure, hoc constat, synodum Nicenæ
jussisse ad Romanum Episcopum deferri
controversias Ecclesiarum Occidentis, &
nostram sedem indicere Synodos.

Sapè igitur ante hoc tempus & tecum
ipse, & cum hoc Genutio & Farnesio, aliis-
que deliberavi, quomodo paci Ecclesie
sit consulendum: priusve in Synodo res di-
sputandæ ne sint, an potius tantum armis
opprimendi, qui discedunt à decretis & o-
pinionibus ante receptis. Qua de re cum
censeam, non indicendam esse Synodum,
initio peto, ne, mihi aut opibus Romanis
me sedis metuere, existimes.

Joannem vicesimum tertium, ajunt,
penitusque, quod Synodum Constanti-
ensem convocaverit, cum eum ex sum-
mo fastigio dejiceret. Ego vero ex-
pertus varias fortunæ vices, nuper ei-
jam captus, cogito, non solum honores
& potentiam, sed hanc ipsam vitam quo-
que esse fugacissimas umbras, & tran-
quillo animo cedam de hac statione, quan-
docunque me vel Deus, vel casus aliquis
inde abstrahet.

Deinde nec de opibus Romanis sedis
angor, quas aterribuit nobis Ludovicus
Caroli filius, & ut sanctus necessarios in gu-
bernatione habeamus, & ut simus tutio-
res contra subita latrocinia, sed velim, hac
farcina Romanum Episcopum levari, si
semper tales Imperatores haberemus, qua-
lem te esse video.

Non igitur synodum propter has statas pe-
cupititates fugio, neque moveor eo, quod
magni faciunt Jurisconsulti: valere debe-
re rerum judicatarum authoritatem, nec
antea decreta novis disputationibus lab-
efactanda esse. Ego enim, si paci, si poste-
ritati prodesset disputatio, nolle cam
prohibere, ac tantum ad publicam pacem
& salutem posteritatis sententia mea dicitur.
Est. Ostendam autem ex ipsis dogma-
tum generibus mei consilii causas.

Sunt dogmata partim non solù falsa, sed
etiam manifestè absurdâ, qualia sunt Ana-
baptistica: oportere facultates omium
communes esse: Magistratus, judicia, legiti-
mas penas, imperia, res prorsus à Deo da-
mnatas esse. Omnia fieri necessariò, etiam
scelerâ: Nullam esse libertatē humane vo-
luntatis: Renasci homines sine voce doctri-
nae, Enthusiasmis cogentibus repugnantem
voluntatem. Nuper etiam Samofatenica

opprimenda initia harum quæstionum, ac res pessimi exempli fuerit, de eis ullam admittere disputationem.

Sedit Constantinus Imperator, & præstigiatorem audire potuit hæc blasphemam dicentem in synodo: Pater est *απεσόνς*. Filius est *ἐυσέονς*, dissimilis est ergo Filius Patri. Quæ fuit hæc levitas, & potius impietas, tales voces audire? Té ne, Carole, existimem tam, non dico lenti, sed vecordem esse, ut fuit Constantin^o, ut sedes in synodo, non sine ingenti dolore & indignatione, talia sophismata audisurus sis.

Secunda classis est, ut ita dicam, dogma-ta inextricabilia. De his, cum tolli certamina non possint, melius fuerit, ea non agitari. Tales sunt quæstiones de adoratione panis, de oblatione, de sacramento Missæ.

Tertia classis est, dispensabília Pontificis auctoritate, ut laxatio votorum, concessio conjugii, emendatio superstitionis in cibis, vestitu, & similibus inceptis. De hac classe, cum res sint manifestæ, nihil opus est disputatione synodi.

Si Reges & Principes petent harum rerum moderationem: sedes Romana uno edicto harum rerum omnium *ἐπιτάχεια* edere poterit. Vclim & ipse tolli superstitionem, & morum vitia, que stultis legibus augentur, sed *ἀναγκαῖα*, fieri nolo. Petatur a Romanis ed emendatio, cui nolo adimi auctoritatem vetustæ Ecclesiæ sententiae ei aterributam.

His classibus dogmatum consideratis, causa cernuntur, quæ non sit convocanda Synodus.

Reliquum est igitur, ut Carole, armis pacem restitutas: Italia, dominatio eius armis, quieta est. Rex Galliarum oppressus, qui tecum non de Stoicis Paradoxis, aut Judæis superstitionibus Monachorum, sed de Imperio certavit: quanto facilius Germaniæ partem non magnam conno-sces, quæ in re & posteritatem intuciaris. Hujus sedis auctoritate extincta, sequetur *ἀναγκαῖα*, in qua & laxatio disciplinæ asseret barbariem in moribus & petulantiam ingeniorum gignet sine fine nova dogma-ta, & moram in hoc incendio perniciem esse, cogitato.

Hæc cum dixisset Pontifex, jubet Carolus, quia non decreverat à sua sententia discedere. Mercurinum refutare Pontificis orationem. Mercurinus itaque jussus dixit: Multas esse causas motas, quæ in superiorem seculorum suorum

gerat, interpellat Clemens Pontitex, torvitate vultus & vocis Tyannidem ostendens, & inquit: Quare tu mihi sic contradicere audes, & Dominum contra me incitas?

Placide, Mercurius, ut erat in eo summa gravitas, expono, inquit, mandata Domini mei Imperatoris, qui suo confilio, non ex aliorum prescripto hæc agit. Et tamen fateor, me quoque ipsius sententiam probare, & ei hortatorem esse, ut in sua sententia maneat. Quia maxime necessaria est universæ Ecclesiæ justa deliberatio piorum & doctorum de multis maximis causis.

Hic surgit ad dicendum Carolus ipse: Mirantur Principes, quid juvenis dicturus sit, & accentui audiunt omnes, sicutq; hæc gravissima orationis summa.

Oratio Caroli V. Cæs.

Agno co, me luvenem esse, & hujus Mercurini & aliorum sapientum consilii ui me fateor, & debere me sapientiores audire, judico, & de hac ipsa deliberatione, quam scio pertinere ad gloriam Dei, & ad salutem universi generis humanae, cum multis collocitus sum, qui excellunt sapientia, virtute & fide, qui sentiunt Ecclesiæ opus esse Synodo. Nec tu ignoras voluntates omnium sapientum A bonorum in tota Europa, qui assiduis gemitibus synodum flagitant talem, que recte gubernetur.

Quare cum te diu deliberata, & ait argumentis, quæ tu opponis, diligenter cogitatis, velim convocari Synodum: Scito, & Mercurinum, quæ dixit, meis mandatis dixisse, & me ab hac sententia, pag. 335. donec vivam, non recessurum esse. Tuum consilium speciosum & plausibile protanis videri potest: sed mecum & justum est, & Ecclesiæ convenientius, & si non impetratus, Deo juvante, spero, humano generi salutare futurum esse.

Nec illa terribili oratione tua abducor à sententia, quod non sit audienda disputatione absurdis & inextricabilibus. Nam nec omnia, quæ nunc disputantur, absurdæ sunt, nec sunt ullæ inextricabiles quæstiōnes in Ecclesia de rebus necessariis.

Audivi & ego, sepe Platonicum illud mihi dici: ut parentum deliria ferenda sunt: ita in civitatibus & religionibus virtus quædam dissimulanda esse. Modus est eius rei, & in Imperiis & in Ecclesia. Fundamentum certè in Ecclesia retineri oportet. Et hæc leges æternæ in Imperiis & Ecclesia retinendæ sunt, quæ prohibent i-

ctu cit. Nec tantum horum maiorum remendatio synodum requirit, sed universae doctrinæ integrum corpus colligendum est, quod una voce omnes gentes in omnibus templis sonent.

Scis enim, nunc de multis magnis rebus etiam in tuis castris dissenses clamores esse. Cum sparserit hæc ætas quædam absurdæ, opponat synodus illustria & firma testimonia, ut & hoc tempore, & in posterum minus decipientur homines, moniti argumentis à synodo ostensis.

Illa autem vox Pontifice indigna est, quod ait: Quædam inextricabilia esse. DEUS immensa bonitate se patefecit, & vult nos amplecti doctrinam, quam tradidit, quæ si esset ambigua, inanis sonus esset. Placet mihi autem & Theodosii consilium, qui jus sit in synodo queri & proferri testimonia sincerae vetustatis. Certè enim Ecclesiam doctrinæ libenter audio, ut Samson monuit: Si non arassetis vitula mea, non inveneritis.

De disputatione quam offers, quanto hæc fiet commodius in Synodo? Major enim erit gentium concordia, si simul omnes tales επιτίκειαν recipient. Et illo dicto Heroico delector: in communi periculo sit communis deliberatio. Nec defectatus sum meo officio, rebus cognitis.

Et ut cognitione ordine possit fieri, veterum Imperatorum exemplo adfuturus sum: & quantum potero, perficiam, ut haec leges justissimæ serventur. Utraque pars pariter audiatur, & sententia non Tyrannicis arbitriis ferantur, sed juxta leges videlicet juxta doctrinam, quam certum est à Deo traditam esse.

Nunc quod jubes, ut sine dijudicatio-ne, bona pariter & mala deleam, id nequaquam faciam. Nolo enim in Ecclesia tollere legitima judicia, & constituere tyrannidem. Declaravi autem antea non obscurè in bello, meam observantiam erga Ecclesiam, & erga sedem Romanam, & erga te, quam & deinceps præstabo.

Hac oratione audita, & Pontifex & omnes Principes ingenium & magnitudinem animi in Carolo mirati sunt. Ideo ne magis incenderetur Carolus, placide respondet Pontifex, se cum suo senatu rursus liberaturum esse.

Hæc Bononiensis actio ostendit, tunc quidem Caroli moderatam fuisse voluntatem, cui congruit & hoc, quod postea in conventu Augustano confessionem Ecclesiastum nostrarum sibi exhiberi jussit,

talius, & ab ipso assiduis votis petamus, ut nos in tantis confusionibus generis humani clementer gubernet & protegat, nec sinat nos implicari erroribus & ex Ecclesia in tenebras ruere.

Pervicit autem Bononiæ Fontifex tandem, ut Carolus promitteret, se primum amicis & pacificis rationibus Lutheranos ad obedientiam Romanæ Ecclesie reducendum, aut si pertinaciter recusarent, armis oppressurum esse.

Quo constituto, Cæsar die 21. Januarii, dimisis in Germaniam literis, Comitia ordinum Imperii, religionis & Turci bellum potissimum causa, Augustæ, die 8. Aprilis inchoanda, clementissimis verbis indicit. Quorum verborum summam ad religionis causam pertinentem, ne quid avidum lectorem remorati posset, de verbo ad verbum subjecere voluimus.

Fœderis inter Papam & Imperatorem Bononiæ facti, inter alia capita, hoc unum erat ex principiis:

Cæsar, & Ferdinandus, ut Hæretici in viam reducantur, operam danto, & Pontifex sacra remedia adhibeto. Quod si pertinaces persistent, Cæsar & Ferdinandus eos armis cogunto, & Pontifex, ut & ceteri Christiani Principes ipsos pro viribus juvent, operam dato.

Hoc magna cum fama pertrebuisset undique ita, ut rem in seditiones, bella, & homicidia desitaram esse, merueretur: hanc ad Ducem Fridericum Saxonicum Lutetum scribit Epistolam.

Gratiam & pacem in Christo, illustrissime Princeps, domine Clementissime. Cels. V. literas honorarias exhibuit nobis Gregorius Pontanus D. & C. V. voluntatem exposuit, cui vicissim nostram sententiam, ut potuimus invenire optimam scripto comprehensam tradidimus, V. C. reddendam, quæ ut clementer eam accipiat reverenter oramus.

Nam confœderationem ejusmodi nec probare: nec consulere in nostris conscientiis possumus, hanc quoque ob causam, quod procedente fœdere & bello forte sanguinolento, aliove infortunio exorto, etiam si cuperemus, nos inde extricare non possemus, & omnium illarum calamitatum intolerabilem moram ferre cogemur, ut decies potius mors nobis exoptanda esset, quam hæc conscientia sustinenda: quod Evangelium nostrum effusione sanguinis injustæ, & aliis malis publicis quæ nostra culpa accidissent, causam præbuerit, cum nostrum sit pati, ac ut Propheta inquit Psal. 106. 39. velut ex ore occisionis

potens est, & facile inveniunt mediae viae
salutares, quibus salva & incolamis C.
V. evadat: Ipse cogitationes Principum
impiorum irritas facere, eorumq; confilia
dissipare potest, ut inquit Psalmus 33. Nam
nos non dubitamus, quin hoc, quod jam
molitur animo Imperator, tantum sine
minz, & inanis terriculamenta Diaboli,
quæ aliquando ipsi adversariæ parti exi-
tio erunt, ut canit Psal. 7. Convertetur
labor ejus in caput ejus, & in verticem
ipsius iniurias ejus descendet. Vult au-
tem fidem nostram Christus (idque merita)
hinc terriculamentis probare, an se-
rio & ex animo verbum ipsius amplecta-
tur, & certam ac immotam veritatem eis
statuamus.

Nam si Christianis annumerari, & hære-
des vite æternæ esse volumus, non est,
quod fortunam nobis polliceari melie-
rem, quam qualis Christo, & omnibus san-
ctis obligit.

Omnino necessarium est Christi crucem
portari. At mundus eam non portare,
sed aliis imponere satagit. Nos igitur Chri-
stianos eam ferre eportet, ne ociosa jace-
at, aut nihil sit. Ac C. V. præclaræ & forti-
ter haecenam eam crucem, adversus sedi-
tionem & gravissimas tentationes, odia a-
amicorum, inimicorumq; infidias sustinuit,
& tamen semper DEUS clementissime V.
C. liberavit, & fortis ac ex celso animo cōfir-
mavit, nec ullis, solatiis animi & corporis
unquam destituit.

Mirabiliter etiam omnes clandestinos
conatus & laqueos Diaboli detexit, per-
rupit, ac confudit. Is deinceps quoque
nostræ saluti consulens modo credamus &
oremus.

Nos quidem certo scimus, ipso etiam te-
ste, quæ nobis haecenam manifesto auxilio
semper affuit, non nostram, sed ipsius Dei
cauam agi, quæ nostra est gloriatio &
consolatio maxima. Quare etiam hujus
sua cause, tanquam fidelis pater, patro-
ciniū suscepit, ut fateri nos oportet,
hanc causam nullo modo nostra sapientia
& viribus ita regi, defendi, & hoc usque
perdaci potuisse.

Quare supplex oro & moneo C. V. ut
bono, iotti, & intrepido animo sit in hoc
periculo. Nos Deo dante, precibus ad De-
um nostris plus obtinebimus, quam illi o-
mnibus minis & terriculamentis suis effi-
cient, modo manus nostræ à sanguine pu-
ras servennis.

Quod si, ut non spero, res cõ fortasse
deduceretur, ut ego & reliqui à Cæsare ei-
sumus.

Et hanc defendere debet, nec id facere
potest, sed unusquisq; fidem suam ipse pro-
ficeri ac defendere, nec alteries, sed suo
ipsius periculo, credere, aut non credere
debet, cum cõ res pervenerit, & summus
noster Magistratus Cæsar nos suppicio af-
ficere velit. Sed interea aquæ multæ deflu-
unt, & facile inveniet Deus consilium, ut
longe aliter res cadat, quam ipsi cogitant:
Christus Dominus & Consolator noster C.
V. confirmet & roboret, Amen.

Et ad erigendos multos abjecti animi, &
desperabundos Christianos, hanc cantio-
nem composuit: *Ein vogt Wurg ist unser
COn / ic.*

Prinsquam vero Elector Dux Fride-
richus ad Comitia Augustam concesserat,
has Lutherus exaravit ad Iustum Ionam
literas.

*Epistola D. Martini Lutheri ad
D. Iustum Ionam.*

S. Scriptit Princeps nobis, id est, tibi,
Pomerano, Philippo, & mihi coenunes li-
teras, ut una simus, & omnibus sepositis
aliis rebus, ante Dominicam futuram ab-
solvamus, quæ necessaria sunt ad Comi-
tia 8. Aprilis futura. Carolus enim Cæ-
sar ipse aderit Augustæ, amice compositu-
rus omnia, ut scribit in sua bulla. Quare ho-
die & cras licet absente te, faciemus nos
tres, quantum possumus: tamen & tuum
erit, ut Principis voluntati satisfiat, reje-
ctis in socios reliquos laboribus tuis, cras
te hic sistere nobiscum. Festinata enim
sunt omnia. Christus adspiret, ut omnia in
gloriam ejus fiant. Amen. Hora 12. 14.
Martii, anno 30.

Ex hac Epistola constare potest, ab his
quatuor 17. articulos, ex quibus postmo-
dum Augustana confessio surrexit, fuisse
compositos.

Ioannes, Dei gratia, Elector. pag. 337.

D. MARTINO LVTHERO.

S. Reverende & doctissime, nobis dile-
cte & devote: postquam vos, & alii nostri
Theologi VVitebergæ, nobis clementer
mandantibus & pertinentibus, articulos de
religione nostra controversos, scripto
brevi delineastis, non volumus voscelare,
jam M. Philippum Melanthonem denuo-
cos hic Augustæ revidisse, & in formam re-
degisse, quam vobis unammittimus. Et cle-
menter petimus, ut eosdem articulos accu-
ratis revidere, & expendere non gravem-
ni. Et sive ita, ut scripti sunt, vobis place-
bunt, sive addendum aligni aut adiun-
ci.

celare, a nobis, qui Omponte iam in Cæsar's aula degunt, inter cætera ad nos scribi: Decretum esse in aula Cæsar's, ut de intermittendis in Templo concionibus, quas nunc inchoavimus, sub adventum Cæsar's nobiscum agatur. Etsi autem, quid in hoc casu nobis agendum sit, antea cogitavimus: temen vestram sententiam de his postulatis, quæ nobis propositum iri existimantur, cognoscere cupimus, ut conscientia nostra coram Deo recte in hac causa faciat. Id officium vestrum nobis pergratum erit. Datum Augustæ die Mercurii post Iubilate II. Maji.

De intermittendis concionibus postea plura.

Confessio Doctrina Fidei Christianæ, per D. Martinum Lutherum Septendecim articulis comprehensa.

I. Quod constanter & magno consensu apud nos doceatur, unicum solum esse verum DEUM, Creatorem Cœli & terræ, ita, ut in hac unica, vera, divina essentia tres sint distinctæ personæ, videlicet Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus Sanctus. Et quod Filius à Patre natus ab æterno, sit verè & natura Deus cum Patre, & quod Spiritus Sanctus procedat à Patre & Filio, sicut hæc omnia per Scripturam clarissimè & firmissimè demonstrari possunt. Joan. 1. In Principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat illud Verbum, omnia per ipsum facta sunt. Matth. 28. Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii, & Spiritus Sancti, & plura similia dicta, præcipue in Evangelio Ioannis.

II. Quod solus Filius Dei verus homo factus sit, conceptus de Spiritu sancto, natus ex Maria Virgine perfectus homo, corpore atq; animo constans, & non Pater, vel Spiritus Sanctus homo factus sit, ut Hæretici Patropassiani finixerunt, & quod Filius non tantum corpus absq; anima assumserit, ut Apollinarius erravit. Nam Christus ipse in Evangelio s̄epe meminit animæ suæ, cum inquit: Tristis est anima mea usque ad mortem. Quod autem Deus Filius homo factus sit, Ioa. 1. clarè his verbis scriptum est, Verbum caro factum est, & Gal. 4. ubi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum, natum ex muliere.

III. Quod filius Dei, verus Deus & homo Iesus Christus, sit una indissolubilis persona, pro nobis hominibus passus, crucifixus, mortuus, sepultus: tertia die à morte

resurrexit, non quasi inseparabilis una persona sint, credendū ac docendū est, qvod Deus & homo, vel Dei filius verè pro nobis passus sit, ut Paulus Rom. 8. inquit: Deus proprio suo filio nō pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum, 1. Cor. 2. Si cognovissent Dominum gloriæ, non crucificissent eum. Et similia dicta plura.

IV. Qvod peccatum originis vere sit peccatum, & non solum imbecillitas vel desensus, sed tale peccatum, qvod omnes homines ab Adam propagatos condemnat, & à Deo in perpetuū separat, nisi Christus pro nobis intercedens, hoc peccatum, cum ceteris inde profluentibus, in se derivatum passione sua expiasset, & penitus sublatum in seipso deleisset, ut Psal. 51. & Rom. 5. de hoc peccato clare scribitur.

V. Cum igitur omnes homines peccatores sint, peccato, morti, ac Diabolo obnoxii, impossibile est, hominem suis viribus aut bonis operibus se inde liberare, & coram Deo justificari: imo ne quidem se preparare, aut applicare potest ad justitiam, sed qvo plura suscipit, ut se ipse inde liberet, eo peius sibi consulit.

Unicum vero medium est consevenda iusticiæ, ac liberationis à peccato & morte, sine omni merito & opere nostro, credere in filium Dei pro nobis passum, &c. Hæc fides est nostra iustitia. Nam Deus iustos, innocentes, & sanctos reputat atque censet, & remissionem peccatorum ac vita æterna donat omnes illos, qui hanc fidem in Filium ipsius habent, qvod propter filium in gratiam recipiantur, ac filii Dei sint: sicut hæc omnia S. Paulus & Joannes in scriptis opulerter docent, Joan. 3. ut omnis, qui credit in Filium, non pereat, sed habeat vitam æternam.

VI. Qvod hæc fides non sit humanum opus, nec propriis viribus eam conseqvī quisquam possit, sed Dei opus & donū est, qvod Spiritus Sanctus per Christum donatus in nobis operatur. Et hæc fides cum non inanis & falsa persuasio cordis sit, ut hypocritæ habent, sed efficax, nova & vivæ res, multos fructus & opera bona profert erga Deum, laudando, gratias agendo, invocando, docendo, prædicando, proximum diligendo, juvando, consilio, opera, eleemosynis, mutationibus, & adversa tolerando usq; ad mortem.

VII. Ut hanc fidem consevamur, institutum est à Deo ministerium docendi Evangelii. Nam per Evangelium Deus hanc fidem, ejusque efficaciam, fructus, & commodity nobis annunciat: sicut & per Evan-

quantumvis sancte & bonae videantur, mea mendacia & errores sunt.

VIII. Huic prædicationi verbi adjunxit Deus externa signa, quæ Sacra menta nominantur, videlicet Baptismum & Eucharistiam, per quæ etiam unam cum verbo Dei fidem, & spiritum suum exhibet, & confirmat omnes ad se confugientes.

IX. Quod Baptismus primum signum seu sacramentum in duabus rebus consistat nempe aqua & verbo Dei, seu ut aqua baptizentur homines, & verbum Dei una pronuncietur. Nec tantum est vulgaris aqua in baptismō, (sicut Baptismi blasphematores jam docent) sed cum verbum Dei a quo adjunctum sit, & Baptismus in verbo Dei fundetur, sancta, vivifica, & efficax abundantia est, ac ut Paulus Tit. 3. & Ephes. 5. scribit: Lavacrum regenerationis, ac renovationis Spiritus sancti. Et quod Baptismus etiam infantibus porrigi & communicari debeat. Verbam autem Dei, quo fundatur Baptismus, Mat. 28. extat: Euntes baptizate in nomine Patris, Filii & Spiritus sancti, Marc. 16. Quisquis erediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit.

X. Quod in Eucharistia seu sacramento Altaris, etiam verè præsens sit in pane & vino verum corpus ac sanguis Christi, secundum verba: Hoc est corpus meum, Hic est sanguis meus. Nec tantum sic panis & vinum, ut nunc quidam adversarii contendunt. Flagitant etiam hæc verba, & confessunt fidem, & exsuscitant eam in omnibus qui hoc sacramentum serio petunt, nec contra illud agunt, sicut & Baptismus, cum petitur, fidem affert & largitur.

XI. Quod confessio privata non sit legibus extorquenda, sicut nec Baptismus, Coena, & Evangelium vi extorqueri debent: sed sit libera, ira tamen, ut sciamus, quam sit salutaris ac necessaria afflictio cōscientiis, propter absolutionem, hoc est, verbum & judicium Dei, quod in ea pronuntiatur, quo conscientia à peccatis liberatur, & pacata & tranquilla efficitur. Quod etiam non necessarium sit omnia peccata enumerare, sed illa tantum indicari possunt, quibus cor maximè angitur & mordetur.

XII. Quod una sancta catholica Ecclesia in terris sit, & maneat usque ad finem mundi, sicut Christus inquit Matth. 28. Ecce ego sum vobis cum usque ad consummationem mundi. Est autem hæc Ecclesia nihil aliud, quam Credentes in Christum, qui predictos articulos verè fide servant & profitentur, & propterea in mundo persecutiur, & mortui.

XIII. Quod Dominus Jesus Christus in novissimo die venturus sit ad judicandum vivos & mortuos, ut credentes ab omni malo liberatos vita æternâ donet; incredulos verò atque impios penitentia afficiat, & cum diabolis in inferno æternis cruciatus puniat.

XIV. Quod interea, donec Dominus ad judicium veniat, & omnem potestatem ac dominationem abroget, Magistratus politicus honore affici, & obedientia ipsi prælati debeat, velut status a Deo ipso ordinatus, ad defendendos bonos & coercendos malos.

Quod in tali statu Christianus legitimè vocatus, absque periculo jactura fidei ac salutis animæ, bene vivere & servire Deo possit.

XV. Ex his omnibus sequitur, doctrinam, qua sacerdotibus & Ecclesiasticis cōjugium & usus carnium prohibetur, cum tota vita ac votis Monachorum, (cum pœna Dei gratia & salus animæ impediatur, nec libera permittatur) impian & diabolicalam esse, ut Paulus 1. Tim. 4. eam nominat, cum solus Christus unica via sit ad gratiam, & animarum salutem.

XVI. Quod præ omnibus cæteris abominationibus, Missa, quæ hactenus sacrificium & bonum opus judicata fuit, quo alteri gratia Dei & salus impetratur, abroganda sit: & loco illius, divina ordinatio distribuendi Sacramentum corporis & sanguinis Christi sub utraqve specie, cui libet ad fidei sui propriæ confirmationem, & propriam consolationem cuique necessariam, celebretur,

XVII. Quod ceremoniae Ecclesiastice pugnantes cum verbo Dei, abolendæ sint, cæteræ autem liberæ permittantur, ut iis vel utamur, vel non utamur, secundum normam dilectionis, ne leviter absq; gravi causa scandalum alteri præbeatur, & communis pax sine necessitate turbetur.

Hos articulos Philippus postea Auguste accuratius retexuit, ac eos Luthero insciendos & emendandos misit, ut ex Eleitoris & Philippi literis, historiæ insertis, fatis liqueret.

Interim Imperator per legationem meam Principem Electorem, de Oeniponte, ut ad gremium matris Ecclesie se recipiat, & novitatem doctrinæ valedicat. Quod si huic sit obtemperatus, ipsum Monachii coveniant vel ipsi emet, vel ejus legati, si vero secus, illi diræ intententur minas.

Cum autem omnes Electores, Principes, & Imperii ordines, longe remoto Gal-

ipcientes, ita tunc ex equis suis decenderat
ac Cæs. Maiestati obviam euntes, petere ab
ea in animo habuerunt, ne ex e quo descé-
deret : sed Cæsar. Maiestas hoc animad-
vertens, cum Fratre Ferdinando, Ungariæ
& Bohemiæ Rege, ephippia & stapedes sta-
tim reliquit, & prius quam principes ad se
venirent, in terram defiliit.

Post oblatam utrinque salutem, & ami-
cas consertas dextras, Archiepiscopus Mo-
guntinus Cæs. Mai. hac ratione excipit:
Invi&tissime potentissimeque Cæsar, sem-
per Augustæ, domine clementissime, do-
mini fratres, amici ac patruelæ mei, Elec-
tores, Principes, Prælati, Comites, & alii
sacri Romani Imp. ordinæ præsentes, ac
absentium legati, & ego Cæs. Maiest. V.
literis ad comitia Augustæ celebranda evo-
cati, Cæs. Maiest. V. domino nostro clemē-
tissimo, de felici in Nationis Germanicæ
Romanum Imperium reditu, summopere
gratulamur, ac debita reverentia & subje-
ctione eam excipientes, à Deo petimus, ut
C. M. V. accepto nunc diademate Imp. diu
& feliciter Rom. Imp. præsit, ac pacificè sin-
gula administret. Fore enim speramus, ut
Deo juvante & cooperante, omnia Maiest.
V. facta in nominis divini gloriam, Vestre
Maiestatis honorem, & Germanicæ natio-
nis salutem, cedant. Nos etiam, cum simus
sacri Romani Imperii membra, omnem
nostram operam, studium & diligentiam
Cæs. Maiest. V. offerimus, in agendis & ef-
ficiendis omnibus, de quibus in his comi-
tiis deliberationes instituentur, quæque ad
nominis divini gloriam, vestre Maiestatis
honorem, & Germanicæ nationis emolu-
mentum cessura videbuntur, V. Cæs. Mai.
domini nostri clementissimi, clementissi-
mæ tutelæ ac defensioni nos subjectissimè
commendantes.

Hac oratione Imperator, natura mitis
& humanus, valde delectatus fuisse dici-
tur, ac re cum fratre Ferdinando & Fride-
rico Palatino communicata, Electori-
bus, Principibus & Imperii ordinibus
per prænominationem Fridericum respondit,
ut sequitur.

*Friderici Palatini ad Archiepi-
scopi Moguntini orationem, nomine
Cæs. M. data, responsio.*

Romana Cæs. Maiestas, dominus meus
elementissimus, Electorum, Principum, &
sacri Romani Imperii ordinum orationem
qua ei de diadematæ Bononiæ accepto gra-
tulati, & ad Imperii administrationem diu-
turnæ vitæ spaciū, incolumentem, & fe-
licissima quæ: precati sunt, elementissimè

Romanorum Imperatorem electus, &
nunc inauguratione Bononiensi confirma-
tus, re ipsa experiatur, Electores, Princi-
pes, Prælatos, Comites, & alios sancti Im-
peri ordines, præsentes & absentium le-
gatos, Maiestatis ejus literis inductionis ad
Comitia evocatos, tanto numero, tantaqve
freqventia subiectissimè convenisse & com-
paruisse, Majestas ejus ob id summopere
lætatur, & clementissimè afficitur, ac cum
Electoribus, Principibus & Imperii or-
dinibus, ea præcipue seriò ac diligenter a-
gere decrevit, quæ ad omnipotentis DEI
gloriam, omnium Christianorum salutem
& incolumentem, Germanicæ nationis
utilitatem & commodum, ac præcipue
ad Turcam debellandum & profligandum
facere videbuntur, quibus mediis, qvæ
via errores & dissensiones in religione tol-
li, ac publica pax & tranquillitas per sacri
Romani Imperii fines fieri ac constitui
possit, diligentes rationes initura, easpe,
DEUM eiusmodi conatibus adsuturum,
eosque suo consilio gubernaturum ac
promoturum esse. Nunc verò Cæsarea
Majestas progredi, & civitatem ingredi
cupit.

Non procul à civitate, Joachimus Elec-
tor Brandenburgicus, Pontificium Legatum,
nomine Episcoporum & spiritualium Prin-
cipum, cum ex iis nemo hoc præstare
posset, oratione latina tam gravi, erudi-
ta, & splendida exceptit, ut non tan-
tum omnes Spirituales Principes tales
facundiam summoperè fuerint admirati:
verum etiam Carolus Imperator ipse in
hæc verba eruperit: Eruditionis & fa-
cundie laudem huic Principi Electorinc-
quaque detrahi posse, ac Spiritualium
Principum negligentiam meritò cul-
pandam esse & improbandam, quod co-
rum cogerentur esse discipuli, quos ipsi
erudire meritò deberent. Igitur ut im-
postorum perdiscendis literis plus temporis
tribuant, se monere, nisi ii velint videri, qui
officio neutiquam satisfaciant.

Hoc modo exceptus Legatus, statim ac-
currit, ut Cæs. Maiest. Augustam ingredi-
tis latus alterutrum clauderet: sed Elec-
tores & Principes neutiquam concedere vo-
luerunt, ut Imperator vel cum prænomi-
nato Legato, vel cum fratre Ferdinando,
Ungariæ & Bohemiæ Rege, ingredetur,
sed, ut solus equitaret, rogârunt.

Pontificiæ factionis antesignanis rem
totam pro libitu administrantibus, mona-
chi decretum fuit, ne C. M. prius, quam ipsa
corporis Christi vigilia adventaret, Augu-
stam inprederetur, hunc tantum in fine,

tualibus, & processione concelebranda, in universum, morem gerere & obedire cog-
ratur: neq; cur C.M. editio audiētes esse, &
obtemperare non possunt, & qvās ob causas
ab Ecclesia Romana secessionem face-
rent, qvicquam, qvod prætenderent, ha-
berent.

Postquam urb m ingressus esset Cæsar,
& templum invisiſſet, Electores & Princi-
pes eum subjeſſime ſunt conitati, & ex
templo domum petentem longo ordine
ſecuti. Sed Joanni Duci Electori Saxoniz,
Georgio Marchioni Brandenburgico, Erne-
ſto Duci Linzburghensi, Philippo Comiti
Provinciali Halliz, & Guelfango Prin-
cipi Anhaldino, omnibus aliis domum
euntibus, à Cæſ Maj. injunctum fuīt, ut
tantisper expetarent, & commoraren-
tur, donec de Cæſ. Majest. animo & ſen-
tentia cognoverent: interea Imperator,
re cum Ungaria & Bohemia Rege Ferdi-
nando, & aliis confiolorum arcanorum con-
ſciis, conuicata. Pincipibus pro eltan-
tibus ea ſigillata iuſſi: qvæ paucis com-
prehensa ſequuntur.

*Primum Cæſ. Majest. poſtula-
tum, statim poſt ingressum Princeps Pro-
teſtantibus per Regem Ferdinandum
poſtitum propositum.*

Illustrissime Princeps, Elector Saxoniz,
exte iō; in religione conjuncti Principes,
C.M. ut antea Oeniponte, ita hic Auguste
quoque certior facta eſt, vos conciones ve-
ſtras nondum abrogāſe, ſed concionatores
& verbi ministros in publicis locis popu-
lum docere cum vere per conat̄is ejus mo-
di omnis generis impedimenta reliquias ne-
gotiis fuſcipiendis, tractandis & expedien-
dis objici p̄fiant, poſtulat C.M. & mandat
ſevere, at conciones veſtras primo quoque
tempore ſuspendari & abrogari.

Secundo, cum cratino die ſeſtum cor-
poris Christi fit celebrandum. Et C.M. p̄-
pam proceſſionis, de more, per urbem du-
cere in animo habeat, Majest. ipſius clementi-
tissime reqvirit, ut Majorum veſtrorum ex-
emplo, in honorem Dei, ejusmodi proceſſionis
interesse velitis, eamque præſentia ve-
ſtra ornare atque perfidere.

His auditis, Elector Saxoniz, & reliqui
in religione conjuncti Principes, per Georgium
Brandenburgicum responderunt:

Inviſſimè Imperator, ſemper Auguste,
domine clementissime: Elector Saxoniz,
& alii principes Evangelicam doctrinam
amplexi, Veſtræ Maj. poſtulatum, per Fer-
dinandum, Ungari & Bohemiz Regem,
dominum nostrum clementissimum, pro-
poſitum ſubjetiſſime audiverunt, ac toto
tempore diligenter perfidere.

the lauri uotri, ac veræ coniurationis pra-
dicationem & propagationem prohibe-
amus & abrogemus: igitur à C.M.V. re-
verenter petimus, ne ejusmodi poſtulatis,
qvibus bona conſcientia aſſentiri non po-
ſumus, conſcientias noſtras oneret & pre-
gravet, ac nominis divini g'oriā, literā ū
indictionis ſententiam atq; ſummaria, ac de-
mique Electoris, & aliorum Principum in-
evitabilem neceſſitatem diligenter conſi-
derando, nobis clementiſſime parcat.
Qod ſi in aliis rebus Majest. Vcſtræ grati-
ficari poterimus, nihil non facturi ſumus,
qvo C.M.V. animi noſtri debitam obedien-
tiam & ſubjectionem nos declarare poſſe,
ſperaverimus.

Hec cum nomine ſociorum fuorum Ge-
orgius Brandenburgicus pertoſſet, Imper.
per Ungari & Bohemiz Regem Ferdinan-
dum, ſecunda vice proposuit, Majest. Si am
nec velle nec poſſe de poſtulato & manda-
to ſuo qvicquam mutare aut remittere: igit-
tur, ut pluitib. rem agant, minime neceſſe
eſt. Nam propositam ſententiam immota
& firmam ſtare, ac ab ea diſcedere C. Maj.
neq; quam velle. Igitur ego qvoq; mo-
neō & adhortor vos, ſubjecit Ferdinandus,
ut Cæſ. Majest. hac in te gratificemini, &
morem geratis, nihil enim vos obtenturos
eſt certo certius ſcio.

Hec cum audirent Principes Protestan-
tes, per Georgium Brandenburgicum, nau-
tis in medium adductis argumentis, & ex-
poſitis rationibus, cur Cæſ. Majest. poſtu-
lato bona conſcientia aſſentiri non poſſent
nec ſententiam mutare, bonam ipem ſe
concipere, dixerunt forte, ut, cum Concio-
natores ſui p̄tate verbū Dei nihil doceāt
nec materias diſputabiles, aut ſeditionibus
excitandis idoneas, pro concione populo
proponant, ac ea potifimum de cauſa
comitia ſint indicta, ut totius rei contro-
verſia audiatur, definiatur, & compo-
natur, nec ullius erroris ſint convicti, in
exposita excuſatione Cæſ. M. clementiſſi-
mè acqvieſcat.

Ferdinando verò omnes preces irritas,
& nihil momenti apud Cæſaream Majesta-
tem habituras eſſe, dicente, Georgius Mar-
chio Brandenburgiſ ſio zelo excande-
ſens, & animo conſtantii ac intrepido ma-
num collo admovens, inter cetera dixi:
malle ſe, flexis coram Cæſarca Majestate
genibus, ſpiculatori cervicem feriendā ſta-
tim præbere, quam Deum & ſacrosanctum
ipſius Evangelium abnegare, & falſam ac
erroneam doctrinam recipere atq; proba-
re. Qua voce audita, Imperator placidiſſi-
mè respondit, nichil Kopp af! nichil Kopp
af! non hoc agi, ut cuiquam vita eripiatur:

quam remitteret aut mutaret, Principes Protestantes, precibus & orationibus suis nihil obtinentes, vix tandem deliberandi spaciam impetrarunt, ut postero die, qui memorie corporis Christi dicat⁹ fuit, hora sexta antemeridiana, quid sui animi & sententiae de negotio illo esset, dilucide ac disserit C. M. exponerent, ac significarent.

Hæc inter Cæs. Majest. & Principes Protestantes instituta actio, in multam fuit protracta noctem, ita, ut Dux Elector Saxonie, cæterique Principes Evangelici, admodum serò in sua hospitia reverterentur. Qui licet inter decimam & undecimam pomeridianam domum rediissent: tamen Imperator, missis aliquibus consiliariis, denuo ab Electore Saxonie, & conjunctis in religione Principibus seriò postulavit, ut postero die conciones intermitterent, & abrogarent, ac processioni interessent.

Sed Principes Protestantes, ut qui, de his rebus Cæs. Majest. parum constare, & tantum ex sacrificiorum & monachorum instinctu ea fieri, intelligerent, nullum aliud responsum Legatis dederunt, quam quod, se ea facturos esse, dicerent, quæ discedentes Cæs. Majest. polliciti fuissent. Igitur se nunc membra sua quieti daturos, Deoqve totius negotii gubernationem commendaturos, bonam spem concipere, posterum diem consilium quoque in promtu habiturum esse.

Quæ ipso Corporis Christi die, qui decimus & sextus Ianii fuit, in causa religionis acta sint.

Postero die, qui fuit memorie corporis Christi sacer, ad horam colloquio destinata, Dux Saxonie Joannes Fridericus, de voluntate & mandato celsitudinis suæ Patris, Ducis Electoris Joannis, ex ingressu serotino, & cena in multam noctem protracta, incommodius valentis, Georgius Brandenburgicus, Ernestus Dux Luneburgensis, Philippus Hassia Landgravius, & Wolfgangus Princeps Anhaldinus, in palatio Cæs. Majest. præstò fuerunt, cur ejusmodi postulatis bona conscientia assentiri, conciones abrogare, & processioni interesse non possent, rationes reddituri.

Cum igitur à Cæsare, ut audirentur, impetrassent, Majest. ipsius, presente Ungaria & Bohemia Rege Ferdinando, Palatino, & Episcopo Spirensi, per Georgium Brandenburgicum ordine exponunt: intellectissime postulata iustu C. M. hesterno vesperi proposita, quibus quidem assentiri, morem gerere, & parere libertissime & subjectissime curarent, nisi gravibus quaerantur su-

trato, in hanc clementiam verba recerunt.

Causæ, ob quas Principes Protestantes in Fœsto corporis Christi interesse processioni non possint.

Ne Cæs. Majestas miretur, cur toties votati & invitati, cōparere tamen, & processioni interesse non possumus, causas ejus rei quas habemus gravissimas & evidentissimas, paucis recensere, & ordine exponere constituimus.

Primum autem non tam imperitis sumus rerum omnium, ut, nos debitum officium Cæs. Majestati sine omni conscientia nostræ læsione hac in re præstare posse, ignoramus. Sed quia eò spectat Majestatis mandatum, ut hanc processionem, tāquam cultum divinum, nostra præsentia approbemus, & stabiliamus, nec nos tamen, ullo in loco scriptorum Propheticorum & Apostolicorum præceptum id esse & mandatum à Christo, sciamus, ejusmodi postulatis bona conscientia assentiri nullo modo possumus.

Deinde cum omnibus sanis, eruditis, & dextre judicare volentibus constet, necnulla vel disputatione vel probatione egeat, Sacramanti veri corporis & sanguinis Christi integrum, & non mutilatum usum à Testamento ipso, in sacris literis præscriptum & institutum esse, grave futurum nostris conscientiis, existimamus, si quæ circumfertur, alterutram partem tantum, corpus scil. Christi mandato non adversari & contrarium esse, nostris quasi suffragis affirmamus, id qvad etiam ex fidei nostræ confessione Vestræ Majest. paulò post exhibenda, abunde sati liquebit, & apparebit.

Quæ enim esset, non dicimus incōsiderata levitas, sed insignis temeritas, impudenter, & desperata audacia, ea, quæ sunt humana intructa & constituta autoritate, Dei mandatis & præceptis præferre, & in Ecclesia cultus divini rationem habere, impudenter affirmare, cum scriptum sit: Frustra colunt mandatis hominum.

Eiusmodi igitur humanas constitutiones impias, & cum verbo Dei, Christique mandatis aperte pugnantes, tantum absit, ut nostro consensu approbemus & stabiliamus, ut, omne genus talium absurdarum & impiarum traditionum penitus ex Ecclesia ejiciendum, & procul exterminandam esse, uno ore & communis consensu affirmare non dubitemus, ne, quæ sana sunt & pura Ecclesiæ membra reliqua, eodem quoque veneno tam pestifero lethaliqve inficiantur & contaminentur.

runt, nos non tantum posituros speci atque fiducie in Deum, qua confisi, Cæs. Majest. toties & tam serio nos vocanti, obtremperare & obedire recusaremus, ignorantes, Deo maiorem, quam hominibus obedientiam nos debere.

Si autem Cæsareo mandato pareremus, atque presentia nostra processionem comprobaremus, facturum id multum, & plurimum habiturum momenti ubique locatum, ad elevandam & extenuandam religionis nostræ & verbi divini autoritatem, ut qui nostra presentia processionem, & theatricam illam corporis Christi circumgestioem comprobare & stabilire non essemus veriti, pugnarem aperte & ex diametro, non tantum cum manifesto verbo Dei, verum etiam cum nostræ partis concessionibus, & ceremoniis in Ecclesiis nostris receptis atq; usitatis, esetq; hæc futura cōmodissima, & optatissima illis occasio, insimulandi nos παλαιώδιας cuiusdam taz-

pag. 342. citz, & ad vituperationem lata & expedita illis eset strata via, id quod ipsos magno affectum eset gudio & voluptate, modò tantum cause & occasionis, pro diminuenda & elevanda Evangelii & verbi divini autoritate, habere & obtinere possent.

Nisi enim hoc clandestinis machinationibus & sycophanticis consiliis eset effatum, Cæsarea Majestas nos, ut processioni interesseraus, nequaquam cogeret, sed ut aliis Electorib. & Principibus, ejus rei facultatem liberam nobis relinqueret. Quas suspiciones Cæs. Majest. ingressus nonihil auget, & quodammodo confirmat, qui in ipsa corporis Christi vigilia adventare, & Augustam ingredi fuit coatus, in hunc tantum finem, ut Processionem, multis iam annis collapsam, abolitam & sublatam sua presentia & autoritate vicissim instauraret, restituerat, confirmaret, & stabiliteret, cum pars adversaria bonam spem conciperet, fore, ut hac ratione restituta, facile deinde duraret & valeret per multa secula, si illa eset verbo divino & Evangelice veritati analoga & consentiens, siue eam prorsus op. pugnaret, & funditus delereret, atque eviceret.

Igitur obscurum esse nemini potest, per quos sit effectum, quod C.M. ipsa corporis Christi vigilia Augustam ingredi vellet, cuius per totum diem & solis æstim maximum, & pulveris molestiam summam sustinere cogeretur, ipsiusq; ingressus in multam protraheretur & duraret noctem. Nechz̄t præstisſe & sustinuisse sufficiebat sed oportebat, ut plus accederet oneris & molestie. Cum enim in hospitium serio venimus, Cæs. Majest. postulatis

conclaves abrogaremus, & processionem concelebraremus, serio injunxit.

Causa ob quas Elector Saxonia, & conjuncti in religione Principes, conlocnes suas suspendere & abrogare non possint.

Deinde, cum Cæs. Majest. V. serio postulat, ut nostras suspendemus & abrogaremus conclusiones; de voluntate & consilio in religione conjunctorum Principum, V. Cæs. Majestati respondeo: Nos Dei beneficio, certò scire, & indubitate credere atque statuere, doctrinam, quam profitemur, in scriptis Propheticis & Apostolicis fundatam, & symbolis in Ecclesia receptis analogam & conformem esse.

Igitur eā tacēdo revocare aut abnegare neq; possumus neq; debemus, nisi hominum quā Dei, mādata pluris & majoris facere, illaq; his, ad summam nominis nostri infamiam, & æternum animarum diuinum, præferre velimus, quod Deus clementissime prohibeat & avertat.

Secundò, doctrinam nostram neque hereticam neq; editiosam: sed multis non annis, per totum penè orbem terrenū propagatam ac disseminatam, nec ab ulla refutatam esse, omnibus constat, & in confessio est, atq; eam Christiani Magistratus, omniumque ordinum autoritatem potius conservare & augere, quam imminuere & elevare, nemo, ut opinamur, ioficiis ire poterit: ac ut ex ea homines improbam suam vitam emendarent, & meliorem vivendi rationem inirent, non deteriores evaderent, ex animo optaremus.

Tertiò, cum in aliis Imperii Comitiis, nunc aliquoties celebratis, concessionum nostrarum cursus nunquam sit impeditus aut inhibitus: certè nunc temporis satis mirari non possumus, quibus causis Cæs. M. V. adducta, earum abrogationem tam severè, ac tam sapè urgeat. Sed ut ista se se habeant, facile colligere & conjectura affici possumus, quinam hujus rei sint autores, & quorum consilio & instinctu (id quod Deo justissimo judici dijudicandum relinquisimus) hæc omnia fiant & agantur.

Igitur nos in religione conjuncti Principes, V. Cæs. Majestat, clementissime tutæ ac protectioni nos subjectissime commendantes, petimus & oramus, ne C. M. V. in causa, ad nominis divini gloriam, & animarum nostrarum salutem spectante ac pertinente, conscientias nostras ejusmodi postulatis prægravet, & oneret.

Huc usque cum principum Protestantium nomine nerorasset Georgius Branden-

Invi^tisime Imperator, domine clementissime, his, de Electoris Saxonie, & aliorum Evangelicorum Principum causa, di^tis, summa necessitate coactus facere non possum, quin Cæs. Majest. V. animi mei sententiam pluribus dicam, & aperiam. C. Majest. V. ignorare non potest, quæ mea erga domum Austriacam extensum merita, quæ in omni obsequiorum genere fides atque constantia, quæ in subeundis periculis animi fortitudo, ita, ut non solum opibus & facultatibus, verum etiam vita ipsa & fortunis omnibus in discrimen positis, debet tam obedientiam ei præstare studuerim, cujus rei omnes mihi testimonium perhibere coguntur, ut interim taceam majorū mortuum, piæ memorie, egregia facinora, operam atq; fidem, quæ Cæs. Majest. V. antecessoribus, in bellis Austriacis & Ungaricis, declararunt. Illorum majorum meorum laudata exempla ego quoque imitatus Cæs. Majest. V. promitto, atque polliceor, nec in posterum ulla in re meos cognatus domini Austriacæ, ac V.C.M. defutatos esse, modo in causa religionis nihil, quod contra Deum ejusq; verbum est, statuere & approbare cogar.

Hæc omnia, ut C. M. V. clementissime consideret ac perpendat, subjectissime rogo, nec ullis adversariorum calumniis & delationibus fidem adhibens, se contra me instigari patiatur. In hac causa enim ad DEUM pertinente, immutabili mandato divino, decretis ac postulatis ejusmodi adversari & repugnare cogor, quæcunque etiam sequantur & immineant pericula, cum scriptum sit: Deo magis obditæ, quam hominibus.

Idcirco propter confessionem doctrinæ quam scio esse vocem filii Dei, & imminutam atque æternam veritatem, non recuso ulla pericula, ne quidem capit, quæ veram religionem amplectentibus denunciata & proposita esse audio.

Hæc cum, & suo, & reliquorum Evangelicorum Principum nomine, Georgius Brandenburgicus perorasset, Imperator, recum Rege Ferdinando, Friderico Palatino, Episcopo Spirensi & Cononicensi, preposito Waltkirchensi, & Marchione Achaverensi, communicata, per Fridericum Palatinum respondet, se ex multis, iisque gravibus causis, de suo Preposito nihil mutare aut remittere posse, igitur ne quid Principes Protestantes desiderare queant, aut animæ nutrimento & pabulo destituantur, cum hoc propriè ad se spectet, & sui sit officii, constitutum nonnullos, qui verbum Dei pro-

cultum divinum, ipso tum prætentia omniaturos esse.

Hoc audito, Principes Protestantes tursum à Cæs. Majestate precibus, quibus poterant, subiectissime contendebant, ne ejusmodi postulatis, quibus assentiri non possent, ipsorum pregravaret & oneraret conscientias. Quod enim processioni, quæ madinum Cæsar. Majestas postulasset, sine gravi conscientiae vulnere, interesse non possent, se abunde satis quam primum, juxta literas indictiones, de religione agi coepit fuerit, declaratos & testatos esse.

His Cæsar vicissim responsum dari juberet, se de mandato & proposito suo nihil mutaturum aut remissurum esse. Igitur cum adeo graventur conciones abrogare & suspendere, jubere se, ut causas jam recitatas, cur assentiri & parere non possint, scripto comprehensas & explicatas, sibi offerant & exhibeant, quo facto liberaturum se de aliis mediis ad concordiam facturis. Cum autem Processio fit cultus divinus, bonam spem se concipere, Principes Protestantes non futuros in postremis, sed facturos in eo, quæ existorū sint officio.

Evangelici hæc rursum deprecabantur, & ut Cæs. Majestas causis in medium altis clementissime acquiesceret, orabant, præstituros enim omnino, quæ permitta verbi divini præstare possent: igitur subiectissime petere, quod in eo diversum sentiant à Cæs. Majestate ne moleste id ferat, aut in malam interpretetur partem. Cum verò Dux Elector Saxonie per causam valetudinis, coram Cæs. Ma. compere non potuerit, se ipsi quoq; Cæs. Msi. postulata exposituros, ut postridic, quid sui animi & sententiaz hac de re sit, scripto comprehensum C. M. exhibeant.

His actis, Cæs. Majest. Missam auditur, & processioni interfutura, sumum templum ingressa est. Principes verò Protestantes cum Cæsaris postulata Duci Electori Saxonie significassent & exposuissent, communī consensu decreverunt, totum negotium scripto comprehensum Cæsar. Majest. offerre. Fuitque hæc Cæsaris cum Principibus Protestantib. actio ad decimam usq; protracta horam.

Post hæc, et si Protestantes causas, quæ conciones bona conscientia omittere non possent, scripto obtulerunt Cæsari, ille tamen de proposito nihil mutavit, sed publico edicto illas prohibuit, propria gravipaena, qui fecerit facerent.

Saxo consilio Lutheri super hac re requi-

cit præjudicium.

Secunda: qvia pollicetur, se velle audire causam.

Tertia: Majus bonum præferatur minori. Qvia si cognitio causæ per hanc pertinaciam impediretur, quid accideret?

Quarta: Qvia sumus vocati, ut pars ad dicendam causam, & ad rationem reddendam doctrinæ, non ad præjudicandum.

Vinta: Qia non sumus Parochi Augustanorum.

Coram Cæsare & statibus Imperii post hæc recitata fuit confessio, qvz deinceps à loco AUGUSTANA dicta, & statim in Hispanicam, Italicam, Gallicam & Anglicam lingam conversa, & Papæ aliisque Regibus & Principibus transmissa fuit.

Hic Lutherus inquit: Adversarii præclare se rem gesisse existimant, qvod conciones per interdictum Cæl.M. intermitte curarunt: sed non vident mitem, per scriptam confessionem Cæsari exhibitam, plus predicatam, & latius propagatam esse hæc doctrinam, qvam fortasse decem concionatores facere potuissent. Egregiam vero sapientiam adversiorum, qvod M. Islebius & ceteri concionatores tacere coguntur: prodit autem Elector Saxonie, & ceteri Principes ac domini, cum scripta confessione, & concionantur libertime coram C. Maj. & toto imperio, in omnium conspectu, ut audire cogantur, nec contradicere quicquam possint. Id mein ja, hoc interdictum de intermitendis concionibus non inultum abivisse. Nokint ministris suis concedere, ut Concionatores audiant, & coguntur ipsi multo deteriora (ut ipsi nominant) & Principibus concionantibus, audire, & obmutescere. Christus profecto non tacet in comitiis, ac etiam si insaniant, tamen plus ex confessione audierunt, qvam si totum annum concionatores audivissent. Ita completur, quod Paulus inquit: Verbum Dei non esse alligatum. Si in suggestis prohibetur, tum in palatiis Regum illud audiri oportet. Si miseriis concionatoribus illud prædicare non conceditur: tum magnos Principes, & dominos prædicare necesse est. Et in summa: si omnia tacent, lapides clamabunt, inquit Christus ipse.

A principio, qvi Augustane confessioni adhæserunt, & illam Cæsari & Imperii statibus obtulerunt, ex principibus fuerunt Joannes Dux Saxonie Elector, Georgius Marchio Brandenburgensis, Ernestus Dux Lunæburgensis, Philippus Landgravius Hassia. Molanus, &c.

Seu & Argentinienses, Conitantienses, & Memmingenses peculiarem qvandam confessionem Cæsari exhibuerunt in omnibus articulis, excepto illo solo de Sacramento, idem cum Luthero tentientes.

Bucerus in epistola ad Pontanum, Saxi Cancellarium, Deo teste, inquit, nos in causa cœnæ Dominicæ verbis tantum à Luthero dissentire, qvod multis argumentis adductis probare nitiuit in eadem Epistola.

Et in alia epistola, ut & priore, in committis icripta ad Pontanum, ait, cum primis meminisse oportet, nos in aliis articulis idem, quod Synodus Nicena, & Lutherus in sua Postilla, credere.

Lutherus quid de Philippi Theologia, quem pro Philosopho & Rhetore, non Theologo habuit, ienierit, apparet ex sequentibus.

Lutherus ad Jonam.

Philippum sua agitat Philosophia, ac præterea nihil: nam causa nostra est in e. jus manu, qui dicere audet, Nemo rapiet eam de manu mea.

Lutherus ad Ph. lippum.

Tu secundum Philosophiam has res re gere, hoc est, ut ille ait, cu. ratione insinare petgis. Ne te maceres, hæc causa non est in manu tua, sed ejus qui maj. r est, non ex Philosophia, sed verbo Dei periculosis temporibus consolationes sumendæ sunt, Philosophia tua ita te vexat, non Theologia.

Ilo periculosisimo comitorum Augustanorum tempore, qvidam pī qvoqve in Italia reperti sunt, qvi de dissidio illo religionis componendo, & propaganda gloria Christi, solliciti fuerunt & anxii, ut docer adjuncta ea de re Lucii Rosellii Epist. Cum enim Venetis rumuscili sparsi, & sermones pervulgati essent, Philippum remissius Christi causam agere, & in alteram partem inclinare, ac literæ qvoq; Philippi Venetas allata essent, qvæ disseminatam famam qvadmodo confirmare viderentur, Lucius Rosellius famam & extirpationem Philippi salvam cupiens, denuo per literas eum monuit, ut fortiter agendo, & Christi causam strenue defendendo, virtutis & nominis sui gloriam per totum terrarum orbem extenderet, ut ex subjunctio appareat epistolio.

Eruditissimo viro, veritatis eu angelica Patrone egregio, domino Philippo Melanthoni,

Meas ad te nudius tertius dedi literas.

vehementer auxit & ampliavit cujusdam epistolæ exemplum, Senatu huc Veneto ab oratore ejus, qvi isthinc apud Imperatorem oratorio fungitur munere, missum, à quo etiam adfirmatum fuit suis in literis, te Epistolam ipsam Cardinali Campegio Legato Pontificio misisse. Et licet nonnulli sint, qvi negent, cam abs te compositam, quippe qvæ diversum habeat stylum ab eo, quo tu uteris: major tamen hominum pars meliorem vincit, creduntq; multi, te illius autorem esse. Oratorem enim Venetum non adeo insulsum arbitrantur, ut, qvæ tua non sit, pro tua miserit.

Ego igitur, qui nomen tuum semper observavi, colui, & suspexi, qviq; cupio, Christi causam per te maximè defensumiri, tibi has meas iterum scribere volui, in qvibus etiam illius Epistolæ, qvam tuā esse dixi, ad te exemplum mitto, ut fœturam tuam (si tamen tua est) agnoscas. Si vero, ut pleriq; tui amantes credunt, aliena est, hominum raforum malignitatem expendas, qvi tibi ea adscribunt, qvæ Christo, verisq; Christi defensoribus dedecori sunt. Te igitur oro & obsecro, ut, cum istorum insulam diligentiam, eorumq; improbam animi maliciam cognoveris, velis ardenter eorum iniquitatibus resistere, ipsorumq; calumniis respondere, & Serenissimo Imperatori, carterisq; presentibus Christianis Principibus eorum improba studia detegere. Nihil enim virtute duce, sed fraude ac dolis conseq; student. Qvod si feceris, virutis tuæ lumen ubique gentium elucesceret. Vale in Christo. Venetiis, Calend. Augusti, anno 1530.

T.

Quantuluscunque

Lucius Paulus Rosellius.

His addit Cælestinus: Philippus iis conditionibus, qvibus plerosq; homines subiectos esse videmus, erroribus scilicet & lapsibus, non exemptus, ac communis pacis & tranquillitatis in Ecclesia & Republica, recuperandæ & confirmandæ studiosus, plura fortassis nonnunquam, dixit & scripto, qvam cum dicere & scribere debuisse, multi existimant. Sed ne studiosum Lectorem plurib; moror, ipsam Epistolam subjiciam.

Reverendissimo Cardinali Campegio, Legato Apostolico.

S. D. Reverendissime domine, cùm prædicariora multorum honorum vires

honorabilior, nihil melius, nihil divinius accidere posse hominibus, qvam si sit in imperio cum potentia conjuncta sapientia. Quare initio, cùm afferretur, R.D.T. missam ad hunc conventum, ut arbitri ac disceptator Religionis esset, multi boni viri hanc gratulati sunt Germaniæ felicitatem, qvod tali viro cognitio maximæ rerum commissa esset, qvi non solum dignitate, sed multo magis sapientia anzelleret alios homines. Jam olim enim fama sapientiæ tuæ universam Germaniam pervagata est.

Ego igitur, cum existimarem, R.D.T. in ista sapientia qvam maximè à violentis consiliis abhorre, duxi, ad R.D.T. scribendum esse, ut & nos intelligeret unice cupidos esse pacis atque concordiz, nec detrectare ullam faciundæ pacis conditio nem. Dogma nullum habemus diversum à Romana Ecclesia, multos etiam repressimus, qvi perniciosa dogmata serere conti sunt, cujus rei extant publica testimonia. Parati sumus obedire Ecclesiæ Romanæ, modo ut illa pro sua clementia, qva semper erga omnes homines usa est, pauca qvadæ vel dissimulet, vel relaxet, qvæ jam nequidem, si velimus, mutare queamus.

Neque fidem habeat R. D. T. malivolis nostris, qvi nostrorum scripta sceleratè depravant, & affingunt, qvicquid videtur ad inflammanda publica odia qvæ qvomodo facere.

Ad hæc Romani Pontificis autoritatem, & universam politiam Ecclesiasticam reverenter colimus, modo non abjiciat nos Romanus Pontifex. Cum autem concordia facile possit constitui, si æquitas velira paucis in rebus conniveat, & nos bona fide obedientiam reddamus: quorsum opus est supplices abjecere? qvorsum opus est supplices ferro & igni prosequi? Multis non dubium est, qvin R. D. T. nullo modo probatura sit ista violenta consilia, si causam nostram & voluntates nostras penitus nôrit. Nullam aliam ob rem plus odii sustinemus in Germania, qvam qvia Ecclesiæ Romanæ dogmata summa constantia defendimus. Hanc fidem Christo & Romanæ Ecclesiæ ad extremum spiritum, Deo volente, præstabimus.

Levis qvædam dissimilitudo rituum est, qvæ videtur obfistere concordiz. Sed ipsi canones fateantur, concordiam Ecclesiæ in hujusmodi rituum dissimilitudine retincri posse. Qvæ de re non decet me plura disputare apud virum doctissimum, tot iam

vius, & o propter Deum, ne hanc nostram depreciationem R. D. T. aspernetur. VI. Iulii, anno 1530.

Philippus Melanthon.

Ante & post exhibitam adversarij partis confutationem, varii Augustæ rumuscui sparsi & per vulgati fuerunt, fore, ut nostri omnia restituere, & quæcunque adversarij vellent, concedere cogerentur. Fuit etiam infidiose quæsumum ex nostris, an à Papa vel hujus Legato petere vellent, sibi concedi, quæ Pontifex permittere eis posset, quibus sermonibus & questionibus ex nostra parte Theologim moti, ea de re Lutheri exquisiverunt consilium, qui eis sequentibus respondit literis.

Martinus Lutherus Georgio

Spalatino.

Gratiam & pacem. Scripsi antea de articulis istis, quos jam secundò misisti, mi Spalatine, & ut dixi, Diabolus si non potest Leo esse, vult esse Draco. Iam in infidiis versari causam nostram, videtis. Quare est, ut de his scribam. Quis enim intellectus infidias non facile caveat? Ipsi querunt, ut dominantur fidei & conscientiis, & arte ista nos avocare volunt à verbo, quod satis video, verum nihil metuo. Quia si infidili pergent, impingent ipsi in nostras infidias. Nam ubi hoc unum obtinueritis, vos nihil contra Evangelium concessuros esse aut concessisse, quid tum sunt illorum infidie? Næ, ego tunc pulchre eos tractavero, declaratus Rhethorica mea, quam sint ausi contra Evangelium à vobis postulare quædam isti tanti fidei & Evangelii propugnatores.

pag. 346. Et si aliquid manifestè (quod non facies, Christo favente) contra Evangelium concederitis, & ita in sarcum aliquem Aquilam istam concluseritis, veniet, ne dubita, veniet Lutherus, hanc Aquilam liberatus magnifice. Ita vivet Christus, & verū hoc erit. Quare nolite timere viatores tātē violentię, neq; istis bullis infidiarum deterri: ut res ceciderit, liber est Lutherus, liber fortè Macedo, quod nollent, ne sit sapientia contra infidias, & Israël contra manum. Fortes estote & viriliter agite, es hab nicht Noth! wenn sie mit den blinden Grifsen umbgehen. Porrò in isto præsertim articulo, in quo petitur, ut à legato & Papa postulemus, nobis concedi, quæ nobis permittere velint, obsecro te, ut Amsdorffè respondeas in aliquem angulum: Dass uns der Papst und Legat &c. Ex Eremo, 5. Augusti, anno 1530.

Lutherus ad Philippum

huic impudenti. Pro mea persona, plus satis cessum est in ista apologia, quam si recusent, nihil video, quod amplius cedere possum, nisi video eorum rationes aut scripturas clariiores, quam hactenus vidi.

Ego dies & noctes in ista causa versor, cogitans, volvens, disputans, & totam scripturam lustrans. Et augescit mihi assidue ipsa pléophoria in ista doctrina nostra, & confirmor magis ac magis, Dass ich mir ob Gott will nu nichts mehr werde nemmen lassen, es gehe darüber wie es wolle.

Hæc nec in Rhetorica nec etiam in Philosophia tua habes. Es heißt nicht, Ego Philippus sic fecissim, das Ego tsi in geruisti Ego Deus, heißtis.

Lutherus ad Brentium.

Admonendus per vos est Philippus, ut destinat esse rector mundi.

Justus Jonas ad Lutherum.

Ad Philippum vellem dares crebriores literas, mirabilis est enim tristitia ejus. Nos hortamur, ut accepto psalterio Davidis, & alienis verbis, non suis, loquatur de tanta causa cum Deo: sed vincit affectus.

Lutherus ad Philippum.

Bene speramus, non de comitiis vestris aut consiliis, sed de Christi virtute & presentia, ut Petri verbo utar. E Wittebergæ scribunt, tanto ardore ibi Ecclesiam orare, ut persuasum habeam felicem exitum.

Erasmus ad Huttenum.

Non tutum est se miscere his negotiis, in quibus si quis liberius quid aut æquius dicxit, statim dicitur Lutheranus.

Cum aliquoties Philippus Melanchthon D. Lutherum urgeret, quid & quantum concedendum esset, Lutherus graviter eum reprehendit, dicens: ne pilum quidem cedam, aut patiar mutari, potius extrema omnia expectabo, faciat Cæsar, quicquid poterit, absolvo vos in nomine Domini ab isto conventu. Immer wieder heim / immer heim/concordiam nolite sperare.

Lutherus ad Jonam.

Gandeo, Philippum experiri Campegii & Italorum ingenia. Philosophia ista non credit, nisi experta: Ego neque Confessori Cæsaris, neque ulli Italo: unum mihi credo. Nam meus Cajetanus sic amat me, ut sanguinem pro me vellet fundere, scilicet meum. Es sind Huben/ Italus ubi bonus est, optimus est: sed rarum hoc monstrum est, nigroq; simillimum cv-

rum alii. Sünd' ihr des Reichstags nicht satz/
so nimpt michs wunder / Ich bin sein müds
Vellem ego sacrificium esse hujus novissimi
concilii, sicut Ioannes Hus. Constantia sacrificium
fuit novissimæ fortunæ Papalis.
Christus sit vobiscum.

pag.347.

His hoc loco insertis, & absolutis, ad Eletorem Saxoniæ venio, qui octiduo post exhibitam confessionem, ut antea sepe per literas, ita tunc coram, feudum Electoratus Saxoniæ, & reliquarum ditionum suarum, pro more Imperii, authoritate Cæsarea, & soleñi inauguratione ac Diplomate confirmari, petiverat. Verum decima sexta Iulii, Cæsar, per Fridericum Palatinū & Henricum Comitem Nassæensem Electori responderet: Cupere Cæsaream Maiestat. & renovatione investitura Electoratus Saxoniæ pétenti gratificari, & Regalia Saxoniæ conferre, & pacta dotalia cum Duce Iuliacense, cuius filia Sibylla Ioanni Friderico nupta erat, confirmare, si abjecta nova doctrina, quam cum catholica Ecclesia pugnantem amplexus esset, ad Ecclesiæ Românæ finum rediret. Si id non faciat, Cæsaream Maiestatem ei, qui à societate fidei & Ecclesiæ Catholicæ discesserit, feudum cōferre nequaquam posse.

Hac responione Imperatoris accepta, Elector exemplum constantiæ, in vera doctrinæ ingenua confessione, omnium seculorum memoria dignum edit, dum nullis fractus minis aut terroribus, nec utilis augenda sua aut filii potentiaz & opum expectationibus ac promissis languefactus, doctrinam Evangelij, quam amplexus erat, se omnib. rebus humanis anteferre, pia animi excelsi, & in Deo firmiter acquiescentis auctoritate demonstrat, caqve omnia scripto comprehensa Cæs. Maiest. legenda exhibet.

Cum autem res magni momenti esset, ac in deliberationem caderet, D. Spalatinus sequenti scripto, quid sui animi & consilii de illo negotio esset, declaravit.

Deliberatio Georgii Spalatini ad Cæsaream Maiestatis postulata.

Ut rebus pendentibus & vacillantibus aliquo modo consulatur, iudico, Illustrissimum principem & Eletorem ducem Saxoniæ, & dominum nostrum clementissimum, ad Cæsar. Maiest. capita, per Illustrissimum Principem Fridericum Palatinum, & Generosum Comitem Nassæensem proposita, hoc modo respondere posse: Celsitudinem suam Cæs. Maiest. animum & sententiam subjectissimè percepisse, & intellexisse. Cæsareæ verò Maiestati ex priorib. actionibus facile constare posse, quam ob-

Eum animum etiamnum sibi esse; ita, ut quantum omnino facultatibus, etiam cum periculo vita & corporis, Cæs. Maiest. gratificari queat, majorum suorum exemplo, libenter sit facturus, & omnem operam subjectissimè daturus, ne quid Cæs. M. in se desiderare possit.

Cum autem hæc res ad Dei Opt. Max. verbum & gloriam, suæq; celsitudinis conscientiam & animæ salutem spectet atque pertineat, ac Cel. sua sciat, doctrinam hanc in ditionibus suis aliquot nunc annis pro concione populo propositam, veram & verbo Dei analogam esse: se in illa sententia adhuc constanter persistere, nec doctrinam illam, in Germanico & Latino exemplarib. comprehensam, & C. M. exhibitam, aliaqve omnia verbo DEI consentanea, temere ac sine gravi conscientiæ vulnere, ac horrenda DEI contumelia, suæq; salutis jaætura & dispendio, revocare, nec doctrinam adversariæ partis, suæ confessioni & verbo Dei contrariam recipere & approbare posse.

Subjectissimè igitur se à Cæs. M. precibus contendere, ut talium & tantarum rerum consideratione muta, cum verbi divini, tum multorum hominum salutis æterna rationem habeat, nec suam ac subditorum suorum conscientias ejusmodi postulatis encret atque prægravet, sed sibi verbi divini, & aliarum rerum ab hoc non discrepantium, cursum & propagationem liberam relinquat, donec aliquando de hoc, ut de aliis omnibus suis factis, Deo rationem reddere cogatur.

C. M. quoq; clementiss. perpendere & considerare debere, nullum ejus doctrinæ, quam Cel. sua profiteatur, errorem demonstrari posse, sed omnes fere dissensiones ex ritibus quibusdam, humana autoritate in Ecclesiam introductis, ac infra crisi literis parum fundatis, originem suam traxisse. Rogare etiam, ut C. M. pro certo statuat, Cel. suam nullo rixandi studio aut curiositate, sed extrema sananz & consolanda conscientiæ necessitate, ad veram verbi divini cognitionem pervenisse.

Igitur C. suam in omnib. aliis rebus, quæ gloriam Dei non oppugnant ac evertant, suamq; conscientiam non laedant, haud defuturam officio, ac talem erga C. M. observantiam & obsequentiam declaratam esse, nihil ut amplius C. M. in se ut obdiente Principe, pacis emante atq; studio errores & ataq; oīy omnem, cum in Ecclesia tum in politia, diligenter fugiente, & Terio detestante, multo minus, ad extremum suu quomodo promovet in animo habē-

rum alii. Sünd' ihr des Reichstags nicht satz/
so nimpt michs wunder / Ich bin sein müds
Vellem ego sacrificium esse hujus novissimi
concilii, sicut Ioannes Hus. Constantia sacrificium
fuit novissimæ fortunæ Papalis.
Christus sit vobiscum.

pag. 347.

His hoc loco insertis, & absolutis, ad Eletorem Saxoniæ venio, qui octiduo post exhibitam confessionem, ut antea sepe per literas, ita tunc coram, feudum Electoratus Saxoniæ, & reliquarum ditionum suarum, pro more Imperii, authoritate Cæsarea, & soleñi inauguratione ac Diplomate confirmari, petiverat. Verum decima sexta Iulii, Cæsar, per Fridericum Palatinū & Henricum Comitem Nassæensem Electori responderet: Cupere Cæsaream Maiestat. & renovatione investitura Electoratus Saxoniæ pétenti gratificari, & Regalia Saxoniæ conferre, & pacta dotalia cum Duce Iuliacense, cuius filia Sibylla Ioanni Friderico nupta erat, confirmare, si abjecta nova doctrina, quam cum catholica Ecclesia pugnantem amplexus esset, ad Ecclesiæ Românæ finum rediret. Si id non faciat, Cæsaream Maiestatem ei, qui à societate fidei & Ecclesiæ Catholicæ discesserit, feudum cōferre nequaquam posse.

Hac responione Imperatoris accepta, Elector exemplum constantiæ, in vera doctrinæ ingenua confessione, omnium seculorum memoria dignum edit, dum nullis fractus minis aut terroribus, nec utilis augenda sua aut filii potentiaz & opum expectationibus ac promissis languefactus, doctrinam Evangelij, quam amplexus erat, se omnib. rebus humanis anteferre, pia animi excelsi, & in Deo firmiter acquiescentis auctoritate demonstrat, caqve omnia scripto comprehensa Cæs. Maiest. legenda exhibet.

Cum auctem res magni momenti esset, ac in deliberationem caderet, D. Spalatinus sequenti scripto, quid sui animi & consilii de illo negotio esset, declaravit.

Deliberatio Georgii Spalatini ad Cæsaream Maiestatis postulata.

Ut rebus pendentibus & vacillantibus aliquo modo consulatur, iudico, Illustrissimum principem & Eletorem ducem Saxoniæ, & dominum nostrum clementissimum, ad Cæsar. Maiest. capita, per Illustrissimum Principem Fridericum Palatinum, & Generosum Comitem Nassæensem proposita, hoc modo respondere posse: Celsitudinem suam Cæs. Maiest. animum & sententiam subjectissimè percepisse, & intellexisse. Cæsareæ verò Maiestati ex priorib. actionibus facile constare posse, quam ob-

Eum animum etiamnum sibi esse; ita, ut quantum omnino facultatibus, etiam cum periculo vita & corporis, Cæs. Maiest. gratificari queat, majorum suorum exemplo, libenter sit facturus, & omnem operam subjectissimè daturus, ne quid Cæs. M. in se desiderare possit.

Cum autem hæc res ad Dei Opt. Max. verbum & gloriam, suæq; celsitudinis conscientiam & animæ salutem spectet atque pertineat, ac Cel. sua sciat, doctrinam hanc in ditionibus suis aliquot nunc annis pro concione populo propositam, veram & verbo Dei analogam esse: se in illa sententia adhuc constanter persistere, nec doctrinam illam, in Germanico & Latino exemplarib. comprehensam, & C. M. exhibitam, aliaqve omnia verbo DEI consentanea, temere ac sine gravi conscientiæ vulnere, ac horrenda DEI contumelia, suæq; salutis jaætura & dispendio, revocare, nec doctrinam adversariæ partis, suæ confessioni & verbo Dei contrariam recipere & approbare posse.

Subjectissimè igitur se à Cæs. M. precibus contendere, ut talium & tantarum rerum consideratione muta, cum verbi divini, tum multorum hominum salutis æterna rationem habeat, nec suam ac subditorum suorum conscientias ejusmodi postulatis encret atque prægravet, sed sibi verbi divini, & aliarum rerum ab hoc non discrepantium, cursum & propagationem liberam relinquat, donec aliquando de hoc, ut de aliis omnibus suis factis, Deo rationem reddere cogatur.

C. M. quoq; clementiss. perpendere & considerare debere, nullum ejus doctrinæ, quam Cel. sua profiteatur, errorem demonstrari posse, sed omnes fere dissensiones ex ritibus quibusdam, humana autoritate in Ecclesiam introductis, ac infra cris literis parum fundatis, originem suam traxisse. Rogare etiam, ut C. M. pro certo statuat, Cel. suam nullo rixandi studio aut curiositate, sed extrema sananz & consolanda conscientiæ necessitate, ad veram verbi divini cognitionem pervenisse.

Igitur C. suam in omnib. aliis rebus, quæ gloriam Dei non oppugnant ac evertant, suamq; conscientiam non laedant, haud defuturam officio, ac talem erga C. M. observantiam & obsequientiam declaratam esse, nihil ut amplius C. M. in se ut obdiente Principe, pacis emante atq; studio errores & ataq; oīy omnem, cum in Ecclesia tum in politia, diligenter fugiente, & Terio detestante, multo minus, ad extremum suu quomodo promovet in animo habē-

Cum quidam inter se conferrent de statu religionis, Marius ille, sc̄ Matri Ecclesiae, nimirum Romanę, adhærere velle, dixit: Brentius autem inquit: mi Domine, ne interim Patris in cœlo oblitiscaris. Hoc dicto Suffraganus erubuit. Imp. & Papa ut suprā.

1530. *Archiepiscopus Moguntinus,*

Cum in Comitiis Augustæ, coram universis Imperii ordinibus, Cæsari legeretur Protestantium principum Lutherana confessio: & inter alia mentio fieret, qvod ante annos 400. cum primum conjugia sacrificulis inhiberentur, idque vehementer Episcopus quidam Moguntiæ tum temporis urgeret: illum sacrificuli, tumultuantes indignitate rei, penè ad necem usq; percuaserint. De facti ergo veritate cum Ferdinandus Romanorum Rex interrogaret Archiepiscopum: Respondit ille: Ita, verum est.

1530. *Doctor Mensingius.*

Hunc coram Principe suo, Marchione Ioachimo, nomine Lutheranę heresios pessimis modis, Eccius, Faber, Wimpina, & Cocleus detulerunt: qui comperta fraude ad illos dixit: Qvandoquidem aliter animati non estis, qvamlibet aleam ego subibo: qvid ad me? Video enim, neminem vobiscum facere, nisi vatinianio odio Lutherum proleqvatur: abjiciam ego cūcullum meum. Imperatore Carolo 5. Pp. Clem. U.S.

1530. *Eccius & Faber.*

Hihonoratum petunt & impetrant in Comitiis, ob scripta in Lutherum. Nam Faber propterea Viennensem Episcopatum est adeptus. Hinc illud facetum Erasmi, quo dicere solebat, pauperem ac tenuem Lutherum multos locupletare.

Augustæ in Comitiis Eccius & Socii palam affirmabant, qvod, qvicunq; affereret, utramque speciem in Sacramento esse necessariam, totam Ecclesiam & Cæsarem damnaret. Imperatore & Pp. U.S.

Hic idem Eccius in Comitiis plenus ira, qvam concoquere & digerere non valebat, inconsideratum emisit verbum, & extra pomaria Romanę curiæ prolapsus, haud obscure sodalicii sui pacta, qvibus de Lutheranorum corio ludendum esset, è secreto promisit.

Cur, ait, Imperator noster illi consilio, qvod Bononię, etiam Papę suffragante, latum est, non paruit? cur non uno imputu

Posteaquam enim Cæsar Electoris dux, audiit apologiam, & ejus de rei summa disserentem Cancellerium percepit: mox salutare Bononiense consilium alta oblivione sotpum dedit, & exoptata occasio successu sperato caruit. Imp. Carolo 5. Papa Clemente 7. U.S.

Faber.

Scribit, Apostolos non omnia, qz ad salutem necessaria sunt, scriptis traditis reliqua Ecclesiae reservata esse, contrarium illud Pauli: Non subterfugi, qz minus annunciarim vobis omne consilium Dei: & illud Ambrosii libro 4. de virginibus: Qz Christus non docuit, damnum: qvicq; non ab Apostolis traditum est, sceleribus plenum est: & Theophylacti in Ep. ad Rom. Qui aliquid affirmant, præter Apostolorum doctrinam & dogma, scandala ac hæreses iudicunt,

Faber præterea affirmat, Ecclesiam christi non posse, nec ulla hæresi contaminari, quod potestas ejus non minor sit, qz à apostolorum: qvod absq; virtio possit, & vinis prætermis constitutionibus, species les qvasdam ipsa statuere.

Valentinus Vannius,

Hic ex sacris literis Missam pontificiam doce & fundamentaliter destruit, & inter alia ait: Insuper si in ultima cæna vocabulum (omnes) significet Sacerdotes, cogitare poterunt laici, omnes Sacerdotes esse immundos. Dicit enim Christus in ultima cæna duodecim discipulis suis: Vos estis mundi, sed non omnes, hoc est, iuxta Fabri interpretationem, vos multi (laici) estis mundi, sed non omnes, id est, Sacerdotes non sunt mundi.

Si hoc Lutherani facherent, Deus bone, qz ratione hoc tam grande crimen expiarent? certe coram venerabili presbyterio aut ad palinodiam adigerentur, aut clara voce protestari cogerentur, se sacro Ordini Clericorum nihil detractum velle. Nunc cum Christus, qui ipsa veritas est, hoc dicat, non mirum sit, si laici non tantum cogitent, verum etiam certissime statuant, verissimè omnes Sacerdotes immundos esse. Videte qz so vos Sacerdotes, qz à egregium patronum, Fabruis istum, nasci fitis?

Idem. Ego vero, si liceret, dicerem (cum prorsus nihil certe de hoc vocabulo constet) Missam nec Hebraicam, nec Græcam, nec Latinam vocem esse, sed Chaldaicam, frater varicinio Danielis, qui Chal-

loco suo venerabitur, & Deum, quem ignoraverunt patres sui (sic est, Apostoli) colet auro, & argento, & lapide precioso, rebusque preciosis.

Sed vereor, ne, si hoc dicam, Faber putet, me sentire, Papatum esse regnum Antichristi, quod, si Diis placet, ingens esset piaculum. Sed me tacente, ipse Papatus, se Antichristianum esse, non uno indicio prodit.

At si Faber pro sua ruditate & inscita lingvam Chaldaicam non intelligat, & haec etymologia minus ei placeat, non erravero, si Germanicam vocem esse dixerim, quae celebres & freqventes nundinas significet. Nam Francofurtenies, Lipscias, Nerdlingenies, & similes nundinas Germani sua lingua Missas vocant. Nec inepte quadrat hoc etymon Missa Pontificie. Quemadmodum enim filii hujus seculi in ejusmodi nundiniis varios contractus excent, emendo, vendendo, usurpis, dolis, fraudibus, mendaciis, sive viciolas merces pro bona pecunia extrudentes, ita quoque privata Misericordia nihil aliud est, quam nundinatio, quae sacrificuli & Monachi ita negociantur, ut imposturis suis & fictitiis sermonibus (quemadmodum Petrus predixit) omnes fere totius mundi opes ad se rapiant. Sed misericordia, quantum velint, judicium tamen ipsorum non tardat, & perditio illorum non dormitat. Nam quae mensura mensi sunt, eadem remetetur illis Dominus.

Aidexis Sage.

Clemens 7. Papa in aula sua habuit Astrologos, Alchymistas, Sophistas, Incantatores: In primis aitem Sagan Aidexin.

Arcanum Paparum oraculum.

Est arcana quoddam Pontificibus oraculum: subvertendos nimis & tollendos esse omnes ordines clericorum, preter ordinem S. Petri. Papa Clemens autem sic intelligebat illud: omnes quidem ordines possundatum & sublacum iri: sed Romanis Piscatoris sedem solam immotam & incolarem permansuram. Infelicia igitur perversurus fata, recenserit jussit reditus & divitias omnium ordinum: & offendit apud unicum ordinem S. Benedicti, insestimabilem & incredibilem gazarum magnitudinem. Et sic luxuriem illorum & avaritiam, indies magis magisq; invalescentem, amputaturus, subq; umbra reformationis ad pristinum reguliz paupertatis statum eos revocaturus, ne optimi thesauri una cum ordinib; redigerentur in cineres, illico mandavit opes illas reddere sedi Romanae. Sed morte preventus animum plene expiere nequivit. Rebusq;

egit, Lutherique sententiam retundere conatus, aut certe ad reclamationem ipsum adigere, ubi Martinum de re clarissimum audivit, hoc, urgente conscientia, dictum emisit: se Doctorem Martinum non amplius pro heretico habere, noile cum excommunicare, nisi de anathemate inferendo prius a Papa singulari mandato moneatur, nam quae Lutherus responderit, ea se pecuniarum veredo Romani transmissee. Si modo ille articulo indulgentiarum non nihil remitteret, rem salvam fore: neq; enim de Fide & Sacramentis pollicatur curaturum se diutius esse.

Atq; hic interim attende Lector, quanto per Cajetano pecunia arrideat. Haec etiam Thomae sententia postquam innotuit St. Caupitio: Ah, inquit, quanti referebat, notarium quendam in procinctu suis, qui id in gratiam Papae conceperet, & irrevocabile dictum undique que divulgasset. Imp. & Pp. ut sup.

Georgius palatinus.

1530.

Die 25. Iunii in Comitiis Augustanis accidit multò maximum, quam unquam in terra, opus. Nam eadie post meridiem, Illustrissimi Principes, Dux Ioannes Elector Saxoniae, Georgius Marchio Brandenburgensis, Ioannes Fridericus Dux Saxoniae, Ernestus Dux Brunsvicensis & Lueburgensis, Philippus Landgravius, Wolfgangus Dux Anhaltinus, & duæ civitates Noriberga & Reutlinga, fidei suis & universæ Christianæ doctrinæ, quam in suis ducatis, terris & civitatibus predicati fecerunt, confessionem, pio zelo, & magno animo, Germanicè ad articulum recitata fuit non tantum in conspectu Electorum, Principum, ordinum, Episcoporum, Confiliariorum, quotquot aderant, sed in praesentia quoque sacre Cæsareæ Majestatis & ejus fratris Ferdinandi Regis. Confessionem autem eam legit Cancellarius D. Christianus distinctè, & clara voce, ita ut non in cœnaculo solum, sed etiam in inferis in palatio, id est, in Episcopi Augustani arca ubi diversorum Imperatoris erat, perbene audiretur.

Confessio autem Latinè & Germanicè pas. 352 conscripta erat: sed propter injuriæ temporis Germanicè saltem perlegebatur.

Fundamentis autem ex sacra scriptura petitis adeo confirmata, & tam mirabiliter exornata erat, ut ejusmodi confessio non modo ab orbe condito non facta fuerit, sed nec in historiis vel doctorum libris talis cerneretur.

Idein. Franciscanus quidam, Cæsari à confessione, natione Hispanus, plurimum

controversiam componere volunt.

Idem ille Franciscanus dicebat Melanthoni, si mirari, quid causæ sit, quod in Germania homines de eo tam acriter contendunt: Utrum nempe fide, an vero operibus oporteat vitam æternam consequi: se idem cum Lutherò jam ante statuisse, & de eo cum multis contulisse.

Hic cum etiam patilo liberius, & verius cum Ecco, Fabro, Wimpina, Cocco di sputasset, ex eorum synagogâ & consistorio ejectus est.

Quorundam Principum consiliarii dicebant: si religiones armis componendæ forent, ipsos, ut qui Pontifici adhærerent, à subditis suis derelictum iti. Hoc ipsum Principibus suis etiam in faciem ingerere sunt ausi: quidam tamen ob id in postrem ad consilia non sunt admissi.

Sumtum est supplicium de quodam Hispano die 13. Julii, Augustæ in comitiis, ob homicidium patratum: qui jugulum porrecturus gladio, obnoxie circumfusum populum oravit, ut in sui gratiam quilibet orationem Dominicam precaretur: cum que videret, promtos esse homines, ut qui animum suum declaraturi, digitos elevassent, rogavit quoque, ut pro se quisque missam audiret: ibi nemo digitum erigere voluit, sed uno ore clamârunt omnes: Missam nihil amplius valere.

Idem de actis comitiorum Augustan. Princeps quidam non ita pridem dixisse fertur: Lutherani proxime scriptum exhibuerunt atraimento exaratum: Ego, si Cæsar essem, vicissim illis scriptum rubrica miniove, id est, rubro colore pictum tradarem: cui continuò aliis Princeps respondens dixisse perhibetur: Attamen, si Cæsar, ut vos domini dicitis, rubrica scribere vellet, hujus ut respectum haberet, opus esset, ne minium faciem ejus conspergeret. Vetus autem est prophetia:

Sanguine fundata est Ecclesia, sanguine cœpit,

Sanguine sucerevit: sanguine finis erit.

Idem. Pontificii Doctores, Sacrificuli & Monachi in comitiis scripta offerebant, eaque perverissimis criminibus plena in hunc finem Cæsari conabantur obtrudere, ut in Lutheranos excandesceret: ibi nobilis quidam magnæ gravitatis dixisse fertur: Iti nebulones non acquiscent, donec omnia confundant, & Cæarem, qui alioquin natura mansuetus est, suis calumniis irretiant, & ad arma capiendapellare.

Itæ solebant dicere: dolendum esse, quod, cum Cæsar in aula sua tot monachos & sacrificulos alat, nullus tamen articulos Evangelii vel parum intelligat: adeò ipsos obesæ naris homines esse.

Idem. Campegius Augustanam confessionem Italica lingua transcriptam Papæ, qui latini sermonis ignarus erat, obiulit: & quod notandum, à Pontifice in mandatis habebat, ut abusus in Ecclesia quosdam tolli permetteret. Idem etiam querebatur: quod jam ante præviderit, fore, ut aliquando tantæ monachorum colluvies Ecclesiaz noceret.

Alfonso Imp. Caroli Cancellerius Hispanicus.

Affirmavit in Comitiis Augustæ, & palam dixit: in Hispania de Lutheranis hunc rumorem disseminasse Clericos: quod nimis illi in Deum non credant, Trinitatem negant, de Christo & Maria nihil omnino sentiant. Quemadmodum idem etiam Germani nonnulli monachi non tribuerunt attestari: Lutheranos de Magistratu, de possessione honorum, de coniugio, de liberalib⁹ artibus plane nihil statuerent. Imp. Carol. 5. PP. Clem. 7. V.S.

Carolus V. Imperator.

Hujus Imp. extat scriptum, quo à Papa ad concilium appellavit, & à pontifice generali concilii indictionem petiit. Et alio scripto à Cardinalibus petiit, ut negante seu difference pontifice generali Conc. indictionem, ipsi indicant. Sed male. Curenam ut priores Imp. non ipsemet concilium convocavit?

Idem, si nostri clerci, sèpe dixit, & sacrificuli sua sponte pietatem coluisserint, non equissemus opera Lutheri.

Justus Jonas D

Tantæ fuisse, refert hic, constantiæ Electorem Saxonem in Comitiis Augustæ, ut omnes suos hac in re & politicos & Ecclesiasticos vicerit.

Lutherus igitur in quadam epistola ad Melanthonem inquit: Deus posuit eam (sc. doctrinam Evangelii) in locum quendam Communem, quem in Rhetorica tua non habes, nec in Philosophia tua, is vocatur fides, in quo loco omnia posita sunt, quæ si quis conetur reddere visibilia, apparentia & comprehensibilia, sicut facis tu, is referet curas & lachrimas pro mercede laboris, quales tu referis, nobis omnibus frustra reclamantibus: si Moyses comprehendere studiisset finem, quo evaderet exercitus Pharaonis, Israel adhuc hodie esset

In Comitiis Augustis, cum Caesar conciones prohiberet, & aliam, quam Romanum, urgente Papa, ferre nolle, ut vis et iam metuenda esset, socios in religione conjunctos domum suam convocat, eosque seria & gravioratione cohortatur, ut causam Dei & religionem current, diligenter agentes & intrepidi defendentes, ad eam abnegandam nullis adversariorum vel minis vel terroribus adduci se patiantur. Omnia enim contra Deum inita consilia irrita ac inania fore, ac dubio procul bonam causam tandem triumphaturam esse.

Altero die, remoris omnibus, solus in conclavi Psalterii lectioni & precibus operam dat, ardentissimisque votis à Deo petit, ut ad nominis sui gloriam, & multorum hominum salutem verę religionis cursum promovet, propaget, atque defendat. Bonas etiam, pias ac Principe Christiano dignas cogitationes scripto comprehendit, quas Joannes Doltius, Elektoris Confiliarius domino Philippo legendas tradidit. Has cum admiratione leetas Philippus Doltio restituit, illudque Electorie autographum Doltius postea multis cruditis & gravibus viris monstravit. Imperatore & Pp. ut sup.

Cum inter Electores de eligendo Imperatore vel Carolo Austriaco, vel Gallo esset disputatio tandem Imperium ad Fridericum Saxonem fuit delatum. Sed is ingenti animo recusabat, & suo suffragio Carolum designavit: oblatamq; eo nomine magnam pecunie vim à Legatis Caroli rejecit, & suis, ne vel teruncium acciperent, mandavit. Ex actis Imp.

Vincentius Pimpinellus Archic. piscopus Rosseñensis.

Fuit & hic Legatus Papæ in Comitiis Augustanis, ubi habuit orationem elegantem & nervosam in conventu publico, & inter alia dixit: si claviger Petrus corda Principum aliorumq; Germanorum marmorea aperire & movere non valeat, Paulum ensiferum ea incidere debere, qua orationis vehementia etiam catholicos ipsos offendisse dicitur. Verba propria ejus fuerunt, vos Petre & Paule, Christiane fidei capita & fundamenta invocamus. Tu claviger, aperi corda Principum & hominum quorumeunque dura & marmorea: Tu ensifer, electionis vas, incide, separa, discute a peccatoribus mortalium duritiem inauditam. Ex iisdem actis Imperii. Imperat. & Pp. U.S.

quadam satis cum Abbatे Vinariensi gule indulisset, manè mortuus in lecto jacuit. Et cum portaretur ad sepulturam, consiliarius cuiusdam principis, ubi Felicē esse cognovisset, proh Deum, inquit, hei audieram, ipsum dicere: se nolle superstite esse, nisi penitus Lutherana secta fuerit eradica: & ad hoc ocyus promovendum, sc omnes suas facultates, itemq; corporis & animi nervos intenturum esse.

Hujus infelicitis improvisi interitum cum aliis quidam comes cognosceret, qui similiter contra Lutheranos acerbè invehebatur: ita communotus est, ut decumbere ægrum oportuerit. Imp. Carolo 5. PP. Clemente 7.

Vlricus Zinglius.

Eius verba sunt in libro cuius titulus est subtidium Eucharistiz, hæc: Restabat (inquit) adhuc HAUD MINIMUS CONATUS, quo scilicet exempla proderemus, quæ nulla cum parabola conjundarentur. Cœpit ergo cogitare omnia, omnia revolvere, attamen aliud nihil exemplorum occurrebat, quam quod in Comitario proditum est: aut quod occurrebat, erat illorum simile.

Cum vero redicimæ dies appeteret (ve. pag. 353. sanarro), adeoque vera, ut celare volentem conscientia cogat EFFUNDERE, quod Dominus impetravit, non ignorans, quantis me contumeliis risibusq; exponam) cum, inquam, redicima Aprilis lux adpeteret, visus sum mihi in sonno, MULTO CUM TÆDIO denuo contendere cum adversario Scriba, sicq; OB-MUTUSSSE, ut quot verum scirem, negare lingua beneficium suum, proloqui non possem: qui me angor, ut solent nonnunquam somnia FALLACI ludere nocte (nihil enim aliud quam somnum narramus, quod ad nos attinet: tametsi leve non sit, quod PER SOMNIUM DIDICIMUS, gratia Dco, in cuius soñis gloriam ista prodimus) vehementer turbare videbatur. Ibi από μηχανῆς visus est monitor adesse (ATER FUERIT AN ALBUS, NIHIL MEMINI, somnum enim narrō) qui diceret: Quin ignave respondes ei, quod Exodi 12. scribitur: Est enim Phæse, hoc est, transitus Domini. Protinus, ut hoc Phæma visum est, simul expergefio & electio exilio: locum apud Septuaginta primum undique circumspicio, ac de eo coram tota concione pro virili dissero. Hæc Zwinglius. Imp. & Pp. U.S.

vitum fuit. Ioannes igitur Sleidanus excusaturus ipsum, de hoc ait: quod sit mos antiquus parvus, ut primarius Ecclesie minister interfit prelio. Verum Pontificii, quibus valde ignominiosè exprobatur, quod bellatores sunt, atque sanguinarii: huic respondent, dicentes: Quod si Zinglius Missas, aliosque veteres patriæ ritus abrogaret, cur non hunc belligandi motorem in Ecclesiæ ministris quoque sustulerit? Imp. & PP. U.S.

1531. *Solimannus Turcicus Imp.*

Monet: inscripsit: Non quæro regionem sed religionem. Herlitzius. Imp. Carolo 5. PP. Clemente 7. ut suprà.

1531. *Monstrum.*

* Monstrum horrendum, quadrupes, humano capite barbato ac cristato, aquilinis pedibus, manibus ferè leoninis, cauda caninâ, corpore gilvo in flavum declinante, anno 1531. salutis, in ditione Episcopi Salisburgensis in saltu, quem Hanesbergium vocant, captum est, feritatis insolita. Hominum enim aspectum fugit, seqve in nebras, ubi potuit, abdidit. Tandem cum ad cibum capiendum neque cogi, neque alicui posset, paucos post dies inedia periit. Lycos. Imp. & PP. U.S.

1531. *Joannes Hedericus.*

Scriptus inter alia quoque libros duos Vaticiniorum. Imp. Car. 5. PP. Clemente 7.

1532. *Wicelius.*

De Victoria Papæ temporibus ait: in predictis Pontificibus abundabat Spiritus, sed in posterioribus maleficiis care. Imp. Carolo 5. PP. Clem. 7.

pag. 354. *VIA REGIA.*

Compendium de semitis antiquis apud Hieremiam Prophetam, Ecclesie reformatæ, aut restituendæ potius, & concordiæ tandem sarcendiæ, pro que salute Christi Evangelio recte credentium populorum, necessariò ac summa cum fide præmonstratum.

Auctore Georgio Wicelio, sacra Theologia Doctore Catholico, & Ferdinandi Romanorum Imperatoris consiliario.

Anno Christi 1564.

Precatio ad Deum Opt. Max.
proreformatione Ecclesia.

Omnipotens, misericors, xterne Deus,

nominis tui, & ad honorem religionis nostræ, per Christum Dominum nostrum, Amen.

Ferdinandus, divina favente ele
mentia, Electus Romanorum Impe
rator, semper Augustus.

Honorabilis, docte, fidelis, nobis dilecte, Etsi nobis gratissimum fuisset, quod, sicut abs te clementer postulaveramus, superioribus diebus huc ad nos venissemus, & nobis in arduo quodam negocio, ad gloriam Dei Optimi Maximi, & veritatem ac tranquillitatem Ecclesie Catholicæ spectante, potius operam navare potuissent, quam haud dubiè pro tua eximia pietate, eruditione, prudentia ac rerum usu, nobis in animi nostri sententia magna cum utilitate praestitisses: quia tamen propter ætatem & affectum valetudinem venire non potuisti, clementer tibi parcendum duimus, persuasum habentes, te id ipsum, quod hic tibi eramus demandatur, domi quoque tuæ lubenter atque commodius exequeturum. Est autem illud, quod à te requiri mus, e juis modi.

Recordamur nimis super articulis Augustanæ Confessionis, quæ à nonnullis sacri Romani Imperii Electoribus, Principibus & Statibus, Divo Fratri nostro, præclarissimæ memorie Imperatori, Carolo V. Anno 1530. exhibita fuit, una cum Apologia ejusdem confessionis: Concordiæ & unitatis sarcendiæ gratia, antehac in sacro Romano Imperio, diversis locis & temporib. sepius Conventus, Colloquia & Tractatus institutos fuisse, & ut cunque tales Conventus & Tractatus non omnino sint sortiti plenum & optatum effectum, interdum tamen inter colloquentes seu disputantes de nonnullis articulis non postremis quadam tenus convenisse, reliquorū vero, qui adhuc sunt in controversia, non usq; adeo magnum esse numerum: nobisque à multis piis doctis, catholiciis, & modestis viris non exiguum spem factam fuisse, recuperandæ unitatis & concordiæ in Ecclesia, nec non conciliandorum animorum, qui nunc pernicioſissima difſidentia & similitate, ob religionis differentiam, distraicti sunt: qui manifestè illi abusus, qui hisce novis finis & calamitosissimis temporibus in Ecclesiam Catholicam irreſtreunt, expugnarentur, & è mediocriter tollerentur, & quædam, quæ magis sunt positivi juris quam divini, concederentur & permitterentur, ac præterea quædam diſputationes nimis subtiles & abstruse

tinent, probe institueretur.

Cum igitur nobis, ut Imperatori Catholico, pro ratione divinitus nobis commissi muneris incumbat, sedulo curare, ut fideles subditi nostri ex errorum & heresium laqueis, quibus miserrimum in modum sunt irretiti, divina benignitate eripiantur, nosque censeamus, omnem nobis movendum esse lapidem, ut tandem hujuscemodi voti nostri compotes reddamur: cupimus proinde, abs te compilari primo quoque tempore summarium quoddam doctrinæ Catholicæ, in quo, præter antiqua & indubitata dogmata fidei Catholicæ, in confessione Augustana comprehensa, quæ semper fuerunt extra controversiam posita, in primis explicitur illi Articuli dictæ Augustanæ Confessionis, qui jam hinc inde inter eruditos utrinque partis ad concordiam sunt deducti, vel pro constituenda unitate & quiete adhuc possunt, salva veritate Catholicæ, concedi, & indulgeri. Adductis præter rationibus brevibus & substantialibus, cur in reliquis, qui forte supererunt, Ecclesia Catholicæ cedere non possit.

Deinde colligantur illi quoque articuli, qui nunc quidem ab iis, qui Augustanam Confessionem profitentur, contra religionem catholicam vocantur in controversiam, quibus tamen ipsa Confessio Augustana saltet expresse non contradicit, vel quos etiam ex parte approbat.

Postremo, accidentur etiam succinctè alii quædam opiniones, partim reprobatae, partim etiam fanaticæ, quarum nonnullæ quidem ante editam Augustanam Confessionem, multo major verò pars ab eo tempore circa orbem Christianum invaserunt, quæ nec ipsi Confessioni Augustanæ, multò minus Catholicæ religioni congruent, ita, ut tale summarium sit quasi Methodius quædam, ad quam Parochi & Concionatores, in regnis atque provinciis nostris existentes, doctrinam suam tanquam ad regulam dirigant, atque accommodent, adeoque probatam & sanam doctrinam ab adulterina & perniciosa internoscere atque distinguere, & quid ipsi tam in prædicatione verbi Dei, quam in administratione Sacramentorum, ac reliquis ceremoniis Ecclesiasticis sequendum vel fugiendum sit, claram discernere possint. Quæ Methodius quo plausibilior erit, & quo longius à contentione fuerit remota, eò gratorem & utiliorem quoque futuram, dissidendum non est.

Desideramus autem, ut hoc opus absque omni mora in Dei nomine agere desir-

cujus res agitur, acceptum fore, quem nos sanè omni erga te benignitate recognoscemus. Datum in Civitate nostra Vienna, die viceximo octavo mensis Maji, anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo quarto, Regnum nostrorum Romanorum 34, aliorum vero 38.

Ferdinandus

Ad mandatum sacra Ces.

Vt Ioh. Bap. VVe Majestatis proprium,
ber D. M. Singmoser.

Honorabili, docto nostro, &
Sacri Imperii fidelis dilecto, Gregorio Wi.
celio, Sacre Theologæ Doctori, Cen-
silio nostro, &c.

Maximilianus Secundus, di-
vina favente clementia, Electus Roma-
norum Imperator semper Augu-
stus, &c.

Honorabilis, docte, fidelis, nobis dilecte.
Allatum nobis est scriptum, quod ad benignam petitionem & iusitionem quondam Screnissimi ac potentissimi Principis Ferdinandi, Electi Romanorum Imperatoris, Augustæ memorie, domini & Genitoris nostri observandissimi, in negotio religionis composuisti, & præclarum studium, operamque tuam, quam pia (ut appetet) intentione ac bono zelo in illo impendisti, perquam clementi & grato abs te animo accepimus. Quin etiam à te clementer postulamus, ut deinceps quoque de hoc negotio accuratè & sedulò pergas cogitare: & si quid tibi, quod ad hoc propositum, sarcendiæ in religione concordie, & optatæ unitatis ac quietis in Ecclesia restaurandæ, pertinere videbitur, id ad nos itidem quoquo tempore prescribas, & vicissim à nobis eandem gratiam ac benignitatem, qua te Divus parens noster prosecutus est, expeties. Id quod tibi in præsentia gratosè significandum duximus. Datum in civitate nostra Vienna, die 23. mensis Augusti, anno Domini 1564. regnum nostrorum Roman. & Hungar. & Bohem. 16.

Maximilianus.

Ad mandatum sacra Ces.

Vt Ioh. Baptista Majestatis proprium,
VVeber D. S. Singmoser.

Honorabili, docto nostro, &

Sacri Imperii fidelis dilecto, Georgio

Vicelio sacre Theologæ

Augusto, ac Germania, Hungaria, Bohemia,
&c. Regi, Principi ac Mecenatis suo
Clementiss.

Serenissime ac Religiosissime, & idem
Princeps clementiss. En Majestati tuae ser-
vitii mei opus, quale nimis illa à me
flagitavit, aut potius mihi imperavit. Breve
tempus fuit, intra quod coarctabar,

pag. 356. Et valetudo est vitrea, aut animus erga
Majestatem tuam propensissimus, & amor
pietatis ejusdem veluti exculpit impera-
tum opus, ut obiter non commemorem
meum erga Ecclesiam Dei zelum studi-
umque. Tantò alacrius autem atque expe-
ditius hanc telam contexui, quo magis in
planiciem suam educeretur equus. Verita-
ti Christianæ potissimum servitur, non tan-
tum inevitabilī necessitatī. Etenim veli-
mus nolimus, quod verum iustumq; est, fa-
teri cogimus.

Adhuc in proposito est, quæ instante
tempora, qui mores urgeant, quove dever-
gat Christianismus in Europā, ut interim
dissimilem, pacem utilē à disidentibus
Megistanis, atque concordiam in religio-
ne populorum alio pacto non posse redi-
mi quam tali condescensione, quæ ita est
per omnia, ut hæc Monarchs minime de-
deceat, nec rempub. Ecclesiæ ullo modo
perturbet, sed perturbatam potius sedatis
confiliis hisce pacificet mitigetq; & restitu-
at in integrum. Status iste rerum Ecclesi-
sticarum planè ὀλογε τalem postulat ca-
thorthosin. Tot reipub. morbi remedia talia
omnino expetunt, ita, ut tandem res re-
deat ad Eutaxiam illam, Marco Ciceroni
mirifice laudatam, quæ est videlicet virtus,
per quam ordo rerum gerendarum conser-
vatur. Huc adjumentum haud vulgare Eu-
karistia nobis obtulerit, quæ videlicet est sci-
entia opportunitatis, ad agendum aliquid.

Verum quid nunc superest? nisi ut Hag-
gæus Propheta vociferetur ad supremos
Ecclesiæ rectores, in hæc verba: sed nunc
tu Zorobabel esto fortis, dicit Dominus:
confortare & tu Iehosva, sacerdos mag-
nus, atque universus terræ populus virili-
ter agat, dicit Dominus, & facite: quoniam
ego vobis sum, dicit Dominus Zeba-
oth. Hæc Propheta ille præco Dei, ut ve-
hementissimus ergodio&es, ut dominus Dei
reædificaretur, sicut prior domus, Salomo-
nis templum dicta, extiterat. Atque Pro-
phæta non usque adeo plausibilis hortator
esse solet, quod sit persona contentior: ac-
cedat ergo Rex, nec quilibet, sed Ioas, qui
secum in corde suo reputavit renovare do-

propter Baalim, circa quod Idolum insa-
niit adeò, ut negare non dubitari Deum
verum Israelis.

Huic Regi synodo quanquam Levit
non faverunt plurimum, nec quod autho-
ritate Regis decretum erat, executi festinâ-
runt, (sic enim textus Ebreicus: Velo Ma-
heru haleviū) tamen Iojada, caput ac
Princeps sacerdotum animum plane adje-
cit ad executionem decreti, suum sincerè
obiens officium, in hoc non tam Regi quam
Deo serviens, unde præclarissimum emeruit
elogium sacræ scripturæ: Quia, inquit,
fecit bonum in Israel, & cum Dœ, ac cum
domo ejus. Nam verò quod vetus scriptura
loquitur de domo Dei, nos intelligimus de
Ecclesia Dei viventis, quæ est domus ista
magna apud prophetā Baruch, ac Apo-
stolum. Hanc extrui, hancrestaurati deniq; re-
stitui tam Prophetæ Haggæi, quæ Regis Ioas
crebris exhortationibus oportet per Chri-
stianos Reges, & Christianos Pontifices, Jo-
jada, Helkia, ac Iehosva, ut forma prioris
Ecclesiæ, per Apostolicosq; & horum di-
gniss. successores plantatæ atq; propagataz,
respondeat, quantum fieri possit.

Hæc est voluntas Dei, hoc mandatum,
hoc beneplacitum unicum. Rex Ioas non
solus in animo habuit, & Zorobabel, negoti-
um maximum restaurandæ atque renova-
ndæ domus Dei magna. Fecit istuc
Rex Ezechias & Rex Iosias, de Ecclesia Dei
per domum Dei adumbrata, omnium præ-
clarissimè meriti. De Iosia scriptum est: Vz
ietae Ierusalaim, hoc est, & mundavit Ie-
rusalem. Illud autem mundationis genus
exæctè describitur in Paralipomenis, ut sit
Ecclesiæ hodiernæ typus ac hypodigma.
Multò præclarissimum opus Iosia Regis e-
rat, quod tanta religione curavit, repertum
librum legis divinæ proponi populo, ut a-
geretur juxta omnia, quæ scriptæ sunt in vo-
lumine isto, & vehementer doluit, Religionem
non extitisse hæc secundum
scripta voluminis.

Præterea de Ezechia Rege, qui Iosiam
in regno præcessit, aperte scriptum est, quod
mandans dixerit: Audite me, Levitæ, ac
sanctificamini, mundate (sanctificate)
domum Domini Dei patrum no-
strorum, & auferete (effrete) omnia im-
mundiciem de sanctuario. Peccaverunt pa-
tres nostri, & fecerunt malum in conspectu
Domini Dei nostri, derelinquentes eum a-
vertentes facies suas à tabernaculo Domi-
ni, & præbuerunt tergum, &c. Unde facta
est ira Domini super Iehudam & Ierusalem,
tradiditq; eos in commotionem, in stu-
porem & in sibilum, quemadmodum vos cer-

Ecclesiæ.

Mox subiicitur de obedientia sacerdotum, quam Regi religioso debebant. Sacerdotes: ait Scriptura: ingressi templum Domini, ut mundarent illud, extulerunt omnem immunditiam, quam repererant in vestibulo domus Domini, quām exstiterunt & asportarunt foras, ad torrentē Cedron: adeundem quoq; torrentē Cedron combusit Rex Asa idola publica, zelo Dei aliquo, et si non usq; adeò integer Rex quales erant Ezechias, Iosias & Joas. Zeiores fortē Iehu suum chorū inter Ecclesias correctores habere finimus; nos attulimus tantum cultores Dei vivi, reges, qui ferre non poterant sordes superstitionis in religione Iudaica, & illis in negocio perpurgandæ domus sive Ecclesie Dei Pontifices haud quaquam defuerunt, tametsi non pari zelo. Idem hypodigma inculcamus orthodoxyi, siquidem est eadem causa salutis, & cum primis Deo gloriæ.

Hactenus agnovimus quidem mala multiplicia, sed non amovimus. Difficile fuit, Monarchis iratis, aliquid audere, quando tamen non colebatur usq; adeo, quod est semper verissimum atque justissimum. Nūc corda diuinitus tangi cœperunt multorum Primate, ut re propius perspecta, deliberandum & tempestivè agendum putent. Idq; occasione concilii Tridentini, quod utinam ipsum videre quivisset, quid factio opus foret. Verum post has tenebras devolutum Ecclesie negotium fuit ad Christianos Reges, de quibus Salomon inquit, Divinationem, quam greci μανθηού dicunt, hoc est, vaticinium seu oraculum in labiis regis esse. Et quando Regibus piis labia justitiae placent, sicut idem Rex Salomon ait, necesse est omnino, ut coram illis id, quod res est, eloquamus, nec dissimulemus quicquam: Si minus, servescet ira Regis, infesta mortis nunciatrix. Eam vero sapiens placabit, teste eodem Salomone, quippe vera justaque ingenue respondendo, si consilium sanum ac maturum roget.

Alibi diximus de Regibus ex professo Christo deditis, quantum illi olim Ecclesiam juverint, nisi quis forsitan ignoreat Constantium utrumq; Theodosium, Valentium, Arcadium, Martianum, Carolum Pipini filium, aliosq; qui vere flagrantī amore Dei supremi Regis Regum coronam sceptrumq; summi religioni Christianæ possibuerunt, non minus de domo Dei soliciati, quam multi Principes sacerdotum. Equidem illorum aliquot, si maluerint lux mundi esse, quam caligo, & sal saliens potius, quam sal insulsum, non opinor, in sua capita concitassent Imператорes

tamen conqvæstione conveniebat, ut in se ipsos potius descenderent, malaq; sua cognoscerent atq; corrigerent, quam condemnatis illis, mala malis accumularent. Has priores ante hæc tempora quoniam contemperunt fine discribive, nec ad hæc vociferationes pœnitentiam egerunt, immisit ulciscens Dominus factiones hæc nostrates literis instructas, uel armis saevas, quæ spero tum mitescerent, quando competenter conversionem & correctionem nostri, nobis quidem salutiferam, si minus ipsis quos tamen homines servatos magis, quam perditos Christiana charitas cupit, ob multa utilia, cuiusmodi inter eos repertiorunt, & quod nos de sommo ad meliorem frugem exercegerunt. Bene volumus sedi quoq; Romanæ ob primæva secula, spæ aliqua ducti, fore, ut, ubi Anomia hujus satis maturerit, sese recipiat tandem ad xatagoua Petro dignum.

Libertate lingue usi multa his libellis reprehendimus, non hominum ulorum odio, sed rei depravatissimæ, nec adversariorum favore, sicut quidam opinabantur.

Dogma neutrīus partis novum ac falsum, neque probamus, neq; propugnandum suscipimus, quicquid garniant male suspicaces M. N. Stamus immoti in professione Ecclesie Dei, quam Catholicam & Apostolicam credimus, nec discedimus à scriptis didacticis, quæ nostro nomine divulgarunt Typographi, nisi solidiora doceamur primum è scripturis sanctis, deinde expatriibus Ecclesie vetustissimis, postremò argumentis probabilibus, non sophisticis, nec hereticis. Polemica scripta nostra tanti non facimus, quin hæc velimus aliquanto pacatoria esse: verum tempus militare tunc ita postulavit, ut sentirent ii, cum quibus commissus eram, & milii vires esse, & mea tela nocere. Primi isti temerarii impetus saeculi, aut magis furores adversus receptionem doctrinam Ecclesiasticam, & in universalem, nos quondam commoverunt, ut in certamen vel inviti descendemus. Et ares quatuorve vexillitorum, nobilem justo Marte congregati, sibi valde præclarum ducebant: sed deferbuit atq; desit cum ipsorum viris dimicatio. Reliqvos, utpote paulò mansuetiores, ac à portentis dogmatum quorundam alieniores, nunc factis induciis, si ritè mitteretur pater patratus & sacerdos aliquis, in amicitiam veri Catholicismi redire cupiam, maximè saniores, & quos jam idem belli chartacci hujus tandem ac piget. Simus Lotophagi, rerum imicarum obliviscentes, ut est in Odyssea, &

Monarchas adhortor in Domino, ut ipi causam veteris Ecclesiz defendendam suscipiant adversum bestias, ventresque pis- gros, qui Deo non placent, & cunctis hominibus adversantur, qui obsistunt, ne cum antiquissimis Catholicis evangelizemus, nec Deo soli serviamus. Iterum atque iterum adhortor, ne trepident timore, ubi nullus est timor, sed animo infracto per- rumpant. Aderunt Romæi quoq; quo quis- que est Christianus magis, aderunt Princi- pes, ita Catholici, ut tempore veritatis filia tandem edocti, abusus horreant, & super- stitiones exsecrarentur. Imò ipse aderit Dominator Dominus, cuius est Ecclesiz possessio hereditaria: cui est cura de no- bis, quem si pro nobis habuerimus, quis contra nos?

Regum est, Regia ire via, ita ut neq; ad dextrum latus partium deferaris, neq; ad sinistrum, atq; inter Scyllam ac Charybdom in tuto naves, ad eundem portum pro- spectans, sive vehâre in navi Christi, sive in Cymbo Petri, unum idemque navigium est, nisi quod Petrinum glorioius vulgo jaetatur. Non est Christianismus ita man- cipatus diversis istis partibus, qvæ hodiè rerum potiuntur, ut eum oporteat ad sym- plegades istas duas colligari vinculis indi- solubilibus, quasi verò non longè magis flo- ruerit Ecclesia Christi, antequam orbis ter- rarum quicquam de partibus utrisq; nos- set. Non interest plurimum, qua, sed quo tendamus, modò orthodoxi, & bonorum in fide operum zelotæ simus, quales Christia- ni & pluribus ante seculis extitèrent, quo- rum imitatores sic nos optarim esse, quem- admodum ipsi Iesu Christi imitatores (ως ἐφικλού, ut ait Dionysius Areopagi- ta) ab initio constantissime fuerunt. Sed rem ipsam absq; prolixiore proœmio po- tius Christo duce, aggrediamur.

Psal. 68. Joan. 2. Zelus domus tue comedit me.

Domus Dei magna, quæ Catholica Ec- clezia est, ab Apostolis fundata, per orbem universum super solidamentū, quod Christus est, & eadem construēta, ut contra portas inferorum, non mundi tantum to- tius vires possit confistere. Sed ædificium adhuc etiam rude reliquerunt Apostoli, traxi videlicet ad carceres ac mortes.

Secuti ergo horum auditores, mox Mar- tyres, postrem Omologetæ, factum ac augustum ædificium absolverunt, dum nō dum omnia per Apostolos consummata

Tales non contenti solidā vereq; vene- randa structura, manus illotas suas admo- verunt, & cum domum illam divinam co- natī sunt facere meliorem, quam hanc fe- cère priores, insignes nimirum illi archite- eti, supra modum, atque præter opinionem etiam suam incommodarunt, hoc agentes, ut altius evecta structura, & te&to non ita bene adversus imbræ munito, fracturis ri- nisq; viam aperirent. Quo animadverso, Schismaticorum populi temerè ingruētes, dum initio commodare ædificio ruinoſo satagunt, totum penè convellunt adeò, ut parum absit, quin domum electam à fun- damentis eruant, non habitaratione, qvid, quo tempore, per quos artifices, & quā vel ne- cessitate, vel utilitate ædificatum sit.

Proinde conveniebat, ut quorum hec domus veluti commune hospitium est, in- vocato Dei opt. brachio, rebus festis suc- currerent, & consolitis eversoribus schis- maticis, præterea ineptis Scholasticorum additionibus, antiquitatis domum affere- rent, qualem ædificarunt Apostoli, qualem absolverunt Apostolici, qualem exornâ- runt sanctissimi vetustissimiq; Patres, con- tenti eo Theologia genere, quod ædifican- tes primi tradiderunt, sive per scriptam li- teram, sive per vivum sermonem, cuiusmo- di sancti Martyres, ac Omologetæ quasi per manus acceperunt, usq; ad eam etatem Christianismi, qua vetus Theologia cœres nihil explosa est, Lombardica videlicet succedente, cui debemus magnam calam- mitatum partem in Ecclesia, præsertim quando hæc nobis schismaticos primum ex- fuscitavit, per quos malum ferè dupli- cum adhuc ingemiscimus. Attamen spera- mus certè, non desperamus, ut res cadat, Ecclesiæ reparacione in horum qui saniores sunt, opera ac vigilantia paulatim non ulq; adeò infeliciter adjutari posse.

Verum quid obstat, quo minus in hoc quoq; simo querere aurum liceat, si forte ita usuveniat? ut præcipiente Apostolo ju- bemur omnia probare, & bonum, si fors offertur, tenere. Neq; ullus omnino liber usq; adeò malus est, quin aliqua sua parte prodesse possit, autore Plinio. Et sunt spiriti in hominibus non extinguendi, sed magis judicandi, atq; discernendi, utrum ex Deo sint, nec né, admonente Ioanne. Multi sunt spiritus quidem, sed non omnes æquè boni. Sacre literæ tradunt, esse spiritus imposto- res, & mendaces, & fallaces, sicut scriptum est: Egrediar, & ero spiritus mendax, seu fallax. Unde iſi deponunt in ore

Catholicam una cum probatissimis iugis patribus, ac viris illustribus temere contemnentes, & omnem autoritatem novis quibusdam nostrae memorie hominibus arrogantes, ex bono spiritu non proficiuntur, sicut nec illi, quibus sola scriptura mystica venditur, fastiditis priorum seculorum sanctis atque eruditis autoribus. Et hæc nimirum scriptura, quam ipsi suo arbitrio e fontibus converterunt pariter, & suæ interpretantur ac enarrant libitu. Cum primis vero per velim, ut extaret saecula scripturæ certissima, & numeris omnibus absoluta interpretatio, qua Ecclesiaz universæ tam ad docendum, quam disputationem ac revincendum Theologi ute- tentur, & tolleretur perpetua ista queri monia de variis Bibliorum translationibus quas hodiè multi non ad ipsam veritatem fontium edere student, sed magis ad confirmanda dogmata suæ quisq; scætæ accommodant.

Quam vulgatam dicimus, non ita ad a- musum olim conversam esse fatemur, ut ex omni parte possit consistere, idque jam interpretis inscitia, jam scribarum oscitania, jam sciolorum temeritate, jam indo- storum præsumptum somnolentia, jam scholarum audacia: breviter, tot retrò temporum injuria. Hæc si monachorum procuratione à viris vigilantisimis castigaretur ad unguem, haud quaq; in postremis poterat esse: proximum fuerit, ut emaculatæ ver- sioni adderetur narratio simplissima, ac dilucidissima, locorum duntraxat obscurio- zum, queve omni careret suspicione parti- um, & talis ut qui rejiciat, impius sit, nedum impudens. Scriptores prium adhibendi erant, deinde si res ita poscat, consul- tentur recentiores, cum his, qui nostris scripsisse temporibus, qvorum fidem tamen ante perspici, quam sequi o- portuit.

Maximi semper momenti est, ut lingue primariz seu oracula consuliantur, & ratio sit analogiz habita, nec conténantur idiotisini, figuræ, & schemata, ut prin- cipium perpetuum sit sacra scriptura, atq; hujus locum loco edifferere. Quod con- silium mitum in modum conducere vide- tur ad revocandam Ecclesiaz unitatem: alioquin quenquam sui initituri Biblion in dissidio retinet, dum suo quisq; magistro credit, sive is interpretetur scripturam sa- cram si ve exponat, persuasum habens, non executire posse, qui, ut vocant, renati Evan- gelii tempore exorti sunt.

Porro his procemii vice prælibatis, ac- cingamur ad probanda dogmata præcipua, ut quod optimum omnibus.

Nostros susperente, ut capiamus, que ejus sunt ad gloriam sui nominis, non usq; adeo solliciti, hominibusque placeamus, necne, sed intelligamus, & huc attendamus, ut quod agimus, Christo Pontifici, & Monar- charum Monarchæ uni placeat. Fatemur ergo & nos, quotquot Catholici atq; ex a- nimo Christiani sumus, verum esse & indu- bitatum decreui: Nicenæ Synodi non mo- dò, sed cum primis Apostolicum & Atha- nianum, de unitate essentie divinæ, & de tribus personis: nimirum firmiter creden- tes, quod sit una essentia divina, quæ Deus & est, & appellatur æternus, incorporeus, im- partibilis, immensa potentia, sapientia, bo- nitas, creator & conservator omnium re- rum visibilium pariter & invisibilium: & ni- hilominus esse tres personas, videlic. Patrem, Filium, & Spiritum S. nomine personæ ea- dem significatione utentes, qua usi sunt, hac quidem in causa, primi Ecclesiaz Catholicæ Scriptores, ut significet non partē aut qua- litatem in alio, sed qvod propriè consistit.

Ceterum fatemur etiā, verum esse, quod post lapsum Adg omnes homines naturali modo propagati, nascentes habeant pec- catum originis: intelligentes peccatum originale, quæd sic vocant sancti Ecclesiaz Catholicæ Patres, & omnes orthodoxi & piè erudi in Ecclesia, videlicet reatum, quo nascentes propter Adg lapsum rei sunt iræ divinæ, & mortis æternæ, ac ipsam cor- ruptionem humanae naturæ propagatam ab Adam protoplasto.

Quia confitemur quoq; Catholici, Ver- bum, hoc est, filium Dei affluisse naturam humanam in utero beatæ Mariæ Virginis, ut sint duæ simul naturæ in Christo Iesu, nempe divinam & humanam in unitate personæ inseparabiliter conjunctæ. Unus Christus, verè Deus & verè homo. Na- tus ex Maria virginе, verè passus, crucifixus mortuus ac sepultus, ut is reconciliaret no- bis patrem, & hostia esset non tantum pro culpa originis, sed etiam pro omnibus a- qualibus peccatis hominum. Idem de- scendit ad inferos, & verè resurrexit à mor- tuis tertia die, post ascendit ad cœlos, ut se- deat ad dextram Patris, ut perpetuo regnet ac dominet creaturis omnibz, sanctificet credentes in ipsum, misso deorsum Spiritu sancto in corda eorum, & sanctificatis det vitam æternam. Idem Christus Filius Dei palam est redditurus, ut judicet vivos ac mortuos resuscitatos, juxta Symbolum A- postolorum, &c. Verum ut consequamur credentes hæc summa Christi beneficia, scilicet remissionem peccatorum, sanctifi-

inter gentes, &c.

Præterea non diffitemur Catholici de Ecclesia, quod una & sancta perpetuo sit in terris mansura. Est autem Ecclesia propriè congregatio membrorum Christi sanctorum in universum, qui verè credunt, & ex animo obediunt Christo, eti in hac vita huic congregationi multi mali & hypocritæ admixti sunt, usq; ad novissimum judicium, &c. Habet autem Ecclesia propriè dicta, signa sua puram ac sanam doctrinam Evangelii & rectum usum Sacramentorum. Ecce veram unitatem Ecclesie opus est consentire de hac doctrina Evangelii & administratione Sacramentorum.

De Baptismo catholice iidem docemus, quod necessarius sit ad salutem, tanquam Sacramentum à Christo Domino institutum in aqua & spiritu, & quod per Baptisma afferatur nobis gratia Dei, & quod parvuli in fide Ecclesiaz, nō in sua, quam per ætatem habere non queunt, baptizandi sint, quodve per sacram baptismum DEO commendati recipiantur in gratiam DEI, & fiant filii Dei, ex filiis iræ, sicut Christus ipse testatur loquens de parvulis in Ecclesia: Non est voluntas patris vestri, qui in cœlis est, ut pereat unus ex parvulis istis.

De Sacramento Cœz Dominicæ, (quam Eucharistiam Ecclesiastici appellat) Catholici docemus, quod sub specie panis & vini verè exhibetur in mysterio corpus & sanguis Christi iis, qui vescuntur altera pariter & utraq; in unitate Ecclesiaz Christi, exercentes simul omnia, quæ ad Eucharistiam sacram hanc spectant, ex doctrina literarum Apostolicarum. Evidem quod ad sumptionem attinet, posthac ita exigente causa, non magnoperè digladiamur cum utraq; vescientibus, modò frat juxta veteris Ecclesiaz formam, & non præcūjusq; cerebelli arbitrio.

Iam de Sacramento pœnitentie confitemur nos quoq; quod lapsis post baptismum contingere posit remissio peccatorum quocunq; tempore, cum convertuntur ac restituuntur lapsi: Et quod Ecclesia talibus, qui redeunt ad pœnitentiam, imperire absolutionem debeat. Constat autem pœnitentia & conversio impii, & reversio peccatoris propriè tribus: Contritione cordis, Confessione oris, Satisfactione operis, qua nimicum satisfit Ecclesiaz offendit. His præcipue additur indubitate absolutonis fides, qua resipiscens credit, sibi propter Christum certò remitti peccata ante acta, &c. Confessio peccatorum, veteribus Exomologesis græcè dicta, propter absolu-

tionem jure habet, quod sint coram Deo & hujus Ecclesia de facto ipso excommunicati, ac Anathema facti. Istorum reconciliatio citra pœnitentiam publicam, & quam vocant Canonicam, vereor, ut fieri nunquam possit.

Præterea fatemur Catholici unanimiter sacramenta omnia instituta esse non modo, ut sint notæ Christianæ professionis inter homines, sed ut existant etiam signa & testimonia voluntatis Dei erga nos, proposita ad excitaadæ & commandam fidem in his, qui eis utuntur. Itaque utendum est Sacramentis eo pacio, ut accedat fides, quæ ex animo credit promissionibus per Sacramenta exhibitis atq; ostensis.

Quæ fide accipimus promissam gratiam quam Sacramenta significant, & Spiritum etiam sanctum. Evidem vetustus illustritus Ecclesiaz mysticus, hoc est, sacramentalis, quo baptizati ad Confessionem Evangelicæ fidei confirmantur, & corroborantur, in totum abolete impietatis sit. Tantum aboleatur abusus, & nec scio quæ ridicula ac plusquam puerilia & valde anilia.

Certè Sacrorum mitratorum, vocant hodie suffraganeos, levitas & morositas reprehendi meretur, qui cum ad nihil aliud vacent, nisi ad corradendas undecunq; pecunias, existimant, hic se esse meros reges, superiores ipsis laicis, quos confirmardi gaudētes accipiunt. Consulantur de hoc mystico ritu antiqui Canones & renovetur ita actus ille sacer, ut de baptizatorum atq; in fide Christianâ confirmatorum profectu gaudeat universa panegyris Christianorū. Atq; utinam reciperetur in usum annuum actus ille huc faciens, quem vir quidam Dei ostendit in prefatione paraphræcos in Evangelistam Matthæum.

Ad cundem modum (ut de his pluralioribus cuiusmodi in libro Comitiali deside-

legius quam moribus, & auctoritate quæ nova condere priscis Ecclesiæ temporibus ignota, nec arcanis literis prodita. Nam ut leve sit, Matrimonii Sacramentum pernegare, quid attinebat gradus, linea que remittere, & tot divortiis totque novis ac falsis usurpiis Ecclesiæ implere? Quod quid est aliud, quam Christianum matrimonium discepere atque prophanare, ut jam Iudeis potius & Ethnicis respondeant sponsalis quædam, quam Christianis moribus? Habet Ecclesia non parum paucæ in uso, quæ nemo prudens facile rejicit. Eiusmodi processus, ut ita dicam, publicos modò videmus antiquari. Ucuntur illi, obsecro, Majorum quibusdam sanczionibus & consuetudinibus, vicissim nos ab illorum placitis, siquidem ea lana sunt, non abhorrebitus, huc utrinque spectantes. ut melius agatur cum conjugiis, quam nunc est in corpore. Si abrogare aliquid libet, fac abroges Sardanapalimum, nuptias passim comitancem in omni licentia carnis & sanguinis, & præcaveas uique adeò faciles conjunctiones obscurorum homunculorum, per quas teinerarias desponsationes terra nebulonibus repletur & scortis, non sine ingenti matrimonii ignominia, præsertim si copulentur ad libitum suum, qui prima conjugia ipsi præter honestas causas diruperunt. Licebit interim de sacro matrimonio petuilia concessionari e sacris Bibliis: licebit hujus laudationes commemorare, cantionibus seu odis spiritualibus lingua vernacula celebrare conjugatos ad vitam matrimonio Christiano dignam adhortari, & si quid restat, quod profectio nostra exigit. Sic supra sacro ordine principio iudicare ac dissecere conveniebat. Ob sacerdotes males male judicabatur de ordine deque toto statu. Consulatur antiquitas, hec quod pronunciet, ratum esto: nihil enim usq; adeò moramur accessoria. Gratus habuere veteres, nec tales fastidit Apostolus, uti non rejicit etiam impositiones manum, & Chirotenias. Quid si agit iudeus, si adhibeatur chrisma, quo uia sunt prius Ecclesiæ Catholicæ secula? quid ea in parte estridicui, etiamsi e vestigiis. Synagogicis id aliquo modo supererit? Si valent in Ecclesia variis ordines, quidam hic ordo valeat tanto sublimior, quanto curandis animabus utilior? Deme abjurationem legitimi Connubii, que causa fuit incenarrandum turpitudinis, & abusus plures & opiniones scholasticorum quorundam de cœlibatu annexo ordini, de charactere ficto, deque similibus aliis, non inveniet vir pius, quod in hoc venerabili ordine ira authorato, & per Ecclesiam utramque ita roborato, hanc inseculat. Ceterum incolerantur, & tolerari eos tamen oporteat per Magistratus, & Inspectatores suos, quanquam non excusarim nostros quosdam omni modo reprehensibiles, dormientibus aut aliud agentibus Episcopis, parum aptis ad diocesin seu gubernationem: tot Ecclesiarum. Itaque consultissimum fuerit utrinque sapere, & tandem idem sentire in his legibus, moribus ac titibus Ecclesiasticis, & idem, quod est antiquitati sanctæ conformius, conuentis animis complecti, & publicitus tenere, ne semper inter Iudeos, Mahometanos, ac prodigiosos novarum heretorum architecos, hoc etiam exortos anno, sacrofascissimum Christi Iesu unigeniti Dei nomen, & Augustum Ecclesiæ Catholicæ agnomen male audiat, blasphemis, discerpatur, opprobriis conspuatur, propter nostras perpetuas dissensiones, & diversa partium studia. Eodem pertinet, ut paucis admoneamus de temere abrogato unicione externæ ritu mystico, ne propter inemendatas hujus sacræ actionis corruptelas, rem per se religiosam, & morituris in Domino fructuosam, perpetuò concilcent, sed recipient potius ad usum, amputatis quibusdam supervacaneis atque ociosis additionibus: breviter maneat substantia, tollatur abusus hoc quoque loco. Indignum cum sit, preces usque adeò pias omitti sine causa, eas lingua morientibus intelliga prælegere liceat, una cum exhortationibus validissimis. Nec obesse poterunt piz intercessiones circumstantiis viciniz: Si quæ tradiderunt Apostoli suis temporibus, non quadrant singula cum his, quæ præsens facit Ecclesia status propter ea haudquaquam rejiciendum erat bonum institutum, quod sit è radice sancta & Apostolici seculi manifestum vestigium. Consentiamus obsecro, nec sit posthac inter nos Schisma. Detestemur suam quisque philoniciam, & philadelphiam in consilio adhibeamus, sic erit Deus pacis nobiscum. Nam ut ad libellum Confessionis cujusdam propositum redemamus, recte statuitur, neminem publice concionari debere, aut Sacraenta administrare, nisi ritè vocatum, quod autem sit per legitimam ordinationem, atque constitutionem presbyteri. Nec alienum à vero est, ritus ac observationes in Ecclesia retinendas esse, etiamsi humana autoritate sunt natæ. Cujusmodi citræ lectiones fidei ac divinæ legis peragi poterunt, ut omnia secundum ordinem fiant, & servetur tranquillitas publica, quod genus sunt Feriæ, quas reduci ad originem antiquitatis sunt oportet, revocandæ concordia gratis, ut elec-

legius quam moribus, & auctoritate quæ nova condere priscis Ecclesiæ temporibus ignota, nec arcanis literis prodita. Nam ut leve sit, Matrimonii Sacramentum pernegare, quid attinebat gradus, linea que remittere, & tot divortiis totque novis ac falsis usurpiis Ecclesiæ implere? Quod quid est aliud, quam Christianum matrimonium discepere atque prophanare, ut jam Iudeis potius & Ethnicis respondeant sponsalis quædam, quam Christianis moribus? Habet Ecclesia non parum paucæ in uso, quæ nemo prudens facile rejicit. Eiusmodi processus, ut ita dicam, publicos modò videmus antiquari. Ucuntur illi, obsecro, Majorum quibusdam sanczionibus & consuetudinibus, vicissim nos ab illorum placitis, siquidem ea lana sunt, non abhorrebitus, huc utrinque spectantes. ut melius agatur cum conjugiis, quam nunc est in corpore. Si abrogare aliquid libet, fac abroges Sardanapalimum, nuptias passim comitancem in omni licentia carnis & sanguinis, & præcaveas uique adeò faciles conjunctiones obscurorum homunculorum, per quas teinerarias desponsationes terra nebulonibus repletur & scortis, non sine ingenti matrimonii ignominia, præsertim si copulentur ad libitum suum, qui prima conjugia ipsi præter honestas causas diruperunt. Licebit interim de sacro matrimonio petuilia concessionari e sacris Bibliis: licebit hujus laudationes commemorare, cantionibus seu odis spiritualibus lingua vernacula celebrare conjugatos ad vitam matrimonio Christiano dignam adhortari, & si quid restat, quod profectio nostra exigit. Sic supra sacro ordine principio iudicare ac dissecere conveniebat. Ob sacerdotes males male judicabatur de ordine deque toto statu. Consulatur antiquitas, hec quod pronunciet, ratum esto: nihil enim usq; adeò moramur accessoria. Gratus habuere veteres, nec tales fastidit Apostolus, uti non rejicit etiam impositiones manum, & Chirotenias. Quid si agit iudeus, si adhibeatur chrisma, quo uia sunt prius Ecclesiæ Catholicæ secula? quid ea in parte estridicui, etiamsi e vestigiis. Synagogicis id aliquo modo supererit? Si valent in Ecclesia variis ordines, quidam hic ordo valeat tanto sublimior, quanto curandis animabus utilior? Deme abjurationem legitimi Connubii, que causa fuit incenarrandum turpitudinis, & abusus plures & opiniones scholasticorum quorundam de cœlibatu annexo ordini, de charactere ficto, deque similibus aliis, non inveniet vir pius, quod in hoc venerabili ordine ira authorato, & per Ecclesiam utramque ita roborato, hanc inseculat. Ceterum incolerantur, & tolerari eos tamen oporteat per Magistratus, & Inspectatores suos, quanquam non excusarim nostros quosdam omni modo reprehensibiles, dormientibus aut aliud agentibus Episcopis, parum aptis ad diocesin seu gubernationem: tot Ecclesiarum. Itaque consultissimum fuerit utrinque sapere, & tandem idem sentire in his legibus, moribus ac titibus Ecclesiasticis, & idem, quod est antiquitati sanctæ conformius, conuentis animis complecti, & publicitus teneare, ne semper inter Iudeos, Mahometanos, ac prodigiosos novarum heretorum architecos, hoc etiam exortos anno, sacrofascissimum Christi Iesu unigeniti Dei nomen, & Augustum Ecclesiæ Catholicæ agnomen male audiat, blasphemis, discerpatur, opprobriis conspuatur, propter nostras perpetuas dissensiones, & diversa partium studia. Eodem pertinet, ut paucis admoneamus de temere abrogato unicione externæ ritu mystico, ne propter inemendatas hujus sacræ actionis corruptelas, rem per se religiosam, & morituris in Domino fructuosam, perpetuò concilcent, sed recipient potius ad usum, amputatis quibusdam supervacaneis atque ociosis additionibus: breviter maneat substantia, tollatur abusus hoc quoque loco. Indignum cum sit, preces usque adeò pias omitti sine causa, eas lingua morientibus intelligita prælegere liceat, una cum exhortationibus validissimis. Nec obesse poterunt piz intercessiones circumstantiis viciniz: Si quæ tradiderunt Apostoli suis temporibus, non quadrant singula cum his, quæ præsens facit Ecclesia status propter ea haudquaquam rejiciendum erat bonum institutum, quod sit è radice sancta & Apostolici seculi manifestum vestigium. Consentiamus obsecro, nec sit posthac inter nos Schisma. Detestemur suam quisque philoniciam, & philadelphiam in consilio adhibeamus, sic erit Deus pacis nobiscum. Nam ut ad libellum Confessionis cujusdam propositum redemamus, recte statuitur, neminem publice concionari debere, aut Sacraenta administrare, nisi ritè vocatum, quod autem sit per legitimam ordinationem, atque constitutionem presbyteri. Nec alienum à vero est, ritus ac observationes in Ecclesia retinendas esse, etiamsi humana autoritate sunt natæ. Cujusmodi citræ lectiones fidei ac divinæ legis peragi poterunt, ut omnia secundum ordinem fiant, & servetur tranquillitas publica, quod genus sunt Feriæ, quas reduci ad originem antiquitatis sunt oportet, revocandæ concordia gratis, ut elec-

ctionem, propter naturam sēpē numero
gratiæ p̄cipollentem, eti invitis ac zgrē
terentibus nobis, atq; etiam per fidem &
timorem Dei ob oculos nostros obversan-
tem, acriter repugnantibus.

Preceptis autem Dei morem gerere dif-
ficilimum foret homini tam nato quam re-
nato (ut quod c̄it verissimum confitcamur)
nisi, Apostolo doeente, Deus ipse esset,
qui operaretur in nobis credentibus ipsum
velle, hoc est, voluntatem hanc ad bonum
omnino liberam. Et nisi Dominus in Evan-
gelio diceret, sine ipso nihil nos facere pos-
se, quod si sine ipso nihil possumus facere,
cum ipso & cooperante ipso, instigante ipso
quid boni non fecerimus, modo velimus?
Deus operatur in nobis ipsum operari,
sue facere bonum, quidni igitur per i-
psum, & cum ipso quod bonum est, facere,
& quod malū est, omittere? Non est à no-
bis ipsis, inquit Apostolus, nec est viriū hu-
manarū, Deo placere posse, desuper datur:
usq; adeo vērum manet, nihil nos habere,
quod non divinitus accepimus, ne de
carne nostra gloriemur, in qua videlicet
bonum aliquid esse Paulus negat. Sicq;e
consistit illud, Nihil accipere hominem,
nisi fuerit ei desuper donatum. Nolle bo-
num, nolle Deo obedire, aut etiam posse,
malum autem velle, naturæ simpliciter hu-
manæ est, velle bonum, nolle malum, velle
Chrtisti legem servare, Christi verbum au-
dire, cordi affigero, factis exprimere, Chri-
sti vestigia per crucem sequi, non naturæ
humanæ est, sed gratiæ divinae.

Nihil fructus tulerit palmas extra vi-
tem, sed palmes manens vegetus, vividus,
floridus, in vite fructum multum & fert, &
ferre potest. Hic vides radicē omnis rei,
qua est nimis rē Spiritu sancto, qui datus
est nobis credentibus. Eo sanè pacto habet
homo, non præcise homo, sed Christianus,
liberum arbitrium. Pelagiani non sumus,
sed non iūdē Manichæi, multo minus nobis
est negotii cum necessitate Wiglephica, &
Philosopherum fati, sed gratiam prædicamus
nostræ voluntati cooperantem, & ta-
lēm gratiam, qua specialis semper nobis
adfit, non sit tantum generalis. Non loqui-
mur de rebus mortalium, quid illic natura
posit ex seipsa, hoc est, sine gratia, sicut in
vita, & conversatione filiorum Adam omni-
um conspicuum est, ac erat olim pagano-
rum ante & extra Evangelium Chrtisti:
præterea quid natura eadem, quamquam ab
initio corrupta, valeat in politicis & œ-
conomicis.

Loquimur tantum de rebus Ecclesiasti-
cis, divinis, sacris, & ad Deum, Deo; re-
gnum unicè spectantibus, quantum ibi

tit liber propositus, ut videtur, cum Ortho-
doxis sentit, & nos libro ad stipulamus, dex-
trumque jungimus. Gratia tribuimus plu-
rimum, ac nihil non, naturæ minimum. Si
quid minimum tamen tribuimus, Aurelius
Augustinus iudex inter nos esto, non solum
in hac controversia. Cum illo loquimur,
cum illo tacemus, & sacris Scripturis con-
fidentes, nos rectissima via ire scimus, qvic-
qvad ante nos garrierint novæ, hoc est, scho-
lasticæ Theologiz fabri, qvorum iras fa-
cilius feremus quam Dei, qui est benedictus
Deus veritatis.

Subjungitur in libro de non negligendis
aut rejiciendis bonis Christiani populi
operibus, id quod mirum in modum placet
veteris Christianismi indagatoribus. Esto
sancte, qui laudem bonis operibus detrahe-
rit, nemo sit, introducatur in līte concilia-
trix, & amnestia illa olim Atheniensis re-
bus, vel factis vel infectis imperet silentium.
Est in confessio, verè bona opera credenti-
um in Christo, & eo authore, bono profe-
cta spiritu, majestati divinæ placere. Unum
reliquum est, ut excusso torpore & percal-
cata acedia tandem accingamur utrinque
ad facienda bona opera, ne perpetuo rixem-
ur de re, quæ existat nusquam. Iam si al-
tum filuerunt conciones usq; ad hæc tem-
pora, de precipiè bonis operibus & exer-
citiis fidei, nos ejusmodi detrimenta tuen-
da non suscepimus, ut non probamus, in-
cultas tantum fuisse.

Constitutionum humanarum commen-
dationes de fériis plus æquo numerosis, de
jejuniis coactis, & per eos injunctis populo
qui ipsi non jejunabant, de falso Monacha-
tu, hujusq; manifesta hypocrisi, & vita
parum pudica, raro sobria, de factis frater-
nitatis, vel ad quæstum, vel ad commis-
siones, vel ad veræ fraternitatis, qua est
in Christo, ludibriis, de peregrinationibus
votariis, qua quid reipublicæ Christianæ
ad veræ pietatis edificationem profuerint,
tonus nunc orbis novit, de cultu sanctorum,
quem præter canoniam scripturam intro-
duxit in Ecclesiam turpis lucri cupiditas,
& tēr quaterq; maledicta superstitione, uno
Deo non contenta, de robariis, adde de reli-
quiarum quæstuariorum, aut potius de reliquiis
Sanctorum ad quæstum prostitutis, qua
ab ebriis nugonibus quibusdam confide-
erant, ac si Sanctorum essent, cum illis
exitierit nihil nugatorium, quod postea ipsi
inter pocula effutierunt, deniq; de indul-
gentiis, siquidem harum intollerabilis abu-
sus sua sponte interit, in prefens nihil at-
tingemus. Ejusmodi si qui publicitus con-
cionari fuerint aut, ne illi fideles servi Do-
mini, & diuinæ sunt, qui supra multa consili-

sum stabulum expurgaretur. Adhorrent animi piorum hominum, si percipiant, istuc in concionibus bonorum operum loco fuisse apud maiores nostros declamata, qui error quantus sit, nemo facile crediderit. Verissimum est, opera ab operibus distinguvi debere, alia esse bona, quæ præcipit Dominus in Evangelio, & docent Apostoli in Epistolis, cuiusmodi cum fide exigitur, ad possessionem seu hereditatem vite. Alia esse opera templaria, quæ in cultu divino requiruntur, quæ & ipsa si rite fiant, bona sunt, & nullo modo contempnenda, si tamen sacre scripturæ fines non transcedant. Rursum alia esse opera civilia, quæ fieri postulat magistratus, hæc ad politiam pertinent. Item alia esse domestica, quæ & parentes & pædagogi jubent. Atque hæc ad Oeconomiam spectant, necessaria ac utilia omnia ad presentem vitæ hujus functionem, & Ædia Phœge seu indifferētia nulla.

Inter tot opera quæcumque tantum in fidei Christiæ regno Ecclesiastica, quotquot nomen laudemq; suam habent in sacris Bibliis, quævè animabus servandis conducunt. Hæc bona opera neq; rejici, neq; negligi, neq; omitti à quoquam debent, quia sunt à Deo prodita, & mandata credentibus ad salutem, & quæ sua: habent promissiones Dei Opt. Max. & in quibus voluntati divini servitur: breviter, quæ olim in judicio exiget, & affatim remunerabit. Hic est rei ordo. Conjungimus igitur nostrum consensum cum libro proposito de commendatione verè bonorum in fide operum, adversus ista quædam, quæ nec bona opera dici meritentur, nec mala nec media, & utinam fuissernt mundo semper incognita.

Deploramus ergo nos quoque hanc Ecclesiæ calamitatem, quod regnârint in ea varii cultus, quos Græci Λαλεῖας appellant, & quod in humanis ceremoniis fiduciam spemque salutis unicum collocantes, in errorem seducta simplicium corda, cum fiducia spesque salutis æternæ unica ponis solùm debuit in Christo Iesu Servatore nostro unico. Tantum abest, ut eam poni conveniat in meritis honorum etiam operum, quæ præcepit Deus, ut facerimus, usque adeò agnoscamus nos servos inutiles Domini, etiamsi fecerimus omnia, quæ ille præcepit. Ille cuj^o præcepto jussuq; faciunus, de cui seriendo inquam, cuius gloriam facimus, bona eæ opera seu facta esse estimabit, ac rependet, non judicabit inutilia, si nos judicaverimus nos ipsos inutiles, & gloriari.

graviora sunt legis divinæ. Hæc oportet Christianos servare necessariò, sed quæ exteriora sunt in Ecclesiis, et si leviora, non omittere: semper verum est, misericordiam erga proximum in primis requiri, & charitatem longè magis postulari, quam sacrificium, hoc est, factæ Christianæ charitatis præpollere iis, quæ agitantur per tempora, potissimum si sint ex humana constitutione, quemadmodū superiora illa ex lege divina. Idq; collaudamus, quod & alii primum evangelizant, proponentes auditibus Evangelium Christi, vera fide recipiendum, deinde addunt doctrinam de bonis operibus. Tale enim non Apostolicum esse non potest. Fidem promissionis recte inculcant populo, & idem nos facere oportuit, posteaquā Evangelium arguit peccata, & requirit penitentiam, & simul iacet remissionem peccatorū propter Christum gratis, non propter humanarum virtutum aut meritorum dignitatem.

Et sicut universalis est penitentia prædicatio, ita & promissio gratiæ universalis est, & omnes ex æquo credere jubet, & accipere beneficium Christi, quia misericordia Dei lecupletissima redundavit in omnes homines, & hujus gratia philanthropia, i. e. erga homines amor apparuit, illuminavit, & palam innotuit per Christum omnibus hominibus. Unde advocat ad seipse Servator omnes homines, quotquot spiritualiter oneratos se esse agnoscunt, qui venit servandis ex æquo omnibus. Penitentia peccatoris, & de peccatis commissis contrito, quæ vocant, & dolor una cum fructu, penitentia dignis, & sui accusatione propriaq; condamatione, & clavibus Apostolicis & Evangelicis solutionibus, esse quidem debent in populi Christiani usu asiduo, sed et si hæc ipsa necessaria semper sunt, ad impetrandam remissionem peccatorum, maximè post baptismum reiteratorum, tamen si conferantur cum gratuita misericordia Dei, in Christo terrarum orbi exhibita præstataque, & immensis ac inenarrabiliis meritis Christi unigeniti Dei, quantilli obsecro precii fuerint? Solatum peccatoris omne in Christo querendum est per fidem sui verbi: & ab hoc agno immaculato, qui tollit peccata mundi, omnis peccatorum remissio perfecta expectanda est, & sanitas, paxque conscientiarum, & tota salus animarum: nihilominus tamen, quæ divinitus jubemur, exequi in Ecclesiæ communione: necessaria sunt, & ob id contumaciter fastidiri, negligi, ac omitti non debent, nec sine da-

ret vera poenitentia? Quandoquidem homini nisi poenitenti, & ob commissa lemet excrucianti, atque Christum in angustia conscientie suz gementi ac suspiranti, non unquam contigit remissio? Num opus est medico, nisi male valenti, & qui agnoscit se male valere? Num missus est Servator in mundum, ut sanet, nisi contritos corde, & praedicet captivis remissionem? nisi forte sit captivus, qui se nesciat captivum esse. Hac vero captivitatis & miseria nostrae cognitio ex concione verbi Domini primum nobis contingit, in quo audimus, nos filios ira nauci, & eterni tradigi gehennam, nisi e tenebris, spiritualibus experienti ad libertatem, redemptorem, illuminatorem medicum Salvatorem, Christum Iesum filium Dei vivi, a patre in hoc missum confugimus, de celo renati.

Recte hic dicitur, fide hoc beneficium accipendum est, qua credere nos oportet, quod propter Christum nobis donetur remissio peccatorum, aempe et credentibus. Siquidem apud Lucam in verbis Domini conjunguntur hæc duo: poenitentia & remissio peccatorum, quasi alterum absq; alterum non firmè confusat. Et hæc duo complectitur fides verbi, quo promittitur absolutione, citra quā hesitatet in ambiguo peccator, non habiturus ubi pede figeret. Usq; adeò est in negocio praedicaz salutis firma hypostasis, & substantia certa Dei Opt. Max. promissio. Et nihil habet absurdum, nihil perplexum, nihil sophisticum. Non est hic opus disputationibus de prædestinatione, aut similib. Nam promissio est universalis, quod antehac diximus, & nihil detrahit operibus, immo exfuscat fidem, & verè bona opera. Nam remissio peccatorum transfertur ab incertitudine, insufficiencia, reputatione, dignitate, gloriacione, fiducia nostrorum operum qualitumcunque.

Ar quo? ad misericordiam Dei, ut hoc tantum salvationis solidum, ratum, certum que sit, non ut nos in Ecclesia nihil agamus, & oculos securi, vivamus, sed multo magis ut sciamus, quomodo placeat Deo nostra obedientia, que sit in timore ac tremore Dei, in spontanea servitute Dei, in vera fide ac dilectione Dei, per opera bona toties Apostolo commendata, per abnegationem impietas ac mundanarum concupiscentiarum, per sufficienciam communicata nobis crucis, & per conversationem piam, justam, ac sobriam in praesenti seculo, usque ad diem Domini, quando redditurus est unicuique juxta opera sua. Quz omnia communienda atque conveстиenda sunt ab Or-

veteris Ecclesiis probatissimi, quemadmodum nec aliter sentimus, quam illi sanctissimi atque doctissimi viri, qui Evangelium suo etiam cruore, non sermone tantum confirmarunt. Reliquimus tamen alios Iesu more loqui de justicia, quod nobis conjunctos religione Christiana fore in omni, orente Deo speramus, post tot certamina, quibus saxe reperitur, non semper amantur, veritas.

Audivimus satis patienter ac benevolè, qua sermonis consuetudine, & qua diligentia inculcent, atq; subinde idem reperi, ac receptam suam istam pithanalogiam, quæ tamen a doctrina Ecclesiæ recia non ita inaltum distinet, si res ipsa penitus discutatur. Cum pace igitur iua proponemus parvmodo Ecclesiasticorum doctrinam de justitia hominis, quam satius erat habere, quam disputare. Tam diu ac toties rixamur de justificatione, & nonquam auhclamus, ut iusti simus revera, & iusti reperiatur ad salutem. Vellemus autem, de fide iustitiae quoties dicunt, ut exclusivam illam pacificè ac amicè omittant, quando sacra nullæ literæ eam addunt, & ex scripturis Canonis potius loqui ac docere ament, quæ ex propriis Meminerint, se quoq; dicto Davidi esse obnoxios, omnes homines mendaces. Arrogantiam odimus, modestiam, si qua esset, laudaremus. Sed esto, tempora poscunt mutationem in melius partis utriusq; ita ut sacra Scripturæ in his hodie odiosissimis controversiis intercedant, & ad iter requirant, atq; medium invitent, quantum substantia religionis ac veritas professionis Christianæ, ipseq; authoratus fidei canon permittit.

Quapropter fidei nostræ non usq; adeò nudæ, & omnibus charitatis orbate officiis omnibus Sacramentorum administrulis defitutz, omnibus latræ obsequiis, omnibus in universum erga quoscunque factis spoliatz, virtutibus Christianis exute tribuantur, quod cum ipsi fidei pariter, tum observationi mandatorum Dei tribuit tota scriptura utriusq; Testamenti, scriptura inquit, tribuit, idem facit Ecclesia per orbem terrarum diffusa, quam antiquitas vocat Catholicam & Apostolicam, quæ est universalis consensus communionis sanctorum, quam in Symbolo confitemur & credimus, nimirum justiam, sanctimoniam, & vite æternæ possessionem, spiritu aliter tenatis, & fide plenis, quæ fides per dilectionem operatur. Eterodida scaliam (ut, quod volo, ex Apolo mitius eloquar) nec comprobare, nec recipere possumus: quandoquidem diversum sentiunt scripta legis, Prophetarum, Apostolorum, Apocalypsis, &c. &c.

talis ecclesia, in qua ad hanc divisionem
presentem.

Faciemur plus quam ingenuè, talia ope-
ra seu facta nostra, quæ credimus, non esse
ejus dignitatis, ut hæc magnoperè attol-
lamus, cœloq; locutus, neque minus tam-
en hæc in verbo Domini exiguntur à cre-
dente, veluti necessaria, & passim cum fide
Charitas Dei proximiq; copulatur. Haud
quaquam sumus nescii, quantilla sit coram
Deo, adeoq; nulla humanae naturæ digni-
tas, quantillæ vires, & quam imperfecta o-
mnia: at iudeum nescii minime sumus, opera
credentium bona esse dona Dei, cui sua do-
na, quorum ipse autor est, displicere non
queant, & juxta quæ sit in novissimo here-
ditatè cœlestè redditurus. Profectò verè
Catholici honorū operum actionē, ac horū
valorem nulli rei, præterquam agenti gratiæ
Spiritus Sancti ferunt acceptum. Cui gratiæ
nostrum in bene agendo subservit arbitriū,
qvod est voluntas à Deo correcta ita
nostrum ut tam velle, quam posse nostrum,
gratiæ magis sit, quam naturæ.

Eapropter hæc tenus peritamus, nihil fe-
rocientes in hac Apostolicæ Ecclesiæ sana
constantiq; doctrinæ, secundum scripturas
sanctas, quas nostri majores (de vetustis-
simis loqvor) nec fraudulenter, nec violen-
ter tractarunt, sed non minus scribendo
quam docendo, proprietate atq; eruditione
sua simpliciter & fideliter fecuti sunt, inde
à primis annis fundamenti Ecclesiæ Chri-
stianæ jacti. Atq; hic quidem nobis consili-
lum non est, multis citationibus Lectorem
obruere, cum possimus coacervare ad fi-
dem huic doctrinæ conciliandā, infinita lo-
ca, tamen à Bibliis canonitis, quam e scriptis
patrum authenticis, quod ipsum alibi, op-
inor, plus quam satis fecimus. In præsen-
tā legatur D. Augustini libellus, cui ti-
tulus de fide & operibus, deinde qvod idē
proco magnus Evangelii Christi in literas
misit super Ps. 31. Ultraq; Ecclesia aliam ne-
scit de justificatione fidem, præter eam,
quam Apostolus descripsit Galatis suis,
nempè fidem, quæ per dilectionem opera-
tur, ut paulò superius diximus.

Nōrūt hoc loco, quid sibi velit vox græca
ἀγάπη μέρη. Dilectionem autem majorē
esse, ex eodem Apostolo Paulo nōmō non
novit, à quib. oraculis nobis omnino standū
arbitramur, & cum mansuetudine petimus
ut cupiditate victoriæ aliquantis per positā,
de ipsa veritate seriò dispiciant, tanquam
in conspectu Dei, & tandem ab antiquo
Ecclesiasticos definiant contumeliis afficere
ac pro Antichristianis proscindere. Quid

Evangelium Christi non poterit esse, quod per
Evangelium Christi oppugnatur. Nec ver-
bum Dei potest esse, quod non prædicariet
Paulus, non Petrus, non Iohannes, non ceteri
Apostoli, non horum discipuli, non horum
successores Episcopi, sanctissimi pariter ac
doctissimi, ipsi etiam Adversariis testibus.
Nam si quid docemus Ecclesiastici, quod illi
ante nos non docuerunt, quodve in primis
non docuerunt Apostoli, & ante hos Pro-
phetæ Domini: age nos reos vel iudicij,
vel concilii, vel gehennæ etiam si vis.

Coegerit diversa doctrina quosdam in an-
gustias hasce, ut oportuerit fingere, non
rem sterilem, sed valde fecundam esse, &
parere opera ex se ipsa, ut opus non sit
aut docere, aut precipere, aut exigere à
credentibus bona opera. At quibus istuc
authoribus? fidem ajunt arborem esse, quæ
fructus operum ultrò proferat, & per con-
sequens fidem sine operibus nuspianum
posse. Atqui secus clamat Doctor Augu-
stinus, astruens, fidem sine operibus est
posse, sed non prodesse. Sic amice lector,
hic habet Evangelica doctrina, nimirum
Spiritum sanctum, & totum bonum illud
quod in credentibus nobis creavit Spiritus
sanctus, hanc esse arborem bonam: quæ
bonos fructus, hoc est, bona opera ex
fide in nobis erendentibus divina sae poten-
tiæ generet: cum sit Deus Spiritus ille san-
ctus, ac ideo creator rerum, certè fides
creator non est, sed creatura. Cur igitur
creaturæ tribuatur, quod est Creator?
Quin & ipsa etiam fides ab Apostolo in-
ter fructus Spiritus Sancti palam recen-
setur, tantum abest, ut queat illa esse arbor
fructifera.

Adhæc tota lex & Prophetæ non fide nu-
da, et si vera & evangelica, non historicata-
tum, & quemadmodum ipsi inquirunt, viva,
sed in dilectione Dei ac proximi pendent,
ut testificatur Evangelium nostrum, sive
ut Apostolus Paulus Doctor noster affir-
mat his verbis: Tota lex uno verbo com-
prehenditur atq; completur, videlicet dilec-
tionis. Et Deus est dilectio, Deo autem ni-
hil majus esse potest. Is nunquam cesabit,
eodem Apostolo teste: ideo nunquam ces-
abit dilectio. Hæc dilectio fidei charitas est
vestis nuptialis in Evangelii parabolæ
puro corde, quippe existens charitas con-
sciæ bona nō simulata, quæ credentes chri-
stiana cōversatione vestit atq; ornat. Hæc
dilectio fidei charitas est oleum illud in lam-
padibus virginum, ut pote misericordia er-
ga fratres felicissimè flagrans. Nec unum
illud necessarium apud Lucam Evangelistam

mus? num excludimus? num postponimus? nullo modo, sed damus unicuique quod suum est, procul absit tam sacrilega, tamque diabolica de hominibus catholice Christianis aliorum cogitatio. Preponi fides debet, quia praecedit, quia oportet primum credere accedentem ad regnum novi Testamenti. Iacit hoc fundamentum Ecclesiae, quod solus Christus est, dilectio subseqens: hoc fundamento iacto, superstes, & perhie, ac consummat, quod initio illa coepit, adeo non sola, ut si absit dilectio, frigescat, & veluti mortua videatur.

Qua fronte excludamus fidem, videlicet sine qua placere nemo Deo potest, tamen modo dilectione, honorum operum martyre, sine quibus fides esse non vult, nec valeret causam nunciam. Et confirmamus eadem contentione, eodemque zelo, studio, ardore dilectionem, praedicari in Ecclesia oportere, quo praedicamus fidem, ne imprudentes destruamus, quod costruxerunt Apostoli, quod Propheta, quod Martyres, & ne populus in securitate & licentia torpescat perpetuo, erret in metu, palperet, cecorum instar, ignorans semper, quod iter ingreditur ad vitam. Si dogma istud extorxit cura inutilium vulgi operum, enjusmodi proxima vidit etas, videmus, id praeposteri studii defervuisse jam adeo, ut post hac, si pugnare hoc ense non absistas, mortuus jugulare videaris, praesertim apud Germanos, quibus propitio Christo recipere visum bona ex parte contigit. De summa fidei, ac potentia maxima spei, alio loco est lingvarum fonte differitur. Quae post hanc liber copiose enumerat de honorum operum ratione, non diffidemus Ecclesiastici, nisi quod istae intuaciones creberimur suspicionem humanae cuiusdam inventiois secum trahunt, utpote quae latuerit omnes homines usque ad hodiernum tempus: ut decet, approbamus orationem haec libri, nempe obedientiam erga legem Dei necessariam esse in reconciliatis, puta renatis, & Evangelio credentibus, & quod existere fides non possit aut valeat, nisi in presentibus cum nos nihil diversum sentiamus. Praterea, quod ait, inter bona opera precipuum est, summis cultus Dei fides ipsa, nec enim colitur aut invocatur Deus, si absit Dei cognitio, & nisi absit fides, quia creditur esse Deus. Verba valde pia sunt, ubi inquit: cum fide agnoscamus misericordiam Dei, configimur ad Deum, diligimus, invocamus, speramus, expectamus auxilium, obediens in afflictionibus, quia jam scimus, nos esse filios Dei, & placere Deo nostrum sacrificia, nostras afflictiones, &c. Adsentimus, necesse esse in Ecclesia, de interioribus operibus & fructibus spiritus doceri homines. Nam bene-

re etiam Hypocritae possunt. At hi cultus (iphi addunt tantum) sunt vere Ecclesiae, vera penitentia, timor, fides, invocatio, &c. Hi cultus praecipue reqviruntur & laudantur in scripturis. Subiungens piura libri verba: & hac fide, quae consolatur corda in penitentia, accipimus Spiritum sanctum, qui datur, ut gubernet & adjuvet nos, ut peccato ac diabolo resistamus, & magis infirmitatem nostram agnoscamus, & in nobis crevit agnitus Dei timor, fides. Quare debet in nobis obedientia erga Deum, & nova vita crescere, sicut Paulus docet, renovari nos debere ad agnitionem Dei, ut efficiatur in nobis nova lux, & imago eius, qui condidit nos. His addas licet, quae huc quarto loco differit super magna infirmitate, & immunditia naturae humanae, quae sit, ut caro infirma legi Dei non sat, faciat opus igitur esse prius consolatione, ut sciant, quomodo hoc exigua & imperfecta obedientia Deo placeat, &c.

Mox. Qyanquam igitur hoc nova obedientia procul absit a perfectione legis, tamen est justitia, & meretur premia ideo,

Pag. 366.

quia personae reconciliatae sunt. Rursus. Atque ita de operib. judicandum est, quae quidem amplissimis laudib. ornanda sunt, quod sint necessaria, quod sunt cultus Dei, & sacrificia spiritualia, & mercantur premia. Item re-

git docent isti contra eos, qui jubent dubitare, aut confidere propriis viribus. Post

hoc pulchre dicunt: de hac obedientia triam docemus, eos, qui admittunt peccata mortalia, non esse justos, quia Deus requirit hanc obedientiam, ut resistamus vitiis affectibus: qui autem non repugnant, sed obtemperant eis contramandatum Dei, & admittunt actiones contra conscientiam, hi sunt injusti, & neque S. sanctum, neque fidem, id est, fiduciam misericordiz retinent. Nam in his, qui delen-

tantur peccatis, nec agunt penitentiam, ne potest quidem fiducia existere, quae querat remissionem peccatorum. Deinceps, quae quinto loco refert liber, non reor a Christo esse aliena, sed multo magis digna, quibus assentiamur. Sunt autem

hec: Necesse est quaque docere, quomodo facere homines bona opera possint. Modo dictum est, quomodo placeant Deo: hic addimus etiam, quomodo fieri possint.

Etiennim homines suis viribus externa honesta opera utcunque efficere possunt, & hanc disciplinam debent prestare: tamen homines sine fide sunt in potestate diaboli,

qui impellit eos ad manifestam turpitudinem, occupat animos eorum impiis & blasphemis opinionibus, id enim est regnum & tyrannus diaboli. Adhuc natura per se

spiritus doceri homines. Nam bene-

tiuntur, adiuvet & gubernet. Qvare in omni vita in tanta infirmitate naturæ, inter has diaboli insidias, in omnibus periculis exercenda est fides in invocatione, ut perseverare in fide & obedientia erga Deum possimus. Itaq; Zacharias inquit: Effundā super domum David, & super habitatores Jerusalem spiritum gratiæ & precum. Ideo enim vocat spiritum gratiæ, qvod Spiritus sanctus erat & consoletur per terrefactas mentes, & testetur, nos habere Deum placatum. Et vocat spiritum precum, ut fidem assidue in invocatione exerceamus, ut per hæc exercitia confirmetur fides, & crescat nova vita. Et veræ virtutes sine ulla dubitatione sunt dona Dic, fides, perspicacia iudicii in discernendis dogmatibus: magnitudo animi, qvalem esse necesse est in his, qvi Evangelium docent & cōfidentur, vera diligentia in regendis Ecclesiis vera humilitas, non frangi populari favore, aut odio, vera castitas, &c. Debet a. ad hæc dona accedere exercitatio nostra, qvæ & conservat ea, & meretur incrementum, juxta illud: Habeti dabitur. Et Augustinus præclarè dixit: Dilectio meretur incrementum dilectionis, cum videlicet exerceatur. Habent a. bona opera præmia cum in hac vita, tum post hanc, in vita æterna. Qvia n. Ecclesia in hac vita subjecta est cruci, & morti corporali, differuntur præmia pleraq; ad futuram vitam, qvæ etiam per misericordiam certò propter Christum contingit his, qvi fiducia Christi justificati sunt, tamen tiam est compensatio bonorum operum, juxta illud: Merces vestra copiosa est in cœlis.

Rūsum inquit liber. Invocatione est honesta, qvi tantum Deo omnipotenti præstandus est, videlicet patri æterno, & filio ejus, ac Servatori nostro Iesu Christo, & Spiritui sancto, ac proposuit nobis Deus filium suū Iesum Christum, mediatorem & Pontificem interpellantem pro nobis: propter hunc solum testatur nostras proces audiri & accipi, juxta illud: Qvicquid petieritis patrē in nomine meo, dabit vobis. Itē: Unus est mediator Dei & hominū. Ergo invocantes Deum offerant suas preces per filium Dei, sicut in fine precuin in Ecclesia dici solet: per Iesum Christum, &c. Hæc de Invocatione doceri necesse est, sicut alias copiosi de Invocatione nostri scripserunt.

Econtrà vero taxanda, & ex Ecclesia prorsus ejienda est cōsuetudo invocandi sanctos homines, qvi ex hac vita decesserunt, qvia hic mos gloriam soli Deo debitam transfert ad homines tribuit mortuis omnipotentiam, qvod sancti aspiciant hominum corda, tribuit item mortuis officium mediarii, &c. qvæ in aliis ecclesiis

historias piorum, qvia exempla utiliter docent, si recte proponantur. Cum audimus, Davidi condonatum esse lapsum, confirmatur fides in nobis qvoq;, constantia Martirum veterum nunc qvoq; confirmat animos piorum. Ad hanc utilitatem recitare historias utile est, sed tamen prudentia in accommodandis exemplis opus est.

Missa.

Non erimus hoc loco valde oculati, cum id esse ad reprehensionē justam usq; possimus, ut prævaleat charitas judicio, & dissimilando lucrifaciamus os nostrum, ac carnem nostram. Fateatur ulti, in missa, qvam ajunt se non aboleuisse, latinis concionibus alicubi admiseri germanicas, qvas videlicet addiderint ad docendum populum, ut excitentur aliqui ad verum timorem, fidem ac invocationem. Et ē Paulus confirmant, uti oportere lingua populo intellecta, & hoc ipsum constitutum esse humano jure. Qvin & ad seruandi populum, ut una utantur Sacramento, si qvi sunt idonei, & augeri per hoc reverentiam ac religionē publicarum ceremoniarū: nec ullos admitti, nisi prius exploratos. Præterea admoneri homines de dignitate & uili Sacramenti, qvantū consolationis proponant his, qui agunt pœnitentiam, ut discant homines & timere Deum & credere, ac exerceant invocationem, sive precationem: petant, ac expectent bona à Deo: & reliqua ejusmodi Catholici improbare non poterunt, præsertim ubi liber de cantionibus germanici admixtis commemorat.

Quid? è re Christiana foret, si in tota Ecclesia, maxime posteaq; huc devenimus est, Cantiones qvasdam populo intellectas, ad usum pietatis permetterent presules, id qvod attigimus suprà qvoq;. Non est novæ consuetudinis introducio, non hæresis, non scandalum, non flagitium, Christo filio Dei vivi carmen dicere & antelucanos hymnos, exemplo primorum Christianorū apud Romanos, teste Plinio. Carmen enim dicere Christo qvid aliud est, nisi laudem Deo canere, juxta illud: Cecinit Moyses carmen hoc. Item cecinit Israel carmen hoc: & alibi, carmen Deo nostro. Iltuc autem carmen canere, aut hymnum dicere, non tantum ad clerum coarctari decet, qvia in hoc, ut cantet, mercede conductus est, sed interest etiam omnium invocatorum in veritate, ut laudent ac glorifcent Deum suum, nullo præmio proposto. An enim solum cleri Deus est, & non etiam populi? Qvis fidelium obturabit, quis claudet ora fidelium, ne crumpant in

trepac contentibus.

Scriptum est, laudate Dominum omnes populi, laudate pueri Dominum, laudate servi Dominum. Et Apostolus ad cantiones non carnalēs, ex ipso corde personandas ad monet Ephesios, tam laicos quam cleros. Nec nos latere patitur Ecclesiastica histōria, q̄a aviditate olim cecinerit populus Catholicus cantilenas peculiariter compositas, pro afferenda sanctissima Triade adversus h̄eres. Hoc profecto erat, quod ille dicit: labijs exultationis laudabitos meū. Laudant Deum ecclī celorum, & exultat terra. Omnis spiritus laudat Dominū, & benedicunt Domino omnes creature, etiam inanimate: & per invidiam tuam, veterator, muta sunt labia plebis Christianarū. Meminimus, q̄ymodo itum sit obviam à Domino Iesu scribis, cum indignatione ventantibus, ne pueri clamarent in templo: ho- sianna filio David. Quid n̄ ī inquit Dominus: nunquam legitis: Ex ore infantium, &c. Verum nemo cordatorum vetat, ordo tantum servandus, ne confusus multitudinis voces Ecclesiam perturbent. Nihil seditionis, aut q̄od sapiat Dōricum quidam, nihil schismaticum, nihil anile, aut inceptū, aut insipidū audiatur in Ecclesia Dei.

Vetus est, q̄od populus in missa cecinit symbolum Apostolorum lingua sua: quidni idem liceat nobis hodie? pr̄sertim si non depravetur humanis additiunculis. Quidni liceat plures Ecclesiaz cantilenas succinere, catholice conversas in lingvam nostrā, aut corda plebis Christo devote magis ad religionem inflammarentur, & in adversis suis fide fiduciaque consolidarentur, nēdum consolarentur? maxime vero decocta est & jucunda laudatio, si ante & post conciones orthodoxas cum effusa lætitia cecinerit. Hęc rite curabuntur. Superest, ut Ceterus Psalmodiam suam observet accuratius: videoas enim pudendam h̄iujus ubique oscitantiam, & intelligentiam psalmorum nullam ubique deprehensam, ut taceam, non esse usq̄e adeo speciosam laudem in ore multorum, qui etsi Deum conscientur, factis notoriis tamen negant, & conversatione inquinatissima plebem scandalis immanibus quotidie vulnerant. Nec commemorabo, q̄od ubique cantent ex libris choralibus incendiatis, nec mentis libratorum tantum vitiatis, sed errore etiam multo scarentibus, pr̄sertim si numerentur Missalia, Breviaria, Antiphonalia, Sequentialia, Hymnaria, & id genus alia de S̄. & tis per annum, in quibus interdum platur gloria immortalis Dei in personam mortalis hominis.

Unde criminantur Sacrilegi, quasi uno soloq̄e vivo Deo non contenti nobis in C-

onsum, &c. hab tuam protectione, &c. ad te suspiramus: invocantes pro Domino dominam, juxta pseudopsalterium: injuria virginis matri facta, q̄od excogitavit & evulgavit in Angeli figura ipse diabolus, al- tum dormientibus Episcopis, & negligenti- bus Pr̄latis. De hoc Ecclesiaz carcinome- te pestifero aliás. Neq; tamen super Sion tacebitur, donec sordibus ac excrementis desirorum q̄vōndam Monachorum, indo- & illorum & stolidissimorum homuncio- num, tandem expurgetur.

Iam ut pergamus, verissimum est, semper fuisse querimoniam de prophanatione Mis- sae: nec extitit, qui attenderet aut exaudi- ret conquerentium gemitus. Quæ culpa fu- it, cur ultior Dominus immitteret cataclysmum hunc pr̄sentem, & exuscitaret schismata alia super alia, per q̄yorum impro- bitatē ē lōmo expurgiceremur, ac oculos veterinos in negotium Christi aperi- remus, & in medium conuiceremus, & suc- cuperemus rebus lapsis in tempore, prius q̄am corruat ædificium totum. Certe liber merito q̄e: ut his sc̄meverbis: Non n. ob- scurum est, q̄am latē pateat hic abusus in omnibus templis, à qualibus celebrantur Missæ contra canonum interdictū. Deinde q̄am turpiter ad sacrilegum q̄aestum con- ferantur. Plurimi enim celebrant Missas & sine penitentia, & tantum ventris cau- sa. Hęc notiora sunt, q̄am ut dissimulari possint. Nec videtur illa res divina ab initio mundi adeo vulgo ad quæstum col- locata esse sicut Missa. Paulus Apostolus au- tem horribiliter minatur his, qui indignè trahent sacramentum, cum ait: qui indignè ederit panem hunc, aut biberit calicem Domini, reus erit sanguinis Domini: & in Decalogo scriptum est: Qui Dei nomine abutitur, non erit impunitus.

Ut igitur sepe aliás mundus dedit poe- nas pro Idolatria: ita haud dubiè hęc ingens prophanatio Missarum atrocissimis penis punietur. Et fortassis propter eam causam præcipue plebitur Ecclesia his no- stris temporibus cæcitate, discordiis, bellis & aliis multis pestibus. Atqui hos manife- stos abusus Episcopi hacēnos, cum quidem non ignorarent, eos non solum toleraverūt, sed suaviter etiam riserunt. Nunc sero in- cipliunt queri de calamitatibus Ecclesiaz, cum alia nulla res probuerit occasionem tumultibus horum temporum, nisi abusus ipsi, qui ita erant jam manifesti, ut tolerari moderatis hominibus diutius non possent. Utinam Episcopi pro suo officio ante hęc tempora coercuerint avaritiam atq; impu- dentiam, seu Monachorum, seu aliorum, qui sumuntur in Ecclesia.

proprii meriti, & id genus nescio qualium rerum. Defendant, qui excoigitarunt: excusent, qui ejusmodi mordaces tenent. Nos quib. Christianis cordi est, respicimus ad originē, ad archetypū, ad vetustas Ecclesiae praxes, & eam consuetudinē Liturgie veteris amplectimur, priusquam invenirentur ista exotica. Nam largiri oportet te, Liturgiam, Sinaxin, Cenam Domini, Missam, vel quocunq; vocabulo hanc sacrosanctam actionem digneris, in recto Ecclesie usu extitisse in orbe terrarum, longè etiam antequam oborta magis quam esset adoleschia scholastica. Quod si recto veroq; usu ab initio extitit, & Christianitati universalis placuit, atque satisfecit ex doctrina primitiva, adeoq; comprobata consensu: quorsum opus erat tuis, exerceat Sorbonista, inventiunculis ac oppositiunculis, videlic. sicut necesse est, currum quintam habere rotam, & hominem sex esse oportere sensibus? Nisi quod ita visum fuit Theologiam veterem mutare nova, ac in Ecclesia patrum Apostolicorum peregrini nescio quid condere? Porro, unde accipiatur remissio peccatorum, supra catholicē ostendimus: nemirum per unum CHRISTUM SERVATOREM, atque fide in hunc certa, vim suam exerente, pœnitentia cum partibus suis & fructibus se dignis. Quæ via consequendi indulgentiam, ac recipiendi gratiam, irrefragabiliter bona est. Ea in facto illo Ecclesiastico à Domino cum fletu vehementer peti semper potest. Verumtamen per agi sacram, ut hac causa instituta sit, alii negant, alii in dubio relinqunt. Illud extra controversiam liquet, hoc sacrum Eucharisticū olim in Ecclesia græcorum & latinorum, ad sublevamen eorum, qui in fide decesserant, peractum fuisse, etiam id, quod arbitror per preces vivorum, ac obsecrationes accidisse. Hujus rei descriptionem legas licet apud Dionysium Areopagitam, Tertullianum, Athanasium, Chrysostomum, Cyprianum, Augustinum, Nazianzenum, Ambrosium, Damascenum, & in hoc citatum Nyssenum ac Basilium & alios: si quis horum singulorum requirat testimonia, etiam græcorū è græca veritate in medium proferentur, ut id, quod res est, cœco etiā appareat. De sacrificio paulo post dicemus nulli Christiano non ferenda. Dicit liber: absurdum est, quod Missa confertur ad liberandas animas mortuorū, cū instituta sit ad recordationē mortis Dominicæ, ut utentes Sacramento seu Cenam Domini, recordatione beneficij Christi cœtam exerceant ac cōfirment fidem. Quod cum docet liber, non est, cur quis eat inficias, siquidem haecenus pro sim-

ris verbo sancto non contentus Pseudochristianus. Christi autem institutoris verbum est: Hoc quotiescunque feceritis, in mei memoriam facietis.

Proinde tota ista refutatio libri nihil pertinet ad Ecclesiasticos, sed ad Scholasticos tantum, nec ad paleotericos nos, sed Neotericos. Quare satis habemus hæc legisse, ac apud animos nostros revoluisse, desiderantes in eo jam esse statu Ecclesiam Rom. & hanc ita valere, ut talibus Physicis & Chirurgis non haberet opus. Protestantes qui dicitur fuerant, precationem non fecerūt, sive illa in Liturgia publica fiat, sive extra Liturgiā. Oramus a. ut alii qui precari volunt, pro sua pietate id sua liceat pietate.

Verum qui pacificationem Ecclesie Catholicæ legitimā tanto tempore indeferentes, quærimus, tantoq; studio concordiz intentam iñaniter dissidentes farendez invigilamus, ut veritati forti præpotentique, per quoscunq; tandem ea patet etia fuerit, ultra cœluri, hædigvaqvā erroris argui debet, longe minus convinci possum: siq; id nostra referre minime arbitramur, quid novi vel Thomas, vel Albertus, vel Scotus, vel alius quispiam recentiorū doctorū Ecclesie jam occiduz per inane & plus quam sterile acumen suū, aut annos 300. aut 400. invenerit, cum in aliis doctrinæ partibus, tum in hoc Missa negotio. Nec præstare quimus, quod illiusmodi cogitationes, veluti dogmata definita, Roma recentior receperit: & quib. adducti rationib. superiores nostri novitatem ista seqvi maluerint, quam in copiarie, quod ab antiquo ad istud suum seculū promanarat, tanquam ad Christianæ professionis heredes. Evidem à primis Apostolicorum virorum annis traditum accepimus, in cena illa Dominica certo subesse aliquod offerendi genus, atq; talem Apostolicos homines non opinionem humanam, sed sententiam Christianam è lege ac Propheticis habuisse primum, & deinceps docendo atq; tradando in usum simplicissime produxisse, & pie ac reverenter continuasse in Ecclesiis omnibus plurimo populorum credentium fructu. Rem vero ita habere sese, si quis postuleret, documenta veritatis proferre poterimus, vel ipso sole lucidiora. Quo factū, ut orthodoxis plane persuasum sit, non cœnam tantum, verum una cum cena oblationem in Ecclesia à principio inde ad nos usq; extitisse. Hinc profluxit sacrificii vocabulum, pio tamen non minus sensu quam usu: cui si quid impietatis procedente tempore per versutiam callidi serpentis, ac ministri mente corruptorum quorundam hominum accessit, nos culpari non mereamur,

Ab his ergo fontibus derivata huius tam doctrina quam tractatio reverenda hujus oblationis, in eos, quos solenni titulo sanctorum patrum consuevimus dignari: inter quos sunt Episcopi primitivae Ecclesie summa auctoritate, qui cruentati quoque testes Evangelicæ doctrinæ seu luminaria cœli, fidem Christianam recipienti orbis terrarum tota vita fortissimaq; morte praæluerunt, à quorum spiritu fervida fanaq; prædicione, publica in Ecclesiis actione, atq; unanimi consensu, si discedere gravamus orthodoxi, nemo prætor, inique terat. Sacrificio huius catenus consentimus, quatenus alienit totus Apostolicorum patrum vetustissimorum, ac illustrium probatissimorumque scriptorum sancta communio, & tantum illi determinamus, quantum Ecclesia per orbem terrarum diffusa, maximè primis seculis defert: neq; enim commentis & additamentis otiosorum hominū obstringimur. Hinc autem nobis præsto sunt Liturgie, seu ministeriales in publico sacræque actiones Græcorum, quæ simul etenam præ se ferunt, & oblationem, & oblatorum distributionem, & participationem, & communicationem, & ipsum esum potumque addimus grataem cantionem & quævis.

pag. 369. Cœna est Christianis exhibita: hac Christiani vesperant, hanc sumant, nulli denegamus, nullum, si sit exploratus, inde prohibemus.

At credere nobiscum oblationem Liturgican renuis, præxim Ecclesie Apostolicæ usq; adeo vetustam, tanto aliena robora tam & tot auctoritarum modis, recipere detrectas, tantam sanctorum hominū, cognitione fideq; Christi unigeniti Dei prædicta, panegyri in sociam habere recusas, fraternitatem deseris, communionem fastidis. Loquor huc invitus. Sic me amet Christus ipse, cuius gloriæ toto zelo quæfitam volumus. Age, tuo sensu fruere, patere solum & favere, ut hoc ipsum, quod ipse rejicis, consecetur alii. Vicissim illi animo securo finent, ut libere dicas faciasque, quod tibi lavat Apollo tuus. Nam disputatione intermittimus, cui nulla salus, quam tamen non subterfugimus. Pacem te poscim' omnes Catholicæ, abjecta similitate tandem concedamus in unum, futuri corpus denuo, quod eram, nondum obordo schismate. Adhortamur ideo & admonemus atq; obsecramus per misericordiam Dci, per viscera miserationum ejus, per amorem ejus erga humanum genus, perq; redemtionem nostri, ut abnegato schismate una redemus ad petram, unde excisi sumus, & ad matrem, quæ regeneruit nos, credendo, docendo, confitendo, serviendo, faciendo, juxta exemplar in monte veteris Ecclesie præostensem. Posthac, o fratres charissimi, vox ista suscitatur.

Calvini. Num divisus est Christus? num Papa crucifixus est pro nobis? Num in nomine Lutheri aut Cinglii, aut Rinchii, aut Calvini baptizati sumus? Heu summum Christiani nominis dedecus. Suboritur jam nova pestis, quæ non est alia nocentior heresis, de dubitate Messiae, deq; ter beatissime Triados infirmanda fide, & nescio quæ portenta, quos furores, quos horrores infandos alios quidam Iudaizantes & Ariomanites (ut Athanasi verbo utar) pro seminare coepit, ut Christianum labefactatum transferant in aliud, Evangelium, quod non est aliud, nisi quod quidam sunt, qui turbant illum, nolentes invertere Evangelium Christi. Ea ira, eo iudicio punit Deus, ulciscens publicum hoc dissidium nostrum, & quotidie multiplicat lecas perditionis, sed & a se fœtus, dogma fallum falso, ut finis dolorum nunquam sit. Nullum igitur consilium salubrius, nisi ut præsentia præteritis emendemus in Ecclesia, & antiquitas dispellat novitatem. Quod in Domino facientes, subito transformabitur schismatica in Catholicam Ecclesiam, sublatis opinionibus ab Evangelio diversis, ac additionibus alienis atq; supervacaneis: cuiusmodi ignoravit initio mater Ecclesia: præsertim si stolidum curramus; omnem conferamus in restituenda Liturgia. Quod profecto in dissensione hodierna possimum est. Videamus, quod informas ea oœsa, si ad contextum Evangelistarum tantum ventas oculos, dissipata atq; dilacerata sit, dum quælibet formula inventori & institutori suo, Archetypo Evangelii propior esse videatur, & perinde quasi Evangelicata sit, populis incutis obtrudatur. Hanc nefariam dissensionem atq; dissimilitudinem vitare facile quæamus, si veteris Ecclesie Catholice praxes, ac consensione omnium gentium probatos ritus contemplabimur, & ad primâ sacrosanctæ cœnitæ institutionē adhibebimus: id quod evidenterissimum est fecisse Apostolicos, Clemens, Justinum, Dionysium, imo Apostolum ipsum Iacobum, qui profecto institutione Salvatoris secundum Evangelistas cognoverunt, ac intellexerunt multò melius quam nos, & S. sancto imbuti, virtute ex alto induit, eam vere sacram actionem observarunt, quemadmodum monumeta prisca testificantur. Atq; hos progressu temporis secutus Basilius Magnus, unus cum Joanne Chrysostomo, aliisq; ducib' in Ecclesia græca. Si, inquam, Ecclesiam parentem, Evangelio recentis concepto fortam adhuc, & verbo Domini perfusam, ac illustratam ad summum, consumuerimus, quæ est sapientia sanctorum, & iisdem incellerimus vestigiis, quæ initio calcaverunt fidei Christianæ principia.

Ab his ergo fontibus derivata huius tam doctrina quam tractatio reverenda hujus oblationis, in eos, quos solenni titulo sanctorum patrum consuevimus dignari: inter quos sunt Episcopi primitivae Ecclesie summa auctoritate, qui cruentati quoque testes Evangelicæ doctrinæ seu luminaria cœli, fidem Christianam recipienti orbis terrarum tota vita fortissimaq; morte praæluerunt, à quorum spiritu fervida fanaq; prædicione, publica in Ecclesiis actione, atq; unanimi consensu, si discedere gravamus orthodoxi, nemo prætor, inique terat. Sacrificio huius catenus consentimus, quatenus alienit totus Apostolicorum patrum vetustissimorum, ac illustrium probatissimorumque scriptorum sancta communio, & tantum illi determinamus, quantum Ecclesia per orbem terrarum diffusa, maximè primis seculis defert: neq; enim commentis & additamentis otiosorum hominū obstringimur. Hinc autem nobis præsto sunt Liturgie, seu ministeriales in publico sacræque actiones Græcorum, quæ simul etenam præ se ferunt, & oblationem, & oblatorum distributionem, & participationem, & communicationem, & ipsum esum potumque addimus grataem cantionem & quævis.

pag. 369. Cœna est Christianis exhibita: hac Christiani vesperant, hanc sumant, nulli denegamus, nullum, si sit exploratus, inde prohibemus.

At credere nobiscum oblationem Liturgican renuis, præxim Ecclesie Apostolicæ usq; adeo vetustam, tanto aliena robora tam & tot auctoritarum modis, recipere detrectas, tantam sanctorum hominū, cognitione fideq; Christi unigeniti Dei prædicta, panegy in sociam habere recusas, fraternitatem deseris, communionem fastidis. Lo quorū hæc invitus. Sic me amet Christus ipse, cuius gloriā toto zelo quæfitam volumus. Age, tuo sensu fruere, patere solum & favere, ut hoc ipsum, quod ipse rejicis, consecetur alii. Vicissim illi animo securō sineat, ut libere dicas faciasque, quod tibi iuvat Apollo tuus. Nam disputationē intermittimus, cui nulla salus, quam tamen non subterfugimus. Pacem te poscim' omnes Catholicī, abjecta similitate tandem concedamus in unum, futuri corpus denuo, quod eram, nondum obordo schismate. Adhortamur ideo & admonemus atq; obsecramus per misericordiam Dci, per viscera miserationum ejus, per amorem ejus erga humanum genus, perq; redemtionē nostri, ut abnegato schismate una redemus ad petram, unde excisi sumus, & ad matrem, quæ regeneruit nos, credendo, docendo, confitendo, serviendo, faciendo, juxta exemplar in monte veteris Ecclesie præostensum. Posthac, o fratres charissimi, vox ista rufatur.

Calvini. Num divisus est Christus? num Papa crucifixus est pro nobis? Num in nomine Lutheri aut Cinglii, aut Rinchii, aut Calvini baptizati sumus? Heu summum Christiani nominis dedecus. Suboritur jam nova pestis, quæ non est alia nocentior heresis, de dubitate Messiae, deq; ter beatissime Triados infirmanda fide, & nescio quæ portenta, quos furores, quos horrores infandos alios quidam Iudaizantes & Ariomanites (ut Athanasi verbo utar) profeminare coepit, ut Christianum labefactatum transferant in aliud, Evangelium, quod non est aliud, nisi quod quidam sunt, qui turbant illum, nolentes invertere Evangelium Christi. Ea ira, eo judicio punit Deus, ulciscens publicum hoc dissidium nostrum, & quotidie multiplicat lecas perditionis, se & a se cunctam plectens, dogma fallum falso, ut finis dolorum nunquam sit. Nullum igitur consilium salubrius, nisi ut præsentia præteritis emendemus in Ecclesia, & antiquitas dispellat novitatem. Quod in Domino facientes, subito transformabitur schismatica in Catholicam Ecclesiam, sublatis opinionibus ab Evangelio diversis, ac additionibus alienis atq; supervacaneis: cuiusmodi ignoravit initio mater Ecclesia: præsertim si stolidum curramus; omnem conferamus in restituenda Liturgia. Quod profecto in dissensione hodierna possimum est. Videamus, quod informas ea oœsa, si ad contextum Evangelistarum tantum ventas oculos, dissipata atq; dilacerata sit, dum quælibet formula inventori & institutori suo, Archetypo Evangelii propior esse videatur, & perinde quasi Evangelicata sit, populis incutis obtrudatur. Hanc nefariam dissensionem atq; dissimilitudinem vitare facile queamus, si veteris Ecclesie Catholice praxes, ac consensione omnium gentium probatos ritus contemplabimur, & ad primā sacrosanctæ cœns institutionē adhibebimus: id quod evidenterissimum est fecisse Apostolicos, Clemens, Justinū, Dionysium, imo Apostolum ipsum Iacobē, qui profecto institutionē Salvatoris secundum Evangelistas cognoverūt, ac intellexerunt multò melius quam nos, & S. sancto imbuti, virtute ex alto induit, eam vere sacram actionē observarunt, quemadmodum monumēta prisca testificantur. Atq; hos progressu temporis secutū Basilius Magnus, una cum Joanne Chrysostomo, aliisq; ducib' in Ecclesia græca. Si, inquam, Ecclesiam parentem, Evangelio recentis concepto fortam adhuc, & verbo Domini perfusam, ac illustratam ad summum, consumuerimus, quæ est sapientia sanctorum, & iisdem incellerimus vestigiis, quæ initio calcaverunt fidei Christianæ principia.

conversionem excitando, tive quod ap-
positum est, cum Presbytero simili sumen-
do. Hic veneremur mysteria cernui, hic ex-
osculemur sancta munera, hic attollamus
corda in Christum, & a Christo consolatio-
nem conscientiae accipiamus, unam cum Li-
turgio sacerdote precantes pariter ac ve-
scentes. Jam hac Liturgia vero ritu, ac in
propatulo instruta, atq; adornata singulis
fidelibus Deoq; de votis, ubi praesente agen-
teq; principali liberali q; spiritu, ubi adeat
ardor amorum, ubi sacramentum cum ef-
ficacia conficitur, ac consecratum; quorsum
opus est aliò cursitare, & in angulis quare-
re, quod hic affatim habes commune? An
Ecclesiam Dei contemnis, & sacrum Eccle-
siae commune, tuis preparatum usibus im-
pie fastidis? Tibi vis missam seorsim, & tibi
tantum proficiam ut isti loquuntur non
eum, quam tecum communem haberet tota
Christianae fraternitas? Placet sacrificulus
conducitius, qui reclamante institutione,
vix cuidam auditam vel intellectam, demurmu-
rat, & displicet totius Ecclesiae Liturgus
Presbyter, in hoc accedens ad commune
ministerium, ut proficit omnibus, studioq;
habens, ut non indignus ministerio myste-
rioiq; tanto coram appareat. Atq; ad eam
publicam sanctamq; actionem quadrant Evangelistarum voces: Cenantib. illis, &c. Et
Apostoli: convenientib. vobis in unum lo-
cum, non ad fundatorias in obscuras Missas,
sine testib. contra rectum Ecclesiae usum ob-
servatas, ac sine circumstantib. quos salutem
voce ista solenni Dominus vobiscum, &c. ad
quas irrumpitur slocis quidem manib. ac in-
circumcisio corde, & in qua nato saepe corpo-
re, ac polluto ore, sine bono affectu saepe in-
venti, & domesticis curis occupati, speluncri
pellebit tamen, qui scopus est operis hujus
operati. Quae vero ibi vel imaguncula san-
ctionis Dominicæ atq; traditionis Aposto-
licæ? Cur ergo ad huc ubiq; anhelatur mur-
mura, fastidio vero sacro? Vbi periculum,
ne numen ad iram magis provocetur, quam
ad indulgentiam flectatur: sed satis de abu-
su Missæ particularis Quæ ratione volumus
in veterato Ecclesiae Rom. morbo mederi,
non observare quorundam affectib. Testem
Deum in animam meam invoco. Ceterum
libro consentimus de restitutione calicis
non in hoc attendentes, quid liber hic in
medium allatus, adq; discutiendum propo-
fitus, sed quid Ecclesia sancta, Apostolica &
Catholica ex Evangelio Christi sui, quod
cum doceat tum faciat, primitus hauserit.
Hæc vero nisi idem constitueret, & cum do-
ctrina exemploq; Salvatoris nostri consen-
tiret, librum indignum judicaremus, cui
preferemus consensum uolum. Itaq; non
libro, sed veritati divina creditur,
cum ostendit libet etiam

qui.
pinor. tractavimus. In ea moderationem aliquam Catholici quoq; postulant. Vt ea non sit amplius, Fana icorum est sumniare; verum ut existat in Ecclesia nullis contaminata naniis, nec inanib; oppressa Sophistatum commentis, expertunt Orthodoxi. Si hæc extitit Origenis, aut Epsychii & Augustini temporib; profecto talis non extitit, qualem hodie deprehendimus usque adeò onerosam, ut non confessio, sed laquens vide ri possit: laqueum dico, quem, donec rumpatur, tendunt Romxi socii, seu Theatirii. Affirmamus Ecclesiastici, publicam privatamq; confessionem, publicam solutionem pariter & ligationem à principio in Ecclesia Catholica, fuisse unanimiter observatam nec nos ad defectionem hujus cogdebere. Quib; temporibus concilio cathedralis acerba fuit voluntariè peccantibus: nec parcerat viga & vinculum ecclesiasticum, quæ sunt ex communicatio, præsertim flagitiosis, ut est discriben, Ecclesie judicio, inter homines peccatores & flagitiosos seu criminulos. Hi coegeri non poterant nisi per illud vinculum, & terorem Sathanæ effrenibus incussum: citra cuius modi præsentem licentiam publicorum morum cohiberi non posse compemus. Tuemur confessionem peccatorū simplicem qualis erat veterum, tuemur contritionem cordis, quæ acerbissimus dolor ac mœrore est eorum, qui sua commissa verè agnoscunt, desinentq; Tuemur deniq; satisfactionem, quatenus hæc antiquis Ecclesiæ magistris nota atq; probata est, non ut deroginus Servatoris nostri Jesu Christi summis meritis procul absit suspicio: sed ut hæc metita unicè surrogemus. Credimus in eum, qui pro peccatis nostris semel satisfecit, cuius redēptioni gratitæ nec tantilum addere poterimus. Est tantum aliquid, quod debemus placare nostris sceleribus offendam fraternitatem. In iunctas pœnitentias, quas vocant, jam non dispiro sed magis sobriam esse Confessionariorum mentem cupio. Ita enim imponunt sacerdum onera, quasi peccata nulla coram Deo remittantur, nisi placitis suis pateas. Inde sunt Iberoruim, flagellations, Germanoruim peregrinationes, Templorum constructio nes, Monasteriorum ditationes, Missarum fundationes, Morientium testamentationes & ejus generis graviora satisfactoria, ad quæ si conferantur Precatia, Jejunium ac Eleemosyna, in nullo numero sunt: cuiusmodi tamen opera bona veri Christiani sua sponte faciunt, tam ante, quam post confessionem peccatorum suorum, ut se se Christo Servatori, qui peccata remittit, gratos & obsequiosos exhibeat. Remittit autem primū

ctus pœnitentia hos exerce, & latistet. Ceterum, subjungemus pauca quadam ex libro, quæ non facile possit improbar. Cum autem, inquit, Confessio præbere locum impertiendæ absolutioni privatim, & ritus ipse intellectum potestatis clavum, & remissionis peccatorum conservet in populo præterea cum illud colloquium magnopere profit ad monendos, & eruditos homines diligenter, retinemus in Ecclesiis confessionem: sed ita, ut doceamus, enumerationem delictorum non esse necessariam jure divino, nec onerandas esse conscientias illa enumeratione: nullum enim erat in scripturis Apostolicis præceptum de hac enumeratione. Et omnium delictorum recitatio impossibilis est, juxta illud psalmi: Delicta quis intelligit? Item Jeremias ait: Parvum est cor hominis, & inscrutabile. Quod si nulla peccata, nisi recitata remittentur, nunquam possent acquiescere conscientias, quia plurima peccata nequidem, neque meminisse possunt. Quia ex reflectione intelligi potest, ministerium absolutions & remissionem non pendere ex conditione enumerationis. Testantur & veteres Scriptores, non esse necessariam enumerationem Chrysostomus enim in Epistola ad Ebros inquit: Perseveremus nobis, peccasse nos, nec id lingua tantum pronunciet, sed etiam intima conscientia: nec tantum dicamus, nos esse peccatores, sed etiam peccata specialiter computemus. Non tibi dico, ut te prodas in publicum, neq; te ut apud alios accuses, sed etiam obedire volo Prophetæ: Revela Domino viam tuam, coram Deo peccata tua confitere: apud verum judicem cum oratione delicta non pronuncia non lingua, sed conscientia tuæ memoria: & tunc deinceps spera, te misericordiam posse consequi. Hæc Chrysostomi concilio non solum docet: quid de enumeratione sentiendum sit, sed etiam gravissime conjungit contritionem & fidem, sicut nos conjungimus. Jubet primum, ut peccata verè agnoscamus, & ex animo testemur: deinde docet, addendam esse orationem ac fidem, quæ statuat, nobis ignosci.

Post pauca liber idem. Sed veteres illi mores tempore conseruerunt & antiquar¹³³⁷ sunt. Nos igitur non oneramus conscientias satisfactionibus: sed illud docemus: fructus pœnitentia necessarios esse, obedientiam, timorem Dei, fidem, dilectionem, castitatem, & universam novitatem spiritus debere in nobis crescere. Monemus & illud: sepe puniri peccata etiam temporalibus patnis in hac vita, ut David, Manasses, & alii multi puniti sunt. Eras pœnas mitigari docemus bonis overibus, & universa pa-

delenda Ninive mutaret. Atque hæc quidem haec tenus. Jam de constitutionibus humanis scrupulosa incidit disputatio, dum aliud aliis videtur. De his primum in genere dicemus, deinceps ad speciem exspaciabimur, quo ordine Liber hic procedit.

Initio certum & persuasum nobis Catholici habemus. Dominum apud E. angelistas constituta Judaica reprehendisse, que nimurum Scriba, Pharisei ac seniores populi tenebant plus quam mordicus, que prope inodum præterebant constitutionis divinis, & iusticiam suam. sanctimoniam suam adeo; latram Synagoge omnem in hisce collocabant, nec posse te salvati cit. a horum observationem arbitrabantur. Vnde si p. simile historiæ Evangelii teste, moverunt tragediam Domino; ut jam ita loqui licet de constitutionibus suis violatis, credentes, nefas extrellum esse, si quis hasce denteros es transgrediatur, parati statim ad vindictam, que erat, transgressor facere Aposynagogum, nullo perciti zelo, si quis in legem peccarat. Quia vero hæc constitutiones non Dei, sed hominum erant, recte adduxit Esaïæ testimonium contra has, & appellat mandata, precepta, & doctrinas hominum, que tanto minus erant serendæ, quod per istarum rigidam, ac plus quam exactam observationem Lex Dei apud Judeos irrita facta fuit, & omni autoritate privata. Præterea, Dominus tam acriter in entalmita seu mandata ista hominum invehitur, non lens ferre horum neque didascalias, seu doctrinas, neque entalmita; sic enim loquuntur E. angelista.

Dicit (nec hic textus Evangelicus ab Ebraico diversus est vel in uno apice.) item Mathæus græcæ, paradosim 'resbyterorum ac Seniorum esse, illotis edere manibus, quam vocem vertunt latine Traditionem. Verum longè diversa est paradosis Synagogæ, & paradosis Ecclesiæ. Hac enim & suas habet paradoses, maximè quas ci tradidit Apostolus Paulus 1. Corinth. 11. 2. Thessal. 2. de quibus paulò post. Atque ita ostendimus, Christianum D. minum peculiariter & propriæ Phariseos Judæorum arguisse, propter nūm exactam ac accuratam observationem constitutionum suarum, que tam homines suo libitu, extra scripturæ canonem, teneendas esse statuerunt. Eodem spiritu taxarunt eisdem Apostoli, videlicet Paulus Galat. 1. cap. ubi has epithero per bellum insignit, vocans patricas paradoses. Verum ad Colos. 2. appellat simpliciter paradoses hominum, Evangelistarum more: & petrus vocat uno verbo

istæ constitutiones tam apud Christum Domini, quam apud servos Apostolos. Quæ obrem si constaret, Ecclesiam pari studio susurgere constitutiones, nihil forman potiores, & in eo haud dissimiles constitutionibus Synagogæ, quod fidèles ad obiec. vanda lege Domini impedit ac remorarentur, & statutorum ilorum humanorum occasione redderetur lex divi. a irrita & penè abrogata, cassata atque rescissa: (nam quid græca vox Evangelistarum æxussonet, nō est obscurum Theologis) ad cundem certè impingerent lapidem, synagogæ facia umiliis.

Verum Ecclesiam Christi libenter excusaverimus, nec liverimus, talem illi iniuriam, ut ipsa credatur fecisse, quod per homines præpostore Christianos factum esse novimus. Neque enim a Christo suo difficit Ecclesia, neque ab Apostolis, quorum opera primum in orbe terrarum constituta est, discrepat. Synagogam quodam modo vertamus constitutionum humanaum causa. Quin potius rectores hujus suæ fiducia coarguamus, qui imprudenter, non dicam impiè, vel invexerunt ipsi statuta illa perniciose: vel passi sunt, ut aliunde irreperent. Evidem negari non potest, Evangelium cum Scribis Phariseisq; propter suas dexterous vehementer digladiari καὶ οἰλαν. Sed si idem exemplum Scriba, Pharisei, & Seniores populi Christiani pari passu sequuntur, nullatenus reclamarim. quin eodem sint ferendi gladio spiritus, qui est verbum Dei, & increpandi sicut Iud. orum Rabbin, ut & nostri audiant hypocritæ: Recte de vobis prædicti Esaïas, Matth. 15. Cur enim non torqueatur hoc quoque telum in eos, qui cum nominentur Christiani, Judæi sunt affines magis quam Christians. Similis culpa similem requirit poenam qualis reperitur, talis judicatur.

Judicatus est Scriba cum Phariseo in Synagoga, tanquam humanorum constitutionum aßervator acerrimus, etiam usque ad legis divinæ injuriam, fraudem & derogationem, & pari iudicio non pereat, qui le fidelium Christi ducem ostentat, ac tacit paratque simile, & adeo simile, ut plane unum, idemque esse videatur. Nonne Dominus iuxta Evangelii historiam, oīm ad Iuosit consummatione seculi reversus, talem servum dissecabit, partemque ejus ponet cum Hypocritis ac Phariseis, imo etiam μετὰ τῶν ἀπόστων, quemadmodum Lucas habet. Cum Hypocritis Judæis pars hujus ponetur, qui hypocritas ecclesiæ imitari maluit, quam Apostolos, quos Ecclesia videntes Iuosit quondam habuit.

num verbum Dei pessimum?

Horrendum lectu est, quod non sine indignatione fremuit Dominus *αἰκυρόντες τοὺς λόγους τούς θεούς*, quemadmodum descriptus Marcus. Cacodemonis ex professo est, non hominis, hoc facere ut appareat, non esse humanum, sed diabolicum, illud etiam vel le conari, ne verbum Dei vivi regnet ac floreat in Ecclesia, sed obruatur verbo alieno, & præcepto Dei vivi aut equiparetur aut anteferatur præceptum hominum, seu illi sint de Synagoga, seu de Ecclesia. Sermo Dei in scripturis Canonicis descriptus ut minimè abhorret à sermone pii viri, sermoni Dei per omnia congruente, & idem per omnia sentiente, ita Lex non dico abhorret in Ecclesia à lege hominis planè Theophori, ut cum D. Ignatio loquar, sed amat etiam explicari pleniùs & illustrari per legem verè religiosi hominis, qui nimirum sibi præfixit scopum unicum, ut minimè omnium aberret à lege Dei sui.

Quod si sunt constitutiones præceptaque hominum Ecclesiasticorum ejusmodi, ut nihil ab institutionibus ac mandatis Dei differant, sed idem præferant in universum, adque finem salutis eundem tendant constitutiones Dei potius sunt, quam hominis. Igitur in primis attendendum est, ut examinatis atque probè excusis constitutionibus, quæ quacunque occasione prætextuque penetrarunt in Ecclesiam, si quæ inventæ fuerint ad verbum legumque Dei quadrare nulla non ex parte, ex constanter in usu perpetuò retineantur: si minus, vel castigantur, vel moderentur, vel relaxentur, vel in universum abrogentur, si censuram respuunt. Ecclesia citra constitutiones atq; veluti frenationes seu repagula, gubernari non potest.

Non imus inficias, & major pars rerum, quæ in Ecclesia geruntur, è statutis humanis profluxit. Pulchre: sed tanto magis conveniebat, istas constitutiones Pontificias (sic enim loquuntur) ad formam legis divinæ redigere, ne ullo pacto Lex Dei & lex hominis clamant Ecclesie inter se pugnare, sed idem sentire, idem velle, idem præcipere videantur. At quæ constitutiones in Ecclesia tenentes arcem, sermoni Christi, legi Evangelicæ, verus stat Ecclesiasticæ, palam adversæ sunt & inimicæ, protinus condemnandas liberè pronunciamus, una cum ipsarum authoribus, aut legislatoribus, & ex Ecclesia agro eradicandas, pro quo impiis habendos, qui credunt, sitam esse justitiam, & pendere salutem ab hisce observationibus, Gehennam à non observatis:

delectus ciborum, ex jejunio primum consuetudine ortus: principium non malum, nisi quod abusus vitiavit, & superstitione deturbavit paupera propè omnia. Profectò ab esu carnium & vini potus simplex abstinentia, quam inter Christianos non obtinet laudem? similiiter temperantia, continentia frugalitas, & vitiorum contrariorum fuga? Collaudamus magnoperè igitur abstinentes citra superstitionem, atque admiramur continentes, & suspicimus Evangelicè temperantes, tantum abest, ut hæc apud Catholicos in reprehensione esse debeant. Ante hæc autem tempora accessit hujus quoq; rei extremitas, Ephoris nostris non satis fideliter apud ovile Dominicum excubanti us: quo factum, ut hoc totum ferè corruerit, & abstinentia versa sit in crapulam.

Verum hæ citationes adversus discrimen ciborum in Ecclesia propriè respectant delectum istum judaicum, quem nonnulli excircumcisione jam Christianum profisi, nondum depofuerant, semper diffidentes ac metuentes, si quibuslibet velcerentur cum Christianis, qui erant è præputio, ne in Mose in Nomothetam suum delinquerent. Christo, quem Messiam esse accepserant, fidem haebbant quidem, sed M. yli in his præsertim legibus omnino valedicere non audebant.

Illi meticolosis admodum Judæo Christianis cupiens medeti Christus Dominus in Evangelii, & Paulus servus Domini in epistolis, ut eos ad libertatem Christianam è captivitate Mosaica fortiter affererent, sententias hasce loco citatas pronunciarunt: nimirum, nihil de cibis per os accepis inquinare posse hominem edentem. Cur ergo vesci dubites, recutite seu appella, quocunque genere vel pecudis vel piscis? Huc tendit Apostolus: Regnum Dei, inquiens, neque escam esse neque potum, quasi tanta dementia captus homo possit esse, ut regnum Dei & spem salutis omnem putas positam in hoc, si non edat carnem, & non bibat vinum.

Rursum dedocet Apostolus ineptum istum delectum cœnæ Judaicæ, ubi vetat, judicari debere vescentes quolibet cibo ac potu, perinde quasi peccarent alioqui contra fidem: esse indifferens, five edas five non edas, modò tibi non blandiaris de justitia, aut sanctimonia, five quod ausus fueris edere, five quod malueris ab esu tibi temperare. Illiusmodi quidem Judæis ad Evangelium conversis, sed nondum in fide plane firmis: at Christiani secus simus affecti operari, si nolimus eodem lecto decumbere.

Nam

mitem nosis ipsi iudicium, aut ligatum pollicebimur, isdem facrorum dictorum confodiemur iaculis. Judex non quamcunque carnem respuit, sed parte aliquam mandato Moysis vetitam. Inter nos existunt, qui ipsi sibi vetuerūt ex quo omnem de carne claram, exceptis aviculis, idq; per totam vitam: alii certis tantum diebus, quippe jejunalibus: & utrobiq; justicia queritur, aut certe inanis gloriatio. Illi quod faciunt, voto & religione, aut superstitione potius faciunt: hi autem constitutione humana se obligari credunt, ut cogantur pisce vesci, non carne, aut potius carne pisces, no carne quadrupedum, quasi coram Deo multū referat, utra carne ventrem oppreas, quandoquidem destruant tam ventrem, quam in ventre escam, juxta vocem Apostoli. Jejunium Ecclesie non debet abrogari: licebit moderari, ac in melius restituī. Non putatur hodie jejunium, si vel modicam portiunculam carunculae gustes, siq; ovum unicum, aut juscum de gallina recoctum forbeas.

pag 374 At vero jejunium est, si carnem variorum piscium vores, si vino totus madeas, si satur mensa lantissima surgas, & insuper prandio cœnam jungas. Easclicer abstinentia consumunt quadragesima & quatuor temporum Angaria, & per diuinā vigiliā omnes. Plus quam Judaica supersticio astrinxit conscientias ad formidines culpæ, pœnam purgatilem post se trahentis: etiam si tantum vescares tenui lacte, si olio caseo, si putri bœtyro. O sanctas gentes, quibus cœlum debetur ex Myrothecio illo, quod in aluum abit, & in secessum ejicitur. Cur enim Evangelii verbis non utar in te tam gravi, si superis inferisque placet? His creaturis Dei non licet velci, nisi Quirinaliter indulgeretur, idq; non Metelli sed metalli ergo? Quæ seva coartatio peperit nobis licentiam hanc, quæ nunc non voratur, sed ingurgitatur, excusso omnis disciplinæ jugo, abjecto jejunio, fastidita temperantia, & neglectis super ea scriptura locis. Econtra alibi repertas longe prælatam hanc constitutionem divine legi, de non pejerando, de no occidendo moechando, furando ac aliis, dum magis constitutioni hominis, quam legi Dei obtemperatur, & creditur, per opera jejunii, discriminis ciborum, senarum, missarum ad certos divos destinatarum (quod manifestè idololatricum est) ac hujusmodi, cuius sen expiari criminallia adversus legem Dei admissa.

Citius aliquis rapiat equum tibi, aut infestetur tuam domum, aut virginem uxoremque proximi comprimat, aut cedat innoxios, aut fraude circumveniat fratrem, aut blasphemet, aut de vero Dei verbo cultuque audire non sustineat, quam die constitutione humana vetito, non dicam de carne, sed nec de ovo gustet, dicitans sic consti-

tutio propter omnia, eccliamque Judaismo novo, & vanissima superstitioni, quæ tantum facit discrimen inter carnem anguillæ, ac carnem vitulæ. Atq; commodò iterum irritum facimus semichristiani præceptum Dei propter constitutionem hominis, & sita docemus, frustrum sineque fructu cultum Dei docemus, obnoxii judicio scripturæ propheticæ pariter ac Apostolicæ. Non improbatur abstinentia ab esu carnis, si non secundum carnem vixeris, nec patraveris opera carnis, siq; edentem pro ætate sua aut necessitate, non condemnaveris, præsertim si ille, qui utitur libertate donata, constitutionem, moremque Ecclesie haudquam contemnit, nec exemplo domestico quenquam offendit, nec judicat non edentem, nec esu suo voluptatem querit, & his similia.

Ad crucifigendum, domandumque veterem Adam cum concupiscentiis suis, opus est jejunio, cui si detrahias fiduciam, ac sanctimonie opinionem, & ostentationem hypocriticam, bonum utileque tibi opus jejunium feceris. Extant ea de re tota commentarii nostri, in quibus nihil desideres, modò priori Ecclesia favetas. Placet & librum hoc audire loco, ubi cum Ecclesiasticis adnoscum facit: vera & non simulata, inquiens, mortificatio est tolerare crucem, versari in periculis, ærumnis, & afflictionibus. Hujus generis obedientia est cultus Dei, & opus spirituale, sicut docet Psalmus: Sacrificium Deo spiritus contribulatus: &c. Docemus præterea, aliud genus exercitiorum necessarium esse. Quilibet Christianus etiam corporali disciplina, laboribus, temperantia, meditatione divinarum rerum, & aliis exorticiis aptis ætati, coertere carnem debet. Horum finis proprius ac proximus esse debet, ne saturitas aut desidia extimulet ad peccandum, & ut mens admoneatur, & fiat aptior ad affectus spirituales. Non est sentiendum, hæc exercitia cultus esse, qui mereantur remissionem peccatorum, aut satisfactions esse &c.

Et hæc disciplina debet esse perpetua, nec possunt præscribi certi dies pariter omnibus. De hac disciplina inquit Christus: Cavete, ne corpora vestra graven- tur crapula & ebrietate. Item hoc genus demoniorum non ejicitur, nisi jejunio & oratione. Et Paulus ait: Castigo corpus meum, & redigo in servitatem. Itaq; non vituperamus jejunia, sed superstitiones opiaiones, & laqueos conscientiarum in traditionibus. Porro hæc exercitia, cum ad illum finem referuntur ut habeamus corpora obnoxia ad res spirituales, & a faciendo officium iuxta

carnem coercent.

De feriis admonuimus suprà. Vereor, ne nos hic quoque Judaismum superaverimus, & Pharisæismum justificaverimus nimis superstitionis facti, dum nimis religiosi videri voluntus, præsertim in seve: è exigendo feriarum ocio ab invita plebe, quippe cui tota ocia non perinde profundit, ac clero. Nihil est, tanta austerritate postulare, quod nec pium, nec necessarium est, nec utile, nec legi etiam naturali, nec fidei, nec dilectioni conveniens est, sed quod plurimis dispensiosum, & quod ad maleficiendum invitat ociosos, juxta tritum illud vulgo: Ocia dant vitia. Rursum: ocia sunt diaboli mollia pulvinaria. Et Syrachius ait: Multam malitiam docuit *nœgia*, quod est apud Ezechielem, ocium: sub vereor, ne in clerū potius, quam in populum competit. Nihil addam durius, & ingnavis semper feriæ sunt. Nullus septimanæ dies latius patet ebrietatis, crapulis, comedationibus asoticis, impudicis garritibus, jurgiis, convitiis, clamoribus, cædibus, prostibulis, quam dies feriatus. Freudent tamen, ac stridunt, mordentque præ sanctitate quidam crassuli, quoties aliquis pauperior aristas fricat, aut bovem puteo eximit die divis facio: hoc est, quoties parandi victus gratia vel unam tantum manum admoveat absolvendis operis, etiamsi calceum consutum reficiat. Judæi solum

pag. 375 Sabbathum suum tanto rigore observandū urgebant, nos præter Sabbathum nostra Dominica, tot divorum etiam ferias, majore ferè religione observare cogimus, ut plus peccetur, & ad illorum imagines procumbatur, & statuæ adorenatur, & illæ cœu adiutores Dei invocentur. & cenopolia frequententur, & orchestra sudent: alioqui profecto arescerent choreæ puellares.

Verum potestatis ordinariæ partes erunt, hos abusus tollere, ac reciissimum feriandi usum præscribere, ne post hac vel Judæi, vel Ethnici esse videantur. Operæ premium fuerat, istis feriis, præter alia, historias divorum divulgate veras, non aniles recitare fabulas, ut hactenus compertum fuit: dicas follibus mendacia pinguisima fuisse effata, nec non vulgo credita pro veris narrationibus. Extant Catholicorum Commentarii, qui proposi poterant Concionatoribus ad discendum & evulgandum sanctorum historias.

Ceremonias Ecclesiæ Catholicæ publicas nullo modo aspernandas arbitramur, eas maximè, quas vel ab Apostolis, vel ab Apostolicis viris, veluti per manus accepimus, quasve in recto usu retinuit vetus Ecclesiæ praxis, & confessio utriusque Ecclesiæ approbat, quæve sunt in pietatem con-

tinuammodo antecendas, illi Concionatorum operâ, ac perpetuo studio, Dionysii Areopagitæ exemplo, ignorantie plebeculz omnes explicentur, ac quid quilibet arcani habeat, enucleetur. Illud autem accedit ad ceremoniarū commendationem, & harum observationem reddet coram toto cœtu acceptam, si non idiotæ tanquam ungues digitosque suos, causas ceremoniarum, ob quas quæque instituta sit antiquitus: alioqui si hujusmodi aperire non dignabitur Ecclesiastes, nihil aliud erunt ceremoniae in Ecclesia, quam histriorum gesticulationes in Theatro: unde plus ædii auferas, quam utilitatis adeoq; plus risus, quam pietatis. Spectat populus avidis oculis, quod geritur & ignorat quid geratur: nec multum interest, ludumne aut fabulam saltari videat in foro, aut res tractari sacras in templo.

Attamen Episcoporum est, explorare ceremoniarum ortum ac causam, & letentes veteres à novis, num æquæ graves omnes sint. Quæ levitatis speciem præse ferunt, & sunt nescio, quæ? ludicra minusq; seria ad cachinnum excitandum exhibita, procul arceantur à templis. Cur enim nostras panegyres, & cœtus nostros venerabiles semper ludibrio habeant Judæi, ac heretici? Adhæc, quandoquidem totus fermecultus Dei nostris seculis ceremoniosus appetet, cum primis est super attendendum in ceremoniarum rationem, ut ex graves, ac Evangelio Ecclesiæque dignæ sint. Justæ reformationis ense rescindendum sine mora, quicquid Christianos non decet, & latratiæ decorat magis, quam decorat. Séper metuendam est, ne illo feriamur fulmine: Frustra me colunt, &c. Si frustra quid igitur aut cogitamus, aut facimus, aut occupamur circa frustanea? Quid ergo inutiliter totam vitam scientes, ac prudentes perdimus?

Dispiciant iidem in ceremonias, quæ populo exhibentur circa baptismum parvulorum, & missarum solennia, præsertim missarum Episcopaliū, an forte aliiquid eò accesserit per Neoterismum, quod pro veteri utili, ac Sacramentis digno, adversus contradicentes hodie defendi non queat? Quod minus audiendi sunt, qui plus obedientiz, ac plus sanctimoniaz ceremoniis novis tribuunt, quam antiquis, & uteunque receptis quam utriusque Ecclesiæ usu consensuque comprobatis. Næ isti verò nimium homines savies sint oportet, qui ex ceremoniarum qualiumcunque observatione se iustos piros, Deo placentes fieri putent, & peccare extra observationem, etiamsi absit contemtus. Tanta inest erroris energia humanis constitutionibus, si initium ac finem

es edito libro, cui Author titulum fecit:
Forma Ecclesie prioris, &c.

Summatim in Concionatorum prudens
spiritualis situm est omnium ceremoniarum pondus: Concio ceremonia fructum
in aures, animosque plebis instillat: Concio
ceremoniam facit uicem, & hoc agit, ut
plebs earum moderata saltet consuetudi-
ne carere nolit. A qua sententia opinor Pro-
testantes, quod vocant, neutquam diside-
bunt, modo concordiam Ecclesie querant
ex animo, nec existimet, regnum *χριστου*
fore perpetuum: schisma autem est a toto
ad partem desciscere, & verum a fallo non
dignoscere, sed magis odio falsi omnia te-
merè calcare, contemni veteribus, mediis
recentioribus, qui diversum non affectu, sed
ratione sentiunt.

Nec hoc omne punctum de clerogamia
largiremur libro, nisi ferè idem traderet Ecclesie. Dicitur autem Ecclesie tradere, quod
vetustissimi vel scriperunt, vel fecerunt Ecclesie patres, Doctores, ac viri in sancto fidei Christiane negocio illustrissimi: nisi, in-
quam, conjugium Presbyteri divinitus
concederetur in Ecclesie, nec reclamarent
scriptura sanctae, nec veteris Ecclesie indu-
bitata praxis, nec publica honestas. Et hor-
rendum auditu est, quod Apostolus Paulus,
demonicum seu diabolicum esse scribit,
si quis doceat aduersus conjugium. Longè
magis diemonicum sit, oportet, propter
conjugium in Christianos serviciam exerce-
re, & innocentes interficere. Liber recte af-
serit, cum ait: Constitutionem istam humana-
nam, qua prohibetur conjugium Presbyteri,
ac distrahitur contractum, pugnare
cum jure naturali, cum jure divino, cum E-
vangelio, cum veterum synodorum consti-
tutionibus, cum exemplis veteris Ecclesie:
imò cum exemplis etiam Ecclesie Rom:
qualis erat circa 500. annos. Quæ exempla
spiritu patrum sancto Hilteprandus notabi-
liter acius, ex Ecclesia Romana sustulit.

Vetum capita quædam tantum attinge-
mus de Clerogamia: cum possemus verbo-
fissimè hanc tractare materiam: de qua ta-
men extant libri mei tres *ansedot.*: haec
nus, quibus, nostrā quidem sententiā, nemo
cordatus obstat ad minimum vel cupiat,
tantum abeat ut qui valeat.

I. Scriptum est: Sacerdos virginem ducat
uxorem. Quæ vetus lex moralis est, habens
adhuc vigorem: non ceremonialis, hoc est,
abrogata.

II. Novo testamento illucescente per Jo-
annem Baptistam, erat hujus pater Zacha-
rias Sacerdos Domini, habens Elisabetham
uxorem,

IV. Eandem regnam ingeminat ad
Titom,

V. Ipsos Apostolos uxores habuisse pro-
prias, Divus Ignatius & Clemens Apostoli-
cus idoneus testis est.

VI. In primitia Christi Ecclesia tam ori-
entis quam occidentis, duravit Clerogamia
Improbata.

VII. Et perduravit improbata, quia A-
postolica, usque ad tempus prohibitionis
primarie per Syricum, & Calixtum secun-
dum factum. Post secundariæ prohibitiones
secutæ sunt per Concilium Carthaginense,
per Gregorium & Innocentium, maximè
per sanctiss: Hilteprandum. Sed hanc pro-
hibitionem, quia neque Apostolica, neque
universalis exitit, Oriens non recepit. De-
creta vero canonica, quæ conjugio facient,
illud tantum postulant, ut uxor virgo ducan-
turante ordinationem sacerdoralem.

VIII. Panormitanus scribit: Matrimonium
de jure divino non impedit suscep-
tionem sacerdotum ordinum. Idem Panormitanus
Juris peritus ait: Lex cœlibatus non est
de necessitate salutis. Et continentia in cle-
ricis salutaribus non est de substantia ordi-
nis, nec de jure divino, &c. Ad quoque con-
tendit, ut sit liberum: quia contrarius effe-
ctus cœlibatum sequitur, id est: Das Ver-
bot ist übel gerahmen. Rursus idem: Etiam
post votum solenne posse contrahere, &c.
Evidem vix unquam alium uno quasi ha-
bitu plures Canonistas citasse audivi, quam
Hieron: Mosketum D. consentientes omnes
in libertate conjugii sacerdotalis conce-
denda, idq: in commentariolo suo de Cle-
rogamia. Hunc virum ego Canonistarum
facile principem dixero.

IX. Canon Apostolicus habet: ne Episco-
pus aut Presbyter, religionis obtenuit, uxo-
res suas à cura sua expellant. Idem ferè Con-
cilium Gangrense, cujus verba sunt cap. 4.
Quicunque discernit a Presbytero conju-
gato, quod non oporteat, eo ministrante, de
oblatione percipere, Anathema sit.

X. Canon & Concilium Anchiritanum
sic concludit: si Diaconi in ipsa ordinatione
protestati fuerint, se uxores habere velle,
nec posse continere: hi si postea venissent ad
nuptias sine matrimonium, in ministerio
manebant.

XI. Uxores Presbyteros suas post acce-
ptos ordines fervasse, testis est histor: tripli,
libro nono cap. 38.

XII. Notissimum est de Paphnutio Con-
fessore Christi, consulente Clerogamia apud Ensebium, & in Decretis.

XIII. Dionysius Corinthiorum Episco-
pus

tribus imponeret, redimicere etiam
rum rationem potius haberet: vide Euse-
bium.

XIV. Pius secundus Pontifex Rom: di-
ctus ante Aeneas Sylvius, dixit, fuisse causas
graves, cur Presbyteris ademtum eset con-
jugium, sed existitere graviores, cur redde-
retur.

XV. Fatetur Petrus à Soto in apologia
adversus Ducem Wittebergensem: Matri-
monium inquiens, quantum est ex jure di-
vino, omnibus ex æquo laicis & clericis li-
berum esse: usum verò ejusdem non ex jure
divino, sed ex consuetudine & consensu Ec-
clesie Rom: Clericis interdictum esse. Hæc
ille. Ergo vicimus: quid enim est interdi-
ctum esse, nisi prohibitum esse, ut probatur
voce sua forex. 1. Timoth. 4.

Pergit Sotus: quare non sit mirum, si vel
alicubi vel aliquando, aut usurpatum, aut
permisum fuerit: certè concedens ille ma-
gister noster, Ecclesiam Romanam posse in
futurum hanc constitutionem humanam,
videlicet cœlibatus, aut mutare, aut parùm
laxare.

Fatetur item Martinus Peresius Episcop.
Conjugium præsumpti ac sacerdotali mune-
ti minime repugnare: atq; hoc postea ex-
emplis Apostolorum & Apostolicorum di-
sertè probat. Præterea idem Martinus Pe-
resius sic de incontinentibus loquitur: Si
sine deleðu aliquo admitti debent hujus-
modi homines ad sacerdotium, necessari-
um mihi videtur, ut lex ista cœlibatus pro
hujusmodi hominibus (Incontinentibus)
in futurum relaxaretur, ut cuitarentur tot
scandala & peccata, & ne blasphemetur
sancti sacerdotiū nomen. Item: Et Augusti-
ni tempore fuisse sacerdotes uxoratos in A-
phrica: cur Peresius subdit: aut rarisimos
aut multos.

Summa: deprehenditur hic & ubique,
Conjugium clericale primis Ecclesie tem-
poribus pasim extitisse quidem: sed per
Papas & sua concilia postea abrogatum fu-
isse, & legem cœlibatus promulgatam ob-
dignitatem clericalem.

Verum Soto & Peresio adjunctum damus
Thomam Aquinatem suum. Is in summa,
quæ incipit: Commiserationes Domini.
cap. 16. post hac dicendum, inquit: Si aco-
lythus in secreta confessione ad discretum
sacerdotem veniat, & se nullo modo conti-
nere posse dicat, non multum peccat sacer-
dos, dando ei consilium, ut cum aliqua oc-
cultè matrimonii contrahat, & occultè sui
Episcopi oculos fallat. Minus credimus
peccatum esse, beneficium cum occulto
conjugio retinere, quam fornicariam con-
tra divinam prohibitionem habere. Si
verò postea ad sacros ordines à suis Præla-

um Episcopum factum, protestatum esse, se
uxorem, quam sibi Deus, & ipsæ leges, ipsa-
que sacra Teophili manus dederat, prorsus
non deserturum, neque cum illa veluti me-
chum, clandestinam consuetudinem habi-
turum. Alterū enim minimè pium, alterum
minimè legitimū esse. Videatur idem Ni-
cephorus de Clerogamia veraciter atte-
stans lib. 12. cap. 34.

XVII. Isidorus lib. officiorum de Clericis
dicit: Castimoniam quoq; inviolati corpo-
ris perpetuò conservare studeant clerici,
aut certè unius matrimonii vinculo fede-
rentur. Hæc Isidorus. Vociferantur quidam
ex Misogamis, nupiam reperiri, sacerdotes
post ordinem contraxisse matrimonium.
Legant ergo isti Socratem hist. Eccl. lib. 5.
cap. 22.

XVIII. In Rubrica inquit, se credere,
quod Ecclesia tale præceptum (cœlibatus)
sit aliquando revocatura, juxta illud Apo-
stoli: de virginibus præceptum non ha-
beo &c.

XIX. Cypriani dictum vulgatisimum est
de puellis votariis, satius esse, ut nubant,
quam in ignem delitiis suis cadant. &c. Cui
consonat Basilius Magnus De virginitate e-
jusmodi exponit D. Ambrosius Episcopus
dicens: Vbi necessitas imponitur castitati,
ibi libidini autoritas datur. Itaque nec casta
est, quæ metu cogitur. Hæc Ambrosius.

XX. Numerantur plus 20. exempla Pres-
byterorum olim Maritorum, & legitur in
capite volumus, distinct. 81. Sacerdotibus
prohiberi, ne cum mulieribus convergen-
tur, excepta matre, sorore vel uxore, que
castè ait, regenda est: quod verbum castè
glossator ibi sic exponit: Concubitus enim
cum propria uxore, castitas esse dicitur.

XXI. Extat super Clerogamia Epistola
divi Ulrici, sive alterius cuiusdam viri, De-
um timentis: unde apparet, Presbyteros in
Germania uxoratos fuisse. Id quod novi-
mus (vel extra hanc Epistolam) verissimum
est ex tot historiis, etiam in Gallia, An-
glia, &c.

XXII. Constat de conventu citatorum
conjugatorum, reclamantium Episcopo
Mogunt: ante 400. annos, quando per ty-
rannidem miseris sacrificies adacti sunt con-
tra fas jusque, ad cœlibatū, aut potius con-
cubinatū, Deo scilicet placentem super vi-
tulum novellum, cornua producentem &
ungulas. Videatur historia Lamberti Hir-
feldensis.

XXIII. Accedunt leges civiles, & novissi-
ma authenticorum iura: ubi inter alia le-
gitur: clericos non alias ordinandos, nisi
castè viventes, aut uxorem legitimam, ac
ipsam unam ac primam habentes.

do congregarii Concilii p[ro]cedentia p[re]t[er]nat, an non expediret ac provideri posset, quod in Ecclesia occidentali, quantum ad votum continentia attinet, servaretur consuetudo orientalis, cum temporibus Apostolorum eadem servaretur.

XXV. Objicitur de bonis Ecclesiarum dissipandis, quasi non major cura requiratur circa animas servandas. Et e[st] coescitatis rapiuntur Romulid[es] quidam, ut censeant, votarios minus peccare fornicando, quam nubendo. Hinc est quod gravius plectuntur Mariti, quam Concubinatii. Vides ludibrium merum esse factum legem divinam, & huic longe preferri constitutionem humana[m].

XXVI. Objicitur Babylonismus futurius, si omnes sacerdotes maritescant. Respondeamus: quis cogit omnes contrahere, aut quis cogit unum etiam contrahere? Quo impulso contrahat matrimonium chori pondus, ut quidam loquuntur? In quorum grege tamen nonnulli extra reprehensionis notam conversantur. Quid illis cum hac libertate? Nisi velint opulentiores, de sua substantia, ac bonis honesteque[bus] in postrem visitare, nec Ecclesia gravare, que ministros suos alit, operarios videlicet mercede sua dignos. Alii si trahant, suo proventu contenti vivant, & gastrimargiz non semper studeant: si tamen per potestatem sublimiorem posthac licebit, regulares foro magis quam choro adh[er]ere. De utilibus Ecclesie Presbyteris, & veris oviis Dominicarum pastoribus loquimur, quos irreprehensibiles vivere praecepit Christus Dominus, & postulat Ecclesia. Per eos & multi opinantur, si pauci essent boni Presbyteri magis, quam multi malique, fore rem in optimo statu. Atqui horum paucitas temporibus Apostolicis non effecit, quod minus sanctus Paulus Clerogamiam sanctet in Ecclesia Christi, ut excluderet impudicitiam vel a paucis talibus.

Dicimus licere, non oportere, sed concubinatu prohibito, cogetres ipsa vel ad honestum conjugium, vel ad sanctum celibatum. Quod inter haec duo incidit, vetitum est, nempe scortationis scelus, aut adulterii, aut Cynadiz, pederastiz, quorum scelerum est repleta terra. Et talibus debetur duplex honor, debetur census, debetur immunitas ac libertas. Tales digni sunt, qui soli administrant ecclesie Sacraenta, quibus honorandis aperiuntur hominum pretereuntium capita. Horum os manusq[ue] rebus fodiendissimis aperi atq[ue] affluere, admoventur tremendis mysteriis, & adeo, ut sempiterna salus populi, qui dicitur Catholicus, sola pendeat ab impuris suis ac fodiendissimis scortatoribus. Hi conficiunt Sacraenta, hi solvendi ligandiq[ue] possunt habent, hisoli possunt. Dic-

ut in horum ordinem certatim irruant adolescentes, ocio, censi, a honore pelleci tantum, cum metu Dei, & formidine gehennae procul hinc fugere conveniat, propter eandem turpitudinem vite, in quam prudentes incident, p[ro]t[er]e quorum jaictata dignitate, casti Presbyteri propter honestum conjugium sorcent, a Thyphaesterio, a Baptisterio, a cathedris, a pulpit[is] arcentur, a sacris munieribus munisque repelluntur omnibus, indigni habiti, qui intueantur lucem, cum illi coram Deo & Ecclesia sint sacris mysteriis tractandis magis idonei, propter conscientiam bonam fiduciamq[ue] erga Deum, rectamq[ue] & honestam conversationem.

O Praefules, quae est ista, precor, tam crassa ac illaudata supinitas, quae est ista tam perversa perversitas, ac cæcitas cæcitatum, tanta ubiq[ue] fecunditatem in clero quotidie sacrificante patienter ferre posse, contento Christo, & oppressa conscientia, & ne semel quidem ad reformationem ac correctionem totius status animum adiuvare. Videat Dominus, & requirat. Amen.

Ceterum his subiungere visum est quasdam considerationes, quas paucis ante annis apud Iemet erubavit Orthodoxus quidam tempore Caroli V. Imperatoris, super Clerogamia.

Nemo nescit, melius esse, si Ecclesia habeat Presbyteros Agamos, hoc est, absque conubio: verum contumaciam confessio est melius, Ecclesia habeat Presbyteros castè uxorios, quam turpiter concubinarios. Manifestissimum equidem est, cubile immaculatum cleri nulla vel veteris, vel novi Testamenti scriptura vetitum esse. Econtra vero reperias, istuc in utroque Testamento concessum esse. Quod si quis hic neget, vetus ad nos ea in causa pertinere, negari certe non poterit. Epistolas Pauli ad Christianos scriptas esse. Est item irrefutabile, Clerogamiam seu immaculatum cleri cubile in constitutionibus Ecclesiasticis juris positivi existit aut Ecclesia, si tale communis utilitas favaserit, concedere liceat. quod concessit ipse Dominus Ecclesia ad Regulam duotaxat Apostolicam a Paulo prescriptam. Nam hic ego, irreligiosos istos ac temerarios nuptatores quoddam de Schismate, quive tam divinam quam huminam legem sua libidine quadam transcendunt, accusandos magis quam excusandos esse, arbitror.

Mores veteris Ecclesie laudo, qui si iidem essent hodie in clero, quis censeret, opus esse remedio? Quid prohibiturus erat Syritus, Innocentius, Calixtus, & Hiltebrandus, si hanc h[ab]ebant tempore Ecclesie faciem aspergissent? Quod si quis ad exempla provocet, longe cognitissimum est, historias Eu[stachii] & [Iohannini] & maria, sicut ad referen-

In quis uide quod iudicetur?...
ducta virgine, recipiatur in ordinem? Scripturam Apostolicam, Jus positivum, Exempla Ecclesiastica, & honestatem ipsam publicam quisque ingenuè confitetur: is huic considerationi non reclamabit unquam. Nisi forte primis temporibus fuerit licetum, quod nostris illicitum judicari debet at quando videlicet Cleri nefanda turpitudo eò crevit, ut sacra etiam ipsa deturpet, adq; abominationem adducat extremam.

Verum ut fulcra illa hujus negotiorum transeamus, ratio omnino habenda est temperatus hujus periculosissima. Quia de causa Carolus quintus Imperator Rom: neque impie, neque imprudenter indulxit eum articulum interim, dum Concilium erit, idq; pacis ergo, & in gratiam reducendorum Schismaticorum. Cui indulto Romanorum Pontifex merito suffragaretur, si illi cordi maxime esset germaniz per turbatæ tranquillatio, si que prius haberet necessitatem, quam severitatem in consilium adhibere. Necesitatem allego, quæ probè nulli legi est obnoxia: humanam intelligi volui. Et lex prohibitionis humana planè est, si non in humana. Factio si vix reduci poterunt per indultum isthuc: quid usu veniret, hoc per Pontificem ablato? Quis Sanctorum redibit ad Ecclesiam cum tanta conscientia famaque sua lassione? Imò tanto cum periculo castimonia? Nisi forte tolerari semper debeat ab uxoribus ad meretrices discessio.

Non defuturi erant Ecclesiæ plurimi pastores, non minus pietate quam eruditione præstantes, si ageretur cum illis mitius haec quidem parte. Vbi quoq; erunt pastores idonei tot curandis populis, si ob horum rem neque impiam neque dishonestam depellas præsentes qui tamen ex Orthodoxis sunt. Aliam certè causam multi non obtendunt, quam hanc ipsam, videlicet se redire posse, nisi ita saviretur in conjunctionem legitimam, nisique ipsis per eam disjunctionem aperiretur janua ad scortationes promiscuas: neque enim aberit, quin alienas mulierculas in recepturi maximè ad nsum domesticum, qui abjicere conjuges coacti sunt. Pars Lutheri usque adeò firma est adhuc, ut ab aliis metus Ecclesiasticis ingens immineat. Et Principes, qui etiam Cæsariani videri volunt, in ea factione pertinaciter obdurant. Illi certè longius resilent ab hoc religionis proposito, si Catholici usq; adeò nihil de consuetudine sua non bona remittant: habebuntque refragandi causam, quandoquidem quod Cæsar relaxat. Papæ legatio restringit.

pag. 379 Poculum benedictionis concessit qui-dem Pontifex sua in bulla, sed plebs non

Respond. vetitum quidem, sed tamen semper toleratum, adeoq; censu & honore (præaltero) passim adiuctum.

Ceterum Misogami Philogamis perpetuo solent in aures ingerere scripturæ, loca de carne crucifigenda, atque mortificanda, quasi post disciplinam Ecclesiæ jam pridem collapsam, & in ipsa iniquitatis abundantia (de qua Dominus in Evangelio, ea ratione natura succulenta juvem Sacerdotum corpora exsiccati queant in totum, inque Angelicum quendam transformari. Est mundo notissima Theologorum talium crucifixio, atque mortificatio. Sunt in confessio horum jejunations, aquæ potiones, humi dormitiones, genii defraudationes, totiusque vitæ incommunitates: quo medicamine scilicet efficitur, ut suis in corporibus stigmata portent, non qualia Paulus, Lucas, Chrysostomus, & Franciscus, sed quælia dicere nolo. Profectò brevibus Gyris dignum facinus, ac nescio quanta cruce, alii onus importabile imponere, quod tunc ne digitali quidem minime contrectes. Præstaret Eunuchos quosdam tales Tertianos non tam menta, quam lingua castrari.

Legitur de Ratholdo præfule Argentenensi, qui Matricidam ad penitentiam publicam adagens, ex mandato Pontificio primum prohibuit ab ingressu templi, unus anni spacio: attamen foris orare licuit. Deinde anno revoluto licuit quidem ingredi, sed non nisi inter Catechumenos consistere, nec de Eucharistia participare: præterea totis septem annis oportuit penitentem illum neque carnem edere, neque vinum bibere: invero jejunare per tres hebdomadum dies ad versperam usque. Ibi additur: à proprietatem uxore non separatur, ne in fornicationem corrutus: & hanc penitentiam mitigandam esse, si bene age-re cœperit. Hæc ex historiis intelligis, prudens Lector, quantum semper ratione affirmatis humanæ veteres nostri habuerint in eo etiam homine, qui tot ignominiarum afflictionam, ac incommodorum veluti flagris cœdebat, ut putare possis, illi neclavis unquam conjugem tangere.

Quid igitur credas honoratis, saginatis, lascivis, luxui deditis clericis, qui totum vitæ suæ tempus deterunt in ocio, quod D. Bernhardus appellat diaboli cervical? Verum istiusmodi aliis amplificanda tempestivius reliquero. Reliquum ergo fuerit, ut his ac hujusmodi aliis penitissime consideratis, prohibitionis rigor piè levior, & liceat, ἀκολυτας uti Sacramento matrimoniū eos, qui citra præterq; hoc, passionib. (quos Apostolus ita vocat) perpetuis,

quam primum obtineri à Romanor. Pen-
tifice, ut horum temporum necessitate
considerata, super isto articulo dispenseat
usque ad futurum Concilium, alioquin o-
mnis opera frustra consumitur in revocan-
dis Schismaticis: quorum pars maxima in
Concilio quidem se subiicit. Tam altè
radices egit factiosum dogma in Germano-
rum animis.

EPILOGVS.

EQuidem confitemur, continentiam in Clero veram, maximum esse ornamen-
tum Ecclesie: præterea confitemur, occi-
dente hujus continentia clericalis exem-
pla olim habuisse cùm pluriima, tum insi-
gnia. Sed quia status modernus, ut appelle-
ant, veteri omnino non respondet, & tem-
pora distinguere jubemur: murari dura
constitutio voti posset, ita ut in casu neces-
sitatis saltem quoquo modo conjugatis,
doctrina, vita que honestate insuper com-
mendatis, ad sacros ordines aditus pateat,
quandoquidem hæc ipsa constitutio juris
positivi est. Per hanc sane dispensationem
bene prospiceretur populis Christianis,
tam exemplo quam doctrina, & tolleretur
omnis ista querela de turpitudine publici
concubinatus, omnisque generis impurita-
tis. Ea in re nihil observaretur scđcis, sed Ec-
clesie, præterquam quod infinita præcave-
rentur scandala, quorum nullus erit ubique
finis, quam diu laqueo vocationis hujus in-
felix Clerus contra conscientiam non con-
tra voluntatem tantum suam ligabitur. Sed
pergamus in instituto.

Monasticen ita improbare, atque hoc
conari, ut ea omnino non habeat locum in
terum natura, sed stirpiter eradicetur, alic-
num à Christianismo esse arbitror, adeo, ut
Christianismo Mahometismus aut Turcis-
mus ipse mitior videri possit, nimirum qui
Monasticen Christianam & toleret, & ad-
versus violentiam barbaricam protegat
passim in Asia, præfertim in Thracia. Ea
parte mansuetudinis nos ab inimico crucis
Christi superari debere, dedecorosum no-
mini Christiano non esse non possit. Raram,
inquires, Monasticen ille: at nos quem mun-
dum, precor, alius? Nec ego nunc de ni-
mia monasteriorum multitudine sentio,
qua videlicet degnavari civitates compre-
sum est, & obnui, nec horum hominum do-
minatu non premi, ut nihil durius addam
de horum hypocrisi, ac doctrinis hominum
suo instituto in exercitibus, quorum auto-
ritate veram pietatem labefactarunt, maxi-
mè recentem Theologiam, quam dicunt
Scholasticam (si tamen sanctum Theologiz
vocabulum hæc meretur) in Ecclesiam in-
troducentes, & hanc omnibus ingenui viri-

gia necessariò ancillantibus, quæ nostro se-
culo resuscitari cœpit, quam diffamant ha-
resies, nec quiescunt, dum contemnunt
ceu certum Ecclesiæ virus.

Itaque æquum judico, ut quæ monas-
ticæ supersunt, & tolerantur, eò adigantur, ut pag. 380
posthac deserta barbarie sua, & abnegata
Mætælogia, ac gastrælogia tota, antiquæ
Theologiz (quæ sola hoc nomine digna
semper est) lete totos addicant, dedantque,
& concionaturi ad populum, morem Ec-
clesiasticum sequantur, non monasticum,
ut progressu temporis dedoceant supersti-
tiones, quas in animas gentium inseverunt
tanto studio, ac si verbum Dei asset, cùm sit
verbum nescio cuius, vix etiam hominis.
Qualia initio fuerint monasteria, nos non
fugit: hodierna dissimilitudo tanta est, ut
ægræ possis cognoscere affinitatis etiam ve-
stigium. Basilius Magnus apud Græcos Prin-
cepis extitit monasticæ, & habebat in stirpi
laudatores eximios, Chrysostomum, Nyssen-
um, nechos solos. Talis erat Benedictus
apud Latinos, author piæ sodalitatis: ap-
probator Gregorius, & ante utrumq; quan-
tis studiis patrocinatus est tci Monastica
Hieronymus ipse, Augustinus & Ambrosius?
Quorum omnium sententias de isto vi-
ta genere, ut vituperare nolim, ita judicâ-
rim non temere contemnenda, quæ viri illi,
qui sanctimonium cum eruditione insigni
copularant, usque adeò commendarunt
orbi Christiano.

At ubi est Monastice hisce seculis, que
conferriri queat cum Basiliâ, & Benedictâ?
De reloquor, non de umbra, Deum im-
mortalem, quanta diversitas eluceret vel
Tiresias, aut Hipsias cæcis, si antithesis visum
sitejus rei facere tam quod ad vitam, quam
quod ad doctrinam attinet. Doctrina sana
erat & Apostolice similis: vita Christi Ev-
angelia digna. Hodie scateni pleriq; im-
putissimæ doctrinæ sententiæ, vita doctrina
etiam ipsa impior: nihil videas Monasti-
cum, præter rasuram, atque vestem diuinam,
qua materia est tanti odii, quo illud
hominum genus perlequitur omnis popu-
lus, interque sexus usque ad pueros: ploros. Et
hanc multum abest, quin eadem in navi seu
cymba sint sacerdotes, quorum ne nomen
quidem ferri amplius potest, idq; non ordi-
nis causa, sed morum culpa. Vota obliquitur,
quibus quid vanius esse possit? siquidem
juris divini ea neque sunt, neq; à quo-
quam servantur. Vovent non ut ea servent,
sed ut per hunc prætextum Monasterium
ingressi fine labore ac solicitudine vivant,
& vivant in ocio ac saturitate, & laginen-
tur, ut plarum ad suprum usque.

Profecto si modo vera fatemur, plurimi

ris in terminati... di ventris gratia: utque eo pacto elocarentur absq; multis impendiis, & ipsi hac cura levarentur, in alios liberos futuri profissiores. Et decantatum vulgo est: desperatio Monachum Monachamq; facit. At qua desperatio, nisi quotidiani vietus? Ut disfidentia sit cuiusdam, facere aut fieri Monachum vel Monacham. Mitto iterum conqueri de sacerdotio, in quod quotquisque est, quise precipitat, nisi ventris exaltandi, & laboris fugiendi gratia: Paucissimos repetias, qui non ob hanc monachizent, videlicet, ut per hujus status divinitatem consequantur remissionem peccatorum suorum, ut inde velint justificari, ac pro justis, ac sanctis videri, quive salutem omnem in hoc vita genere collocent, & se pro perfectis ducant, & ceteris hominibus meliores, & persuadeant sibi, vota sua paria esse votis baptismi, & opera super erogationis istius allegorice sese in coenobii facere, & his adeo abundare, ut aliis communicare possint. (quod non fecerunt prudentes virginis, apud Matthaeum, quarum haec vox est: ne non sufficiat nobis & vobis) nec ulli religiosores Christianos, praeterquam in monasteriis vivere, & nisi essent monasteria, orbem jam pridem perire: Ibi enim iratum Numen per merita sua mitigari.

Qui ejusmodi fecerunt, forsan ante haec tempora in Europa exiterunt, jam non ita desipiunt, nimirum oculatores redditi, ut pene vereantur, ne licentia sua causa e monasteriis profligentur, praesertim Nonnæ, quarum multa claustra quid obiecero, aliud sunt, quam pornoboscia specialia? Et hoc commeant sui ordinis & regulæ patres, & fratres. Et ea tamen nefaria, atque concelerata multa tolerant Praeules, hujus sanctimoniz non nescii, si non complices, ludentes nimirum ludum Udonis Saxonici. Exempla haud obscura sunt, ut præstaret, aliquot harum salaciōres inde eximi, veterum more, & conjugia copulari, ad a ruminas vitæ humanæ perferendas, quam delitiis claustralibus ut intereant, finere. Quis est tam vecors, ut credat, per hanc monasticae iram flagellantis Dei posse placari, & non exulcerari magis? Nullum igitur consilium tempestivius dari a quoquam potest, nisi ut inspectione severa corrigantur Monasteria: & si quæ deprehendantur prorsus incorrigibiliæ, sensim extinguantur potius, quam hominum turpe ocium frustra sustentetur tot censibus, proventibus, & pinguis locupletum eleemosynis, quemadmodum seculis superioribus usu venit, praesertim pueriarum, quarum patrocinium ex epistola ad Timor. non facile possit petere, nisi velis

cultum Dei obseruent in templo, si abrogatur Hagiolatria. Præterea de concione, quælis ea sit, vetustiorne, an verò recentior. Si recentior, obstruatur os vani loquentiæ, inspiciatur Bibliotheca, num ibi arcem teneant probati authores primæ Ecclesiæ, & libri novi quidem, sed veteribus non absimiles: & qualia cum primis Biblia sacra, inspiciatur œconomia tota, examinetur cujusque vita, & an ista Sodalitas Monastica ipsius verè placeat, atq; cujus rei gratia in Monachismum devenerint, ac quid in eo quartan animus sit, foris plus ferre fructus populo Ecclesiastico, hoc est, prodesse proximo.

Cur tales habeas odio, & utilem rebus Christianis Monasticen destruas, propter alios deteriores, ac abusiones pravas? Malos ejice abusus, opprime superstitiones penè omnes in Monachismo notas defunditus etiam de terra viventium, ut ne horum memoria quidem supersit in generationem alteram: emenda mores, exuscitate regulas obliteratas, in quibus si qua defunt, supple. Breviter sic visita, sic superintende P. zia, ut impetres à Monachis, quæ tam illis pro futura videbuntur, quam toni Ecclesiæ, qui solet s̄epe numero ē monasteriis mutuam accipere Doctores Evangelii, & olim inde accepit per doctos Episcopos, qui de cathedris ipsius prædicarunt verbum Dei vivi, cui cedit humanum verbum, humanum votum omneq; istud institutum. Verbum Dei sincerè prædicatum, non tollit Monasticen, modò verbo Dei non repugnet ipsa, & semet ei formandam, reformandamq; volens subjiciat, bonis monitis cœlura. Breviter, hic scopus Monachismo residuo, meā quidem sententiā, præfigatur, nimirum ut hic ad hunc ordinem redigatur.

Primū soluti liberiq; sint monastici homines à mundo, hujus contagio ac illebris, & reipsa ostendant, quod audiunt solitarii: proximum est, ut vero cultui Dei serviant dies noctesq; meditando, precando, sursum suspirando, humiliter psallendo, confitendo, gratias agendo, docendo, exhortando, increpando, arguendo: deinde ut illis aperiatur schola ad ædificationem æq; omnium, ut qui literarum rudes etiamnum ac amusi & tantum non agriminati fuerant, paululum asurgant ad cognitionem bona literaturæ, atque hinc ita preparati ultrò accedant ad studia Theologica, quibus solitudinis tedium & relevant, & fratribus sive Monasticis sive ecclesiasticis in Domino profint. Ex Academiis Pædagogos ac didascalos petere semper licebit idoneos & quales volunt Professores, ut Schola latriam communem adiuvet, nedum exornet

tempio, adiudicauit schola eam mutari, et hoc
probè sapit.

Postremo convenit, & Monasticen veram
debet, ut sit hospitalis, id est, hospites
peregrinos træcto mensaque excipiat, ami-
citez ad blandiendz gratia, & postea sibi
hinc hospitalis esse videantur: cum id
genus convivationis, non hospitalitas, sed
prodigialitas sit epicurea magis quam Mo-
naistica, nempe iis gratificari, qui neque in-
digenit ipsi, semper saturi, jejuni nunquam,
neq; magnopere postulant. Pauperes sem-
per habent, fores monasteriorum obiden-
tes, hos cibent, hos potent, hos veltiant,
hos omni offici genere consolentur, de-
leemosynis suis eleemosynas dantes, ad di-
midium bonorum usq;. Adhæc in summis
necessitatibus Reipubl. subveniant pro suo
modo, & operarios regni Dei liberaliter
sablevent, domi mansirent, libros revolvat,
Regulas suas constanter servent, præcipue
de his potiora, in agis autem regulam Chri-
sti Domini, ut exemplo aliis esse queant, &
glorificationi sue satisfaciant, quippe qui
eum Praeceptorum, quam confitorum Do-
mini factores videri velint.

Falibus Mouachis utriusque sexus cur
Principes ac Comites hostiliter adverser-
tur, & violenter expulsis omnibus eripiunt,
qua habent, omnia, mobilia cum immo-
bilibus, contra fas jusque, edictum quo-
que Monachorum, prædecessorum dota-
tiones, in Evangelio DEI hactenus legere
nobis non contingit, maximè cum usur-
patores experiantur, dissipationem istam
inhumanam nec sibi prodeesse, obesse vero
magis revera comperiant, & per eas inva-
siones ac alienorum bonorum rapinas tot
egenorum millia quotidianis eleemosy-
nis defraudari, & peregrinos beneficiis de-
bitis excludi, contra legem charitatis
Christianæ.

Modum numerumque excesserat mona-
steriorum multitudo pariter ac magnitu-
do: non ideo decuit nos, Zilcanum sive
Bohemicum exemplum imitari, & quod
in pios usus fuerat collatum, aliorum
distrahere, & prædia monasteriorum pote-
tant esse certa, ac perpetua egenorum sub-
sidia, sed opinor, erat in fatis. Qvod pro-
pter ea commemoto, non quod facta in fe-
ticii queant, sed ut posthac prudentius cum
immenis Monasteriorum opibus agatur,
ne, quia pinguis est panis Christi, præbens
delicias Regibus, Evangelio resuscitato no-
men dedisse videamus. Incundz aliz ratio-
nes sunt, ut opes Ecclesie conserventur in
tuto, & monasteria certe præcipua sic se
gerant, ut tam tragica mutatione, quæ res
est mali exempli, opus non sit.

Monastice nobis ab initio dedit viros
dofissimos, atque Euclis, &

barbariæ laetit, juxta illud:

Una manus nobis vulnus opemq; colit.

De utraq; Episcoporum potestate ope-
ræ precium facit liber, qui recte admonet,
idq; magis amicæ, quam odiose, præsertim
cum taxat illorum opinionem, aut po-
tius ascensionem, qui commiscerunt
in Pontificibus ac Episcopis Ecclesiasticis
pariter ac politice potestatem. Nam ex quo
longius discerauntur, hoc magis Evange-
lium sedit. Secus antē sensi, quam penitus,
ac presius negotium totum incueret. Sed
tamen verbis dissentiebam potius, quam
sensu, quid enim choro cum foro? Quid
gladio spiritus cū gladio carnis? Protecto
Apostolus de Apostolis, & horum successo-
ribus aperte negat, arma illorū esse carna-
lia. Quæ est societas Christo cum Herode,
aut Paulo cum Agrippa? Itaq; magnopere
probamus istud discrimen, sicut discrimen
ponimus inter cœlum & terram. Potestas
Ecclesiastica de cœlo est, ac politica de ter-
râ, utramq; utro in uno eodemque homine
conjungi possit, disputent alii, qui solent ob-
jecere de gemino disparti.

*Non bene convenient, nec in una sedemo-
rantur.* pag. 382.

Verum disputetur, ad vivum investigan-
da veritatis ergo: utrum idem existere
possit Pastor spiritualis, & miles plus quam
carnalis? Ac jure næ gestet altera manu pe-
dum Pontificale seu Episcopale, & simul
altera ensim cruentum, galeam, thoracem
que Martiale? Verumq; haec sacra non ali-
ter constant, tanto difficultius est, contra tra-
ctum fluminis niti, & cum suo depugnare
seculo. Alioquin enim provocari poterat
ad Ecclesie Principia, quando tam Pontifi-
ces quam Episcopi uni vacabant potestari
Ecclesiastice, in timore & tremore Dominū
suum audientes, nimirū Vos non sic. Qvin
& cum Bernardo queri poterat: Sicne fe-
cit Petrus? Sicne Paulus? Taliagastavit arma
Linus? Talem zonā Clemens? & Episcopi
Dionysius, Ignatius, Augustinus, Ambro-
sius & infiniti horum similes? Sed esto, ait
Bernardus, alius & alii hominū mores, &
tempora periculosa non instant iam, sed
extant. Hec Bernardus. Attamen nihil se-
gnius fatendum id, quod res est.

Nimirum Pontifices, Episcopos, Patriar-
chas, Cardinales, primam omnium curam
ac operam impendere oportet in ea, quæ
soliū Dei sunt, memores Paulini manda-
ti, quando inquit: Dicite Archippo, vide
ministerium (Diaconiam) quod accepisti
in Domino, ut illud impleas. Qnod man-
datum Apostolicum summum literis au-
teis inscribi, sculpis: debuit.

posuit Episcopos, ad regendum live pa-
scendum (*ποιμάνειν*) Ecclesiam Dei,
quam acquisivit sanguine suo. Quod mu-
nus proprium; si sincere obierint vel bi-
ennium, sensim, crede mihi, naufragabunt ad
secularia. Semel statuant, potestatem Ec-
clesiasticam, qua Episcopi sunt, omnino
excellere, & longe inferiorem esse pote-
statem, qua Principes sunt. Quod cum sit
irrefragabile atque immotum, tamen gau-
dent audire tantum Principes, & propemo-
dum padet Episcopos dici. Imo illorum
aula non sustinet patienter audire, si quis
roget, ubi Rever. Episcopus sit: praece di-
cendum est, ubi reperiam meum gra-
tiosissimum Dominum & Principem: si
secus, ad suspicionem malam protinus ra-
pitur. Cujus rei forsitan causa est, quod ma-
lim esse re ipsa principes, quam Episcopi, &
propensiores sunt ad principatum, quam
Episcopatum. Si qui tales existunt, ipsi co-
stituunt semet Episcopi nomine ultra mo-
dum indignos, sed hoc pacto non subterfu-
gient iram venturam.

Porro quandoquidem usus, mosq; pu-
blicus obtinuit, sicut supra diximus, ut vi-
delicet Pontifices & Episcopi utraq; simul
potestate fungantur, etiam atq; etiam con-
templandū est, ne dum alterutri incumbat,
alterum negligant. Quod si eligendam est
melius, multò satius est Ecclesiæ curis ope-
risq; incumbere Pontifices ac Episcopos,
quam politicis vacare causis, & mundi hu-
jus implicari negotiis. Hoc enim alieni of-
ficii est, illud vero proprii, quemadmodum
sapientis dixi. Quod si Caesar Romanus, to-
tumque Imperium sineceris animis super ea
re consultaret ac dispiceret: an utrumque
an verò alterutrum Christianismo condu-
cibilius foret, haud equidem arbitrator, Epi-
scopos ipatos hanc deliberationem impro-
baturos. Omnino prius habeant religiosi
Prælati, ut Ecclesiæ Christi bene præsent,
juxta legem Domini, quam ut aulæ suæ
prospiciant, & seculo caduco serviāt. Prima
cura Christo, proxima Ecclesiæ, ultima,
si ita liber, Ditioni debetur. Addam liberi-
us, si constaret, potestatem Episcoporum,
& pontificiam Ecclesiasticam aut præpe-
diri, aut diminui, aut labefactari, aut evacu-
ari per potestatem politicam, quam simul
exercent jure humano, praestabat, alteram,
videlicet hanc potius deponere, quam huijs
onere, alteri male preesse, cui primas partes
tribui oportuit, & qvæ, ut bene administra-
retur, totum requirit hominē, non divisum
ipsum. Adhortamur ideo per miserationes
Dei, non præcipimus, primum pontificem
ipsum, maximum Episcopum Episcoporum;

io interim gaudio in Vaginam tuam, & poli-
ticam politicis hominibus administrandam
tradant, adhibentes in consilium Iethro il-
lum Midianiten Sacerdotem, quod ille
consilium olim Moysi servo Domini dede-
rat: nimirum, ut Moyses multitudine ac ceu-
pelago causarum populi Israelitici adob-
ratus, majora tantum negocia curet, videli-
cet, quæ ad cultum divinum spectent, ce-
tera demandet transfigenda primatibus in
cætu suo, ac viris amplissimis, quos
cum primis illustret hic Ternio, nempe sa-
cientia, pietas & veritas, quive inculpatam
agent vitam, præsertim ab avaritie criminis
remotissimam. Horum deleitorum officio,
ministerio, cura & operâ utatur licebit Pô-
tifax & Episcopus, in administratione rei
hujus seculi, ut ipse minus interturbetur,
rebus divinis sollicitè vacans. Meminerint,
Iethro Sacerdotem prudentissimum diris-
se: Ultra vires tuas est negocium. Item,
stulto labore consumeris tu. Rursus: So-
lus illud sustinere non poteris.

Illi à te, Præsul, constituti subsidiarii, qui
ditioni præterunt tuæ, & mundana proca-
rabunt, qvicqvad ad opes celitudo tua
dignas facit affatim subministrabunt, atque
te de tuis decorabunt, ut non solum abundes
ipse, sed etiam superfit, unde impertias
aliis. Et benedictio Domini, cui soli vacas,
o dispensator hujus mysteriorum, ditionem
te faciet, quam tua propria œconomia po-
terat. Primatibus igitur in partem ferendi
oneris prudenter ascitis, & politicem inte-
grè administrantibus, tu, qui segregatus es
in Diaconiam potestatis Ecclesiasticæ, no-
veris, Iudicem à Domino constitutum te in
causis populi, sententiam ac æqvam viam
Dei qværentis, ut hic jus dicas, doccasq; per
omnia juxta legem ejus, nempe Domini p[ro]p[ter]a
Dei, cui es servus addictus, quemadmodum
præcipitur in Deuteronomio. Hic utere
datis Ecclesiæ clavibus, h[ic]c solve, h[ic]c lig[ac]a
tanquam in conspectu omnia vidētis ac au-
dientis Domini, qui in novissimo die te ju-
dicem judicabit. Si sapientiæ filius es, per
sapientiam, qvæ est unigenitus Dei vivi,
constitutiones in Ecclesia condes, & justa
decernes, semper v[er]e illud apud Esiam
ob oculos positum circumferens, quod hor-
ribiliter incutitur statuentibus statuta ini-
quitatis, & scribis scribentibus misericordia
subditorum.

Quot vero horum statutorum millia in
libris recentioribus extant, cujusmodi Ec-
clesia Christi non solum reprobat, verum
etiam ferre amplius neque potest, nec debet,
siquidem condita sunt præter legem
Dei, præter legem naturæ, contra ædi-

mento ambitionis & avaritiae, ut hæ duæ pestes native radices sunt omnium totius curæ malorum. Quæ statuta constitutaq; quando Ecclesiæ ac Republicæ obsunt, improbis tantum ad quæstum, ac ambitum temporarium profundunt, & cum voluntate Dei pugnant, saluberrimum fuerit, si Pontifex Max. irrita faciat, & his morbis Ecclesiæ corpus liberet, cuius genus est magna pars Decretalium & Clementinorum, quibus Ecclesia carere potest adeo, ut his oneribus levari jam pridem cupiat. Abolean- tur libri turpiter parasitici atque gnathognici omnes, non de primatu loquor, cui nos semper quod suum est, dedimus, sed de summa nescio quâ plenitudine potestatis, de scrinio pectoris, de vicariatu, de ridiculo Tristephaniz mysterio, breviter de Deitate aliqua terrestri attributa, & his simili- bus absurditatibus.

M. minerint, si qui sunt digni justique Pontifices, ejusmodi de Petro, Petriq; veris successoribus, ab initio nunquam fuisse scri- pta, dicta, audiata. Recolant statum non nascentis tantum, sed adolescentis Ecclesiæ, usque dum senescit, semper abhorrentis ab id genus pestilitate. Perpendant apud se in quale seculum inciderimus, & quo res properet. Interitus in foribus est, nisi res- puerimus, securi videlicet ad arborem po- sita. Admonemus amici, non contumeli- am facimus inimici. Meliora vulnera no- stra sunt, quam adulatorum oscula. Sedem salvam cupimus cum antiquis, non extin- etam cum Antipapis nostratis, verum ea salva qui esse diu poterit, nisi expurges, re- formes, corrigas, sanes, restituas, exornes. Idem sentimus de libris recentiorū multis, è medio submovendis, autoritate pōtificia. Exercat potestatem suam in oblitterandis in- anibus, & provehēdis utilibus libris. Arceat ab Ecclesiæ limine Pseudotheologia gar- tula, omnib. bonis fastidita, paucis ad ostē- tationē adamata, nemini utilis, nisi ad sub- versionem veritatis Apostolice, & veteris Theologiz detrimentum summum.

Parcatur Ecclesiæ Christi, & ne gravetur amplius per quosdam emissarios afflatos, sicut adhuc appareat Antichristiano spiritu, quæ viperarum gennemata nobis multa mala bene sopita resuscitant, quasi antea non sat haberet Ecclesia, de quibus conve- retetur, nisi hæc quoque portenta irrepereret quæ super dolorem vulnerum ejus adden- tent, ut cum Psalte loqvar. Mittere nobis Ro- ma viros opere sermonesq; potentes, qui adnuncient vere Apostolica, sicut ab initio quando non ita dominaretur nobis omnis iniquitas: & qui calcar nobis addant ad currendum viam vitæ, qui libros doctis-

jiant, qui denique nobis authores sint convocandæ synodi, qualem celebrari tem- pus postulat & res. Præterea potestas Ec- clesiastica summi Pontificis expoicit, ut prescribat, quales sint, & à quibus Episcopi de igendi, ne semper habeat Germania ce- conomos tantum, sed non economos, quales Apostolus Corinthiis common- fratr. Deinde destruat emporium iace- ditorum, qua negotiatione vix est alia major, sed juxta iniquior, ac fraudulen- tior, quæve vel sola fidei Rom. summam cō- ciliat invidiam.

Ah ipse Pontifex facto flagello è funicu- lis ejiciat vendentes eientes; ac horum mensas evertat, qui quæstum putant piatta- tem esse. Heu pietas, prostat & in quæstus pro meretrice fedet. Prævenire facili est, quam præveniri. Si quoq; hic dormitabitur, contemptis admonitionibus tam amicorum quam inimicorum, subveremur, ne, uliore Dco, male suborta pejus occidant.

Porrò Pontificibus ad expurgandam cu- riam & reformatam Ecclesiam Romæ exi- stentem accinctis, intererit Episcoporum, ut ipsi quoque sibi ipsi attendant, & po- testate sua propriæ Ecclesiastica oceipiant, uti ad pascendas regendasque Ecclesiæ, suæ folicitudini creditas oves, maximè in ne- gotio cathedræ & Sacramentorum, quæ res summam requirunt vigiliam, ita ut ca- thedra sanam Evangelii doctrinam sonet tantum, & altare respondeat antiquitatæ suæ juxta preceptum Domini. Secunda so- licitude fit de Pastoribus non pecorum, sed hominum, corrigendis per dioecesim suam, & ad officium Apostolici pastoratus obcun- dum revocandis. Cogitent, scipios esse Pa- stores, tanto magis diligent necesse est suos compastores, hisq; demandent obeunda ea pro quibus olim parati sunt Christo Pastorum principi, Iudicique rationem reddere. Exerceat pñi Præfules potestatem hanc ec- clesiasticam de recognoscendo clero quoq; & apud se cum animo suo reputent, an ex- pediat ociosa multitudo, an velit ratione reddere pro tot scandalis, quorum abun- dant primariæ civitates, an deceat succe- sores discipulorum Domini Iesu hoc pñctum Episcopum agere, atq; num se deceat Hier- archia istiusmodi, an sic vivere oporteat, an sic per traditiones Apostolicas licet, an sic excolere vineam Dei Sabaoth con- veniat, an sic domini Dei præesse atque pro- desse par sit?

O fratres Τὸ καθῆκον urgeamus tantum, pag. 384. alia studio translimus, ne quid ultra se- pta. Equidem potestas Ecclesiastica Ponti- ficum Præsumumque permagna est, quia de iure dicitur, sicut

venerandæ Ecclesiæ placitis , vel libertati Christianæ , quam Paulus Apostolus re&te commendat, non eam , quam Petrus improbat. Sat enim est constitutionum & sanctionum, & aggravationum , sit modus in rebus, si is tamen modus est.

Magis ad rem Ecclesiasticam attinet, ut concordia pacisque conciliandæ studio, multæ harum constitutionū vel relaxentur vel mitigentur , vel in univetsum aboleantur , si habeant speciem impietatis, & sint omnia frivole , & degravent miseram plébem sine causa , aut si se piant aliquid Tyrannicum. Licentia morum poterat alio freno coherceri, etiam si onera ista Ecclesia Dei vidisset nunquam , qvæ certè jugo Christi commodo suaviq; haud quam respondent : & semper est spe & tandem, ut cuim primis Archetypo respōdeat, quid aut præcipiat, aut sanciat , aut definiat, aut molitur deniq; Pontifex, Præsul, Abbas, &c.

Multa qvæ per ista secula fuerunt ad inventa, ac imprudenter imperata , sua sponte corruunt , dum mundus jam pridem intelligere cœpit , hominis inventum esse, non Dei, qvi Legifer noster est , Esaias docente. Neq; tamen legem Ecclesiæ repudiamus omnem: si legi Dei sit affinis , & rationi congruat , & Reipubl. sustinende conducat. Providere politicis & secularibus, alienius est ab Episcopo, quam dici fas est, de quo abunde supra.

Quin scholas etiam bonas aperire , sua interest quidem, sed reqviritur scholarum fructus uberrimus in Ecclesia , & plurimum, qualia foveas paedagogia. De simulatione Androgynorum qvorundam ne μύ quidem hoc loco. Politicam potestatem in corpora resq; corporeas , honorandam esse ducimus in aliis, qvi etiam apud Apostolam audiunt Liturgi Dei: at eam in præfulibus (ut alienam) magis toleramus, quam laudamus : nimur ab his cœlestia potius, quam terrestria expectantes, inq; ve his priscos Ecclesiæ Episcopos, non Hircanos, aut Aristobulos , aut Iasones querimus: Iudaismum cum sceptro conjunctum relinquentes.

Toleramus tamen , præsertim si id minimi faciant, respetu potestatis spiritualis & quod æquum est, exsequantur , & oderint Tyrannidem satrapicam , & horreant bellum , & fugiant expilationem gregis, & excoriationem pauperum ; tondeant, non deglubant oves : non dominentur adversus hereditatem Domini, sed sint exemplaria sui, evilis in omni opere homo.

narchis examinanda mittere: præter h[oc], quod catholice concedamus , nihil novimus: & confidimus in Domino , his concessis, contentos fore & mansuetiores confessionis authores , ac concordiam stabilem nobilcum facile inituros, præterim si vicissim ip[s]i concedent de suis tantum. Hæc quidem iam inde à compli-ribus annis vere sensimus, qvæq; va non dum ita verbis expressimus omnia, qvem admodum nunc & tempus fert , & exigit Ecclesiæ necessitas: sic tensimus, inquam, sc multis colloquendo communicavimus, se sparsim libris editis evulgavimus, ne quis nobis hanc libertatem lingua virtio veritatis quasi nunc primum ea uti cœperimus. Viceramur cum Hieremias : In domo Dei invenimus mala.

Rursum : Dilectus mens in domo mea facit scelera multa. Vidimus ac ingenui- mus taciti, fed doloreto alto corde pressimus, nec adhuc doloris hujus expertes sumus , donec egrediatur sicut splendor ju- stitia veri Zionis, & salus ejus sicut lampas accendatur. Eam ob rem voluit Esaias sta- cere inter Iudeos, nec nos inter Christianos vidimus abominationes illas multas apud Ezechielē, & audivimus propter hanc vocem Dei altifremenit: A sanctuario meo incipite cedem clademque , puta Q. D. quia hujus ministri plus aliis peccatum.

Ne autem simili ultione cedamur Ecclesiæ cultores , sit dolor assiduus cordino stro, propter impias superstitiones , ac pseudolatrias , & gemitibus è pectori du- cis humiliter ambiamus, ut Than signo sa- lutifero consignemur, atq; ita cedem ira- que Dei venturam evadamus cum electis Dei. Tempus est loqvendi, qvia præterit tempus tacendi. Fiat , qvod bonum est in oculis Domini.

Τελος.

APPENDIX DE ABUSIBUS.

*Enumeratio abusuum ac incom-
modorum qvorundam Ecclesie Romane,
in causa propria deprehensi-
rum.*

Quod barbariem Scholarum fecidam, non tantum inceptam detester: qvod Aristote- licam Scholasticam, sterilem falsamq; Theologiam averser, quod Sophistiken illam insulsam fugiam, qvod Lombardicas nu- gacitates frigidissimas vitem, quod Sea- tentionarius ac Quæstionarius isto suo mo- do, hoc est , Lactianus Theol. aut Sor- bonicus esse recusem: qvod pileatos, iniquos, & vicios, & iniquos inflatos huc

Breviter, inanitatum rectoris latitudinem
quod horum amatores ac defensores im-
pudentes omittam, nec horum utar com-
mercio, quod Ecclesiarum incomoda exi-
tiabiliter multa sublata cupiam: quod apud
istos Cathedralium tenebras, errores, fabu-
las, vanitates, adeoque mortes meras abo-
miner, quod rituum aliquot fatuitates
vel ex superstitione, vel ex amore pecunia-
natis, homo liberè Christianus contemna,
quod sacerdotum inscitiam atque Mon-
achorum ruditatem incredibiliter odiosam,
ut pote Deo & hominibus molestam, ini-
quissime feram, quod chori morbos cura-
tos, & lectiones, cantiones, precatio-
nesque quasdam aut probe castigatas, aut
plane delatas esse velim; quod sacra omnia
purgatoria, praesertim altaris quotidiana
sacra contueri glistiam: quod linguis in
scholis primarias & optimas literas disci-
plinasque patrocinio tuear, opera juvem,
studio colam: quod de Præfulum incuria,
socordia, ac indiligentia, atque horum of-
ficiis illaudabiliter neglegitis, subinde con-
querar: quod animo discrucier ob supini-
tatem mentium, qua iudicem præfules no-
stris non deliberant, non consultant, non
dipicunt de miserrimo Ecclesiæ Romanæ
statu juvando, atque reformando, nec
congregantur unanimis, propter illam &
unicè necessariam causam, perinde ac si
Ecclesiæ languores depelli ac curari no-
lint, & defectus huius distilimulent, &
clerum emendari omnino renuant, quasi
denique suos ipsorum mores corrigi
respuant: præterea quod Prælatorum igna-
viam, & pleonexiani cum asotia conjun-
ctam, veris deplorem lachrymis, quod Ca-
nonicorum irregularitatem, fastum, inertiam
& intolerabilem licentiam deficant:
quod de Clericorum universali iniquitate,
quam Psaltes græci jam paronomiam, jam
anomiam appellant, ex animo doleam, quod
ad enormia Romanae curiae vicia indigner,
ut pote quæ non corrigan: quod, Curti-
fanicas, adeoque, Simoniacas præbenda-
rum nundinationes non tolli, impatientius
fremam: qui imo, quod isti Levitici nihil
festinent in redificanda ac renovanda do-
mo Dei, ad mandatum Ios Regis religio-
fissimi, quemadmodum in Paralipomenis
scriptum est, hujus accedit gratia concus-
cavit, & contabecit intra me cor meum:
quod ore aperto clamem, ludos literarios
Christo & Ecclesiæ non aperiri passim, ea-
rumque necessitatem fastidiri, utilitatem
contemni: quod invehar in monasticen
corruptissimam, suique disimilem: quod
lamentem Episcopalem & profundam so-
cordiam, turpissimam illam in populo
ignorantium religionis, rerumque sacra-

superstitiosissimas statuarum, & ad ea
inculcanda, quæ cum primis in cultu di-
vino necessaria erant, ut jam de admini-
stratione, atque tractatione Sacra-
mentorum frigidissima, despiciibili,
planeque naufragia nihil addam, ob
hujusmodi me persequebuntur odio, mor-
dente, vitant, & sibi ab afferendo,
mihi vi vix temperant, juxta dictum Pro-
pheticum: Odio habuerunt corripicun-
tem in porta.

*Superba fastidia concordia que-
rendæ in causa fuisse, cur operam inanem
sumseru in colloquio VVormatiensi, & cur
Concilium quoque Tridentinum ci-
tra bonam frugem dissolu-
sum sit.*

Et quo tandem nos pestilens philo-ic a-
rapit? An semper erimus inmemores, quæ
res Regem Romanum, statusque imperii
promoverit, ut in Comitiis hoc indi-
ceretur colloquium, & qua de causa fu-
erimus hue missi? Num inimicè cer-
andæ atque defendendi gratia, & non potius ob
id, ut inter partes dissidentes concordia a-
liqua quereretur? eaq; felicitate bearetur
tandem affilia Germania? An vero hoc est
concordiam seu conciliationem (proceres
imperii vocant Virgicbung) inter partes
amicè quæri, si penè nullis Ecclesiæ vetera-
scentis languoribus agnitis, rem diare pu-
amus, aq; mediis abhorreamus omnibus?
Si inquam tempora non distinguamus, nec
antiquitatem à novitate discernamus atq;
separemus? Quod si hoc contendimus,
nasquam fuisse erratum, nihil uspiam
esse quod repudgetur, &c. ubi erit mens
nostra? An ignoramus, quem colloquii hu-
jus fructum à Deo expectent hominum ge-
mentium millia? Quod si nullus respectus
legum positivarum, nec tempestatis hujus
nostræ habebitur, sed ad rigorem summi
juris ambitione agentur omnia, periculum
est, ne hoc colloquium nobis bellum crue-
num dignat, eniùs crudelitate adigamur
plura concedere, quam oportuit, maxime, si
in hisce etiam controversiis concilium re-
cusamus, cuiusmodi declaratio Cesareæ
Majestatis anno 1548. recuperande ac fir-
mandæ pacis ergo, pro hoc temporum ita-
tu concesit, quæ corroborare eadem æqui-
tate Paulo tertio quoque Pontifici Romano
placuit.

Viderint igitur, quorsum evasura sua
consilia putent, qui omne modificationis
genus exhibant, qui extremitates tuentur,
quæ implacabili sectarum odio ea etiam
in lectis condemnare audent (aut si non
concedeant).

ionari attinet, coram Deo amissione, cognitore unico contestor, & coram universali Ecclesia protestor, nullo me suffragio extremitatum defensores adjuturum, nec cum istis consensurum esse, aut consensisse unquam, qui recentioribus potius, quam verius in Ecclesia doctoribus adhuc rendum esse existimant, qui denique omnia non judicii sanitatem, sed affectuum pravitatem metiuntur: huc spectantes tantum, ne quid nesciisse ipsi, & ne quid Adversarii scire videantur: sic me servet Dominus Iesus, cui vivo.

pag. 386.

Elenchus abusuum, corruptiarum, deformitatum, vitorum, deliquiorum pricipuorum in Ecclesia Romana, ad Imperatorem Romanorum.

Jeremias queritur, Threnorum cap. 1.

Egressus est à filia Zion omnis decor ejus.

Abusus Curiae Romanae intererasiores pricipui, ob id subindicati, ut reformentur aut corriganter per potestatem sublimiorem, si fieri non posset per potestatem Ecclesiastis.

csm.

Dispiciatur, num Christianismum deceat, ut Apostoli Petri successor (alterum titulum excellentiorem effari non ausim) ita se per omnem vitam gerat, ut apparere, eum nihil minus esse, quam quod dicitur, non successorem humillimi piscatoris hominum diadema plus quam regium deceat: num convenienter, ut per urbem ministrorum humeris tanta pompa strepituque ac splendore gestetur, ac si ostentaret, seipsum esse Deum, elatus contra supraque omne, quod dicitur numen: num illi licet, Syncopos Ecclesiarum jurejurando sibi obstringere & obnoxios facere, manusq; & pedes horum colligare, quo nimis vinculo coerceantur, ne veritati Christianæ libere subscribere audeant, & modis omnibus cævant, ne vel pilum sedis iedant, nec hiscant, quicquid aut peccet sedes, aut si scelus etiam committat. Huic psychotyramni ante omnia stet in faciem potestas sublimior. Quin etiam à curia ista resecet auctionem palliorum intolerandam, qua scilicet insigniuntur Episcopi, sine quae ne Episcopi quidem sunt. Tanti autem venditur pallium unum, quanti multa etiam ditissimi cuiusque latifundia, contra apertissimos canones Gregorii Magni, & aliorum: ut hodie nihil aliud sit pallium redemptio, nisi Germaniz, ac aliarum nationum tacita direptio.

Nunquid Cl. i. 2. in 8. linea non significum

grat, ut politicè imperet, non populis solum, verum omnibus etiam Regibus terræ, seleque anteferat Monarchis, & in Imperatores imperiū sumat, quos velit agnoscens, quos nolit procul abjiciens? Num potestatem hos confirmandi ac approbandi à supremo cœli terræque Domino accepit, adeo ut Imperator non sit, quem is reprobet, nec tantillum valeat principum elec̄io atque authoritas, si ille caput quasans renuat? Num omnium sub cœlo Episcoporum summum apicem, ac coryphazum belligerari fas fit, & belligerando omnia regna mundi commiscere, omnia bellum incommoda machinari mortalibus, omnia perdere, sanguinem Christianorum sicut aquam effundere? Et an Constantinus Evangelium Dei sic oderit, ut ejusmodi ruitisse, ac permisisse, imo iussisse creditur? Præterea num tale fecerit Sylvester, & alii hunc secuti? à patronis nimium justis donatione ista tota gravioribus argumentis probetur, quam hactenus videre orbi contigit, ac probabilibus refutetur rationibus, quicquid eruditus in statu inficiali ei palam operosuerunt.

Num post filium Dei, pastorem in terris Ecclesiaz Dei summum oporteat judicio perverso condemnare homines innoxios, & servare nocentissimos quosque? Num justum sit, ut suo feriat fulmine, suosque percutiat anathemate libros Ecclesiaz Catholicæ frugiferos, ac omni eruditionis genere claros, & econtra libros chartasq; pestiferas, ac quibus nihil indectius insultusque fingi potest-albo calculo cōprobare atque tueri, judicare hæresin, ubi hæresis non est, & laudare, ubi hæresis est, & error iniannis? Hocne Apostolicum? non enim dicam Evangelicum, ne à cœcis videar Evangelicus, quod nomine hodie inter exterros male audit? Dispiciatur item, num expedit Christianismo, tantam alere curiam, cuius pars maxima ad nihil vacat aliud, nisi ut mulgeat Episcopatus, exsugat Abbatias, deglubat Prælaturas, expilet citatos, execraret damnatos? Atque hæc per nefariam avaritiam, fraudulentiam, imposturam, malitiam. Breviter aurum & argentum, quod Petro non est, emungat ab omni natione, & hoc ad delicias seculi, adq; voluptates obscenas prodigaliter abutatur, omni meo Dei posito.

Hæcne Apostolica? Hæcne boni exempli? ut est multo indignissimum, eam vocē, Apostolicum & Apostolice, in curia omnibus diplomatis assu solitam, perq;ve hanc andaciam, adeoq;ve apertam blasphemiam facilius, & invenienter, omnibus organi-

gnūm nūt, lacra vendere, & profana præbendarū negotiatione ita esse occupatum cum tota aula, ut istuc peculiare ejus officium exilimetur? Num sit Pontificalis officii, commentarii indulgentias in purgatorii usq[ue] Utopiam valentes, & has vendere fatus nobis, unde cum diplomatibus de libertate laetitiae, & excitare jubilarias nundinationes propter turpe lucrum omnia? harum factitiatum eti[am] pudet Simones, tamen expectant occasionem renovandz pseudo-latriz atque ludificandz plebis. Eatur obviam huic conseleratz negotiationi, & subvertatur h[ec] numulariorum mensa tandem, & conficiatur spiritu oris divini Simonismus, ac Giezelismus Curtisanorum. Quis zelum Ichu eobiberi velit? Emporium istud Sacerdotiorum ferre amplius non potest cœlum & terra? Res processit ad Impietatem usq[ue], & implevit tempa bipedibus bestiis, quæ dedecorosa portenta Ecclesiam passim contaminarunt. Sunt infinita, quæ ipse ignoro, quæ nihilominus pietatis Christianæ sit aut reformatio Romæ, aut moderari, aut si horum neutrum fieri queat, extingvere, donec ad Gregorii primi tempora fit redditum, qui hodie, si revivisceret, nobiscum & consentiret & loqueretur, una cum tot retro Pontificibus, servis servorum Dei & magis imitationem, quam successionem Apostolorum meditantibus.

Abusus Curiarum & Ecclesiæ rum Episcopalis, presertim per Ger- maniam.

Abusus præcipuus committitur in Elecione, qvz parens est postea omnium corruptelarum: eliguntur affectu magis quam judicio, non à tota Ecclesia, sed à certis quibusdam paucis, qvorum pars major neq[ue] Deum magnoperè, neq[ue] Ecclesiam universalem curat, neq[ue] hujus profectum spectat, neq[ue] sacras callet litteras, tota harum rudit, tota tenebris involuta, operibusq[ue] carnis immerita, qvo fit, ut ament potius sui similem eligere, qvive ipsis commodus sit præsul magis, quam qui sit propensus erga populum subiectam, ut tunc in pace gubernat, diligit, pascat, ac ponat animam pro grege suo Ecclesiastico.

Abusus præterea est & magnum dispendium, post electionem possessio confirmata & ingressio Imperialium civitatum: unde Episcopi sua cognomina ducunt, eti[am] invitis ubique civibus. Post qvz prima est cura de novis corradendis pecuniis, virtus post numeros, ut semper & de moribus ultima questio: proxima cura est de amplitudine.

tur ad facerdotum numerum. Abusum de duabus tribusve Episcopatibus copulatis, & de inhabitatione seu residentia, deg[erat] id genus rebus similibus reprehendendis, vidit etiam Concilium Tridentinum, eti[am] semicæcum, vidit & unius Prælati viginti, aut etiam triconta præbendas: vidit quidem, sed non correxit, dixit, nec fecit. Tertia cura Eleæto incambit de eqvitu strepituq[ue] aulico, & satrapia magnifica: cum præsul nullus inferior præcessore suo videri velit.

Inde nobis vita tota aulica, consilium aulicum, supercilium aulicum, nihil Episcopale, nihil humile, præter amictam clericalem: ceteroq[ue] familiaribus, quia de seculo sunt, & Pseudo Evangelici, plerumq[ue] permittitur vestitus iste barbaricus, atque adeo monstrosus, & majoribus inusitatus, ut permissa hac licentia, hujusq[ue] simili, in servitio aulico ac comitatu retinentur. Et indulgetur peccaminosa crapulatio, inebratioq[ue] dies atque noctes, & nescio quid obscenius, ne querantur de infulis sordidis. Atque his multo plures existunt abusus, & longe pacis mala dispensia ac corruptelæ aularum Episcopatum, præter scripturas canonesq[ue], præter exempla veterum Episcoporum Ecclesiæ veterum, cujusmodi nobis omnia progignit status ille Archicus, sive ἡγεμονικός, cuius initium est ab homine, non à Deo, & homo Cæsar poterit Ephoros hosce hoc onere levare quippe qui imposuit: qui habet condere, idem habet rescindere. Videbatur illud Ecclesiæ prodesse, sed comperitur obesse, siquidem potestas politica præpedivit Ecclesiasticam, & cura seculi præponderavit in detrimentum Christi.

Scriptum est de magnis sacerdotibus, si-
ve illi synagogici sint, sive Ecclesiastici, of-
ficium illorum esse in his, qvz apud Deum aguntur. Mundus excluditur, nec Deo mi-
litans implicatur vita hujus negotiis, qvod utrumq[ue] Paulinum esse intelligis. Et verum est, qvod ait Satyricus:

*Pectora nostra duas non admittentia cu-
ras:*

*nempe cœli & terræ, nec minus verum est:
Neminem posse duobus servire dominis,*

Mitto perseqvi reliqua, in qvz jure inspiciant Monarchæ Christiani, maximè cum ipsis Episcopi juxta cognomen suum non inspiciant in dioceses suas, & deserant parochias suas, utpote qvibus non est cura de oibus. Vx ingeminatum apud Prophetam ad aures occinitur magnis Pastori- bus illis Ecclesiæ Rom. qui palcebant seminarios. Lacrabitur.

opus est? Una sententiola totam querimoniā claudit idem Propheta: sicut mater, & filia ejus. Intelligenti sat.

Abusus negligentie, impietatis, superstitionis in Ecclesiis sub Episcoporum pastoratu.

Præfules curaru abjiciunt de cathedra-
rum suarum officio , nec superati endunt,
nec disquirunt solicite , quales habeant Pa-
stores, quales Concionatores, & quid pabu-
li apponatur ovibus , quid recti pravique
concionentur splendide isti togati , nisi
quod subinde percipiunt ab assessoriori-
bus: Recte per Jovem lapideim ille: nihil
enim Lutheranum. Quod percepisse tan-
tum, contentus est Præfus. Item: Optima
fuic concio: nam hæreticos suis depinxit
coloribus: sat est, ait Præfus. Atque hujus
rei gratia stat illi currus ahencus , & alti
quadrijuges in vestibulis. Adeo stupidi non
intelligunt, quid rectum, quid minus. Lu-
theranum autem illis est, quod etiam in mi-
nimo dissidet à receptis : & hæreticum,
quod pugnat cum Aqvinate, Scoto, Anshel-
mo, Bonaventura, Vade mecum, Dormi se-
cure, Discipulo, Pomerio, & id genus Ev-
angelistis. Abusus igitur exitiosus est , ca-
thedræ non satis invigilare, sed in utramq;
aurem stertere , Evangeliumne concione-
ris Christi, an Antichristi , ac è scripturis
sanctis viam Dei ostendas , an vero ex fe-
tentibus indoctorum Monachorum la-
cunis.

Abusus est, bonam horæ partem proli-
xias ac inanibus parœmiis & invocationi-
bus ac frivolis nugis deperdere, & mortuo-
rum naniis & fictis divorum fabulis: de
horum vitiis historicè conscriptis non
dico.

Abusus ingens est frigidissima ista sacra-
mentorum administratione , altum dormi-
entibus Episcopis: quanto majus est sacra-
mentum baptismus , tanto indignius ubique
tractatur. Res usque adeo sacra per gar-
rulas ac bibosas mulierculas agitur , tan-
tum viris alibi occupatis : & ideo numero
per sacerdotulos & ædituos temulentos
alieniore tempore, qui, quod faciunt, ipsi
nesciunt: legunt aut potius demurmurant
isti Hieronymiste à libro suo verba neque
sibi intellecta, neque circumstanti plebe-
culz. Qibus si quis fudeat, ut germanis
germanicè preferant preces , illicò cla-
mant, se esse Catholicos , non Lutheranos,
quasi verborum sonus schismaticum faciat.
Mox properatur à Baptisterio ad crapulam
& ebrietatem, sibi persuadentes, satis esse
prædobaptismo factum. Similis abusus in-

tantum agit, ut ipsi current, cum cano-
nes de hoc ritu, quid, quo tempore fieri, de-
beat, præcipiant.

Ordo sacerdotalis, qvot, obsecro, scatet
abusibus? qvot deformitatibus? Propera-
tur in templum, ut mereantur. Mereri
enim appellant, si quid faciunt in publico
cultu: & tanto frequentius ac diligentius,
qvo, quod merearis, pinguis fuerit. Gra-
tuito apparere in loco sancto plebis est,
non Cleri, ut & in novo Testamento imple-
atur, quod dictum fuit olim contra Leviti-
cos apud Prophetam Malachiam: Qvis sit
inter vos , qui claudat oltum, ac incenda
altare meum gratuito? Talis vero annos
est abusus manifestissimus : nec vita do-
mestica plena vitiis, flagitiis: non est ma-
nifestus abusus concubinatus, vinolentia,
sommolentia, comedatio : turpiloquium,
amor, alea, & in magnatibus , qui cognō-
men à regula ducunt, præter hæc vna sunt
domestica, nec enumerantur inter abu-
siones Ecclesiasticas: neque hæc tamen ferenda
in Clero reformabili.

Qvotqvot vero ejusmodi patrare ampli-
us pertinaciter decreverunt, nec colla sua
potestati sublimiori submittere in animo
habent, omnem reformationem respu-
tes, ac bonis recalcitrantes monitis, de-
ponantur à Clero, & locum habeant inter
laicos, sicuti Patres corum. Cur enim per-
petuo toleretur plus quam Ethnica pseu-
dochleri licentia? & quid comeruit Ecclesia
Dei, ut à suis peculiaribus ministris indif-
ficienter ac atrociter perpetuis obruatur scâ-
daliz? & hos scandalorum disseminatores
suis alat opibus? Ecquid Christo placeat à
alibus praæcta latria?

Nec suo caret abusu confessio auricula-
ris. Nam vitium est, homines ad hanc invi-
tos cogi. Adhuc reqvirunt potissimum, quid
quis peccarit adversus constitutiones Ec-
clesie: perrò exqviritur, quid pecca-
tum sit adversus decalogum , & parænes
Apostolicas, & faciunt interdum peccatum
ex non peccato. Præterea extendunt con-
fessionem sacerdotalem, ut quæ pariter fie-
ri deceat & beatæ Mariæ virginis, sanctisque
omnibus, quasi Maria desideat in angulis
templorum prompta confessionum auditrix
& habeat socios auditores Baptistam, Pe-
trum ac Paulum. Impietas est, & hæc haud
sancte mediocris, quod nuper Φεατεια
tanti fecit confessionem istam sacerdotia-
lem, ut audeat omnē penè justiciam & spem
salutis in hac, tanquam in anchora Christiani-
æ religionis sacra atque unica, collocare.
Evangelio detrahit, & confessioni tribuit:

sed isti semper magis urgent minus necessarium, minusque principalia: adeo non celerant nos, quo spiritu agantur.

Inter abusus Matrimonii aliud quiddam numerat. Nos hic adiutorium accusamus, quod tamē magis est crimen, olim capitale, nunc veniale, & tanto impunitius committitur, quanto gravius vetustis utrumq; simul testamentum, ac quanto severius olim in hoc seculis animadvertis Ecclesia, & scommatis exigitavit satyra. Nullum superest remedium, nisi ut leges politicae refuscentur auctoritate imperiali, & renoventur penae adulteriorum, ne semper audire cogamur: Lx Julia dormis? Cui severitati suam addet excommunicationem, suam virginem, suum vinculum mater Ecclesia, tradens adulterum una cum adultera Sathanæ, donec satisfiat crudeliter offenso populo DEI. Qyorum enim acciperit Ecclesia clavem ligandi, nisi ea legitime utatur? in quem finem alium potestas politica gestet gladium, ultorem factorum? Mementote tribanalis supremi judicis vos, qui judicatis terram. Adhac non minor est Christiani nominis ignominia, nec crimen minus, quod exemplo Heliogabali, ac instinctu diaboli, Episcopi & Magistratus tolerant, iino edificant ac protegunt spurcissimos fornices fœdissime veneri consecratarum nulliusclaram, ut memuram impleant omnium iniqvitatum, & Christianismum pergent cooperire flagitiis, ac offendiculis innumerabilibus.

Verum ejusdem est impietatis concubinatus Sacerdotum, & lupanar publicum, nec est utrobius dissimilis religio, nisi quod hæc apparet venerabilior, altera soridior. Hunc statum reperit Cœlibatus, illum discursum inventit ocium, neutrum thorus immaculatus. At jam pudere nos cœpit hujus politissimi, & destrui cœperunt Heliogabalica multis in locis: Ephorus nondum pudent cleroporniz, nec forsan aliud perinde decet collegia hieratica, Potest Augusta Majestas super cor suum, ut intramq; impunitatem, b.e. ut quod malū est, de populo Christiano auferat: magnum mentis opus, quod prædicabit posteritas, quæ iam Homero judicatur non ultima.

Ceterum, querela nostra de pravissimis abusibus redeat in Ecclesiam, in qua redundant Missæ vitia, maxime autem circa istas privatas Missiones, qui abusus de optimo Liturgiz, & publico per hominum superstitionem ac avaritiam crevit, haud aliter quam: sed comparatio est odiosa. In con-

bor, ni coparticipent vel in templo, vel domi, ut se qvidem offert aut loci aut temporis ratio, cum necessitate conjuncta. Mercenariæ missiones & conductiæ pro rejectis judicato, quisquis de Christo & hujus cœna ultima rectè sentis. Quare? quia sunt Mercenariæ, & non illis vel tantillum cum institutione originali, nec cum Apostolica traditione. Per Monachos irreput in mundum, per Monarchas confopiat, Sacerdotes ob has creati recrecentur ad Evangelizandum, & ad alia Ecclesie juvanda necessaria munia, atque ita suis vivant: si minus, redcant ad locum laicum, unde venerant ad sacras sacri suffraganei manus. Neque enim sunt de tribu Levi, ut oporteat semper esse Leviticos. Horum tamen nullus audebat olim proprium, & pro suo beneplacito altarium erigere, ac sacrificium seorsim facere.

Cenam Dominicam actitataam in Liturgia Apostolica Græcorum vehementer collaudo: à Latinis non dissentio. Appello cum Ambrosio missam, cum aliis μυστήριον, ac communionem voco εὐχαριστίαν. Res est eadem, diversa nomina. At vero istas monasticas, & ut ita dicam, Pseudo-Gregoriana missiones neque collaudare, neque propugnare possum, ut nec unquam antea quantumlibet Catholicus. Idem quereret de abusu communionis, nisi nunc ordinarie concessum esset ultraq; vesti specie cuivis Christiano, antea satis explorato, & mysterium intelligendi. Verū quia in abuso, & sententia Sorbonica permanere decreverunt, illis mentis sobrietatem precor. Si maledicent, nos benedicemus: si λοιδωρεὶ evomant, & hereses crepabunt, nos placide objiciens Evangelium Jesu Christi, secundum omnes quatuor Evangelistas, dolentes super cœcitatem antichristianæ, & plangentes planctum magnum super speciosa deserti.

Atque insignis abusus alius: & reperiatur abusus circa tantum reliquum chorilatini, qui sit quotidie ex codicibus inemendatis, magno cum rite vel semidoctorum. Et hunc abusum magis ridiculum reddent inertes, qui contendunt, sic instituisse cantum veteres, propterea ne iota quidam corrigi aut mutari debere. Quid tu de veteribus, bipes asine? Ad veteres ego provoco, illi ut sint judices. Vetus tibi sit optimum, quod vix hesternum est? O supinitatem clericalem, quanta est amentia, qua Dominus percussit magnam Ecclesie Romæ partem? Nullum mihi prorsus dubium

At quibus auctoribus tuebere cantum universum de virgine matre, deque Divis per omnem annum? Quid hujusmodi legistis apud veteres cani, atque observari universaliter? Confer purpuram juxta purpuram, & vide quid prisci in Ecclesia Dei cecinerint, & quid hisce nuperis seculis novelli? clamabis, dissimilia esse, & quod vetus est, Christum sapere. Eheu degeneravit bona ex parte, ut catus, ita ferè omnis **Aateia**. Ubi putabas laudari Deum, laudantur homines. Quam fermentatam laudem quis Theologorum afferet? Olim solus Deus invocabatur cantibus, precebus, laudibus: nunc invocatur quidem, ac non solus. Additur ei jam socia mater, jam divisorum multitudo, ac si nunc abbreviata esset manus Domini, & inciperet esse alius, quam erat à principio, forsitan infirmior ad adjuvandum progressu longissimi temporis factus, ut ei coadjutoribus opus sit. Quo magis demiror frigus istud inusitatum semichristianorum, in quibus non solum refixit dilectio Dei, sed propemodū extincta est cognitio Dei: aversi videlicet existentes à Christo ad Mariam, atque filii cultu degenerantes ad cultum matris adeo, ut putent summum esse scelus, dicere orationem Dominicam, nisi statim addant salutationem Angelicam, perinde ac si illa ciitra hanc non valeat cassam nucem.

Ex talium, non ovium, sed hircorum grege prodeunt nobis, qui non dubitant (ad eos sunt in sensum reprobum traditi) puritatem ecclesiarum veteris cantionem istam, nauticam magis quam Evangelicam, Salve Regina, &c. vendicare: & cum accusare impietatem debeant, excusant, tantisque ornant laudibus hanc cantuunculam, quantis nemo unquam Christum Opt. Max. evexit: immò ab Erebi fauibus caliginosissimis revocatam superstitionem. Volvi compluribus ante annis hoc chori putre vulnus mendicari, pro Catholicorum, ut dicitur, honore conservando: sed quod attentius curavi, hoc majorem operam lusi, præsertim ubi incidissem in libellum Joannis Henlini Dominicastri cuiusdam, super aspasium istum, Jesu bone, quo an potest extare uspiam libellus falsior, audacior, furiosior? O tempora, o credulitatem majorum, perdat te infelix Hennu, cum tua ista futilissima, insulsissima, alienissima expositione. Christus Rex Opt. Max. cui gloriam eripis, & alteri tribuis, calcet hunc basiliscum, qui contrivit ipse caput serpentis. Monarcha etiam Ecclesiasticus, ut confido in Do-

Nullum canticum hodie tritus, nec quid celebrius, nec decantatus per tempora, per vicos & plateas. Hac melodia percepta, leniuntur superstitionum aures, & statim loculos aperit ad Syrenas hasce, cum vix aliud in toto sacerdotum choro sit alienius à scripturis sanctis, & quod cum Evangelio Christi, atque doctrina apostolica perditius pugnet. Si foret in terris Chrysostomus, rideret utique: si Epiphanius, stomacharetur in suos Collytidianos, salvo tamen honore Matris Domini nostri, quam honoramus honore debito, & adversum honoratores illos contumeliosos jure Ecclesie veteris defensimus. Litania clamat, ora, non adiuva, quod non potest, filius solus potest.

Perbellum vero commentum faciat Hennu in sancta sanctorum: scriptum est, inquit: Non est bonum, hominem esse solum, faciamus ei adjutorium, id est, non sufficit unus advocatus vel mediator humano generi cœlo, cū tot, & tam periculosis causas habeat coram Deo: faciamus ei adjutorium, id est, beatam virginem, &c. Eiusdem ambrosiae nectarisque, Angelum hilutasse virginem latine: Ave, id est, sine ea quod à multiplici miseria liberemur per reginam misericordia: quasi Hebrei hebraicè non salutarit Schalom, mortuorum omnium, aut non potius, quam admodum gracie descripsit Lucas, **X. 45.**, quam salutandi voculam seu vocabulum omnium Psittaci calluerunt quoque, inde salve generaliter dicimus, quod Hennu sic interpretatur, salva à vœ, ac si vellemus dicere: o Maria, quae es sine vœ, salva nos à vœ, &c. Talem absurditatem, nedum impietatem in Christianam mentem cadere posse, quis credidisset?

Nec minus tamen Maristellani quidam hoc oraculum tanti faciunt, ut ad asylum iſuc penitentes mittant suos, quoties satisfactionis loco eis injungunt aliquot Patres, aliquot Ave, & aliquot Salve. Nomen Dei quod Hebrei appellant Schem ha Mephoras, à nullo unquam Rabbino expositum est accuratius, quam hoc canticum Compostellanum, omni Trishagio Dei, omnique doxologia DEI celebratus, augustius, divinus. O quantum cœcæ noctis habent mortalium peccata?

Proximus huic abusus versatur circa statuas Marianas quibusdam in locis, quas si non nesciant Episcopi propè adorari, maximè vero ad carmen illud lucrosum justus ac incomparabile Petri de Compostellæ:

non erant, in iracundia Deum, & pari
Nabalitz, qui dicunt in corde suo: Non
est, &c., qui cito crediderint Cotte Cice-
roniano, neganti Deos esse, horumque cu-
ram de mortalibus, quam Balbo, Deos esse,
asseveranti. Quid illi de diis, nos de Deo
sentimus. Corrobatur hodie per Maris-
stellanos, ante id genus sculptilia religiosè
procumbentes, hi nisi venissent, illa de ni-
missero occasu periclitabantur. Hic quæ-
ritur, hic colitur Maria votis, invocationi-
bus, obsecrationibus, genuflexionibus, ma-
nuum complicationibus, peccatum fusioni-
bus, preciosissimis ornatis, floridissimis
coronationibus atque sparsionibus, mellit-
tissimis instrumentorum musicorum sonis,
candelierum incensionibus, & fixis in
has statuas oculis gementium filiorum
Evz. Nunquid istuc est enorimis dys-
latria.

Jehu videt, ne stomachu Hyperdulo mo-
veam, παρθενολατρεια est apertissima,
καὶ λάτρα σεβάζεσθαι ἀγαλμα
τῆς κόρης, hoc est: summa contumelia
virginem matrem afficiunt. Sub dio in-
vocari Mariam in adversis, Evangelium
non patitur, & sub testo patiatur invocari
in sculptilibus? In tantum vero abusum
erupit honor beatissimæ matris, ut imagi-
nes hujus non appellant imagines, sed ipsam
dominam: quemadmodum reliquorum
divorum iconas ipsos divos compellunt:
indignum rati, opera manuum hominum
dicere. Reliquum sibi tecit Rex Ezechias,
ut qui serpente æneum, quem fecerat
Moyses, in nihilum rededit propter Idolo-
latriam Judaicam, idem tollat ē medio si-
mili zelo, & purgandæ religionis vehemen-
ti studio, hæc agalmata lignea, quæ fecit
zabulosus quispiam: & quæ colit adoratō
Parthenolatra inter Christianos, ut post sy-
nagogam gandeat Ecclesia, se quoque ha-
bere suos Ezechias, Josias & Joas, munda-
tores domus Domini: eadem severitate
animadvertis potestas, si non Ecclesiastica,
attamen non cessat politica in lustris de-
lubris, ubi divi divæ nominatim coluntur.

At quæ Cresphygeta frequentissimi sim-
plicium concursus esse solent, pro impe-
tranda ope corporis, raro animæ, quales
plus quam Euthusiasticos accursus habuerūt
delubra beatæ matris: parthenomanias
dixeris, si videas, cestro devotionis suæ per-
citos turmatim convolare illuc ex agris, &
ex ergasteriis utriusque sexus, spiritu
quodam peculiari agitatos, quæ erat valde
opima messis quorumdam Camarim: adeo
tota hominum salus pendebat à diis.

tronis marginis p̄ textu talium religio-
num, sceleris in Ecclesiis invenieret. Hoc
Antichristi venturi spiritus fecit, & prospe-
ratus est, teste scriptura.

Pari zelo dispiciet potestas utraque, an
deceat Ecclesiam illud Sebasina alibi pen-
dulum, alibi affixum, quod vulgo vocant
sanctum auxilium, de quo ambigitur: u-
trum mas sit vel femina? Certe ad hanc
auxiliatricem foemina plerumque in ad-
versis refugunt, sua adferentes votiva do-
nariola, quæ anathemata loco suspendun-
tut in argumētum suæ superstitionis. Quid
si mas sit, consentaneum est, majores volu-
isse, hac imagine adumbrari rudioribus,
auxilium Dei in vocantibus cum præsto ad-
esse omnibus: sed scriptura plane informi.
cruciifixi, nimis togati ac coronati, &
stantis, & funiculis alligati, non clavis af-
fixi. Purganda sunt tempia ab his sculpti-
libus, propter cultum divinum, quem po-
pulus seductus illis impendit, & propter
anathemata indusiorum, femoralium, ce-
realium omnis generis, propter item pere-
grinationes superstitionis, & nescio
quæ frivolas votaciones. Auxilium Dei
de cœlo nobis est quovis loco, ubi est vera
fides, ubi invocatio, ubi dilectio Dei, &
proximi: agalmata sive stantia sive pen-
denta, ad salutem nihil conferunt: imo la-
befactant fidem, & corda sursum aspirantia
deorsum trahunt ad exteriora, ubi nihil vel
rei vel spei.

Porro, quæ precor, nos dementia cepit
usque adeo notabilis, ut abusum excogita-
remus de baptisandis, Glocis (sic enim aje-
bat Carol. Magnus in constitutionibus suis)
ut in hoc quoque assimilarem synagogicis,
de quibus Evangelista Marcus scripsit, il-
lis curæ fuisse βαπτισμός χαλκίων.
Hæc campanarum baptizatio: vocant lo-
tionem, ut rem extenuent: haud aliter suas
habet preces, Christina sacrum, aquam sa-
cram & his similia, quam hominum bapti-
simus. Credo, ut nolarum animæ haud se-
cus salvæ fierent, quam hominum animæ,
juxta illud Dominicum: Qui crediderit, &
baptizatus fuerit, salvus erit. Verbum Cre-
diderit includitur: nam fidem sequitur cō-
fessio, quæ est sonus testamentorum, propul-
sator fulminum omnium.

Quæritur hoc loco, utrum major hæc ba-
ptizatio fatuitas, quam impietas sit? Re-
spondetur per affirmativum: est utrumque
simpliciter & in plano, absq; strepitu juris.
Nolz in hoc paratæ sunt, ut Ecclesiam con-
vovent statim diei noctisq; horis, & cōven-
tum ornent, atq; sonitu plausibili modo ali-

lo penili : qui exigui quide abusus sunt, ea
ta detrimentū Christiane fidei haudquaquam
exiguum secum trahunt, ut taceam, abusus
hos incantatricibus observire. Nolim tu,
quæ bona sunt, propter homines malos o-
mitti, nec cupiam, piorum afferentia aut her-
eticorum aut superstitionis hominum
affectione aliquos metiri velle.

Purgentur templa à tabellis pensilibus
immodice superstitionis precum ad di-
vos: nam ad hos sunt intitulatae: & tamen
negatur, adoratoe fuisse tam divos quam
divas. Purgentur templa à tabulis indul-
gentiarum papalium, quas jam ipsi presu-
les nihilominus patiuntur esse in conspectu
& offendiculo populi. Visuntur passim &
mutilæ ac confraetæ lignæ imagines, ad ni-
hil aliud utiles, nisi ut præterea inib⁹
scommata jaciendi atque cachinnandi oc-
cationem præbeant vel invitent. Divos ne-
mo Christianorum contemnit quidem: at
quis se à risu contineat, quoties in oculos
incurrit Icon lacera sine capite, sine cruri-
bus & manibus? etiamsi ille à temerariis
Iconomachis disdia pasōn dissentiat: do-
let Catholicis, inde offendere debere hos &
Judæos occurrentes, ut ne dicam indecorū
esse. Talis imaginum abusus, præsertim
sculptilium vituperabilis admodum est, &
ad pietatem nec tantillum facit. Cur igitur
dubitent vel præfules, vel Magistratus, ejus-
modi sine tumultu removere, aut in integrū
restituere? præter hoc si quæ aliae statuæ
puellares altaria frustra occupant, ad con-
cupiscentiam carnalem allientes magis,
quam ad timorem Dei invitantes.

Vero in hos abusus, quoniam præcipui
esse videntur, commonstrasse visum est sa-
cis. Abusus infinitos alios quis enarrabit?
Multos tamen insuper commonstravimus
sparsim in libro Via Regia hujus, & multis
alibi longe ante huc. Si quis præterea
volet excutere Monasticen, aliquot subti-
les inveniet abusus, alios crassos, sed penè
omnes cum vitiis morum conjunctos. Ali-
us monasteria ditat, alias eadem exspoliat,
neutrum probatur: siquidem egenis
subtrahitur utrumque. Magis tamen pec-
cat abusus (aut magis raptus) quo spolian-
tur monasteria, quam quo dotantur. Xeno-
dochia, & Prochodochia ditari oportuit,
ac saturari famelicos. Frustraneum est,
ventres avaros & jam confertos infarcire,
hoc est actum agere. Invenies abusus
in curatione spirituali agrorum ad mor-
tem.. Sicut & abusus in exequiis mor-
tuorum ac sepulturis, & variis hominum
credulitatibus,

Abusus testatorum non esse non potest,
ut nullus deus, nullus homo, nullus munus

Hic querat vertunt animum, ut dictur
habentibus, quod corraserunt per fas nefas.
que: qui videlicet flammis purgatoriis per-
costas liberent animas.

Abusus pessimus est Ecclesia in hac et-
iam causa, dum alii domo efferuntur ac
trahuntur ad sepulturam planè asinanam:
ubi ne mica quidem honoris ultimi, qui
homini debetur, nodum homini Christia-
no. Obrutorum humo nulla posthac me-
moria, neque publica neque privata: dum
contra alii modum excedunt in honoran-
dis mortuis, funeralia magnis impendit
curantes. Unde vix minutissima portio
redundat in egenos. Nusquam appetit
Medium, tendit ad extrema, quocunque
vertas oculos. Quæ causa est tot ac tantum
in Ecclesia ruinarum, & extrema illa
tribuntur Spiritui sancto, citra cuius sug-
gestionem nihil in Ecclesia omnino geri
stolidē confirmant, quasi totum spatiolum
hoc mare errorum, fabularum, ineptiarum
abusuum, superstitionum, deformitatum
manatur à Spiritu sancto, & non potius
multa profecta fuerint à spiritu illo mun-
daci, qui in ore Prophetarum fuisse legitur,
& adhuc esse potest.

Quin reperitur etiam abusus circa me-
dicabulum, dum non inspectatur ante in-
mendicos publicos, validinè sint, an inva-
lidi, quam permittantur pulsare ostia. In-
explorati admittuntur, & inter hos sapientia
numero proditores. Veros pauperes, qui
aut mori aut mendicare coguntur, portis
civitatum prohibere, aut forte ingredie-
cludere, non Christianum sed Tyranni-
cum est. Nec non abusus est, immo pecca-
tum amisionis, pauperes, quos vocant do-
mesticos, derelinquerere, ut cum liberis suis
parvulis extabescant frigore, fame, siti,
(maxime si petant) & non meminisse, quod
illi non solum fratres nostri sint in Domi-
no, sed etiam vicini, quippe quos cognoscimus
multo magis, quam qui aliunde ad nos
adreptant. In utrosque valeat misericor-
dia, attamen major in domesticos, aut men-
dicos patrios.

Hic corripiendus est prætoriorum abu-
sus circa captivos neglectos, ac loco canum
habitos: adhuc circa insontes quæstiones
exploratos. Abutitur Prætor prætura sua,
& Judex judicio, carcere gladio. Abusi-
tur Paterfamilias Oeconomia sua circa ser-
uos & ancillas, quas sub iugo seu pecora
ducitat, mercedem non solvit justam, ali-
moniam non præbet quam, denegat ne-
cessaria, & citius finit sibi situ parire sua fa-
perflua, quam pauperculo famulitione non
nihil inde decedat: quod est familiare viti-

nive credant Catholice, nivc ieiunantes.
neque enim habebitur respectus personarum. Abutitur denique paterfamilias imperio erga liberos, dum illis frena laxat,
& patitur imperium eipi sibi, ut contra ius Dei ac naturae parentibus incipient domini dominari.

Similis abusus est in conjugio, dum neque maritus uxorem, neque uxor maritum juxta matrimonii legitimi leges tractat. Vitia haec sunt statuum, sat scio, per concionem quotidianaam atque severam corripienda patitur ac corrigenda: nihilominus statuum quoque & ordinum benorum pravi abusus sunt. De abusibus scholarum alio tempore. Atque haec quidem non satis est Christianissimi potestates & potentatus admonuisse, nisi sicut scriptum legitur, quod justum est, juste exequuntur, memores Clitophonis Platonici, qui propter ea Socratis sermones non probavit omnines, & tandem Trajymachum magistrum audire malebat, quod arbitratetur, virtutem in admonitione non esse fidam, nisi progressus ad effectum: perinde ac si quis nihil nisi medicinam adhiberet & grotie, nec sequeretur sanitas.

Urgenda haec sunt in reformationis negocio: maximè instantium est, & utroque pede persistendum pariter, ac utraqve manu coanitendum, donec conteratur sub pedibus nostris, & avertatur ira Dei à nobis. Admonui fideliter, non quasi versaretur *Ἐπ Χρόνῳ αὐτοτείῳ*, sed ut qui membrum Ecclesie Catholice ad totius hujus corporis compaginem pertineam, & os de ossibus hujus, sperans, misericordiam Dei Salvatoris, atque expectans consolacionem & redemptionem veri Israel. *Τέλος*, Vespere die festo Laurentii anno 1575.

* pag. 393. Idem Wicelius. Pontifex cum natura invictus atque omnino inhumanus, quosdam novos creans Cardinales, septem ex veteribus in carcere conjectit, quod contra ipsum pro Clemente 7. Antipapa conjurassent. Ex quibus 5. in ipsius odium aquis submersit seu Neptuno sacrificavit: quod genus mortis & Adamus Cardinalis Anglicus tunc valde difficulter evasit. Platina, Stella, Volaterranus.

1534. *Joannes Pierius Valerianus.*

Scripsit Hieroglyphica, ubi mystica & alia arcana jucundaque multa continentur: item de fulminum significationibus: & defensionem pro sacerdotum barbis. Imp. Car. 5. Pp. Ciem. 7. ut sup.

1532. *Gaudentius Micerula in Memorabilibus.*

apud Herod. lib. 4. c. 90. m. de quo On, magnus lib. 3. cap. 8. malitos Joviales in proutu sacros habebant. Quæ superstitio duravit ad praesens tempus.

Monstrum.

3532.

In Babyloniz regno, circa Radubios quos Priycastos appellant, provincie La- latiz, ad septimum diem Martii mensis infans ex obscuri plane nominis foemina Rachienâ nomine, natus est: speciosa quidem forma, insectibus contra naturam oculis ac dentibus. Ea autem hora qua natus est, non clementa tantum, sed omnes colorum virtutes commotæ sunt, ac horrenda figura ediderunt. In medio enim noctis apparuit Sol in solito suo splendore, quasi in ipsa dicti meridiæ: qui deinde in tenebras adeò versus est, ut in Babyloniam per integrum diem minori miraculo non visus sit. Deinde est iterum conspectus cum insolite figuræ, ac diversi generis stellis hinc inde in celo oberrantibus.

Supra domum vero, in qua editus est puer, præter alia signa, ignis etiam coelestis de celo cadere, atque homines consumere viles sunt. Sequenti vero die facta solis eclipsi, ac magna aeris irati tempestate, margaritas de celo pluit. Tertio die draco igneus circa Babyloniam volare conspectus est. Apparuit præterea mons novus, ac reliquos montes altitudine excedens, qui mox in duas partes divisus est, in cuius medio inventa est columnæ, in qua Graeca lingua inscriptum erat: hora nativitatis venit, ac instat mundi finis.

Decima tertia autem nativitatis hora, vox clamantis in aere audita est: Parate corda vestra ad excipiendum: ac beati, qui custodiunt verbum ejus. Postquam autem ad duos menses vixisset infans, instar senis vocem exaltans, se Dei filium esse, profitebatur: ac cum interrogaretur, quid præcedentia signa portenderent: Margaritas de celo cadentes esse populum, qui infus verba juraret: Draconem autem volantem suos adversarios significare, respondit. Cutavit omnes morbos, visum restituit excis, ad vitam revocavit mortuos verbo suo, ac dum, veru se scripture, divinas ac mysteriorum reconditorum interpretem esse, dixisset, per totam Babyloniam contra patrias leges pro Deo adoratus ac cultus est.

Hac translatus ex magni Meysin Rhodiensis epistola, quam non tantum ad sui ordinis milites, sed ad omnes Christianæ fidei principes etiam scripsit, ut præcaverent, ne contraversum Dei falsis a prophetis, ac Sathanæ artibus atque

Putabatur, in proximo ex anno Romæ anni 1527. Papam omnino perditum fuisse, ita ut ex hoc malo post hominum memoriam se non posset recolligere. Sic verò ille periit, ut statim subsecuto anno Florentiam obsederit ex propriis sumtibus milles centeno milite, ferè per integrum annum.

Hinc animadvertis quispam, quanto illi constiterint hæc copia tantum singulis hebdomadis: ad minimum enim requirebat quævis septimana sesquidonaam auri: & hoc ferè per totum annum duravit. Sane hæc expeditio difficultis foret ipsi Imperatori, & omnibus Principibus, qui hujusmodi bellum sine detimento gerere non possent. Hoc scilicet est illud Pasce oves meas: & imitatem esse miseri S. Petri, cui nec auri nec argenti quicquam erat, & pedestri itinere tot confiendæ non sine maximis molestiis difficultes viz. Et tamen nondum pudet homines, illum vocitare Vicarium Christi, successorem Petri, caput Ecclesiæ, & tam pertinaciter id defendere & contendere: cum tamen regnum ejus & curia, Christi Regno & curiam sit simile, quam Deo est Satanas. Imperatore 117. Carolo Quinto. Papa 226. Clemente 7.

Idem. Scriptum & Statutum est in jure Canonico: Nullius mœchi vel adulteri freqventetur vel audiatur Missa, sub pena excommunicationis, & Idolemanie criminis II. 12. dist. I. Verum &c.

Quæso te, quod configiendum omnibus foret Pontificiis, ubi manerent omnes Papæ affecti? quis mundus suppeditaret sufficientem carnificum, ensium, lignorum copiam, ad interimendos & conflagrandos omnes hos? vel quis omnes anathematis epistolas scribere potis esset, quæ ferrea vox omnes sententias, anathemata, & judicia damnatorum posset enarrare, & declarare. Consultius eviderit ipsis esset, non accelerare judicium suum super alios, ne & ipsis una percundum foret.

Idem lib. 3. de Hæreticis. Anno 1204. Lutetiæ Almarici Hæretici sectatores Vulcano traditi sunt: siquidem hoc arinorum genere Pontificii multis nunc seculis hæreticos expugnare soliti sunt. Tum turbo repente exortus est, ut mundi machinam corruitam existimarent.

Idem, Ordines Monasticos, qui tantum ad merita operum respiciunt, afferit, esse commentum & instrumentum diaboli: & subdit, eos esse pejores & destabiliores, quam omnes hæreses & Ecclesiæ schismatis: scelerum invenientur, ut in

Hippomenus Atticus Patriarcha Constantiopolitanus, Aurelius Episcopus Carthaginensis, in præsentia multorum Cæsarum, Theodosii, Arcadii, Honorii, &c. Ibi Augustinus in Legatione ad Papam, eum tantum fratrem salutat & coëpiscopum, cum literas daret ad Bonifacium vel Innocentium primum concilii nomine. Item Aurelius: Reverendo sancto Fratri Anastasio, Episcopo Romæ.

Ex quo liquido perspicitur, Papæ dignitatem nunquam tam immensam fuisse, quam nunc est maxima, ubi omnino Deus factus est, adeò, ut sanctæ cœnæ Sacramentum (quod esse dicit verum Deum & hominem, cuiusque se Vicarium iactitat) iñ celebraturo missam in mensa quadam juxta altare à pedissequis apportetur: ipse verò, quasi par, imo major esset Dominus suo, ei non assurgit, aut aliquam exhibet reverentiam; sed sedenti porrigit corporis & sanguinis Christi Sacramentum: ex quo omnibus vult constare, quædam se Christo esse, imò longè majorem.

En servum insolentem & elatum, qui non dignetur eo honore Dominum suum, ut vel assurgat ei, & adeò nulla venerantia observantia, ut Christus inclinare & flebare debeat se ad illum, quod videmus fieri: quandoquidem ipsum sequi tanquam minister, & pascere sedentem non morbi sed solennis fastus & superbiz gratia: & obsequium præstare eidem supplex quasi cogitur.

Idem in Tomo 2. Chronicæ circa annum 1516. Balthasar Hubmeyerus Theologus apud Regensburgenses suis concionibus magistratum ita inflammavit contra Judæos, ut excisa illorum synagoga, in area ipsa templum D. Mariz Formosæ edificari. Quæcum nescio quæ miracula edidisse dicetur, fama longè lateque per Germaniam sparsa, tantus repente peregrinorum cursus esse cepit, ut nec templum, nec cornobium, vix etiam urbs ipsa, ampla aliqui, vereque regia, tantæ colluviae sufficeret. Auctus inde furor, ut qui formosæ tantum Mariæ Ratisbonensis vel obiter membrisset, velut enthusiasmo corruptus, post habitis parentibus, conjugibus, liberis, &c. &c. ad eam dies noctesque irrevicto cursu, obviis in itinere nec salutatis nec agnitis, contuleret. Neque verò vel ininis vel vinculis coerceri poterat.

Instrumenta artis, (nam plebeios ferè & opifices hæc vesaria agebat) quæ mentem motis ad manum fuissent, secum abrepti statuæ anathematis loco offerebant. Vi-

imminores, mutos, tunc, & apertus
cos oculis. Templum ingressi non omnes
eodem afficiebantur modo : sed qui ad
summum gratia, uti persuadebant sacri-
ficii, pervenissent, ubi primum formo-
sum simulachrum aspexissent, nulla missa
voce, sideratis similes concidebant : ad se
reversi, una cum furore morbis se liberatos
profitebantur.

Fecit & persuasio, ut multi simulatione
quadam superstitionis, sub templi ingres-
sum humi scel abjicerent. Insolentiam
hanc immodesti cultus cum Senatus edicto
severe coercerent, seu vindicta numinis
seu indignatione demonis factum est, ut
enthusiasmus ille, qui per octenium &
amplius Germanos credulos dementaver-
at, unum cum miraculis elanguerit.

Sunt qui putent, Judorum fraude, alii
eorum, ad quos ex hac peregrinatione
questus redundaret amplissimus, arte ma-
gica hanc ei loco consiliatam autotitatem :
quam simulachri cultus, semel delusis su-
perstitione mentibus, auxerit & ampliarit.
Utut sit, plurimi cordati, rereque Catholi-
ci, signa hæc magica potius quam divina
esse, judicantur.

Memorabile.

1532. * Hoc tempore ex Turcia ad Venetos per-
latus fuit serpens monstrosus septem cap-
tibus coronatis, ac duobus pedibus instar
Draconis, cuius typum imago hæc cum
magnitudine refert. Fuit deinde Francisco
Francorum Regi donatus, ac ob raritatem
sex milium ducatorum estimatus.

1533. *Wolfgangus Severus, olim Fer-
dinandi Caesaris Preceptor.*
Jupiter de gente prior major que Luthero
Nemo fuit : sed nec futurus erit.

Inaudita.

In Svezia pago, quem lingua patria Chri-
stantzhoen vocant, non procul ab Yina
oppido sito, septem annorum puer sepius
in ecstasi lapsus est, qui post multa corporis
tormenta, pectoris concussions ac
sudores, ad se rediens, magno omnium
concursum ac admirationem, sibi cœlitus re-
velata recitavit. Proficebatur autem, se juis
su divino eo, impelli, ut jam puer, postha-
bitis omnibus vita periculis, Dei verita-
tem nunciaret populo, qui haecenus sensu-
rum per verbum Dei admonitiones re-
spuisset.

Locutus est igitur populo non publicè,
sed in privatis ædibus, non pueriliter sed
magno cum gravitate, multa de Deo, ejus
opificio, justitia, gratia, & longanimitate.
Idem de Iesu Christo, cuius na-

ribus esse, diceret. Illud ipsum enim se ha-
bere ex trium radiorum stellâ, quam se vi-
disse referebat, inter quos radiorum primus,
qui rubri coloris fuisset, significaret bel-
lum, ac cruentissimam hominum stragam.
Secundus, qui alni coloris, ingenem homi-
num pestem, quam vix tertius evadere pos-
set. Tertius flavi coloris, cuius tamen signi-
ficationem revelare noluit.

Mirum in modum in sacrificulos inve-
ctus est, ut qui Christum crucifixum, ac se-
mei pro peccatis mortalium oblatum, in
missa iterum offerrent, & quatuor tantum
obolis venderent. Cum detestatus fuisse
omnium Idolorum cultum, superbiam, fa-
stum, usuram, scortationem, adulterium,
ebrietatem, atque alia flagitia, quibus in fan-
tam Dei legem peccatur: ad amorem pro-
ximi, humanitatem, beneficentiam, mansue-
tudinem sibi astantes adhortari cœpit,

Inter cetera tam in letale etiam vene-
num evomuit, dum referret multa contra
sanctam Trinitatem, ac Christi Salvatoris
meritum, de intercessione virginis Maris,
de tenebris inter infernum, ac piorum habi-
tacula, ac alia multa: quibus per puerum
innocentissimum sub veritatis praetextu ex-
ecrandus Sathan, quo imponeret simplicio-
ribus, letale virus effudit. Lyco. ut su.

Dira.

1533. Hoc anno Christi quoddam oppidulum
in Kynzthal conflagravit igne, à Satana per
veneficam quandam moto, ea fuerat an-
cilla & amata Satana, sapientem cum ipso
mochata. Per civitatem Diabolus
multeties cum tyrapano incessit, ut omni-
bus fuerit auditus, collocutus etiam cum
hominibus, sed nemini conspectus fuit. Tan-
dem pueria Oberndorffii non longe ab op-
pido Rotweil publicis cremata fuit flam-
mis. Hoc est malitia Satanae testimonium.
Finc. lib. 1. de prodig. ut sup.

Ominosa.

Non procul ab Oeniponte (ut Jobus
Fincelius annotavit) hæc visæ sunt imagines.
Aquila stans in colle ac intrepidans: huic è
regione obviabant alii tres hostiles ima-
gines, quarum prima camelus erat, respe-
ctans, & pamma in orbem circundatus. Al-
tera lupusflammam ore evomens, flammæo
itidem orbe septus: hunc seqvebatur Leo,
videbatur, pedem velut salutabundus
porrigens. Casparus Peucerus de Terato-
scopia. Ut sup.

volitärunt ignei Dracones , plures qvām quadringenti : coronas habentes in capitibus , & fēdas instar porcorum , proboscides. Imperat. & Pp. U. S.

1533.

D. Hieronymus Wellerus Friburgensis, Theologus.

Friburgz, qvæ est celebris urbs in Misnia, vir quidam & pietate & aetate venerandus, cum gravi morbo decumberet , ultimusqve dies jani instaret, Satanæ pontificali veste amictus , eum solum fortè reliquum accessit , senemqve in ipso agone vehementer exagitans, ab eo postulavit, ut singula delicta , qvæ in vita sua commisisset, ordine enarraret, qvæ ille, chartam & atramentum in promptu habens , excepturus erat. Verum cum Senex ex verbo Dei postulata Satanae vehementer impugnaret , nec tamen ille à sua importunitate desisteret, tandem ait Senex :

Quandoqvidem ergo omnino hoc urges, ut sigillatim delicta mea tibi enarrem : scribe itaque , hujusmodi primum facto exordio : semen mulieris conteret caput serpentis. Qvibus auditis, Satanæ chartam atramentumqve in terram projecit, reliquo post se ingenti fætore, evanuit. Senex paulo post in Christo placide obdormivit. Hæc doctor ille Wellerus , & Manlius in Collectaneis, Imp. Car. 5. Papa Clemente 7. ut sup.

1534.

Ominosa.

Tertiâ die juli in oppido Schlesvivz Bo hemiz, à meridiæ cœlo sereno, conspecti sunt in aëre leones ex locis diversis concurrentes ad conflitum , & juxta illos caphractus eqves hastam qvatiens infestam, ornatus cristi & barba amplissima. Non procul ab eqvite jacuit caput humatum sine truncu , ornatum diademate Imperatoris, apprimè referens Imp. Carolum V. ut qvidam adspicientes illud aperto capite honorârint. Modico intervallo post, apri caput aculeatum vilum est, & duo dracones vomentes ignem. Deinde arcis amplissimæ effulgit imago , positz ad lacum, classeqve & terrestribus copiis obsessa , & supra hanc crux sanguinei coloris paulatim conversi in atrum.

Alius item eques prodiiit, igneo & ipse & eqvis flagrans colore , diadema gestans in capite imperatorium, qvem insequutus est eqvis sine lessore. Postea in ampla planicie duæ ardentes enituerunt arces vicinæ alto monti , ad qvem hæsit aquila grandis, dimidium sui corporis post montis latus abscondens : & aliquot ibidem nulli aqui-

ret, corpore diu conspicuo.

Astiterunt & alii leones , & juxta apri caput monoceros paulatim conversi in draconem, aliaq; plurima inusitatæ figuræ & magnitudinis animalia. Arsit & in celsa rupe arx duobus cincta exercitibus , & vila p[ro]p[ter]a est integra regio freqventibus oppidis, arribus & vicis referta : sed mox totus tractus, in quo hæc steterant, i gne corruptus, conflagravit , & ruinæ valta terra stagnum amplissimum obruerunt, extansibus tantum turribus eo in loco , in quo ante magna illa urbs apparuerat. Ad n[on]am lacus grandis camelus bibendi simili constitit.

Fincelius, Peucerus, Lyco. Hans Pflog, dominus de Cabenstein, Cancellarius Regis Bohemiz, in Epistola ad Reginam.

Minacia.

Anno Christi 1534. 5. Januarii, Munster Westphalia super civitatem in cœlo vilis est procerus qvidam vir, regio splendens ornatu, & aurea tectus caput corona : vibrans dextra gladium evaginatum , leva flagellum tenebat. Brevi post aliis apparuit vir , qvi utramqve manum valde contorsit & conflixit, ut ex pugno ejus magna cruentarum defluxerit guttarum copia. Eodem tempore etiam illuxerunt tres Solles : & cœlum universum ex quatuo cardinibus mundi incanduit horribili igne & chasmate. Præterea multa spectra circa mortalia conspecta fuerunt : qvibus omnibus & signis portendebatur sedatio & damnabilis hæresis Anabaptistarum Munsteri. Jobus Fincel. lib. 2. de prodig. ut sup.

Andreas Althamer in Cormolum Tacitum.

Usuram veteres Germani non agitârunt, minimè avari, fraudulentj, ac subdoli : sed simplices, sua sorte contenti , utpote apud qvos plus boni mores valebant, qvām alibi bona leges. Vide vero , quantum à Germanis moribus degeneraverimus: quid, qvæsto, nunc est fœnore usitatus: cui non studium fraudandi proximum ? prædandi alienum ? circumveniendi vicinum ? adeo omnium mentes avaritia obsedit , fraus nusquam non regnat. Nostri mercatores qvibusvis vulturibus rapaciores , omnium maximi sceneratores atque usurarii, à misera plebecula mercantur suas merces vili aliquoties precio, qvas urgente necessitate duplo redimere coguntur, isti expilant omnem Germaniam, ad horum impudentiam.

plus Druidibus superstitiones. Quidam
tis? Harpyiis omnia plena, usuris omnia pa-
tent: exactiorum, fraudum nullus finis.
Faxit Deus, ut in pristinum statum tempe-
rante, sinceritatis, modestiae, restituenda
restituatur aliquando Germania. Imper.
& Pp. U. S.

1534. Joann. Faber. in Praefat. In-
stitut.

* Papa (inquit) in verbis se dicit servum
servorum: de facto tamen se adorari permit-
tit, quod Angelus in Apocalypsi refugit.
Imperatore Carolo 5. Pp. Clea. U.S.

1534. Paulus tertius Farnesius Pa-
p. 227.

Paulus Farnesius Pontifex, ejus nominis
m. inter alia artis documenta quam plurima,
filium Petrum Aloysium de eo dic, quo
interfectus est, multò antic premonuit, utq;
ubi caveret, est adhortatus.

Erat autem dies ille decimus mensis Se-
ptembbris, anni 1547. quo à conjuratis Au-
gustino, Lando, & Jacobo Scoto Placentinis
comitibus in arce sua, colloqviis praetextu,
est interfactus, & à pudendis diu suspensus,
populo crudeliter lacerandus est exhibi-
tus. Imperatore Carolo 5.

pag. 398. Albertus de Trotis Ferrari-
ensis.

1535. Scripsit librum de vero & perfecto Cle-
tico: illum lege. Imperatore Carolo V.
Papa Paulo 3. ut supra.

1535. Sibrandus Lubbertus de Pape
lib. 10.

Clemens VII. cum moreretur, dicebat,
se certiorem factum iri de tribus, de quibus
per omnem vitam dubitasset: nempe an
Deus sit, an anima sit immortalis, & an sit
vita post hanc vitam? Imper. & Pp. U.S.

Memorabile.

1535. Jo. Hebenstreit lib. de pecc. Pedemon-
tanus lib. 1. Secretorum, Matth. Cornaz 1,
2. c. 28. de consult. Med. Petrus Spheterius
in obsecrat. & Mefucens mirabile secretum
paucis cognitum, generari vermes in corde
affirmant, homines interficienes. Quibus
autem remediis pellantur, authores iudicem
docent, Imper. Carol. 5. Pp. ut supra.

Signa.

1535. Solo hecce biennio tres cometæ, infini-
tam rerum atq; imperiorum mutationem
pronunciantes, in zthere apparuerunt.
Ach. Gassarus in Chronico. ut sup.

1535. Concilium Papa Pauli III. de e-
mendanda Ecclesia.

& gravia & pia scripserunt: haud abs te ta-
men, opinor, erit: si qvædam, sed pauca, ut-
cunq; nos qvæque addidetimus. Vaide
enim ad rem Ecclesiæ interest, revocare li-
bellum hunc in memoriam qvæ plurimis,
hoc præsertim tempore, quo Jo. Petrus
Cardinalis Theatinus ex autoribus ejus
principis, sub Pauli Quarti nomine, Ponti-
fex creatus est. Hanc igitur Paulum Quar-
tum, qvum Paulo tertio hoc ipsum de ra-
tione Ecclesiæ emendande consilium ipse
postulanti dederit (tametsi nulla proflus
ex parte eam emendaverit, immò abusus e-
jus ac vita, ut erat ille homo Epicureus, ac
tantum non atheus, ad summum contra e-
vexerit) observare nunc licebit: si forte
quod Pontifici consilium olim dedit, ipse
Pontifex nunc factus eo usurpus sit, & an sic
emendaturus qvæ ipsem et indigere emen-
datione, tam vere qvæ constanter affirma-
vit. Evidem ut officio fungi videatur suo,
tentatorum aliquid in hoc genere arbitror,
& emendarum, sed levicula qvædam atq;
ridicula, idq; pro Paparum motibus, pulve-
rem (quod ajunt) vulpina cauda abstuler-
tur. Cujus generis forte fuerint, ut facri-
ficii in Italia Chietinos, in Germania Je-
susitas (cujus ille autor fœtus fuit) insignes
illos hypocritas imitentur: ab aliis, in qvi-
bus momentum emendationis maximum
ex, & rei totius cardo vertitur, manum stre-
nue contenturum. Dicunt enim, & non fa-
ciunt. Quod si qvi boni qvid de se polliceri
videntur, antea qvæ nimirū in pestilentia
cathedra ista considerint, tamen ubi eo e-
vecti fuerint, mox totam proflus ratio-
nem & vitz & consiliorum meliorem in de-
terius mutant. Ut cunq; erit, sive corri-
git ille, qvæ aliquando existimavit, corrigi
debere, sive minus, nobis sat erit, quod
ex hoc libello omnis non modo nostra, sed
etiam inferior ætas, omnis posteritas intel-
lectura sit, ipsumnet Paulum 4. suo se scri-
pro dannare, ac fateri verbis disertissi-
mis, vocem nos jure per quadraginta an-
nos ac merito extulisse, papas, totamq; curiā Romā accusasse. Etenim, qvi libellū
hunc legerit, plane cognoscet, Theatinum
istum proflus confirmasse capita fere ea
omnia, qvæcunq; soliti sumus reprehendere, nempe: Ecclesiam apud istos Chri-
sti jam pridem collapsam ita esse, ut nos
Christi, sed diaboli Ecclesia sit, Papas coa-
cervare ad desideria sua magistros pruri-
entes aurib; non scilicet ab illis ut discant,
quod facere ipsos convenit: sed ut illo-
rum studio & calliditate ratio ineatur,
qua breviter quod libet liceat. Per eos-
dem Papas, Cardinales atque Episcopos

Ordinationes clericorum, presbyterorum præsertim, fieri apud illos incredibili negligentiā, atq; ordinari improbos, rudesq; asinos. Exerceri nundinationes sacerdotiorū sive bensiciorum omnino simoniacas, cum flagitiōsissimas. Cardinales restituare ambitione atq; avaritia, ambire à regib. & principibus episcopatus, alere factones, bella ferre Episcopos creari nulla neq; eruditio neque virtute honestate commendabiles, ut qvi desertis atq; contemtis ecclesiis, ovibusq; Christi sibi commissis, huc illuc otiosè per luxum vagentur. Penitentiariam atq; Datariam (sic enim vocant) sceleratissimum que inq; clericum eundemq; nebulonem, pecunia praestita, absolvere, atq; ab ordinarii jurisdictione eximere.

In monasteriis tam virorum quam mulierum horrida fieri flagitia. Qvo in loco eriam de pueris (proh pudor) qvi apud monachos degunt, sit mentio, qvos Theatinus ex illis fornicibus summovendos ipse censuit. Urbem Romanam refertam esse mulieribus impudicis atque scortis, quæ vestitu omniq; apparatu cetero nihil differant à matronis honestis, quæq; dum per medium urbem mulis vehuntur, seftatores habeant in luce media, primi nominis Cardinalium familiares atque domesticos.

Vigere in urbe odia & factones, Christi nomen tam è cordibus hominum, quam operibus eorum abolitum esse. Has (si diu placet) virtutes egregias, hæc de cora, hæc ecclesie sue ornamenta inter alia enumerat Paulus 4. de scipse & Babylone sua in hoc libello, interim in carcerem & vincula durissima conjiciens, ad remos relegans, in exilium mittens, deniq; plectens per Italiam, Galliam atq; Hispaniam eos omnes, qui eunq; vel verbulo hæc ipsa attingere & capere ausi sunt. O iniquum, o impium, o crudelē, ac plane tyrannicum genus hominum. Qvin vos Cæsares, qvin reges & principes (vos enim hic jure appello) cum isto novo Antichristo pro vestro officio hunc in modum agitis? Nisi primo qvoq; tempore (Pontifex) ista tam gravia tamq; atrocia, quæ de te ipso & de toto grege tuo scribis, omni ludificatione omissa, serio correxis, exercentem te crudelitatem in nostros subditos, qvi se à vestrorum flagitorum, & impiorum doctrinæ reprehensione ac detestatione continere jure non possunt, minimè tolerabimus. Qvin ego denuncio vobis, Cæsares, Reges, Principes, Deum exæstutum brevi à vobis gravissimas penas, nisi monitis meis, ut supplicibus ita omnino necessariis, parueritis, nisi frenum injecceritis bellum isti furanti. Unde si te vobis etiam

facta mentione doctrinæ, qvæ illic colitis, ceu consentaneæ scilicet Evangelio Christi, nulla purgatione aut emendatione egentis: qvum contra cum Evangelio omnino & ex diæmetro (qvod ajunt) pugnet: ut quam Papa cum suis creaturis misere discerpunt, atq; ve abominandis blasphemis conspurcârint atq; adulterârint, persequeentes ferro atq; igne subditos vestros, filios dicto, qvi spiritu Dei acti, horrendas illas contaminationes atq; abominationes profanationesq; ferrenon possint. Quid si vos hæc Principes vindicare neglexeritis, exurge tu Deus, tu Deus (inquam) exurge, vindica sanguinem tuorum, qvi ob confessionem sacratissimæ doctrinæ tuæ cotidie ab Antichristo ejusq; asseculis effunditur. Persece, qvod cœpisti. In viris frementibusq; Antichristis cæterisq; idololatris omnibus, perge tuo spiritu & verbo mandare atque illustrare ecclesiam, quam nobis sanguine & morte unigeniti filii tui, D. nostri Iesu Christi ædificasti, ornasti, atq; consecrasti.

*Consilium de emendanda Ecclesia, authore Cardinale Theatino,
nunc Papa.*

Beatissime pater, tantum abest, ut verbis explicare possimus, quam magnas gratias Respub. Christiana Deo Opt. Max. agere debeat, qvòd te Pontificem hisce temporibus, ac Pastorem gregi suo præficerit, eaq; quam habes mente dederit, ut minime spectremus cogitationes eas, quæ Deo gratias debet, conseque posse: nam spiritus ille Dei, qvo virtus cœlorum firmata est, ut ait Prophetæ labantem, immò fere collapsam in pœccatis Ecclesiam Christi, per te huic ruinæ manum, ut videmus, supponere decrevit, eaque erigere ad pristinam sublimitatem, decorique pristino restituere. Certissimam divinæ hujus sententiæ conjecturam nos facere valeimus, qvibus Sanctitas tua ad se vocatis mandavit, ut nullius aut commodi tui, aut cuiuspiam alterius habita ratione, tibi significaremus abusus illos, gravissimos videlicet morbos, qvibus jam pridem Ecclesia Dei laborat, ac præsertim hæc Rom. Curia, qvibus effectum propè est, ut paulatim ac sensim ingratificantibus pestiferis his morbis, magnam hanc ruinam traxerit, quam videmus. Et qvoniam sanctitas tua spiritu Dei erudita, qvi, ut inquit Augustin. loquitur in cordib. nullo verborum strepitu, probè neverat, principium horum malorum inde fuisse, qvòd nonnulli Pontifices tui prædecessores prurientes auribus ut inquit Apost. Paulus, coacervaverunt sibi magistros ad

semper fuit aditus veritatis ad aures principum) quod confessim prodirent Doct. qui docerent Pontificem esse beneficiorum omnium, ac ideo cum dominus jure vendat id quod suum est necessarium sequi, in Pont. non posse cadere Simoni, ita quod voluntas Pontificis qualiscunq; ea fuerit, sit regula, qua ejus operationes ac actiones dirigantur: ex quo procul dubio effici, ut quicquid libeat, id etiam licet.

Ex hoc fonte, S. Pater, tanquam ex equo Trojano, irrupere in Ecclesiam Dei tot abusus, & tam gravissimi morbi, quibus nunc conspicimus eam ad desperationem ferè salutis laborasse, vel manasse harum rerum famam ad infideles usque (credat sanctitas vestra scientibus) qui ob hanc præcipue causam Christianam religionem deterrident adeo, ut per nos, per nos, inquinamus, nomen Christi blasphemetur inter gentes. Tu vero sanctissime pater, & verè sanctissime, edocet à spicili Dei, præter veterem illam tuam prudentiam, cum totus in hanc curam incubueris, ut sanctis ægritudinibus, Christi Ecclesia tua curæ commissa, bonam valeudinem recuperaret, vidisti, ac probè vidisti, inde incipiendam esse medicationem, unde primum ortus est morbus: securusque doctrinam Apostoli Pauli vis esse dispensator, non dominus, & fidelis inveniri à Domino: imitanus etiam servum illum, quem in Evangelio Dominus prefecit familiæ suæ, ut det illis in tempore tricisi mensuram, ac propriea discrevisti nolle quod non licet, nec vis posse quod non debes. Ideoque nos ad te accersivisti, imperitos quidem, ac tam magno negocio impares, non parum tamen affectos cum honori & gloriæ sanctitatis tuae, tum præcipue instaurationi Ecclesie Christi, ac gravissimis verbis injunxisti, ut omnes hos abusus colligemus, tibiique illos significaremus, obtestatus, nos reddituros esse rationem hujus negotii nobis demandari, Deo optimo, si negligenter ac infideliter ageremus. Atque ut omnia liberius inter nos tractari possent, tibiique à nobis explicari, jure jurando nos obstrinxisti, addita etiam excommunicationis pena, ne cuiquam aliquid hujus nostri munieris prodieremus. Nos igitur tuo Imperio parentes, collegimus, quanto paucioribus fieri poterat, hos morbos, eorumque media, ea (inquam) que pro tenuitate ingenii nostri excogitare potuimus. Tu vero, prota bonaitate ac sapiëtia omnia resarcies ac perficies, in quibus pro tenuitate nostra offendierimus. Verum ut omnia certis quibusdam finibus complectamur, cum sanctitas tua de sit Princeps provinciarum ha-

cipatum Ecclesie, quem tua prudentia optimè regi videmus: tangemus tantum ea, quæ pertinent ad officium universalis Pontificis, & nonnulla quæ sunt Romani Episcopi. Illud verò omnia, beatiss. pater, putamus statuendum esse, ut dicit Aristoteles in Politicis, sicut in unaquaq; Repub. ita & in hac ecclesiastica gubernatione Ecclesie Christi hanc præ omnibus legem habendam, ut quantum fieri potest, leges serventur. Nec putemus nobis licere dispendare in legibus, nisi urgenti de causa & necessaria. Nulla namq; perniciösior evetudo in quavis Repub. induci potest, quam hæc legum inobſervantia, quas sanctas majores nostri esse voluerunt, earumq; potestate in venerandam & divinam appellariunt. Scis tu hæc omnia, optime Pont. legisti jampridem apud Philosophos & Theologos. Illud verò non tantum huic proximum, sed longe prius & potius superiore putamus, non licere Pontifici & Christi vicario in usu potestatis clavum, potestatis (inqvimus) à Christo ei collatæ, lucrum aliquod comparare. Hoc etenim est Christi mandatum: Gratis accepisti, gratis date. His primum statutis, cum sanctitas vestra ita gerat curam Ecclesie Christi, ut ministros plurimos habeat, per quos hanc curam exerceat: Hi autem sunt clerici omnes, quibus mandatus est cultus Dei, Presbyteri præsertim, & maximè curati & præ omnibus Episcopis: idcirco, gubernatio hæc sit recte processura, primò danda est opera, ut hi ministri idonei sint muneri, quto fungi debent. Primus abusus in hac parte est ordinatio clericorum, & præsertim presbyterorum, in qua nulla adhibetur cura, nulla diligentia, quod passim quicunq; sint imperitissimi, viiissimo genere orti, malis moribus ornati, adolescentes, admittantur ad ordines sacros, & maximè ad Presbyteratum ad charactem (inqvam) Christum maximè exprimentem, hinc innumera scandalæ, hinc contemnitus Ordinis Ecclesiastici, hinc divini cultus veneratio non tantum diminuta, sed etiam propè jam extinta. Ideo putamus optimū fore, si sanctitas tua primò in hæc urbe præficeret, huic negocio duos aut tres Prelatos viros doctos & probos, qui ordinationib; clericorum præsident: Injungere etiam Episcopis omnibus, adhibitis etiam penitentiarum, ut id curarent in suis diocesis. Nec permitte sanctitas vestra, ut quispiam ordinetur, nisi ab Episcopo suo, vel cum licentia deputatorum in urbe, aut Episcopi sui: insuper ut in Ecclesiis suis quisque Episcopus magistrum habeat, à quo clericis minoribus & literatis.

uum, in quibus unus invalidus, ut prouideatur personis, quibus conferuntur beneficia, non autem gregi Christi & Ecclesiae. Ideo in conferendis his beneficiis Curatis, inquam, sed praeterea aliis, Episcopatibus, curandum est, ut conferantur viris bonis doctis, que: ideo, ut per se possint fungi illis muneribus, ad quae tenentur, insuper illis, quos verisimile est residentiam facturos, non ergo Italo conferendum est beneficium in Hispania, aut in Britannia, aut contra: hoc servandum est tam in collationibus, cum vacant per decessum, quam in cessionibus, in quibus nunc tantum habetur ratio voluntatis cedentis, nullius praeterea rei in cessionib. his si quispiam praeficeretur probus unus pluresve, benefactuiri putaremp. Alius abusus, cum beneficia conferuntur, seu cum coduntur aliis, irrepsit, in constitutis super fructibus eorum pensionibus, immo quandoq; cedens beneficio omnes sibi fructus reservat. Quae in re illud est animadvertisendum, nulla alia de causa, nulloq; alio jure pensiones constitui posse nisi ut quasdam elemosynas, quae in pios usus & indigentibus concedi debent. Nam redditus sunt annexi beneficio, ut corpus animo: ideo sua natura pertinent ad eum, qui beneficium habet, ut possit ex eis vivere honeste pro suo ordine, simulq; queat sustinere impensas pro divino cultu, & templi sacrarumq; aedium reparazione, & quod reliquum est, impendat in pios usus: haec est enim natura eorum reddituum.

Verum sicuti in rerum naturae administratione nonnulla sunt a natura universali praeter inclinationem universalis naturae: Sic in Pontifice, qui est universalis dispensator bonorum Ecclesiae, si viderit, eam fructuum portionem, quae in pios usus expendi debet, aut ejus partem, in pium quempiam alium usum ut expendatur magis expedire, potest proculdubio id facere. Ideo jure merito pensionem ponere potest, ut subveniat ego, praesertim clero, ut honeste queat vitam ducere, pro ejusdem ordine. Ideo omnes fructus reservari, adimiq; id one, quod divino cultui sustentationiq; habentis beneficium tribui debet, magnus est abusus. Itemq; pensiones dari clericis divitib. qui commodè & honeste vivere queunt ex redditibus quos habent, magnus certè abusus, tollendus uterq;

Alius item abusus in permutationibus beneficiorum, quae sunt cum pensionibus, quae Simoniacæ omnes sunt, nulloque respectu habito, nisi lucri. Abusus alius omnino auferendus, qui calliditate quadam

complam, non autem heret privata cuspizam: invenit humana, non tamen christiana industria plurimos modos, quibus huic legi illudatur. Nam sunt renunciationes episcopatui, in alioreumq; beneficiorum, primo cum regressu, & addunt reservationem collationis beneficiorum. Insuper cumulant reservationem administrationis, faciuntq; hoc pacto Episcopum, qui nullum jus habet episcopi: alterum vero, cui jura omnia episcopi competant, non tamen episcopum: videat sanctitas tua, quo processus silentatoria illa doctrina qua tandem effectum est, ut id liceat quod libeat. Quid quod est hoc, nisi heredem beneficiorum constituere? Alius praeter hunc inventus est dolus, cum scilicet coadjutores dantur episcopis potentibus, minus idonei quam ipsi sint, ita ut, nisi quispiam claudere oculos voluerit, liquido videat, haeredem ratione institui. Item lex est antiqua instaurata a Clemente, ne filii presbyterotum habeant parentum beneficia, ne scilicet res commonis hoc modo fiat privata. Dispensatur tamen, ut audimus, in hac veneranda lege. Nolumus tacere id, quod verissimum esse quivis prudens per se judicaverit, nullam rem magis conflasse hac invidiam clericis, unde tot seditiones sunt ortæ, & alii instant, quam hanc aversionem commodorum & preventuum Ecclesiasticorum a communione rem privatam: ante hac omnes sperabant, nunc in desperationem adducti, acuunt linguas contra hanc sedem. Alius abusus est in expectativis & reservationibus beneficiorum, quibus & datur occasio, ut aliena mors desideretur, & libenter audierit. Præcludunt etiam aditum supremum dignioribus cum vacant, dant litibus causam. O omnes has putamus tollendas esse. Abusus alius est eadem calliditate inventus. Nam quodam beneficia incompatibilia jure sunt, & appellantur, quae ex ipsa vi nominis maiores nostri admonere nos voluerunt, non deberi ea uni conferri: nunc in his dispensatur, non tantum duobus, sed pluribus, & quod pejus est, in Episcopatibus. Hunc motorem, qui ob avaritiam tantum invaliduit, tollendum ducimus, praesertim in Episcopatibus. Quid de unionibus beneficiorum ad vitam unius, ne scilicet obstat illa beneficiorum pluralitas ad obtinenda incompatibilia, nonne est mera fraus legis? Alius etiam abusus invaliduit, ut Reverendiss. Card. Episcopatus conferantur seu commendentur, non unius tantum, sed plures, quem patet beatissime, putamus magni esse momenti in Ecclesia Dei: primo quidem, quia officium Cardinalatus, & officium Episcopi,

Paltor cum grege. Præterea, P.S. hic unus maximè obest exemplo: quomodo namque hæc sancta sedes poterit dirigere & corriger aliorum abusus, si in præcipuis membris abusus tolerantur? Nec ob id, quod Cardinales sint, putamus, eis magis licere transgredi legem, imò longè minus. Horū enim vita debet esse aliis lex, nec imitandi sunt Pharisæi, qui dicunt & non faciunt, sed Christus salvator noster incepit facere, & postea docere. Amplius hic usus nocet in consultationibus Ecclesiæ, nam hæc licentia fomentum est avaritiae. Ambiut præterea Card. à regibus & principibus Episcopatus, à quibus postea dependent, nec possunt libertè sententiam dicere, imò si possent & vellent, fallerentur tamen, passione animi in judicando perturbari. Ideo utinā hic mostolleretur, & providerentur Card. ut possent honestè pro dignitate vivere, ónib. æquales redditus, quod putamus facile fieri posse, si vellemus abjicere servitutem Mammonæ, & Christo tantum servire. His castigatis, quæ pertinent ad constituendos tibi ministros, quibus velut instrumentis & cultus Dei bene administrari, & populus Christianus in vita Christiana bene institui & regi possit, accedendum nobis est ad illa, quæ spectant ad gubernationem Christi populi. In qua re, pater beatissime, abusus ille primo & præ omnibus corrigendus est, ne scilicet Episcopi primum, & præ omnib. aliis, deinde ne Curati abessent à suis Ecclesiis & Parochiis, nisi ob gravem aliquam causam, sed residentiam facerent, maxime Episcopi, ut diximus, quia sunt sponsi Ecclesiæ ipsis demandarz. Nam per Deum immortalis, quis miserabilior viro Christiano cōspectus esse potest, Christianum orbem peragranti, quam hæc solitudo Ecclesiarum? Omnes ferè pastores recesserunt à suis gregibus, commissi sunt omnes ferè mercenariis, imponenda ergo esset magna pena Episcopis præ aliis, deinde curatis, qui absunt à suis gregibus, non tantum censurarum, sed etiam, ne reciperet reditus illi qui absunt, nisi impetrata licentia à tua sanctitate Episcopi, Curati ab Episcopis suis, per breve aliquod temporis spaciun. Legantur in hoc aliqua iura, aliquorum conciliorum decreta, quibus cautum erat, Episcopo non licere abesse à sua Ecclesia, nisi tribus tantum Dominicis. Abusus etiam est, quod tot reverendiss. Card. absint ab hac Curia, nec aliqua in parte faciant quippiam ejus officii, quod spectat ad Cardinales. Ideo, et si fortasse non omnes, quia expedire existimamus, nonnullos habitare in provinciis suis, (nam per illos, tanquam per radices quasdam in totū orbē Christianū sparsum cōtinueremus),

Card. provideretur etiam amplitudini Cu-
riz, supplereturq., si quid ei detractūfuisse
per receitum multorum Episcoporum, qui
ad suas Ecclesiæ se contulissent. Alius ab-
usus magnus, & minimè tolerandus, quo u-
niversus populus Christianus scandaliza-
tur, est ex impecunia, que inferuntur Epi-
scopis in gubernatione suarum ovium, ma-
xime in puniendis scelētis & corrīgēndis.
Nam primò multis viis eximūt se mali ho-
mīnes, præsertim clerci, à jurisdictione sui
ordinarii: deinde si non sunt exempti, confu-
giunt statim ad poenitentiam, vel ad Data-
tiam, ubi confessim inveniunt viam impu-
nitati, & quod pejus est, ob pecuniam præ-
stam: hoc scandalum, beatissime pa-
ter, tantopere conturbat Christianum po-
pulum, ut non, queat verbis explicari. Tol-
lantur, obtestamur laetitatem tuā per san-
guinem Christi, quo redemit sibi ecclesiā
suā, eamq; lavit eodem sanguine: tollan-
tur hæc macula, qvib. si daretur quippiam a-
ditus in quacumq; hominum repub. aut re-
gno, cōlestī, aut paulò post præcep̄ tue-
ret, nulloq; pacto diutius constare posset, &
tamen putamus nobis licere, ut per nos in
christianam rem publ. inducantur hæc mon-
stra. Alius abusus corrigendus est in ordi-
nibꝫ religiosorum, quod adeò multi defor-
mati sunt, ut magno sint scandalo seculari-
bus, exemploq; plurimum noceant. Convē-
tuales ordines abolendos esse putamus o-
mnes, non tamen ut alicui fiat injuria, sed
prohibeo, ne novos possint admittere. Sic
enim sine ullius injuria citò delerentur, &
boni religiosi eis substitui possent. Nunc
verò putamus optimum fore, si omnes puc-
ri, qui nō sunt profesi, ab eorum monaste-
riis repellentur. Hoc etiam animadver-
tendum & corrigendum censemus in præ-
dicatoribus & confessoriis constituedis
à fratribus, quod ab eorū præfectis priū
adhiberetur magna diligētia, ut idonei es-
sent, deinde ut præsentarentur Episcopis,
qvib. præ omnibus cura Ecclesiæ est deman-
data, à qvibus examinarentur perse, vel per
viros idoneos: nec, nisi eorum consensu, ad-
mitterentur ad hæc peragenda. Diximus,
beatissime pater, non licere aliquo pacto in
usu clavium aliquid lucrū utenti comparari
est in hac re firmū verbum Christi: gratis
accepistis, gratis date. Hoc non tantum ad
sanctitatem tuam pertinet, sed ad omnes
qui sunt participes hujus potestatis, idèo à
legatis & nunciis vellemus idem servari.
Nam sicut usus, qui nunc invaluit, dedecorat
hanc sedē, & conturbat populū, ita si fie-
ret econtrā, maximum decus huic sedi co-
pararetur, & adificaretur mirifice populū.
Abusus alius turbat Clari:

eam cura a coventualibus; & de autorum manu-
riis, aut aliis, prout melius videbitur. Abu-
sus magnus & perniciosus est in Gymnasiis
publicis, presertim in Italia, in quibus mul-
ti Philosophiae professores impietatem do-
cent, immo in tēplis sunt disputationes im-
piissimæ: & si quæ sunt pia, tractantur in cis-
res divinæ coram populo valde irreverenter.
Ideo putaremus, indicendū Episcopis, ubi
sunt publica Gymnasia, ut per eos admone-
rentur letores, qui legunt, ne docerent a-
dolescentes impietatem, sed ostenderet in-
firmitatem luminis naturalis in quæstionib.
pertinentibus ad Deum, ad mundi novitatem
vel æternitatem, & similia, eosq;, ad pietatē
dirigerent. Similiter ne permitterent, fieri
publicas disputationes de hujmodi quæ-
stionib, neq; etiam de rebus Theologicis,
quæ certè multum existimationis perdont
apud vulgus, sed privatim de his rebus sicut
disputationes publicæ de aliis quæstionib.
Physicis. Idemq; injungendū esset omnib⁹
aliis Episcopis, maxime insignium civitatum,
in quib⁹ hujus generis disputationes fieri
solent. In impressione etiam librorum ea-
dem adhibenda esset diligentia, scribendū
q; principibus omnib⁹ ut caveant, ne passim
qvivis libri in eorum ditione imprimantur,
Dandaq; esset hujus rei cura ordinariis. Et
quoniam pueris in ludis solēt nunclegi col-
loquia Erasmi, in quib⁹ multa sunt quæ ru-
des animos informant ad impietatem, ideo
eorum lectio in ludis literariis prohibenda
esset, & si qua alia sunt hujus ordinis. Post
huc, quæ ad instituendos ministros tuos in
hac universalis Ecclesiæ cura, & in ejus de-
inde administratione, spectare videtur, ani-
madvertendum est in gratiis, quæ sunt à tua
beatitudine, prater priores abusus, alios
qvoq; abusus introductos esse. Primus est in
fratribus seu religiosis apostatis, qui post
votum solemne à sua religione recedunt,
impetrantq; ne teneantur gerere habitum
sui ordinis, immo nec vestigium habitus!, sed
tantum vestem honestam clericalem: pre-
termittamus nunc de lucro. Iam enim dixi-
mus in principio, non licet ex usu clavium
& potestatis à Christo traditæ cōparare fibi
lucrum, sed etiam ab hac gratia abstinenti.
Nam habitus est signum professionis, unde
nec ab Episcopo potest dimitti, cui tenetur
hi apostata, ideo huc gratia eis cōcedi non
deberet, neq; etiam, cum ipso recesserint à
voto, qvo Deo se obligarant, eis permitta-
tur, ut habeant beneficia, neq; administra-
tiones. Alius abusus in quæstuariorum sancti
Spiritus, S. Antonii, aliisq; huj⁹ generis, qui
decipiunt rusticos & simplices, eosq; innu-
meris superstitionib⁹ implicant: tollendos

la gratias, praeter tamen reporto. in quib⁹
bus urgent Lutherani hanc rem maxime.
Abusus in dispensatione in muptiis inter cō-
sanguineos seu affines, certè in secundo gra-
du non putamus faciendam esse, nisi ob pu-
licam causam gravem. In aliis verò gradib⁹
non nisi ob causam honestam, & absq; pec-
cunia, ut diximus, nisi jam prius conjuncti
essent, ubi liceret pro absolutione à peccato
jam perpetrato imponi multa pecuniaria,
post absolutionem, & deputari ad pios usus,
in quib⁹ facit sanctitas tua impensas. Nam
sicut ubi nō est peccatum in usu claviū, nō
hinc exigi potest pecunia, ita ubi abieciunt
petitur à peccato, imponi multa pecunia
potest, & deputari ad pios usus. Abusus
alius in absolutione Simoniaci, proh dolor,
quantum in ecclesia Dei regnat hoc pesti-
lens vitium, adeo ut quidam nō vereantur
Simoniam comittere: deinde consecum-
petunt absolutionem à pena, immo can-
cument, sicq; retinenter beneficium quod emen-
runt. Non dicimus sanctitatem tuam non
posse pœnam illam, quæ est de jure positivo
constituta, eis condonare, sed q̄ uod nolle
pacto debeat, ut tanto sceleri refutatur,
quo nullum pernitosius, ne magis scandi-
losum. Licentia etiam testandi clericis de
bonis Ecclesiæ non esset danda, nisi pro cau-
sa urgente, ne bona pauperum cōverteren-
tur in privatas delicias, & amplificationes
domorum. Confessionalia autem cum usu
altaris portatilis nō essent facile danda, sit
enim vilesunt Ecclesiastica res, & la-
cramentum omnium præcipuum. Nec in-
dulgentiæ item dandæ essent, nisi semel in
anno in unaq;vaq; insignium civitatum. Cō-
mutatio etiam votorum neq; ita facile su-
cienda, neq; cōmutanda, præterquam in-e-
quivalens bonum. Conservare etiam muta-
ti voluntates ultimæ testatorum, qui ad pīs
causas legant qvampiam pecunia sumam,
quam autoritate sanctitatis tue transferit
ad heredem vel legatarium, ob præsumam
paupertatem, &c. idq; ob lucrum certè, nisi
facta sit magna mutatio in re familiari he-
redis per obitum testatoris, ita quod veri-
simile sit, testatorem ob eam mutationem
mutaturum fuisse voluntate. Voluntates te-
statorum mutari, impium est: de lucro jam
toties diximus, quare putamus, omnino ab-
stinenti. Omnibus in summa explicatis, que
pertinent ad universalis ecclesiæ Pontificis,
quantum animo potuimus cōprehendere,
restat ut nonnulla dicamus, que pertinent
ad Rom. Episcopum. Hæc Romana civitas
& Ecclesia est mater & magistra aliarum ec-
clesiarum. Ideo maximè in ea vigere debet
divinus cultus & morum honestas, ideo

missas celebrant: hoc magnum est omnibus scandalum: ideo injungendum est reverendissimo Archipresbytero, vel reverendiss. penitentiario, ut hęc carent & amoveant hoc scandalū, siccq; in aliis ecclesiis. In hac etiam urbe meretrices ut matronę incedunt per urbem, seu mula vehuntur, quas affectantur de media die nobiles familiares Card. clericisq;. Nulla in urbe vidimus hanc corruptionem, pr̄terquam in hac omnium exemplari: habitant etiam insignes zdes: corrigendus etiam hic turpis abusus. Sunt etiam in hac urbe privatorum civium odia, & inimicitiz, quas componere, & cives conciliare pr̄cipue interest Episcopi: ideo per Cardinales quosdam Rom. presentum qui magis essent idonei, omnes hęc inimicitiz cōponende essent, & civium animi conciliandi. Sunt in hac urbe hospitalia, sunt pupilli, sunt viduae, harum cura maximē pertinet ad episcopum & ad principem: ideo sanctitas tua per Cardinales viros probos posset etiam commodē hęc omnia curare. Hęc sunt, beatissime pater, quę in praesentia protenustate ingenii nostri colligenda esse duximus, & quę nobis corrigenda videbentur. Tu vero pro tua bonitate & sapientia omnia moderabere nos certe si non tci magnitudini, quę nostras vites longe superat, conscientię tamē nostre satisfecimus, non sine magna spe, ut sub te principe videam⁹ Ecclesiam Dei purgatam, formosam, ut collibam, sibi concordem, in unum corpus cōsentientem, cum æternatui nominis memoria. Sumpisti tibi nomen Pauli, imitaberis (speramus) charitatem Pauli: electus fuit ille ut vas, quod deferreret nomen Christi per gentes: te verò speramus electū, ut nomen iam Christi oblitum à gentibus & à nobis clericis, restituas, in cordibus & in operib⁹ nostris ægritudines sanes, oves Christi in unum ovile reducas, amoveas, que à nobis iram Dei, & ultionem eam quam metemur, jam pararam, jam cervicibus nostris imminentem.

Caspar Card. Contarenus.

Ioh. Petrus Card. Theatinus.

Iacobus Card. Sadoletus.

Reginaldus Card. Anglicus.

Fridericus Arch. Salernitanus.

Hieronymus Arch. Brundusinus.

Ioh. Matthæus Episcopus Veronensis.

Gregorius Abbas sancti Georgii Venet.

Frater Thomas magister sacri Palatii.

Dominus Papa, patere legem, quam tu ipse tuleris, hanc saltem.

Regum Gallicorum contentiones

cum Papis, ab anno Domini 1228.

usque 1575.

potius quam juribus. Prima autem contentio accidit, regnante Ludovico nono, qui & S. Ludovicus vocatur. Nam is anno 1228. sanxit legem contra Paparum pr̄servationes & pr̄ventiones, aliaque machinamenta, ut sint electiones Episcoporum & Prelatorum, & aliorum quorumcunque liberæ, validæ, ac efficaces electoribus patronis & collatoribus. Eodem anno & aliam legem edidit contra Simoniam. Denum & anno Domini 1268. edidit pragmaticam sanctionem, qua in universum prohibuit omnes rapinas & expilations Romani Pontificis. Hęc enim ejus verba sunt: Item exactiones & onera gravissima pecuniarum, per curiam Romanam ecclesie regni nostri impositas vel imposta, (quibus regnum nostrum miserabiliter depauperatum existit) sive etiam imponendas vel imponenda, levati aut colligi nullatenus volumus, nisi duntaxat proportionabili, pia & urgentissima causa: inevitabili necessitate, ac etiam de expresso & spontaneo iussu nostro, & ipsius Ecclesie regni nostri, &c.

Alia fuit inter Bonifacium VIII. indulgentiarum patrem & Philippum regem contentio, ante annos 190. Nam Malefaci⁹ ille non tantum potestatem super Ecclesias Gallicas usurpare sibi, sed etiam jus conferendi regnum illud rapere tentavit. Verum Rex ei duriter respondit, & fortiter resistit, etiam bello: nam excitaverat ei Papabellū. Verùm haec de re mox pleniorē narrationem ex scripta appendice Martini adscribemus. Quanquam & circa an. 1240, graves contentiones accidisse non dubitamus, cum S. Ludovicus Rex sanctionem pragmaticam, aliaq; plurima decreta ad reprimendam Papę Romanistarumq; rapacitatem decretivit.

Tertia contentio inter illos accidit circa annum 1400. id est, ante 190. annos, quo tempore Carolus Rex ad supplicationem totius regni, de sententia Parlamenti sui magni consilii, curiæ & scholæ Parisiensis, sanxit arrestum, id est, decretū quoddam, quod cum Clemange impressum est. Quā severiter prohibuit, ne quisquam Pape annatas solveret, neve ab eo Gallicas prælaturas acciperet. Contra eam sanctionem appellavit Papa, ejusq; Curtisani, nō semel. Eis appellationibus Gallici regni Legati in concilio Constantiensi opposuerunt scriptum quoddam titulo Apostoli, in quo probant, annatas non deberi. Id quoq; scriptū est cum Clemange impressum. Id scriptum dicit, Ioanni XXII. fuisse ad tempus permisum, ob expeditionem contra infideles, ut ...

ene, minit tamen re cime fuit ante m̄is, una
ximi momenti. Nam ut minimum ter cen-
tēna millia coronatorū ea ratione Papa Gal-
lis annuatim eripere est solitus. Ut rācoam
alia infinita incomoda, quæ accidebant, dū
tantum lis, qui Papæ placere poterant,
quantumvis essent peregrini, indocti, & per-
omnia iuepti, addo etiam regni Gallici ho-
stes, prælaturæ conferebantur. Quare mirū
non est, si jam Papæ summo desiderio dulce
illud lucrū appetentes, jus annatarū regib.
extorquerent. Nam ii magna sui regni dif-
ficultate calamitateq; coacti, denuo id ad se
retraxerunt. Hic idem Carolus etiam
paulò ante prædictam arrestationem, ali-
as literas de eadem re publicavit. Quas,
quia editæ ante a non fuerunt, nunc hic ad-
scribemus.

pag. 404 *Epistola Caroli Regis super liber-
tate Ecclesiarum Regni & Delphinatus;
quoad exactiones, annatas, & grava-
mina per Papam imposta.*

Carolus Dei gratia, &c. Universis, &c. Si
dotare vel dotari novas ecclesiæ, vel vete-
ges ampliare opibus, opus est perfe& ex char-
itatis: multò præstantius est, depresso
& gravatis congrua suffragia exhibere.
Lamentabilem siquidem querimoniam no-
stræ ut plurimum Principum prosapiz no-
stræ procuratores, nec non Prælatorum, Ca-
pitulorum, collegiorum, conventuum, ac
cleri regni nostri ac Delphinatus, ac etiam
dilecta filia nostra Universitatis Parisiensis
recepimus continentia subsequentis. Vi-
delicet, quod quamvis secundum Aposto-
licam doctrinam Papæ potestas à Christo
sit, ad Ecclesiæ edificationem, non ad de-
structionem ordinata, ad justitiam re&rumq;
judicium exercendum, cui non convenit
pro libitu facultas exactiones, angarias, &
tyrannidas super Ecclesias aut subditos ex-
ercendi. Cum Dominus docuerit pascere
gregem & docere, non terrenis literis in-
hiare aut avariis delectari. Quia fructus
Ecclesiarum & beneficiorum quorumcunq;
& vacantium, tam secundum dispositionē
conciliorum generalium & jurium, quam
secundum piam intentionem fundatorum
ordinati, ad sustentationem ministrantium
in divinis, ipsius divini cultus augmentum,
alimentationem pauperum, redēctionem
captivorum. Ecclesiarum suorumq; ve
beneficiorum reparationem, terrarum & posse-
sionum Ecclesiæ culturam, virium ipsa-
rum conservationem, ceterorumq; o-
nerum intollerantium supportationem:
adeo etiam quod bona per Prælatos post

bonis facere testamentum, quibus etiam ab
intestate indicis bonis secundum consue-
tudinem & observantiam supradictis sui
succedunt hæredes. Quodq; licet fuerit
decretis sanctorum Patrum institutū. Præ-
lati Ecclesiæ sibi subditas omnes singulis
annis visitare deberent: quatenus si doce-
rent indoctos, corrigerent excessus, mortis
reformarent, Ecclesiæ restaurarent, & ca-
teria Prælatis convenientia ad Dei hono-
rem exercecerent, ac propter hoc procurati-
ones in viualibus aut pecuniam recipi-
rent ad victimum usitatum. Nihilominus ta-
men aliqui collectores, & alii officianii
Romanorum Pontificum, præsertim Papæ
moderni ab aliquibus annis circa Ecclesi-
am & viros Ecclesiasticos, præfatorum re-
gii & Delphinatus nostrorum: contra pre-
dicta, pluribus juribus & impotabilibus
servitutibus oppresserunt & affixerunt po-
tissimum bona Prælatorum & viorum Eccle-
siasticorum decedentium, tam regalium
quam secularium, quæ spolia defunctorum
interdum nuncupantur, reservando & ul-
pando fructus Ecclesiæ, tempore vacatio-
nis prælaturarum aut beneficiorum Ec-
clesiasticorum, obvenientes levando & ca-
piendo arroragia præteriorum & incogni-
torum temporum, tanquam debita per
fulminationem censurarum Ecclesiastica-
rum, exigendo à beneficiatis quibuscum-
que annatam exasperando & extorquen-
do. Cuius annatae medietatem, quod
majores dignitates collegiorum, domino-
rum Cardinalium, consueverunt assignare
& adhuc annatam unam cum quadam
pecunia summa, quam vocant minuta
servitia, & quam pro familiaribus esse di-
cunt, cum exactione juramenti & sub pena
perjurii, & aliis diversis modis & censuris
exigerent, procurationesq; Prælatis &
aliis ratione factæ visitationis, tanquam
deberetur capiendo & levando in pecuni-
am numerata, licet visitationis officio non
impenso. Ab illis autem, qui ad procuratio-
nem nullatenus tenebantur, tantundem qui-
dem, quod dum vocant exigēdo decimas &
alia subsidia, tractatu nō habito cum Præ-
latis, pro libitu voluntatis imponendo.

In his etiam exigendi sicut nec modus,
nec misericordia, nec æquitas servatur, aut
mensura. Et cum Prælaus prohibeatur ad
ministrare sine bullis, quare cui non placet
solvere, expellitur: quia bullæ non expe-
diuntur sine pecunia parata. Unde sicut be-
neficium ecclesiasticum obtinere videtur,
cum precio vel mercede, quod pro bono
communi potius debetur præditis scientia

ditorum regni nostri & Delphinatus irreparabili currunt hereditagia, conspicuntur inocculta & immobilia. Interdum de facto alienantur aut impignorantur.

Mobilia etiam preciosa reliquiarum vasorum Ecclesiastica, ornamenta, calices, libri & similia, interdum etiam vili precio distrahuntur, nemora non credenda frequentius incidentur, & venundantur. & Ecclesiz innumerabili mole debitorum importanter onerantur.

Numerus Deo servientium ministrorum, qui sustentari in consveto numero non valent, minuantur, & qui remanent Deo & Ecclesiz servientes, propter frequentes excommunications & censuras occasione dictarum exactiōnum, quibus satisfacere non valerent, de facto prolatas à divino servitio plurimum retrahuntur, & interdum aliqui mendicare coquelluntur, & in maximam penuriam rediguntur, non habentes, de quo valeant Deo serviendo, aut in studiis existendo sive comedendo sustentari. Et regnum nostrum, quod inter alia regna viris scientificis communiter floruit copiose, per quos etiam regni iustitia conservavit gubernari, talibus viris his temporibus, proh dolor, nunc caret.

Inde cultus (dicimus) & opera charitatis, quae fieri debuerant, multipliciter defraudentur & cessant, & intentio fundatoris non servatur. His etiam modis regnum redditur pecuniis & opibus plurimum depauperatum, & infinita vixēs enarrabilia scandala quotidie oriuntur. Quae nomina, licet sint satis ad oculum manifesta, & ad quā est Papæ potestas ordinata, & de directoteneatur obviare. Fuitq; Papa modernus, & alii praedecessores sui super revocationem aut moderationem dictorū gravaminum, ac de aggregando cōcilium generale, ad providendū de præmissis pluries requisiuit, attamen sic omnia absq; remedio diuturna & cotinuatione perdurarūt, donec dudum super quibusdam per nostrā regiā ordinationem, & novissimè super aliis ex dictis gravaminib⁹ per quendā nostrā curiā Parlamenti sub ea forma nunciatiū, quod cessaret, quousq; per eandē curiā fuisse aliter ordinatum, prouisumq; extitisset. Et ut ad perpetuū uberioris & plenius provideretur, in prædictis nuper per procuratorem nostrum Regium, in cōcilio Prælatorū & dictarū Ecclesiā Gallicanarū & Delphinat. Parisiis celebrato, ubi erāt Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, & Prælati, & Procuratores Capitularū, & collegiorū, ac Universitatū, & alii viri Ecclesiastici, nobiles, magistrandi, numerosē solēniter congregati: ubi etiā cōsanguineus noster Rex Siciliæ Ludovicus, & primogenitus

dinaretur & fieret, quod exactiones & gravamina, de quib⁹ supra, cessaret penitus & omnino, super quod plurimis & repetitis intervenientib⁹ discussionibus & maturius per prælatos & alios viros Ecclesiasticos supradictos deliberatū exitit & cōcessum, quod attentis illis, quæ supradicta præmissa sunt, & aliis attendēdis, talia gravamina & usurpationes secundum Deum & conscientiam non valebant comodè, nec debeant amplius tollerari. Supplicabat igitur, ut ad Dei laudem, Reipub. utilitatē, & Ecclesiārum libertatē, dictarum Ecclesiārum regni & Delphinat. cōservationem supradictam efficaciter ad perpetuum, de remedio opportuno prædere dignemur, prædicta omnia & singula gravamina cessari faciendo, & nihilominus prædictas ordinationes vel per nos factas, & diquā Arrestum Parlamenti cōfirmando & ad perpetuū extendendo, nostrā super hoc ordinariogem Regiā ubiq; publicari, teneri & observari facientes. Nos igitur attentes, quod ad stabilitatē Ecclesiā est potestas Regia divinitus ordinata, & quod per regnū terrenū celeste regnū nunc proficit, quādo destruētes ecclesiā regere Principū concernuntur, imo sacri canones quādo talia per majores Ecclesiā perpetrantur, ad Reges debent habere recursum, & quod in illis, de quib⁹ notoriè turbatur statutus Ecclesiā, etiam Papæ non obedire consulunt sancti doctores, recognoscentes ut tenemur, & propter Ecclesiā, quam, quantū ad nos spectat, etiam ex spirituali debito juramento Christo Domino tuendam suscepimus, pro qua & Deo sumus rationem reddituri, progenitorum exemplo edociti, qui sacrofancias Dei Ecclesiās & viros Ecclesiasticos, zelo fidei & pīz devotionis accensi, immensis muneribus atque privilegiis munientes, Ecclesiās ædificantes, & contritas restaurantes eas à concussionibus & quibusdam novitatisibus indebitis præservare curāvut, quārum etiam nos promptos defeniores & pugiles existere gloriamur, prædictis omnibus cum debita præmeditatione pensatis.

Habita etiam prius delibratione cum principibus Regulis nostris prosapiz, & aliis proceribus multisq; viris prudentibus & notabilibus regni nostri, nobis in consilio nostro assistentibus tam gravem & manifestam deformationem atque destrunctionem Ecclesiārum prædictarum regni & Delphin. virotumq; Ecclesiasticorum desolationem, sub comitentia oculorum amplius dissimilares non valentes, ordinamus, & tenore præsentium ordinavimus, quod omnia & singula, exactiones & gra-

donec immixta illud ornatum, dictaque & pronunciata de extero in dictis regno & Delph. perpetuo tenebuntur, & immobiliter servabuntur. Hęc autem presentium literarum scripto annotari publicarique, & inter regias nostras ordinationes registrari mandavimus, vt harum partium intervenitu, plenam inde notitiam habeat posteritas successura. Quocirca vobis omnibus & singulis supradictis & vestrum cuilibet, qui super hęc fuerit requisitus, commititus & mandamus, quatenus hanc nostram ordinationem in dictis regno & Delph nostris publicari, custodiri & immobiliter conservari faciat, dictas Ecclesias & personas Ecclesiasticas ab omnibus & singulis exactionibus supradictis, & liberas & immunes servari, & in hac libertate manuteneri facietis contradicatis, &c. Quod si volumus, &c. Datum anno 1406. 18. Februarii. In Concilio Constantiensi, cum praesidentes Cardinales vidarent, plerosq; patres in consesso existentes negare, annatas esse debitas, noluerunt propositam consultationem testibus illis Gallicis Apostolis concludere. Quę Curtisanorum impia sapientia, & conciliorum turpis servitus observanda est. In Basiliensi verò concilio annatae, alięq; similes expilationes & simoniz penitus prohibite sunt.

Post concilium Basiliense, Ludovicus Rex passus est, sibi à Legato & Papa Impio secundo, seu Sylvio, denuo extorqueri jus annatarum. Quę à qvo, & quando post illud tempus denuo à Regibus Gallicis impeditz sint, ignoratur. Factum enim esse, certum est. Ultimum certamen accidit sub Leone X. Nam ut ex appellatione scholae Parisiensis ab eo, vel Lupo vel Leone, ad cōcilium, impressa una cum Aeneo Sylvii commentariis Coloniæ Anno 1535. apparet, Franciscus Rex Galliae in Italia bellum gerens, motusqve non tantum blanditiis & fraudibus Papæ, sed etiam sperans, se favore ejus adjutum, facilis victoriam obtinere, & Italianam sibi subigere posse, concesserat iterum Papæ jus illud expilandi Galliam.

Verum, cum res aliter accidisse videret, ne ad alia damna illa expilatio etiam regnum ipsius penitus debilitaret: curavit, interposita Parisiensis scholæ protestatione & appellatione, annatarum exactionem impediens.

Semper verò in istis contentionibus Scholæ Parisiensis, totiusq; Gallie Prælati, suo Regi contra Papam adfuerunt, probantes, illas expilationes esse Simoniam, & multiplicia damna & scandala Ecclesie Dei

Balneum Magdeburgensis Archiepiscopi legatus fuit. Million est decies centum millia. Narravit Archiepiscopus Lugdunensis in consilio Basiliensi, anno Domini 1436. quod tempore Martini Papæ venerint ad curiam Romanam de Francia novem millioacs auri (id est, coronatorum) computati ab Episcopis & Prælaturis, absque iis, que computari non potuerunt de parvis clericis, qui quotidiane absqve numero current ad curiam Romanam, deferentes sepius secum totam suam substantiam. Archiepiscopus Turonensis dixit Basilez anno D. 1439. quod tres millions auri venerunt ad curiam Romanam tempore suo in quatuordecim annis, de Prælatis & prælaturis de quibus potuit fieri computatio, absque parvis clericis ad curiam currentibus. Indicet timoratus, quę vorago hęc?

Non est autem dubium, quin omnibus certis & accidentariis computatis, Papa plus singulis annis decem millions coronatorum uadiquaque corraserit, præterim vero, cum indulgentiæ in majori precio fuerunt. Quod vel inde probari potest, quod Ioannes XXII. tantum novendecim annis sederit, & tamen moriens viginti quinq; milliones coronatorum in thesauris suis reliquit.

Extat publicè libellus Petri Bertrandii, anno 1513. Parisiis editus, in quo narratur controversia, quę anno 1329. in Galliis inter Regem ac ejus ministros, & inter Episcopos, Prælatos & Officiales, aliasque Antichristi Harpyias extitit. Acriter tunc in eo toto regno certatum est, potissimum de eo, quod Episcopi & Prælati variè mirisque technis jurisdictionem etiam politicam ad se se rapere ac trahere voluerunt, & jura ac privilegia regni debilitate & infringere.

Recensentur 66. articuli (præter alios specialiores, qui etiam publicè tunc in conventu regni exhibiti fuerunt) in quibus enumerantur ordine modi ac viz, seu rationes, quibus jura & privilegia regni à clericis extenuarentur & subverterentur: qui profecto non parvi, sed maximi momenti fuerunt, dignissimiq; sunt, qui ab omnibus cognoscantur.

Actum est de ea re aliquot diebus Parisiis in maxima cum politicorum, tum Ecclesiasticorum hominum frequentia. Tandem polliciti sunt pseudospiritualis, se abusus, de quibus quererentur Rex & regnum, brevi correcturos esse. Et Rex subjecit: si illi non corrigerent, se correctum esse. Sed sic haud dubiè corixerunt, ut res ayo-

donec immixta adiutoria ornatum, dictaque & pronunciata de extero in dictis regno & Delph. perpetuo tenebuntur, & immobiliter servabuntur. Hęc autem presentium literarum scripto annotari publicarique, & inter regias nostras ordinationes registrari mandavimus, vt harum partium intervenientu, plenam inde notitiam habeat posteritas successura. Quocirca vobis omnibus & singulis supradictis & vestrum cuilibet, qui super hęc fuerit requisitus, commititus & mandamus, quatenus hanc nostram ordinationem in dictis regno & Delph nostris publicari, custodiri & immobiliter conservari faciat, dictas Ecclesias & personas Ecclesiasticas ab omnibus & singulis exactionibus supradictis, & liberas & immunes servari, & in hac libertate manuteneri facietis contradicatis, &c. Quod si volumus, &c. Datum anno 1406. 18. Februarii. In Concilio Constantiensi, cum praesidentes Cardinales vidarent, plerosq; patres in consesso existentes negare, annatas esse debitas, noluerunt propositam consultationem testibus illis Gallicis Apostolis concludere. Quę Curtisanorum impia sapientia, & conciliorum turpis servitus observanda est. In Basiliensi verò concilio annatae, alięq; similes expilationes & simoniz penitus prohibite sunt.

Post concilium Basiliense, Ludovicus Rex passus est, sibi à Legato & Papa Impio secundo, seu Sylvio, denuo extorqueri jus annatarum. Quę à qvo, & quando post illud tempus denuo à Regibus Gallicis impeditz sint, ignoratur. Factum enim esse, certum est. Ultimum certamen accidit sub Leone X. Nam ut ex appellatione scholae Parisiensis ab eo, vel Lupo vel Leone, ad cōcilium, impressa una cum Aenez Sylvii commentariis Coloniæ Anno 1535. apparet, Franciscus Rex Galliae in Italia bellum gerens, motusqve non tantum blanditiis & fraudibus Papæ, sed etiam sperans, se favore ejus adjutum, facilis victoriam obtinere, & Italianam sibi subigere posse, concesserat iterum Papæ jus illud expilandi Galliam.

Verum, cum res aliter accidisse videret, ne ad alia damna illa expilatio etiam regnum ipsius penitus debilitaret: curavit, interposita Parisiensis scholæ protestatione & appellatione, annatarum exactionem impediens.

Semper verò in istis contentionibus Scholæ Parisiensis, totiusq; Gallie Prælati, suo Regi contra Papam adfuerunt, probantes, illas expilationes esse Simoniam, & multiplicia damna & scandala Ecclesie Dei

Balneum Magdeburgensis Archiepiscopi legatus fuit. Million est decies centum millia. Narravit Archiepiscopus Lugdunensis in consilio Basiliensi, anno Domini 1436. quod tempore Martini Papæ venerint ad curiam Romanam de Francia novem millioacs auri (id est, coronatorum) computati ab Episcopis & Prælaturis, absque iis, que computari non potuerunt de parvis clericis, qui quotidiane absq; numero current ad curiam Romanam, deferentes sepius secum totam suam substantiam. Archiepiscopus Turonensis dixit Basilez anno D. 1439. quod tres milliones auri venerunt ad curiam Romanam tempore suo in quatuordecim annis, de Prælatis & prælaturis de quibus potuit fieri computatio, absque parvis clericis ad curiam currentibus. Indicet timoratus, quę vorago hęc?

Non est autem dubium, quin omnibus certis & accidentariis computatis, Papa plus singulis annis decem milliones coronatorum uadiquaque corraserit, præterim vero, cum indulgentiæ in majori precio fuerunt. Quod vel inde probari potest, quod Ioannes XXII. tantum novendecim annis sederit, & tamen moriens viginti quinq; milliones coronatorum in thesauris suis reliquit.

Extat publicè libellus Petri Bertrandii, anno 1513. Parisiis editus, in quo narratur controversia, quę anno 1329. in Galliis inter Regem ac ejus ministros, & inter Episcopos, Prælatos & Officiales, aliasque Antichristi Harpyias extitit. Acriter tunc in eo toto regno certatum est, potissimum de eo, quod Episcopi & Prælati variè mirisque technis jurisdictionem etiam politicam ad se se rapere ac trahere voluerunt, & jura ac privilegia regni debilitate & infringere.

Recensentur 66. articuli (præter alios specialiores, qui etiam publicè tunc in conventu regni exhibiti fuerunt) in quibus enumerantur ordine modi ac viz, seu rationes, quibus jura & privilegia regni à clericis extenuarentur & subverterentur: qui profecto non parvi, sed maximi momenti fuerunt, dignissimiq; sunt, qui ab omnibus cognoscantur.

Actum est de ea re aliquot diebus Parisiis in maxima cum politicorum, tum Ecclesiasticorum hominum frequentia. Tandem polliciti sunt pseudospiritualis, se abusus, de quibus quererentur Rex & regnum, brevi correcturos esse. Et Rex subjecit: si illi non corrigerent, se correctum esse. Sed sic haud dubiè corixerunt, ut res ayo-

aunciatum & conclusum per viam pacis traxat. Papa vero suscepit super sc nego-
cium examinandum, & finaliter terminan-
dum. Item ibidem Papa Clemens absolvit
Gaielnum de Nogaret, praesentem &
petentem absolui a sententia excommuni-
cationis, qva tenebatur propter Bonifacii
Pape captionem.

1535.

Lælii Capilupi Cento Vergi-

lianus de vita Monachorum, quos vul-
go Fratres appellant.

Ille ego, qui quondam, cum Galbus amore
periret,

Noctes atq; dies cecini, sub tegmine fagi,
Carminibus patriis levium spectacula re-
rum, (filio,

Majus opus moveo: non hic de carmine
Magnanime Aenea, nec et rationis egen-
tem,

Infelix Dido, miseri post fata Sychei:
At fratres rerum dominos, gentemque to-
gatam,

Illustres animas, & corda oblitera laborum
Dicame quidem, fretus cithara, fidibusq;
canoris

Fatidica Mantua: non omnia possumus
omnes.

O decus Italia, magna spes altera Ro-
me,

Cura Deum Hippolyte, proles pulcherrima,
bello

Per tot dulta viros antiquae ab origine
gentis:

Tu mihi, seu magni superas jam frigore
Rheni,

Horridus in jaculis & pelle Lybistidus ursa,
Arma inter regum, clypeoque insigne pa-
ternum

Centum angues, cinctamque geris serpen-
tibus hydram,

Ardens insurgens & grandia lilia qua-
sans:

Pag. 408. Sive Padi ripis augusta admœnia regis,
Vnde genus ducis Tyrio conspectus in ostro,
Inter sacra Deum patribus das jura voca-
tu: (nue captis.
Du facilem cursum, atque audacibus an-
Ab Iove principium generis, si crede-
re dignum est:

Diu quamquam geniti, tot iam labentibus
annis,

Sole sub ardenti gelidiq; sub aetheris axe,
Iam tum religio pavidos terrebant agrestes,
Victum infelis come, baccas lapidosaq; corna
Dant rami, & vulsis pascunt radicum
herbe.

Pocula sunt fontes liquidi: non Massica
Bacchi

Munera, non illis epulae nocuere reposita.
Nulla Venus, nullique animum flexere Hj-
menai.

Heu pietas, heu prisa fides, quis in
lia fando

Temperet à lachrymis? Longo post tempore
re venit

Vnus qui nobis Deus a there missus ab alto,
Is genus indocile & dispersum montibus
altis

Composuit, legesque dedit, nova quae
recta.

Idem omnes simul ardor agit, labor omnia
vincit

Improbis, & rerum fato prudentia maius.
Magnanimi Heroes, natim melioribus annis,
Europa atque Asia, super & Garamana
& Indos,

Centum urbes habitant magnas, atque an-
rectecta:

Aurca nunc, olim sylvestribus horrida do-
mis.

Tantum evi longinqua vales mutare vi-
sustae.

Nunc & pauperiem, & duros perfere
labores,

Saxa & per scopulos, & virginitas am-
orem

Rellgio vetuit, monitu imperioq; Deorum,
Quid loquor? an sua cuique Deus sit di-
ra cupido?

Ergo omni studio leti convivia curant.
An se focium, si frigus erit: si messis, in
umbra.

Hoc virtutis opus: glacies ne frigida ledet
Molli pecus, scabientque ferat, surpremit
podagras.

Et tunica manicas & habent redimicula
mytra.

At genus immortale, Deum praceps
secuti,

Incumbunt generis lapsi sarcire ruinas.
Stat fortuna domus, & aet numerant

accus, inquit, & punita mortis
tremendum,
Et quos aut pecori malint submittere ha-
bendo,
Dum faciles animi iuvenum, dum mobilis
etas.
Aut aris servare sacris, aut scindere terrā,
Condit opes altius, grandioris oppida cure.
Sunt quib⁹ ad portas cecidit custodia sorte,
Omnibus in morem tonsa est coma, obesa-
que terga, (dent.
Et crurum tenuis à mento palearia pen-
Omnibus idem animus, denso dissendere
pingui,
Quem legere ducem; sed non genus omni-
bus unum.
Sed neque quam multa species, nec nomina
que sint,
Est numerus: nec enim percurrere nomina
possem,
Non mihi si lingua centum sint, oraque
centum.
Stat sura nique dies, breve & irreparabile
tempus (atq.
Omnibus est: venier, lustris labentibus,
Cum dom⁹ & proles subito defecerit omnis.
pag. 409. Heu, nihil invitus fas quenquam fidere
divis.
Quid labor aut benefacta invane? sic o-
mnia fari
In pejus ruere, ac retro sublapsa referri
Tum sciat; aerias alpes, & Norica si qui
Castella in tumultis videat, desertaque regna.
Hic quondam morbo etiā miseranda co-
ora est
Vana supersticio, veterumve ignara Deorum,
Quam neque faszigni cuiquam, nec ster-
nereferro.
Mores & studia, & populos, consortia tecta
Sustulit ista prior Styg⁹ emissa tenebris.
Monstrum horrendum, informe, ingens, cui
lumen ademtum.
Odit & ipse pater Platon, odere sorores.
Per amorem primo, mox se se attollit in au-
tas, (veri.
Tam filii praeiuste tenax, quam nuncia
Inq. dies avidam surgēs caput alios effert.
Qua regio in terris nostris nō plena laboris?
Asper & extremis dominum cultoribus or-
bem,
Et penitus totū divisos orbe Britannos.
Quid memorem infandas cades, vericosā
Hymenau? (2)
Ausi omnes immanc nefas, ansaque potissim⁹

imago,
Quinetiam medias Italum bacchata per
urbes
Pestis & ira Deum, majoremque orsa fa-
vorens:
Haudignora loquor, cuncti se scire fasen-
sur.
Tertius ille honunum diuinque inter-
pres Asylas,
Os humerosque Dei similis, cui plurima
mento
Canicies inculta jacet, dependet amictus
Soratus ex humeris, omnis qvem credidit
etas
Semine ab aethereo, & genus alto à sanguini
ne discunt,
Fas omne abrumpit, irrepidisque repente
refugit,
Pictus ac tunicas, tot se versit in ora.
Heu mibi qualis erat, quantum mutatus
ab illo,
Seditione potens, instructus & arte Pe-
lasga
Ibat, & ingenii se se clamore cerebat,
Consilio versare dolos ingressus & astu,
Fertilis Ausonia populos sermone replebat,
Oblitus decorisq. sui, sociumq. salutis.
Ausus quin etiam sacra a vellere templo
Numina magna Deum.
Ergo omnis furis surrexit Hetruria
justis,
Tum celare fugam, veteres tellure re-
cludit
Thesauros, ignotum argenti pondus &
auri,
Conscius audacis facti penetravit ad urbes,
Et genus invisum, & diri sacraria Ditis
Arma Jovis fugiens atque alte mania
Rome.
Et nunc ille Paris cum semiviro comitatu,
Ignis ubi in medio, & soci⁹ cratera coro-
nant,
Te libans (Lenee) vocat resupinus in
RHINO.
Causa militanti fulgenti murice vestis,
Invidia infelix, laudumque immensa
cupido.
Nusquam tutæ fides, coluber mala gram-
na pastus
Hortator scelerum, stimulis agit abatama-
ris.
Nec requievit enim, donec de culmine

Italiam, Italiam, sinuosa volumina versat,
Arrectis horret squamus, & sibilat ore,
Horreoso referens, Dii ialem averricta ca-
sum,

Dy prohibete minas: superet modo Mantua
nobis,

Mantua dives avis, qualis. Berecynthia
mater

Lata Deum partu: precul o procul esse
profani,

Dii patrij servate domum, parvosq nepo-
tes.

Et placidi servate pios, dominamq poten-
tem.

Te precor, Alcide, magnum & memora-
bile numcu,

Quem primi colimus miserante in con-
moda nostra,

Hanc primum tutare domum, genus arce
luporum.

Hac casti maneat in religione nepotes,
Et nati uatorum, & qui nascuntur ab illis.

Quoferor: unde aby fugit irreparabi-
le tempus,

Singula dum capti circumvectamur amore:
Multaque prater ea post me memorandare
linquo.

Vos, o Calliope, precor aspirate canenti
Sacra, Deosque dapes, & plena pocula
mensa,

Fortia facta patrum magno nunc ore se-
nandum.

Omne adeo genus in terris, populumque
patresque

Mollibus è stratis opera ad lux suscitat el-
ma,

Et matusini volucru sub culmine cantus.
Principio delubra adeunt, atque are sonoro
Turribus aut altu, aut summi culmine
recti

Dant signum, fulsere ignes altaria cir-
cum.

Jamque sacerdotes soli cantare periti,
Velati lino volitant, ostroque decori,
Et cantare pares & respondere parati,
Agmine parito fulgent, lustrantque
chores

Atria: dependent lychni lagueribus au-
reis.

Stant atra circum, puraque in veste
sacerdos

Tercentum tenet nos Domus, tamquam

Ante aras plena supplex veneratur acerra,
Affaturq, Deos, tendens ad sidera palmas:
Se causam clamat, crimenque caputque
malorum,

Multaque se incusat, rapidogve bac addi-
dit ore:

Sabue, sancte parens, superi regnato r o.
lympi,

Semper honos nomenque tuum laudesque
manebant,

Et nos & tua dexteradi pede sacra secundo.
Nos tua progenies, cœlo qvibus annuis ar-
cem,

Hac ex more dapes, ille hac monumentare
liquit

Extrema jam in monte: hanc tanti zu-
minis aram

Servati facimus, meritosque novus lu-
nores.

Nate patria summi, tuané hac per vulnera
servor,

Morte tua vivens? que causa indigna st-
renos

Fadavit vultus? aut cur hac vulnera
cernot?

Vicit iter durum pietas: te janitor Orci,
Te Stygij tremuere lacus, tu scepira Ioviq
Concilias, tu das epulis accumbere diuum:
Parce piogeneri, & proprius res aspice-
stras.

Dyque Deaque omnes, tuque o sanctissi-
ma uates,

Alma parés, praesens nostro succurre labri.
Hac ubi dicit dedit, dicto no ex ore sa-
cerdos

Done laborate Cereris, cœlestia dona,
Miraturque, interque manus & brachia
versat. (verum,

Heu quid agas? varia confusus imagine
Atque animum nunc buc celerem, nunc
dividit illus,

In partesq, rapit variae, ut vertere mores

Exiguam in Cerere sua serunt nomine diui,
Et violare manu, malisq, audacibus orbem

Fatalis crux, peccatum percussit honestum
Terque quaterque manu, gemitum dans

peccatore abimo:

Sic ait: Haude quid est ali me dignor honore,
Et sacer implevit dextram scyphus: ocyus

omnes
Demisere caput percussa pectora matres.

spargens rore levit, & depast a claria
luit.

Haud mora, continuo perfectis ordine
votis,

Confurgit senior, divosq; in vota vocavit,
Nudato capite, & medio flans aggere fa-
tur:

Asper acerba sonans, intentis omnibus,
unus

Fata canit, susus propexam in pectora bar-
bam.

Edocet, humanis que sit fiducia rebus,
Tartarae etiam fauces, noll emque pro-
fundam,

Et conjaratos cœlam rescindere fratres,
Supplicia & scelerum penas, sedesque
beatæ,

Ambrosie succos, & odoriferam panacea-
eam,

Admonet immiscetque preces, alternas
que jactat

Brachia protendens, flammantia lumine
torquens,

Obtutu tenet ora, soloque immobilis haret.
Incipit effari, mediaq; in voce resistit.

Omnia transformat se in miraculare rū.
Ille sicut morbosq; ferens mortaliib; egris
Horrendas canit ambages, præsensiq; mina-
tur

Exitium, veterum volvens monumenta
virorum,

Aestuq; & pluvias & æquates frigora vētos
Obscuramq; famē, & tristes denunciat
bras.

Horrescunt corda agricola, stupet insacia
turba.

Vota metu duplicant matrēs, atque fu-
ture

Conclamant, resonant late plangerib; ades,

Lamentis, gemitusq; & feminco ululath.
Talia vociferans, solloq; tollit ab alto

Tempora nudus adhuc, tunicaq; indinctur
artus

Tum virgam cepit, hac animas ille evo-
cat Orco.

Hunc circum innumeræ gentes miserabile
vulgas,

Post alii præceres, vita & criminis dicit
Munero portantes eboris auriq; talenta,

setigerosque suos, Dodoneosque lebetas,
Prosequitur venia, & verbi compellas

amicis.

ramittit.

At qui divitias soli incubnere repertis,
Fulmine dejecti fundo voluntur inimo.

Atque ea diversa penitus dum parte ge-
runtur,

Tebatum augustum, ingens, centum sublime
columnis

Infruitur, medisisque parant conviviate-
ctis.

Ordine abena locant alii, flammæque mi-
nistrant,

Pars calidos latices, veribusque trementis
figunt

Terga suum, centum pingues cum matriq;
agnos.

Pars epulis onerant mensas, cereremque
canistris

Expediunt, tonsisq; ferunt matilia villis.
Supponunt alii culros, Bacchumque mini-

strant.

Discurrent, variantque vices, arisque re-
licitis,

Pag. 400

Perpetuis soliti patres considere mensas,
Circum claustra frement, arrectuque an-
ribus astant.

Intenti expectant signum divosque pre-
cantur.

Tum pater omnipotens, rerum cui sum-
ma potestas,

Tandem progradientur, magna stipante ca-
terua.

Monstrum, horrendum, ingens, trassum
farragine corpus.

More patrum solo medius consedit avite,
Ille operum custos, illum admirantur, &
omnes

Circumstant fremitu denso, cum sape coor-
ta est

Seditio, sevitque agitans discordia fra-
tres.

Ille regit dictis animos, fratresque su-
perbos

Imperio premit, ac vincit & carcere
frenat.

Ne pueri, ne tanta animis effusitate bellaz
Tuque Prior, tu parce, genui qui ducis O-

lympo.

His animadversis, opera inter talia pri-
mus

Ultrò animos tollit dictis, atque increpat
ultrò:

[O socii, nec enim ignari sumus ante malo-
rum.

Exiit ipsa modum : nunc viriosus
sus,

Nunc manibus rapidis, omni nunc arte ma-
gistra.

Quod votis opreatis adest, sic itur ad astra.
Ergo agite, & cuncti nunc illas promite
vires.

Gomunemq; vocate Deum, & date vina
volentes.

Hic finis fandi, solio insenuitq; flagello.
Usque dato signo spacia in sua quaque re-
cessit

Ordine cuncta suo, tunc facta silentia lin-
guis.

Sic animis juvenum furor additus : inde
lupi cou

Raptorestr in nebula rapiuntque ru-
untque

Diripiuntque dapes, contactuque omnia
fendant.

Nec mora, nec requies, olli certamine sum-
mo

Tergera diripiunt costis, tum dente tenaci-
Dant sonitus, duro crepitant sub vulnere
male.

Implentur veteris Bacchi, pinguisq; ferina,
Teuthonicorū vertunt crateres abenos.

Postquam exēta famēs epulis, vox o-
mnibus una,

Cæli colum regi grates persolvere dignas
Non opis est nostra. Media inter talia verba
Nescio qua preter solitum dulcedine lati,
Devenere locos letos, cantusq; dedere,
Ceu quondam uivei liquida inter nubila
cygni,

Cum sese è pastu referunt hic flumina circu-
Fundit humus floras, texunt umbracula
vites,

Hic galidi fontes & prata recentia rivis,
Spelunce, viviq; lacus, ac lustra ferarum.
Tum laqueis captare feras, & fallere visco
Impendunt curas, & retia ponere cervis,
Auritosq; sequi lepores: & fluminis alveo,
Cum venti posuero, aliu trahit humida
lina,

Pars in gramineis excent membra pa-
lastris, (rum.

Et tenues rumpunt tunicas per opaca via-
Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina
dicunt,

Cosonat omne nemus strepitu, risuq; soluto,
Tunc pietate gravem ac meritis si forte vi-

(Fit via vi) penetrant aulas & liminare
gum,

Discurrunt alii ad portas & tecta domo-
rum,

Convectare juvat pradas, & vivere ra-
pto,

Venturaque hyemis memores quæstare re-
nunt,

Aut factus ovium, aut urentes culta capel-
las,

Castaneaque nuces, pariter frumenta se-
quuntur.

Interea socios vocat alta in templis fa-
cerdos

Fam pridem resides, agrisque effusa juven-
tus,

Undique conveniunt, & tristia funera
ducunt,

(Ne quid in experum) crepitantiaque cas-
secuti:

Tum gemini fratres, nec multum discrepat
etas.

Funereas rapuere faces, de more ve-
sto

Incedunt pueri, defunctaque corpora
vita,

(Quod genus hoc hominum?) lati clamur
reportant,

Hic matres miserae, puerique parentibus
orbi

Fleant maghi, resonat magnis plangoribus
ether,

Spargitur & tellus lachrymi, & molle phæ-
retrum,

Ipsilatitia voces ad sidera jacant
Per mediis urbes, longe cum vesti sacri-
dos

Instravitque viros, dixitque novissima
verba

Manibus & cineri. Quam molliter ossa
quiescent;

Tum lecti juvenes media testudine
tempis

Incarrunt densi, spoliantq; calentia mu-
bra

Religione patrum, foveisque abscondere
discunt.

Devekointerea propior fit vesper o-
lympos,

Tellapetunt, multa referunt se noctem mi-
neres.

ves.
Tunc somni dulces, & tunc mollissima vi-
ta.

Postquam prima quies epulis mensaque
remota
Porticibus longis, nil magna laudis egen-
tes.

Invalidisq. senes somno vinoq. sepulti,
Consciuere, sopor fessos complectitur ar-
sus.

Omnibus una quies, operum labor omnibus
unus,

At non in Venerem segnes, & dulcia
furta,

Egregia forma, & primo flore juven-
tus,

Defensi tenebris, & dono noctis opacæ,
In furias ignemque ruant, nec claustra,
nec ipse

Custodes sifferre valent, amor omnibus
idem.

Multis præterea, quod rebus restat egenus
Sepe manus liquido distendunt nectare
cellas;

Magnanimum Heroum pertentant gaudia
pectus,

Solamenque mali distillat ab inguine vi-
rus.

O fortunatos nimium, sua si bona nō
vint!

Non absunt illis saltus, armentaque
@ta,

Calati argenti sunt, aurum multa talenta
Sacra Deum saultosque patres, & chara
fororum

Pectora mæcentam, tenebris & carcere
coco

Centum arei claudunt vestes, & sepe sine
ullis

Conjugis vento gravide, mirabile dictu,
Religione sacra: non haec sine numine
Divum.

Jam nova progenies calo demissitur alto.
Credo equidem, nec vana fides, genus esse
Deorum.

Salve, vera Jovis proles, tibi nomina
mille.

Dives opum, dives picea vestis & auri:
Omnes cœlicolas centum complexa nepo-
tes.

Hinc Italæ gentes, omnisque Oenotria tel-
læ,

In dubio responsa ferunt: tibi maxima

Europam asque Asiam magno turbante in-
multu,

Non equidem in video: ipse procul discors
dibus armis

Haud impacatos à sergo horribilis Iberos.

Non unquam somnos abrumpit cura salu-
tres. (faissim

Asque utinam ex vobis unus, vestrique

Aut custos gregis, aut matara vinitor uae,
Omnia vincit amor: quis enim modus ad-

fit amori?

Ille mihi thoraca simul cum pectora rupit,
Transadigit costas, siquitque volatile fer-
rum,

Altius ad vivum per sedit vulnera mucro,
Quid facerem & salin' possum me opponere
monstro?

O fortunata gentes, genus ab Iove summo,
Vobis parta quies: nos flendo ducimus hor-
ras,

Nos alios hinc ad lachrymas eadem horri-
da belit

Fata vocant, sevit toto Mars impius orbe.
Regibus inces sit magno discordia motu.

Hinc movit Euphrates, illinc Germania
belum,

Turbidus & torquens flaventes Ister are-
nas.

Extremis, hominum Morini, tot millia
gentes

Arma ferunt Italia, sanguis novus imbiuit
arma.

Nunc etiam horribili visu portenta se-
quantur,

Obscena volucres (id rebus defuit nnum)
Aether agit obscurant pennis, camposque pa-

rentes

Fatæ nube premunt. En queis conservimus
agros?

Nec tantus mora prodigiis, bella, horrida
bella,

Et Tiberim multo spumantem sanguine
cerno.

Ecce inimicus atrocis, genus insuperabile
bello,

Victor ab aurora populus fumus quoque noi-
nat

Dejecturum arcus Italum, excidioque de-
surum

Aere caro, currug' volans dat lora secundo
Per Graium populos, & Iapidiæ arva Ti-

mavis.

Hoc quæcumque genitudo, Iam venit ad

*Perduxit miseros & nec habet fortunare-
gressum.*

*Hos inter mortus, atque hac terram in-
tanta,*

*Ipsa immota manet, spectatque interrita
pugnas*

*Chara Deum soboles : solido de marmore
templa*

*Assiduo resonat cantu, nec ferrea iura,
In sanum ve forum, aut populi tabularia
vidit.*

*Atque metus omnes strepitumq. Acheron-
is avari*

Subjecit pedibus, non ulli obnoxia cura.

Et spectare dapes solemnes ducere pompas

Ad delubra juvatis, cesosq; videre juvencos.

*Hic amor, hoc studium, summanitur
opum vi,*

Regales inter mensas, nymphasq; sorores,

*Sideris in numerum, atq; alto succedere
caelo :*

Is locus urbis erit, requies ex certa laboru.

Vivite felices, o terg, quaterq; beati:

*Quo res cung; cadent, si quid mea carmina
possunt,*

*Nulla dies unquam memori vos eximet
evo.*

pag. 415. Philippus Decius in consil. 151.

1535. maximi ponderis num. 4. vol. 1.

Quando Papa (ait) est incorrigibilis in aliquo notorio dicto, pro quo Ecclesia scandalisatur, glossa in terminis in c. si Papa 40. dist. tenet, quod Papa accusari possit: & de illa glossa maximum fuit factum fundamentum contra Eugenium IV. in concilio Basilensi: & illa glossa communiter tenetur per omnes: ut Abbas dicit in c. significasti. de elect. & in disput. Episcopus & quidam rector: ubi inquit, quod totus mundus approbat illam glossam: & illam gloss. pluribus rationibus comprobat Ludovicus Rom in consil. 523.

Primò quia Papa, qui in notorio criminе perfistit & non vult corrigi, in suspicionem hæresis incidit. 38. dist. c. fin. 86. dist. c. si qui sunt, & c. fin. de pœnit. Sed pro hæresi Papa accusari potest, d.c. si Papa. Ergo protali criminē.

Secundò, quia removetur Episcopus ab Ecclesia particulari, ut scandalum tollatur, ut notat Innocent in c. cum pridem de renunt. Idem à fortiori videtur dicendum in summo Pontifice, in quo est pericu-

los homo moriatur pro populo, nōcā gens pereat.

Ergo Papa ī incorrigibilis moriatur civiliter, ne tota Ecclesia pereat, quia Papa positus ad gubernationem populorum, non debet esse ruina illorum: ut text. dicit u. q. 3. in c. corporis. Nam tot mortibus dignus est, quod exempla perditionis ad suos trasmittit, c. præcipue, it. q. 3. Imp. Car. 5. Pp. Paulo 3.

*Judiciū ex eius iacioī regi c. Iesu: quo-
modo tractandi.*

Martini Huserus, Ioannes Kirmae, Dionysius Milandinus, Ioannes Lutnicus, Iustus VViderus, Casparus Capellus, Ioannes Pistorius, aliique verbi divini ministri passim in Hassia degentes, circa hoc tempus libro publicato, truis ratio-nibus & argumentis demonstratū, indecōs indignos, ut nostris fruantur hospitiis, ad extremos, quod dicitur, Indos que-
gos, & expelliendos esse. Quod si nihil un-nus ipsis hospitia præbere visum fuerit, a blasphemias interdicendum: libros eorum horrendis convitiis contumelijisq; refutos comburendos esse.

Nam quamdiu liber ille, quem Thalmud sua lingua vocant, integer conservetur, de odio & convitiis, quibus nos petunt, nil unquam ipsos remissuros, licet id mille sacra-
mentis seu juramentis, nulla habita co-
scientia ratione, pernegant.

Ad lectionem præterea novi & veteris Testamenti, ad audiendas conciones la-
cras, interpretationesq; sacrorum librorū cogendos, à contraria prohibendos, ad opera deniq; manuum adigendos, artibus que mechanicis instruendos esse, ut duro, & aspero labore confecti, tandem ad sanio-
rem intentem redeant.

Lutherus item in eo libro, quem contra Thalmudistas edidit, monet: Synagogas ipsorum destruendas, & rai familiaris cu-
ra, administrationeq; & extructio-
nēdium ipsis interdicendum esse, ut nimirum more erronum in stabulis habitent.
Libros eorum cremandos, à rostris & ca-
thedris deturbandos esse Rabinos, ne impia
doctrina miseram gentem seducant. Pri-
vandos insuper omnibus pecuniis, & con-
tractibus prohibendos, detrahendas illis
omnes vestes magnificas & splendidas: de-
niq; ad arandam, fodiendam & excolandam
terrā ipsos esse impellendos.

Sin conditionibus his nobiscum vivere
renuant, ex finibus nostrarum regionum ex-
igendos esse, quemadmodum etiam ex
Gallia, Hispania, Bohemia, Venetia, Silegia,

quiens, Illustrissimi Principes, & vos Evangelii praecones vigilantissimi, hoc meum confilium vobis visum fuerit non satis prudens, & eommود, vos etiam atque etiam monitos volo, ut prudentius aliquod excoigitetis, quo nimiram jugum illud, & Satana cervicibus nostris impositum, excutiamus, neque ire & participes fiamus mendaciorum blasphemiarum, execrationumq; quas in Christum Iesum Servatorem nostrum, & Mariam virginem matrem ejus, in omnes deniq; sanctos ex fedissimo suo palato eructant.

Nolite (quæso) illis patrocinari, pecuniam ab ipsis mutuam ne accipite, ab omni eorum commercio & societate, tanquam à peste & pernicie, abstinet. Nam enim satis superque onera peccatorum tanto premimur, cui ferendo nō sumus. Caveamus igitur, ne ad hoc onus aliis præterea cumulus accedat: cogitemusq; nobis quotidie pugnandum esse cum Satana, carne, Turca, Christiani nominis hostibus infessissimis, ita ut seria penitentia, & vita emendatione valde opus sit. Hisce meam excusatā volo conscientiam: Nam pluribus vos monere & hortari nō opus habeo.

Bernardinus Arlunus in Chronico Mediolanensi.

Mercatores duo non ignobiles, per Taurinos saltus in Galliam profecti, amplioram humana specie virum obvium habuerunt acerbitique repente ab illo mandatum in hæc verba suscepere: Ludovicum Sfortiam fratrem meum alloquimini, hasque illi literas nomine meo date. Obstupentibus illis, & percunctantibus, quisnam esset? sese Galeaciū Sfortiam esse, respodit: & mox ab oculis eorum evanuit.

Illi propter Mediolanum redière inde Viglevanum, ubi Mantus agebat. Literas duci offerunt, ab aulicis irridentur. At cum pertinaciter in nuncio persisterent, in carceres conjecti, & tormentis examinati, nihil fraudis subesse, constantia sua declararunt. Magno interea metu & consternatione de aperiendis literis consultabatur. Dabitantibus ceteris, unus Galeacius Vicecomes id ausus est. Charta erat in Pontifici Brevi (ut vocant) modum complicata, oblonga, caviculo tenuissimis filis æneis obliterata, ejus verba hæc erant:

O, ô, ô Ludovice, cave tibi: quoniam Veneti Galli; in tuam perniciem coituri sunt, tuamq; à stirpe rem eversuri.

Verum si mihi tria aurorum millia deaderis, dabo operam, ut conciliatis spiritibus, sinistra fata avertantur, idque sequuturum spero, si mihi non adversatus annueris. Vale. Subscriptio eorum.

ret, a superstitione hac largitione Princeps prudentissimus abstinuit, & mercatores domum remisit. Ceterum non multo post a Ludovico XII. Gallorum Rege principatu dejectus, & captivus abductus est. Imp. & Papa ut sup.

Christophorus Mandelius Ofensis, & Conratus Husserus.

Hi Turcae tantos progressus in Ungaria, Bohemia, Morevia, Silezia ac Austria ideo tribuunt, quod, etsi Magistratus ibi Iudeos manifeste Expilatores, usurarios, Collybistis, Fallatores monstrarunt, mensura, ulna & ponderis, Veneficos, Christi infenfissimos hostes, Christianorum liberos furantes necantes, & eorum sanguine crudeliter abutentes conspicunt: nihilominus tamen illis indulgent omnia, ut apud eos. Imp. & Papa ut sup.

Conradus vero Husserus, qui de imposturis Iudeorum peculiariter tractatum scripsit, ait: Iudeos prodictionibus Hungariam Turcis patefecisse, Inflammatumq; Cretam eidem proddisse, ob que id Icelus a Senatu Veneto in exilium actos. Reperiuntur, inquit, Christiani, Nobiles etiam, & alii, qui Iudeis pecuniam suam subministrarunt, quibus suo nomine foenerentur.

Et postea, Iudei, ut recipiantur, pecuniam consiliariis largite profundunt, quippe qui eam aliis per fraudem eripuerunt, ut aliis largiantur. Tanta siquidem libido habendi quosdam invavit, ut vel à Satana oblatum aurum nondenegent, eidemque accepta mercede inserviant. Qui etiam concionatoribus sepe, cen canibus injicta offa os obturant.

Receptatores illorum similes esse hominibus, lucios in piscinam suam variis piscium generibus refertam, mittentibus.

Ibidem. Precantur & rogant Deum Iudei quotidie, ut perpetuam victoriam contra Gothos, id est, impios & impuros Christianos (sc enim nos appellant) sibi concedat & latigiatur.

Formula execrationum, quibus mala nobis omnia imprecantur.

Domine, impios ipsis preface, gladius, hostis & adversarius ab eorum latere nunquam recedat: rem coram judice agentes causa extidant: preces eorum in maledictione convertantur, dies illorum pauci sint & ærumnos: regnum ipsorum occupet & possideat hostis, Vagi & errabundi liberi illorum sibi domicilia querant, spolientur opib; hereditatem ipsorum invadant & diripiant peregrini: ab omnibus sint derelicti: nullus misericordiz aliquo affectu erga ipsos

dum illud crudele, quod erga nos imo subpectore, reposum gerunt. Venientem ad se Christianum his verbis excipiunt, Scher Wilson, quæ vox Germanis autibus bene sonare videtur, reversa autem maledictio atrox est. Nam si eam interperteris, hic sensus erit: Gulam tibi frangat Sathanas, cuius nomine huc ingrediari. Interim alter imprudens, summa se cum gratulacione excipi ptans, gratias ob maledictionem nebulonibus agit.

pag. 417.

Doldus Jesus.

Habent item Indæ librum, qui extat hoc titulo: qui detestabilibus blasphemias erga Christum scatet, ut carum meminisse exhorrescat animus.

Christum Dole vocant, id est, latronem suspensem. Mariam matrem ejus Harriam acervum steroris appellant. Ex vocabulo Iesu numerum 316. & totidem blasphemias colligunt. Munsterus refert, Christianum observâsc legentem Iudeum, qui, quotiescunq; nomen Iesu occurrisset, cum fastidio expusset his verbis: Gemach Schemohu Velicharu, id est, nonnen ejus deleatur funditus.

Ioannes Isaacus, professor sacræ lingue Coloniæ de his fuse scripsit. Execrandorum Iudeorum atrocissima omnes historiz nobis proponunt innumera scelera: & ego eorum plurima horrenda & inaudita in promptu habeo: sed brevitatis studio hic omittere, & ad aliud tempus reservare volui. Constat enim, sepiusq; & plurimis in locis eos veneno aquas & fontes infecisse: homines & pecora sustulisse, Christianorum sanguinem diris modis profuditse: hostias à Christianis, ipsisq; sacerdotibus plurimas emisse, & ad beneficia & toxica pessime abusos fuisse: & in locis ubi degunt largè illos crescere, Christianos verò lenta quasi tabe emarcescere. De quibus etiam alibi in hoc opere.

1536. Ambrosius Moibanus in libro de Mandato Christi.

Retulit hic, quod Prælatus quidam, cum per omnem suam vitam ex merâ pertinacia Evangelio fuisset adversatus, idque verum esse Evangelium negasset, quia nimis nullum ederet miracula, morbo correptus, atque eo ad mortem usque laborans, ita dixerit:

O mi Deus omnipotens, remitte mihi, quod tam pervicaciter Evangelium tuum, quod hodie prædicatur, contemserim, idque nullam miracula faciendi vim habe-

re, ut nunc quidem aperte contra Evangelii sui prædictores, potuerimus. Illi profectò prædicatione suæ munem missam, omne purgatorium nostrum funditus subruerunt, quod ego cum omnibus aliis Papistis nunquam poterit obtinere.

Peto itaque veniam, & imploro misericordiam Dei, ne mihi imputare incredibilitatem meam velit. Atque ita prælatus iste haud multò post obdormivit. Imp. Cat., Papa Paulo 3. ut supra.

F. Thomas Facellus de rebus Siculis.

Hic mentionem facit Sibyllæ turris & sepulchri in Sicilia.

Idem. Sed & alia in hoc fretore mira frequentier appetit. Nam mitigat turbidæ quietoq; aëre, circa diei exortum, ilucentे aurora, variaz animantium hominumq; formæ in aëre crebro communi, quarum aliae penitus mortuæ sunt, plena, vel in aere discurrunt, vel inter se dimicant. De his etiam Polycletus de rebus Sicilis, & Aristot. de mirabilibus.

Idem. In soliarum perfidia Deum & urbe & fanis discedere, constat.

Idem pro impetranda venia legatissimando ad Romanum Pontificem misit sunt his verbis: Qui tollis peccata mundi, misericordia nostri. Quibus facetissimè à Pontifice id solam reponsum est: Ave Rex Iudeorum, & dabant ei alapas. Imp & pp. ut sup.

Idem. Messanæ patrum nostrorum memoria, Cola pisces, sed Catane ortus, vicunæ seculis admirandus, qui omnem ferit vitam, religia humana societate, solitam in freto Messanensi, inter pisces pergit, adeo, quod diu extra aquas maris se non pateretur, pisces cognomentum fortius est.

Idem. Aetate mea, anno salut. 1336, tertio Idus Augusti, infans tria habens capita tria pectora, sex brachia, totidemque pedes natus est: qui ex triplicis capitis ore, & lacugebat, & vagiebat, ut vidimus. Tres habuisse animas id monstrum, ex triplice pectori, ex quo triple cor infertur, & Philosophi & Theologi optimis rationibus argumentantur: quod & diversus interitus probavit: nam idibus eiusdem mensis infans extinctus est: ita ut spiritus unum quidem caput manu, alterum mox, tertium verò paulo post reliquerit.

Idem. Mirum porro & illud, quod de pœnæ fonte Diana scripsit Solinus: si quis mulier in pudica aquam eius vino immiscuisset,

idem. In Alephino agro fons est, qui, cum
fletur, quietus & tranquillus est: sin autem
tibz sonant, exultebundus ad cantum ele-
vatur, & quasi miretur vocis dulcedinem,
ultra margines intus scit. cx C. Julio Soli-
tio & Dionysio Afro.

Idem. Ioanna Pancita Agrigentina mu-
lier, etate mea Bernardo Belluardo Agri-
gentino nupta, tanto fuit fecunditas, ut
tricies circiter enixa tres supra septuaginta
ediderit liberos. Quod prater fidem
nulli videri debet. Siq[ue]d[em] 7. de natura
animalium cap. 4. scribit Aristoteles, mu-
lierem quondam quatuor partibus viginti
edidisse liberos. Singulo enim partu quinq[ue]
emisit.

Magnus quoque Albertus mulierem
quondam in Germania, configuratis con-
formatis que in utero duorum & viginti in-
fantum corpusculis, abortum fecisse:
aliam vero etiam septuaginta: sed & ali-
am ejective in pelvis corpuscula articula-
tis dorsi magnitudine centum & quinqua-
ginta refert. Et (ut amplius increscat ad-
miratio) Margaretam Henneburgensem
Comitissam, anno salutis 1276. etatis
vero sua 42. in die Parasceves, nona ho-
ra, ante meridiem, infantes vivos promi-
seui sexus trecentos sexaginta quatuor pe-
perit, una per civesducta, publicis inscri-
ptionibus, & ipsorum cadaverum numero
que adhac in eadem visuntur urbe, con-
stantissimum est. Qorum masculis Ioannis
feminis vero Elisabeth Guido Episcopus
sufragancus Traiectensis, qui baptismo eos
initiavit, nomen imposuit.

Hic porro statim una cum matre dece-
dentes in maius templo, atque in ea-
dem una tuorlati, Epicaphium habent in
tantum rei indicium.

Et (et nostra etiam demum adjiciamus)
An. salutis 1430. Melane mulier quondam
annos 24. nata, novem infantulos uno si-
mul partu edidit. Quo postquam pe-
rit, una cum filii extincta est.

Et sicut sine, quibus septem in utero es-
tulit placeant, & propterea rotidem dunata-
xat fetus concipi posse, ex Galeni quoque
de spermate suo tradiderint (unde & iu-
re consultos lapidos errore censendum est)
ea tamen omnia & temere prodita, & opus
illud Galeninou esse, eruditis perspicu-
um est.

Antonius Musa à Bravavolo.

Hic scriptum reliquit, Ferrarenssem
quondam nostra etate modum invenisse
conficiendi pulveris tormentarii, qui ex
bombardie orificio emisus, nullum sonum
faciat. Imperat. Carolo 5. Papa Paulo 3.

in labro à sua canicula, & post quar-
rum mensem rabiem concepisse, & inter-
fuisse. Sic Rabula rabie periit. Imperat. &
PP. ut sup.

*Joannes Lucidus in Chronico de
emendatione temporum.* 1536.

Quid sit aureum, argenteum, zecum,
stanneum, ferreum & plumbeum seculum:
item quis sit verus dies passionis Christi,
& ordo Regnum, repertus apud hunc
Ioanne Linicum. Imperat. Car. 5. Papa
Paulo 3. ut sup.

*Franciscus Georgius Lelius for-
dans, Castellus Euoninus.* 1536.

Hi libris & scriptis suis de Romana se-
dis origine & autoritate, probare nitun-
tur Ecclesiasticon in temporalibus do-
minum, Moysis exemplo: sed quia simile
non est idem illi viderint. Imp. Car. 5. Pau-
lo 3. ut sup.

Signa.

pag. 419

In Hispaniæ quodam oppido, die Febru-
arii mensis septimo, circa horam noctis se-
cundam (ut ex aliis Fincelius recitat) visi
sunt, caelo aq[ue]o & nubilo, duo adoles-
centes armati, gladiis congrederentes: quo-
rum unus habuit in lava manu parvam
aquila insignitam cum inscriptione, Regna-
bo: alter vero scutum prælongum cum in-
scriptione, Regnavi. Verum cum mono-
machiam instituerint, aquilam habens,
prostrato hoste, victor demum evasit.
Ut sup.

1536.

*

De Roma Vultejus sic scripsit. 1536.

Via. Roma quid est? Pal. Quid te docuit
præposterus ordo.

Via. Quid docuit? Pal. Iungas versacio-
menta, scies.

Via. Roma amor est? Pal. Amor est. Via.
Qualis?

Pal. Præposterus. Via. Unde hoc?

Pal. Roma mares. Via. Noli dicere plu-
ri, scio.

Imp. Car. 5. Papa Paulo 3. ut sup.

*Ambrosius Blauter concionator,
vir Nobilis.* 1536.

Hujus thesaurus spiritualis, sive libellus
consolatorius, qua ratione Christianus ho-
mo se parat ad mortem, & arcam ferat,
hoc tempore in lucem prodit. Imper. Car.
5. Papa Paulo 3. ut sup.

Mirum Dei judicium. 1537.

Anno salutis humanæ 1537. Dux Sa-
xonie Ioannes, Filius Ducis Georgii, Dre-
sider obiit 11. Ianuar. Iste Princeps quondam

habere debere Lutherum, Principem Ioannem, si rerum summa ad ipsum foret de ventura, longè alium ipsi esse futurum hostem: se namq; fore chalybeum, ubi parens ejus fuerit ferreus.

Lutherus autem ridens hanc vecordiam dixit: Dux Ioannes videat & cogitet, qvmodo feliciter & benè queat mori: & ad didit, se minas ejus non metuere: constare namque sibi, qvod obitum Parentis sui non esset visurus. Igitur Dux Ioannes ex Luca Pictore refiscens responsum Lutheri ad intentatas minas, & impropitium nuncium, perturbatus mente, & melancholia correptus ac tristitia, brevi post indignatam expiravit animam. Vincentius Sturmius. Imperator. Carelo 5. Papa Paulo 3.

Ostenta.

1537.

Anno 1537. in Italia 25. Ianuarii aquila per aërem volavit, oculos è diametro ob vertens Soli: in pede dextro tenuit lagena vini in altero serpentem convolutum. Aquilam insecuræ sunt multæ picæ & gra culi, camque subinde incessebant, sine tamen noxa. Brevi post crux Burgundiæ conspecta fuit, tinctæ coloribus, rubeo, flavo, candido, viridi, denique vero aqvo. Frial.lib.1.ut sup.

Rasura Monachorum & Sa cerdotum.

1537.

Rasuræ monachorum & sacerdotum magnum mysterium subesse affirmant: qvod videlicet illa fit efficacissima ad excitandam Venerem. Cujus rei exemplum est. Mulier qvædam maritum suum apud judicem impotentia accusaverat. Sciens autem Iudex, mulierem hanc adulteram esse, & cum Monacho rem habere, maritumque ejus falso accusari, statuit, ut maritus tondeatur, coronamque capiti suo radat, & cum conjugé dormiat: qvod tamen consilium clam marito indicatur. Ob temperat ille judicii, & mulier attacu co sonæ Monachum sibi adeste eredens & condormire, laudat mariti potentiam. Tandem à marito cognoscens quis esset, totum hoc tonsuræ adscriptis, qvod etiam ille affirmavit, dicens, poros capitis crine ob strikos, exhalare superfluitates non sinere: necesse igitur esse ut coitus impediatur, abrasis igitur pilis contrarium ei scrip perscrivit, exemplum Monachorum reliqurumque sacerdotum adducens, qui omnium essent potentissimi, juxta proverbium, Qui non potest indulgere Veneri, radatur.

Italia appellata, Mantua, de consilio Fr. Baptiz Cremonensis, Prædicatorii Ordinis. Hujus sectæ fratres, & sorores (ut facile credi potest) carnem suam hec modo solent domare, propriis suis vi bus, ut loqvuntur. In uno enim lecho concubunt, etuce interpositâ, ne coire unâ possint. Tali concubitu tandem utuntur, qvoad nullas amplius carnis titillationes sentiunt. Sed cum hypocritæ hæc, & locus innotesceret, ob impudicam & flagitiosam vitâ ex totâ Italia ejeciunt. Imp. Car. 5. PP. Paulo 3. ut sup.

Ioannes Agricola in proverbiis & sermonibus.

Ioan. Lichtenbergius Bavariæ principi in Ephemeridum suarum ecclisiæ predicationibus, ut ita dicam, seriè admonuit eum scripto, tum pictura, Leonem Aquilem tu latebras petiturum. Sprevit ille: at non multo post à Maximiliano Imperatore, gravi bello petitus est. Ille idem Pontificem multò ante, qvam Lutherus religionis causam ageret, ad penitentiam & Ecclesia reformationem hortatus est.

Idem. Ioannes Teutonicus magnimominis olim, patre natus presbytero, editionis opinione ad Halberstadtensem canoniciatum, ad qvem alioqui non nobiles, & loco nati legitimo admittuntur, concendit: ceterum quia à collegiis ob generis ignobilitatem spernebatur, convio exceptit illos splendido, & caprata occasione, vellentes singulifuos videre patres? interrogavit. Id cum ilii se vehementer cupere dicerent: arte magica umbras excitavit deformes, cuique itabulam morionis, rustici personam gestantes, quarum facies in paternis ædibus aliquando se vidisse fatebantur convivæ. Ad tremum, Ioannes suum quoque patrem civit, habitu canonici, aequalicolo pingui. Dimisissis umbris, eccujus tandem patrem nobiliorem esse judicarent? convivas interrogavit. Illi inctu territi, pudore suffici, suas qvisque domos repetiere: & Ioanni porrò si non natalium, at virtutis tam commendatione claro, molesti esse desierit. Qui qvæ vult dicit, qvæ non vult audiit. Imp. Car. 5. PP. Paulo 3. ut sup.

Idem. Ioan. Tritheimius Abbas Spanhe p mensis, eas cruces, qvæ cœlitus anno 1515. in vestibus hominum imprecisæ apparuerunt, decennio post energiam suam habituras, prædictis. Nec defuit eventus. Anno enim 25. religionis nomine, seditionis rustici & se ipsos. & rotam Germaniam maximis ini

& 34.

Prælatus quidam gulz ad eò indulgebat intemperanter, ut pessimum ex quotidiana sibi crapula contraxerit morbum. Consultis igitur Medicis, jubetur uti thermis. Sed à quibusdam exploratoribus deprehensus capit, pecunia, omniibusq; bonis spoliatur, aliquandiu detinetur, & tandem pane & aqua pascitur. Sed ecce miraculum. Propter abstinenciam hanc prælatus felicissimè iterum convalevit: & suo exemplo docere incipit, tempestantiz studium esse præsentius antidotum contra omnes morbos, quam decem thermarum usum.

lanus in decade 1. libro 10. rerum

1538.

Ungaricarum.

Ex his qui cœli sunt, nobile Lehelis facinus prædicant. Hunc cum Bulcho captus, ad Conradum que ductum referunt. Post hæc percunctanti Principi, cur tam diro Christianos animo insectarentur? cum ita respondisse ajunt: Humanorum (inquit) scelerum sumus uitores, & ad supplicia vestra à Deo editi: cum vos persequi desimus, tunc à vobis irato Numine capimur, & obtruncamur. Admiratus hæc Imperator, optanda mortis potestatem obtulit. Lehel antequam optaret, pag. 422. tubam, qvā in bello utebatur, postulavit: qvā data, Conradi caput lethali vulnere extemplo confregit. Præibis (inquis) ad inferos, & ibi mihi servies. Credebant enim Scythæ, qvosq; in hac vita cedrent, eorum se in altera servitio esse potius. Imp. & PP. ut sup.

Idem Dec. 2. lib. 1. Adelberti Pragensis Episcopi in Livonia ob Christum occisi digitum, quo inter prædicandum usus fera fuerat, in Vandalum amnem proiecserunt carnifices. Projectum pisces absorbuit. Absorptus in specie facis in ventre pisces illuxit. Piscatores hoc edicti portente, mira industria ceperunt pisces, & inexterati ventre Adelberti digitum facis more lucentem invenire.

Idem Dec. 4. lib. 7. Ioannes Veradiensis antistes ab Matthiâ Corvino Ungari rege missus in Galliam orator, legatum Gallorum secum reducitur, trecentos eqvos eodem eolore omnes, & magnitudine, trecentos quoque juvenes ex universis ordinibus, & tota nobilitate delegit, qui per singulas urbes togati incederent, & purpureo cuncti habitu uterentur: intonsi oines, eadem processit.

Post Christi adventum, sublati Monachis, omne Imperium fuisse & esse apud Christum & ejus vicarium, referunt: & transferri per Papam in Principem secularem: allegantes super hoc Dan. 9. Ideo Genebrardus in Chron. Imp. Car. 5. Pp. Paulo 3. ut sup.

Grappa.

Scriptit hic librum intitulatum: Cicalamento del grappa, infandum & scelestum: hunc si legaris, non opus tibi erit Rhythmis Italiciis, nec salacibus cantinunculis Neapolitanis, nec Joannis Casse aut Anastasii Plati, (cujus meminit etiam Andri. Barbatia in consiliis) de Sodomia libris.

1537. Marinus Barletius Scodrensis sacerdos, de vita & gestu Scanderbegi, Epirotarum principis.

Minimus natu Georgius fuit, cui postmodum apud Barbaros (ut suo loco dicimus) Scanderbego nomen inditum est. Sed antequam progrediar ulterius, omitendum non censeo, quod vel prodigiis ipsiis ostendit, & à plerisque vaticinatum de hominis gloria accepi. Licet id, ceteri antiquis sumillimum fabulis, aspernatores plurimos non ignorent. Ferunt enim quod cum eum concepisset mater, serpentinam sc enixam ejus magnitudinis somnificavit, qui totam terram operiens Epirum, caput inter Turcarum fines protenderet, & eruentis fauibus eos absorberet, caudam vero repperet in mari inter Christianos & Veneti maxime imperii terminos, narratum id sibi Joannes, cum non ejus generis res esset, que ex his ullis scrutaretur, vel Apollinem exigeret interpretem, ingenti letitia solatus uxorem, nasciturum ex ea vitum, omnianus facile est, clatum bello, fastisq; qui Turcarum simul hostis acerrimus idemq; Dux felicissimus, & Christianæ fideli propugnator, ac Venetius cultor Imperii perpetuus existiceret. Nihil fecellit se vel alios solitus patens, sed aucta magis est vaticinio fides, pueronato, namque aliud pulchritius longe clariusq; bellici decoris signum in dextro pueri brachio visum, forma ensis ita exprefia, ut manu facta videatur. O insignis naturæ liberalitate in, quæ vel nascentibus nobis subjicit documenta, & in corpore ipso figit insignia, quæ postmodum sint sequenda. Imp. Carolo 5. Papa Paolo 3. ut sup.

Idem. Ferunt de eo illud dignum quoque memoratu, cum initurus prælium foret, vel in ipso etiam pugnandi ardore, præterceptra mirabilia mutati vultus figura labrum inferius scindi solutum cum tonia-

1537.

Idem. Nec illas qualem prætermissum
dum est, quod in coronæ casu contigisse af-
firmant: ne quis hanc divina tutelâ care-
re arbitretur. Othonem, ajunt: cum
regnum adiuturus esset, ne quo fortasse
dolo corona subriperetur, eam tornarâ in-
clusisse lagenâ: fidelissimo commissari cu-
biculario: neque, quid intus esset conditum,
significare. Dum iter omnes faciunt,
lagenatanti momenti, quæ ex equestri sellâ
pendebat, soluto loto, inscioque famulo, de-
cidit: neque nisi ad setum usque tempus,
jam viginti millia passuum emensus, is,
quam jacturam fecerit, adverterat. Sed ubi
illam amisisse intellectus, relato mox pede,
postero die in mediâ hanc via reperit: re-
tulit ad Othonem vasculum, ab eo tanto-
pere commendatum. Multi eadem via
quamvis fecere iter, à nemine tamen visam
fuisse ferunt. Prodigium mox aruspices in-
terpretati, Othonem per brevi regno poti-
turum: mox vero repertam ideo dixeré,
quia Ungaris ab alieni sanctum ac penè
divinum diadema non posset.

Scribit hic idem cum Petro de Natalibus,
Sigeberto, Balzo & aliis de undecim
millibus virginum admiranda, quæ vel er-
torem in cypris habere, aut vero per to-
tum commentitia esse putarim.

Idem. Sarolthz, Ugarorum Duciis Gei-
sz conjugi dormienti, cum uterum gereret,
Stephanus Protomartyr apparuit, eamque
his verbis affatus est: Confide in Domino
JESU CHRISTO, mulier, & ex me
divino mandato si habero, te propediem
scitum fortunatumque puerum edituram
cui Pannonici Regni debetur diadema:
ac talis is vir erit, quem nunquam dein-
ceps visura est Pannonia. Deinum inter
Divos ipsi locus erit. Et cum ego Stepha-
nus sim Protomartyr: qui nunquam ei
non adero, meum filio nomen imponi-
to. His dictis evanuit. Saroltha somno
confirmata, Protomartyri ad omnes aras
sacra fieri, præcepit, & anno 909. puerum
enixa est.

Idem. Adalberto pontifici Pragensi ap-
paruit Iesus, cinqve hæc verba dixit: Adal-
beret, stertis, & populus tuus præcepis fer-
tur. Quibus calcaribus agitatus, in officio
fuit postmodum fidelior.

Idem. Eodem anno, pontificio diplo-
mate ac edicto, integræ delictorū remissio,
& solida animorum fuit expiatio hominibus
indulta fidelibus, Rhodianorum militum
gratiâ, qui sub Hierosolymitanæ expediti-
onis prætextu, Clementis Pontificis auco-
ritate, multum pecuniârum, etiam supra
quam credi posset, undique corrossânt:

tristis, ubi Regum uulnus multa sunt
tanta corvorum multitudo spectata, ut
omnes hic regis mortem facile ariolaren-
tur. Paulò ante: cum Vienna Budam defec-
deret, in turris fastigio ciconiæ nidum fu-
spexit, de quo, ejeta domina, quatuor in-
ter se ciconiæ acerrimè certabant: & vel-
uri divinitus affatus, Pannonicam eo au-
no concordiam turbatum iri, dixit. At mor-
tem Principis imminentem suscipiati sunt stu-
dentiores, & reges quatuor de regno emi-
caturos.

Idem. Ad hoc enim res Ungarica ipso
devenerat, ut præ intestina discordia nullum
adhuc Regem solidum haberent. Quin
etiam illud magis Ungarorum animos ex-
acerbabat: quod creandi Regis potesta-
tem, quam olim nunquam amiserant, nunc
pontificem eripere velle conspiciebant.
Quod cum haec tenus impetrare non posse-
rit: nunc, ut extorqueat, ac talejus rendi-
cat sibi, extremam etiam vim censurpon-
tificiæ, veluti Iovis fulmen, adiecet: &
majoribus quotidianis injuriis Pannonicam si-
ficere contendat: quod ab omni pontifice,
vel imprimis maximo, alienum esse debet.
Quicquid igitur pontificiæ voluntati & im-
perio adversabantur: pueraque Carolo im-
festi erant, cum magnâ nobilium ma-
nu conjurâtunt: & Othonem Bavariæ
Ducem loco Regis in Ungariam dux-
runt.

Bellum Turicum Pontificis ad- modum conmodum, ex eodem.

Pontifices Romani multos per annos col-
legerunt passim maximam pecuniarum
vim, sub prætextu belli Turcici, cujus ta-
men ne minimam partem eò impenderunt.
Et cum hac de causa Rex Ungariae Ladis-
laus, inscio Papa Eugenio, cum Amurath
Turcico pepigisset foedus, & pacem con-
stituisset decentiam, & sacro juramento u-
trinque confirmata essent pacta: indigna-
tur Papa Eugenius valde, quod per decem
annos cogereatur consveto quæstu carete-
igitur per svadet Regi per Legatum Iuli-
anum Cardinalem, foedus constitutus pacis
se inscio sancitum, esse vanum & irratum,
& a juramento dato Amurathz absolvit,
cumque ad bellum concitat.

Hujus facinoris atrocitatem usque non
denirari satis poterat Turca, Christianos
nimis, & præsertim ipsius Dei vicari-
um suum Deum, cui ranta religione & ju-
re sint adstriciti & devoti, & per cuius fan-
& nominis testimonium, suarumque ani-
marum salutem foedus id confirmarent,
tam parvi pendere tantaque temeritate

& secundis non impunè dimittes. Et statim ea pugna, versa fortunæ vice, Rex L. cum universo exercitu ense Turcorum cecidit: & usque huc, ex causa Pontificie improbitatis, nunquam felici victoriz successus cum Turcis signa contulere Christiani. Ex lib. 26. Anton. Bonon. & lib. 5. Chiton. Phil.

1538. *Achilles Gassarus in Chronicis.*

Otho IV. Saxo, Brunsicensis Dux, Imperator centesimus quintus Germanicæ & Romanorum, regnat a fericim annis quatuor: deinde, cum contra PRÆDONES legem fixisset rigidissimam, excommunicatur, & abrogatur, tandem post quinque annos moritur in patria sua. Imp. & Papa ut sup.

Idem. Nicolaus Papa tertius novos Reges in Italia creare nisus est, ac Bononiam cum tota Flaminia ab Imperatore Germano emunxit.

1538. *Egidius Tschudus, & Hogge-*
rus abb.

Scripsit ille de Albina Rhetia, & mentionem facit Abbaris Hoggeri, qui vitam Fridolini sancti cuiusdam descripsit: sed tribuit ei facta vix credenda, ut ibi. Imp. 117. Capitulo 5. Pp. 227. Paulo 3. ut sup.

1538. *Nobilis studiosus Martyr.*

Hoc anno Tholosanus quidam adolescentis nobilis, literarum studiosus, Lutherus fuit exustus, ob solum claram carnium, Sleydanus.

1538. *Caspar Hedio in Chronicis.*

Sabineon Arch. Pragensis, cognomine Iteus, combusit ducentos libros VVieles, & Hussi conciones interdixit: sed frustra. Imp. & Pp. ut sup.

Idem lib. 5. cap. 39. Natalius monachus, quoties Alexandriam ingredieretur, mulieres turpi corporis prosterni quatuor infames, si quas haberet obvias, monebat, ne alii noctem condicerent: se enim cum ipsius concubitorum. Deinde sub vesperam si quam accessisset, totam eam noctem apud meretricem ducebat insomnem, totus vacans precibus piisq; exhortationibus, quibus eam à ferditate libidinum evocatam Christo luctaretur. Quo sane modo complures à Sathanæ laqueis eripuit.

Idem. Anno supra millesimum quadragesimum octuagessimo octavo, sacrificulus pudicitiz cuiusdam matronæ tam diu infidatus est, donec ei concubaret. Fama istius maritus cum id resciveret, serio minat⁹ est sacrificulo, se deprehensum cum depno, caligineo

velut victimæ, quæ ad aram ducitut, multe rem in conclave seqvitur, ignarus paratus sibi fraudis. Vix conclave ingressus fuerat cum maritus stricto gladio profiliens, sacerdotem interminabundus hortatur, ut se dedat, & castrari se, quemadmodum minat⁹ ei fuisset, patiatur. Sacerdos, quanto in periculo versetur, animadvertisens, timore in furorem verso, tantis viribus se tueretur, ut & gladium viro extorqueret, constrictumque tenens adigeret ad iurandum, quo impunitatem sibi promitteret.

Sacerdos fidem habens promissioni, cum missum facit, gladii inque in menam reponit. Maritus, cum petieulum evasisset, iurisjurandi immemor, ruboreque effusus ensem rursus corripit, multoque saevius quam ante, in Sacerdotem irruit, & intentat ferri acie cogit, ut manus in tergum rejectas uxori constringendas præberet, quo facto, & manus & pedes lecti, cui eum injecerant, fulcris quatuor fortiter alligant: maritusque, ut interminatus fuerat, testiculos ei eximit: denique jure jurando adstricatum, quodannis dños forens sibi numerare, nec ulli hoc facinus revelare cogit. Hunc ad modum exceptus & tractatus Sacerdos, dominum tristis revertitur, & in lectum se reclinat mortem expectans, quā tamen evitata, convalevit. Cumque facinus hoc tandem emanaret, hac de re appellatus maritus rem omnem est confessus.

Idem. Anno millesimo trecentesimo peg. 424. vicefimo tertio, Fridericus Austriacus Imperatoris titulum sibi vendicans, adversus Ludovicum Bavaram Imperatorem grave gesit bellum, in quo captus Fridericus, tamen in custodia detenus est in arce, vicina oppido celebri ad Nabum fluvium Naburg. Interim Magus quidam Ducem Leopoldum, Friderici fratrem accedens promittit, se fratrem ejus Fridericum è custodia liberaturum, curaturum, ut intra horæ spaciū salvus in Austriam deducatur. Leopoldus ingentia munera Mago isti pollicetur, quatenus id efficiat. Constituta itaque noſto, uterque circuitum incantationibus magicis designatus ingressus est.

Magus per suas adjurations spiritum accersit, qui in peregrini hominis specie apparet, mandatum adducendi Fridericum accipit, ait, se quidem facile & liberaturum & adducendum Ducem Fridericum, quatenus ille seqvi non recusaturus sit. Protinus itaque noctu Spiritus captivum Principem convenit: Frater, inquit, tuus Leopoldus me huc misit, ut

nem equum concende, quatenus ex hac custodia liberari desideras. Ibi ingens horror & pavor tam Fridericum, quam reliquos, qui cu ipso una erant, invaserunt: cumq; lanci crucis signo se munirent, evanuit spiritus, & ad Magum vacuus reversus est.

1538. *Breviarium Compertorum in monasteriis, cōventibus, collegiis, &c. ex regeſtis Angliae.*

Angliae Rex Henricus Octavus, cœculligerorum cœnobia, & sacrificorum collegia per venerabiles legum doctores, Thomam Lzum, Ricardum Laytonum, Thomam Bedillum Archidiaconum Cornubiensem, Thomam Bartheletum notarium publicum, & alios visitari, in suo regno curavit, ante extremam eorum dissolutionem, quæ fiebat anno à Christi nativitate 1538. In quibus tanto numero reperti sunt scortatores, cinædi, ganeones, pedicones, puerarii, pederastæ, Sodomitzæ, Ganymedes, vocari tamen ac cœlibes omnes: ut in unoquoque eorum credideris novam adesse Gomorrah. Liber eorum vocatur Breviarium compertorum in monasteriis, cōventibus, collegiis, &c. in quo inter alia recensetur:

Quod in monasterio Bellensi, quod alio nomine Batel vocatur, Licestrijensis diœcesis, hi fuerint Sodomitzæ in ipsa visitatione reperti: Ioannes abbas, Sicardus Salchurst, Thomas Cuthbert, Guilhelmus Marche, Ioannes Hastings, Gregorius Champion, Clemens Vuelfelde, Ioannes Crofse, Thomas Crambroke, Thomas Basyll, Ioannes Hamfelde, Ioannes Hierom, Clemens Grigge, Ricardus Touye, & Ioannes Austyn. Incontinentes, Thomas Lyvet cu unâ maritatâ, & alia soluta: Thomas Crambroke cum eisdem ac pluribus, & cetera casta Papæ religio.

In Ecclesia Christi Cantuarizæ, inter monachos etiam Benedictinos, hi quoq; reperiebantur Sodomitzæ: Ricardus Godmersham, Guilhelmus Lichefelde, Christophorus Lamys, Ioannes Goldmyston, Nicolaus Clement, Guilhelmus Cauaston, Ioannes Ambrose, Thomas Farlegh, & Thomas Morton. Incontinentes, Christophorus Lamys prædictus, cum tribus conjugatis, & Nicolaus Clement, cum una solutâ.

In Monasterio S. Augustini (Anglorum Apostoli) ejusdem urbis & ordinis, incontinentes isti inveniebantur: Ioannes abbas cum una tantum, Ioannes Langdon cum duabus, Ioannes Langport cum una, Ricardus Compton cum una, Guilhel-

vesbery cum una, & Thomas Batham Sodomita.

In Bathoniensi monasterio inter alios plures, Ricardus Lyncombe septem meretrices habebat, quatuor solutas & tres conjugatas, eratq; Sodomita: Guilhelmus Beuushon undecim scorta quoque habebat, præter Sodomisini varium genus.

In Monkenfarlegensi cœnobia S. buriensis diœcessis Ludovicus prior novem habuit meretrices, & conventus adhuc plures.

Ricardus prior de Mayden Bradly, quinq; meretrices, & sex Iputios habuit. Guilhelmus abbas Bristolensis quatuor meretrices habuit, tres solutas, & unam conjugatam. Thomas Abbas Abindonensis, præter sororem naturalem, ex qua dues procreavit soboles, tres alias meretrices habuit, & hic pater multorum Sodomitarum fuit. In cœnobia de Schulbrede Licelniensis diœcessis, Georgius Vualden prior septem meretrices habuit, Ioannes Standney ioptem, Nicolaus Duke quinque, Henricus Selvode duas, præter religios & reliquias. Ioannes Blanke prior de Bermoudsey, viginti meretrices habuit. Ut ad sacrificiorum collegia veniamus: in castro Vuindesora, Henricus Vuoduvarde succubitor plures meretrices habuit: Nicolas Vuhyden quatuor, Georgius Vuhitethorne quinq;, Nicolaus Spoke quinq;, Robertus Huve quinq;, Simon Todde unam, Nicolaus Vualker duas, Guilhelmus Vuafnam, Robertus Davyson sex, Petrus Bough multas, & alii alias.

In Ecclesia cathedrali Licestriz, Ioannes Champion præbendarius de Vualtam duas meretrices habuit, Guilhelmus Crosse maritatem unam, Thomas Parcker duas solutas, Ricardus Busfelder solutam unam, de qua suscitavit sobolem: Bartholomæus Cokisley solutam unam, Robertus Hunt plures, Thomas Gosse duas conjugatas, Ioannes Hylle tredecim meretrices, Robertus More plures, Rogerus Barham plures, Ioannes Bedfelde plures, & alii alias: inter quos etiam prædicti Rogerus Barham, & Ioannes Champion reperti sunt Sodomitzæ. Hæc ex prædicto libro.

Vide qualia portenta in monasteriis & in collegiis, & in suo cœlibatu, Papatus per Angliam outrivit. Nonne merito sunt pulchri, cum sordidissimo Romanensem omnium Papæ? In aliis quoq; omnibus tam collegiis quam cōventibus, similia sunt perpetua.

glia plus quam quadringenta geveri genera-
tis monachorum & monialium cœnobia,
præter fraterculorū mēdicantū sceleratissi-
mos nidos, quorum etiam fuerunt sededu-
centa. Quibus aptissimè convenit hoc di-
stichon:

*Non male sunt monachis grata indita no-
mina patrum;*

Cum numerent natos hic & ubique suos,
Bal. & alii.

Imp. Carolo 5. Papa Paulo 3. ut sup.

Casparus Peucerus de Divina- tionibus.

1538.

Ante primam expeditionem Landgravii honestissimus vir, Consul Schmalcalden-
sis, vidit noctu quasi coram, has spe-
cies. In mensa senem inclinato capite
dormientem, & in scamno propinquo
cubantem leonem, atq; in eodem conclave
multitudinem virorum longis vestibus de-
liberantium de leone, contra quos tandem
insurgens prioribus pedibus Leo, quasi in-
valsum illos, de scamno profiliuit: illi globo
facto, opponunt se leoni, & impetum
pugnaculis fodiunt, tandemq; super in-
jecta sella concluso leoni caudam ampu-
tant: sed non multo post eluctatus ex sella,
caudam recepit, ubi cum, metu quasi leoni,
viri illi secessissent extra conclavem, leo
rediit in priorem locum scamno insili-
ens.

Deinde cum aliquoties ingressi essent &
regressi rursus, veluti deliberarent de tol-
lendo leone, irritat⁹ ille cum impetu irruit
in eos, quibus vociferantibus, & metu ad
dormientem senem brachia protendentib⁹,
experciscitur senex, & erecto capite,
dextræ manus motu minatur leoni, quo vi-
so, leo retrocedit, & subinde respectans ad
senem, consiliensq; in scannum, in figuram
Christi stantis & concionantis vertitur, co-
ram quo cum viri illi prostrati fuissent, tan-
quam veniam petentes, & consequuti, una
cum ceteris speciebus evanuerunt. Imp. 117.
Car. 5. Pp. 227. Paulo 3.

Idem in Chronico, & Annales. An. 1049.
Henricus Niger Romæ constituit Papam
Leonem nonum: qui sequutus Imperato-
rem in Germaniam, cum Moguntiæ in fre-
quenti synodo, quam Imp. indixerat,
ejus loci Episcopo sese anteferret, & prio-
rem locum occupare velle, Imperator eum
cedere jussit. Non dum enim Pontifices
Romani Tyrannicè imperabant Imperato-
ribus & Episcopis, ut postea Hérico quinto
crudeli perfidia extorterunt.

Ibidem. Anno 1165. Alexander tertius
Pontifex, qui vixit circa annum 1165. Im-
peratorem Barbarosam perdi-

natus & pontificis statutus labefactatus &
prophanatus fuit. Cujus temeritatis, per-
fidia & idololatriæ pœnas dedit, & datura
est hæc pars orbis Christiani, sicut Asia bla-
phemias adhuc luit Oriens, disceptus
Saracenis, Turcicis & Tartaricis armis, &
ex clarissima luce doctrinæ, atque ex opti-
ma & sanctissima Ecclesiæ disciplina, præ-
cipitatus in terras furores Mahometicos, &
vitorum Ethnicorum turpem & flagiti-
san licentiam.

Idem Pencerus. In urbe Fessa, in Mauri-
taniam, plus quam octoginta hominum mil-
lia, heresi Mahumetis repudiata & explo-
sa, fidem Christi receperunt. Cum autem
viderent, ab Hispanis, immuni & crudeli
Tyrannide, synceriores Christianos ferre-
ter affligi, & atrocissima supplicia Papatui
reclamantibus intentari, numeron parvo
ad declinandam impiæ persecutioñ rabiē
in Africam ulteriore navigarunt, ut vita
tutioris sedem quererent & pietatis studio
tantò liberius vacarent. Quamobrem nunc
passim in barbariæ, & praesertim in regno
Marocensi fideles reperiuntur Christicorū,
qui sub Mahumetanorum procerum tute-
la, non dubitant Evangelicæ veritati palam
suffragari, & Papistis obloqui.

Conviantur Iesuitæ confessores istos,
Apostatasque vocant, & quo sumum ven-
dant simplicioribus ajunt, anno 1580 qven-
dam Petrum Elciū, civem Madridien-
sem Hispanum, Maroci fidem pontifici-
am suo sanguine obsignasse: & antequam
mortem oppereret, hortatum esse Christi-
anos Antipapistas, ut ad Ecclesiam Roma-
nam redirent. Esse enim omnia mendacium
& vanitatem, præterquam credere & tene-
re, quod Ecclesia Romana credit tenetque.
Hæc Iesuita Franciscus de Castro in Episto-
la ad Laurentium Xaram. Sed fides esto
penes lectorum.

Nos Deo gratias agamus, quod Ecclesi-
am filii sui in Mauritaniâ penitus interire
neutriq; permittit, sed inter medios ho-
stium latratus clementer fovet, & ex ipsis
Mahumetanis excitat, qui afflitez subven-
tiant, & Christo adhærentem non obscura
favoris significatione prosequantur. E quo-
rum numero, superioribus annis Rex Ab-
delmeleucus fuit: qui cum multis haberet
Christicolas, bello capros, intra trienniū,
quo regnavit, plus quam ducentos gra-
tia & comitate summa complexus est, &
sine ullo precio seu lytro dimisso liber-
tati restituit. Adhære pro ægrotis Regni
sui Christianis juxta templum Marocense
Xenodochium extruxit, multisq; rudi-
bus & opere, ut peregrini

utros uter, Lutherusne apud Saxonias, an apud Helvetios Zwinglius, initium fecerit, quod aliqui disputant, omitto: cum hoc ad institutum nostrum nihil faciat. Hoc constat, Lutheri nomen à reprehensis abusibus & erroribus Romanæ Ecclesiæ multo ante Zwinglium innotuisse, & eundem πρωταγωνιστη, atque à Pontificis præcipue peritum & impugnatum fuisse. Quare merito primas ac præcipuas partes in hoc toto emendationis suscepimus opere tribuimus ei, tanquam organo Dei singulari, exposito divinitus, & convenientibus ac necessariis donis animi excelsi, heroicis, constantis, & infraesti, instruendo divinitus, ut contemptis potentia, numero, minis, insidiis adversantis sibi propemodum totius orbis Christiani, & periculis, quibus undique circumfusus erat, perruptis & fugatis, destrueret regnum tenebrarum, & tyrannidos Pontificis jugum detraharet cervicibus hominum.

Monstroza.

2538.

Colmariz nobilis Alsatiæ superioris, ac Romani Imperii oppidi, in ædibus Thomæ Eberlini, die Iovis ante festum paschatis, qui fuit 18. Aprilis, ipso videlicet profecto salutiferæ passionis Iesu Christi, assiduis gallina in produceadis pullis laboribus, demum inter cæteros ex ovo pullum eduxit quatuor pedibus, totidemque alis, uno capite ac corpore, sed ex duobus confiato, duplii naturæ exitu.

Fuere non ineruditæ viri, qui monstrum eo potissimum die natum, qua communione sacramentorum fidem in recordatione passionis Christi testatur Ecclesia, ad Sacramentorum verum usum accommodaverunt. Quemadmodum enim hæc proles ex duobus corporibus in unum corpus definit, cui unicum caput datum est: sic in communione sacramentorum per fidem in mortem Iesu Christi ac fusum ejus sanguinem, nos uniri in unum corpus cum Christo, qui unicum caput est sui Ecclesiæ, quæ multa habet membra, ac potissimum multas alas, quibus reliqua membra corporis tacentur, ac ab omnibus insultibus conservantur.

Quatuor alas ac pedes significare voluerunt quatuor Evangelistarum consonantium in describenda scena Dominica, qua Ecclesia fidelium sine ulla verborum contentione, vera, vivaque fide erigitur ac confirmatur. Quemadmodum enim hic gallus quatuor pedibus innititur, sic etiam fidelium conformatio quatuor Evangelista-

perpetuo conservatur. Lyc. usq. sup.

Joannes Kymens.

Scripsit de multis Cæsaribus, & aliis piis & doctis viris, qui Paparum Tyrannidi & impie corruptæq; doctrinæ se ante ducentes & plures annos opposuerunt, & reformatione opus esse testificaverunt. Idem probat etiam ex libris Nicolai Cusani, cum de imaginibus, ceremoniis, virginitate, communione sub utraque, sola fide, & aliis multis articulis idem cum reformata Ecclesia sensisse: ut apud eum.

Mira.

Hoc anno Christi, 23. die Iunii, alicubi non longè à Sitta, ingens annona charitas & famæ grassabatur. Pia igitur & devota quædam matrona cum duobus suis liberis, mundis & honestis induitæ vestimentis, ire paravit ad quendam fontem, obnoxie rogans Deum ardentibus precibus ipsum pro sua paterna clementia velle eam ibi cum liberis pascere, & levare diram famem.

Cum autem esset in via, obviam ei fit vit quidam, interrogans illam, quo tēdat cum suis hisce parvulis? illa responderet ad fontem, cujus ope vellet depellere & sedare famem. Vir econtra inquit existimatetur, te manducaturam ex aquis fontis? ut illa: apud Deum possibilia sunt omnia: filios Israël per quadraginta annos cibavit in deserto, igitur & me poterit aqua servare. Hæc cum tam constanter affereret mulier, inquit ei vir (qui procul dubio angelus Domini fuit) Ecce, cum tam indubitate spe confidas Deo, redi in domum tuam & ibi tres invenies medunnos farinæ, & Idq; mulier sic habere domi secundum verba viri offendit.

Promt. Exemp. in 3. mand. de Angelis.

Chronicon Lubecense Hermanni

Bonni.

Anno millesimo centesimo Collegium Aldenburgi extructum est, atq; fundatur, & Episcopi ipsi concessionandi munere tunc fungentes, Vandulos ad Christianismum perduxerunt. Ne autem in eam rem deinceps alii quoque deflent, sed ut populus doceretur, optimus Princeps Gotschalcus nonnulla monasteria atque collegia extruxit fundavitque, ad profectum & utilitatem universæ ditionis, & ad Christiani nominis inter Vandulos propagatio nem. Ex quo conjicere quis facile potest, quâ opinione prius duci boni principia, & in eis fine collegia & campestraria

populo immunito, et, prout poterit, quodammodo & historiz de Corveja, monasterio in Westphalia sit, perhibent inde quosdam ad Rugiensis translates, pro abolenda idolatria, ac informando Christianismo per predicationem Evangelii: quod factum est hoc tempore Friderici secundi Cesaris Imperat. Carolo 5. PP. Paulo 3. ut sup.

Idem. Fridericus Imperator duci Henrico Leoni indulxit atque permisit, ut Collegiorum Aldenburgi, Raschenburgi, ac Megaloburgi veluti Superintendens esset, horumque Collegiorum Episcopi omnes per ipsum constituerentur, ac se dominum herum beneficiorum ac munorum agnoscerent. Ex quo facile appareat, prophanos Principes illo tempore Episcopos constituisse, iis imperasse, ac regalium nomine juramentum ab eis exegisse, accepisse, seqve. Nec tantam licentiam Capitulorum dominis fuisse in electione Episcopi, quanto nunc est. Quod & Urbano quarto Pontifici Romano summe dispergit in Imperatore Friderico, atque Episcopis. Idcirco praecipit, ut Imperatorem excommunicarent.

Idem. Anno millesimo ducentesimo quinagesimo quarto, Ioannes quidam Minorum frater Episcopus Samlandi, & Brabantinis oriundus, Episcopus Lubecensis precibus Romanorum regis electus est, quod acerrimus crucis & Romanorum indulgentiarum auctor ac preceo esset. Idem & hoc tradidit, ut cantor cathedralis Ecclesie Lubecensis in magnis solennibusque processionibus ac circuitionibus baculum argenteum in manu sua ferret, nec quicquam præterea commendatione dignum effecit.

Idem. Anno 1578. lectus est in episcopum, Romanu Pontificia autoritate, Nicolaus, Prædicatorum monachus: qui tibi regende civitatis potestatem una quodque non concedi videret: Episcopi munus suscipere recusavit.

Idem. Antequam Universitates & Scholæ fundatae sunt, lecture sacrarum aliarum, que artium seu prælectiones in Cathedrilibus Ecclesiis riguerunt: ex quo adhuc supersunt nomina illa apud dominos illarum Ecclesiaram, Cantor, Lebor, Scholasticus. Quanquam nunc nomina solum restant, officium autem ac munus longe remotum est ab eis, qui plerumq; etiam ad eam functionem ineptissimi sunt.

Idem. Anno millesimo ducenteno octagesimo, Monachici (vulgo Griseos appellant) mortuam viduam divitem monasterio suo intulerunt ac sepelierunt, funans temere, ac cœxi, quodam ex aliis.

qui in ecclesiæ penitentia ejiciuntur: donec lis hæc tandem Romæ ex precepto summi Pontificis, per legitimas sententias Cardinalis Iacobi de Columnis, sedetur pacareturq;

Idem lib. 3. Anno millesimo quingentesimo tertio Raymundus Cardinalis Lubeci in majori æde sacra fecit, ingentem pecuniarum suminam, Romani Pontificis mandato, congregas, hoc praetextu, quasi bellum contra Turcam suscepimus esset Pontifex. Caterum expeditio illa seu bellum handqvam progressum est.

Joan Gastius in Memorabile-

bus ab. 1.

Hic repeteret lector protestationem, supra anno 1420 apud Pogium factam.

Monialis confitendo sacerdoti dixit inter cetera: cucullo se alieno aliquando se contexisse. Cui sacerdos: hoc nihil nocet, sed quid latuit sub illo? respondit, Monachus. Cui sacerdos, cave posthac, inquit, ab ipsis vestibus, ne polluaris. Omnim enim scelerum fortes hoc parvo tegmine absconduntur. Ad hæc Monialis: Aetiops non demigrat æthiopem. Illi sacerdos succensus, manas ergo meretrice, ut ante. Cui iterum Monialis: sed tu noli primum in me projicere lapidem. Imp. Car. 5. PP. Paulo 3. ut sup.

Idem. Indulgentia Apostolica, & quidem plenaria ita passim nostris temporibus venduntur, (ut loquimur est rusticis) quod jam penè vilescat clavium, & literarum Apostolicarum authoritas. Quamobrem nuper quidam fratrum ordinis minorum Coloniæ Agrippine ita in illas investitus est: audite, o vos fideles anime, ego vobis aliquid novi dicam, & rem mirandam, hanc videlicet. Quod si nunc aliquis vestrum habuerit medium aureum, habebit & regnum cœlorum per has indulgentias: si quis verò quartam partem aurei habuerit, erit Diaboli. Nonne res nova, quod sine pecunia non sit locus felicitati? male nobiscum agitur, qui sumus minores reformati.

Idem. In oppidulo quodam, quod strenue pag. 418

& incessanter haecenus Evangelium de Iesu Christo persecutum est, & adhuc odio prosequitur, quidam Franciscani ordinis Monachus concionatus est: scelerat homo, multa passus propter veritatem à monachis. Inter alia, cum vellet concionem finire, alta voce dixit: Evangelium tam clarè & solide predicatur nostro seculo, atque temporibus Apostolorum. Veritas ipsa igitur consideranda & amplectenda, non secundum affectus judicanda, qui magis obscurant lucem verbi Dei, quam anerant.

strepitu qvidam accurrerunt, hominemq;
levarunt, & qvid ei obvenierit perqvirunt:
Qui dixit, audite adhuc pauca: si Evangeli
veritatem ita pergitis dannare, & perlequi
pios: Iudicium Domini non effugietis. A
gite p̄nitentiam, securis est ad arborem
posita: tolerabilius erit Sodom & Go
morr̄z, quam vobis, qui ex destinata ma
litiā peccatis. Hoc sermone finito, qui bre
vis fuit (propter morbi vehementiam) sed
omnino dulcis, ut multi lachrymas conti
nere non potuerint, tradidit spiritum Do
mino in ipso tempilli suggesto.

Idem, Philip. Marchio Badensis qven
dam morionem summo in pretio habuit, ob
divinationis donum, quo ab ineunte etate
preditus erat. Consultarunt aulici de lu
dais in Regionem accipiendis ac Mar
chio omnium nobilium ac doctorum vi
torum, quos in consilium adhibuerat, cum
suffragia collegisset, alloquitur etiam mo
rionem: audi, inquit, qvid tu consulis hoc
in negotio, qui arte divinandi vales? nolo
fine sententia tua aliquid statuere. Respon
dit morio: maxime svadeo, Iudeos sic re
cipiendos: sic enim omnem religionem, qvā
in toro terrarum est angulo, habebimus, ex
cepitā Christiana. Ajunt, morionem non
fictitium fuisse, sed à parentibus id vitii co
traxisse: præterea in aula educatum ob
pauperiem parentum.

Idem Novogardēs olim idolum qvod
dam, nomine Perun, eo loci, quo nunc
est monasterium collocatum, imprimis
colebant venerabanturque. Deinde Ba
ptismate assumto, id loco motum cum
in flumen dejecissent, adverso dicitur fluvio
natasce: & circa pontem auditam fuisse vo
cem: Hæc vobis, Novogardenses: in mei
memoriam: simulque cum dicto, fuisse
qvendam in pontem projectum fuisse. So
let etiamnum contingere, ut certis anni
diebus hæc v̄a Perun audiatur: quā auditā
subito ejus loci cives concurrunt, seqve
fustibus mutuò cedunt, tantusque inde
cumultus oboritur, ut vix magno præfecti
labore sedari possit.

Idem lib. 2. Certum est, Deum Ecclesiæ
suz Angelos addidisse custodes, qvo pericu
la corporū in obcunda vocatione minus
formidemus. Hæc mihi scribenti qvædam
nostri temporis exempla in mentem vene
runt. Et qvædam historias plures scertas
& veras, de honestis hominibus & fide
dignis, qui adhuc vivunt, narrare possem:
tamen unicam recitabo de Simone Gryngeo
qui ad excellentem eruditionem & virtu
zem adjunxerat veram Dei reverentiam:

In Conventu Spirensi, qui fuit anno 1529
forte ad me ex Academia Heidelbergensi
expaciatus erat. Ibi cum Fabrum Vien
nensem Episcopum audisset, qvædam te
tros errores defendere in concione, sequi
tur egredientem ex templo, ac reverenter
salutat. Postea narrat, se non petulatiā qvæ
dam, sed bono studio moveri, ut aliquad
dicat. Non detrectat Faber colloquium. Ibi
Grynzus, dolere se, ait, quod vir doctrina
instructus, & antecellens autoritate, confir
met errores palam contumeliosos adversus
Deum, & qvos constet manifestis testimo
niis antiquitatis Ecclesiastice refutari pos
se. Scribit Irenzus, Polycarpum aures ob
struxisse audientem portentosos errores
fanaticorum hominum: quo te animo,
putas, audisset jam Polycarpus differen
tem? Quid mus comedit, arrodens panem
consecratum? Quis non deplorat Ecclesiæ
tenebras?

Interpellat Faber plura additurum, ac
interrogat nomen. Nihil dissimulat, sed
placidè facetur, se Grynzum esse. Erato
mīnō Faber, ut multi nōrunt, flagitiole ti
midus in congresibus doctorum, vel poti
erat, ut veteri proverbio dicebatur. Nullus
magister, malus, pīscis: id est, pavidus, pro
cerus, insidiosus & infans. Qvare cum Gry
nzi eruditionem, eloquentiam, copiam, ar
dorem animi, præsertim in tali causa metu
eret, simulat, se à Rege vocatum esse, nec
esse nunc otium ad disputationem de re o
mnium maxima pertexendam. Simulat, se
maxime cupidum esse & amicitię Grynz
& colloquii longioris, & cum sua causa
cum propter Rempublicam orare coepit, ut
cras ad se redeat, monstrat hospitium, &
horam constituit. Grynzus feriò hæc dici
putans, non gravatim promittit. Relicto
igitur Fabro, ad nos recta accedit.

Vix assederat mensæ (iam enim eontra
pus erat) & recitaverat partem disputationis
mihi, & aliis. Cum ego assidens ad me
sum, subito ex conclavi evocor. Hic me ne
scio qvis senex, singularem gravitatem vul
tu, oratione & vestitu præcie ferens, nec
qvis fuerit, unquam resciscere potui, allo
quitur, ac narrat, mox ad futuros esse in ho
spitio nostro latores, missos iussu regis,
apud quē Faber Grynzū accusasset, adab
ducendū Grynzum in carcerē, jubet, ut fla
tim ex urbe discedat, & hortatur, ne conte
nnat. Ita dicta salute, senex abiit. Ego ad
sodales redco, jubeo, ut surgant, ac narro,
qvid senex nunciārit. Mox per publicā plā
team deducimus Grynzum, acceptū in me
diū agmen, & ad Rhenum pergitimus: ubi
nos in tīna citeriore tantisper restitimus,

Quanto autem in periculo futurus fuisset
Gryneus, si in carcerem abreptus esset, ex
Fabri sevitia facilè astimari poterat. Qua-
re judicabamus, consilium illud crudele c-
lisum esse divinitus. Et ut affirmare non
possum, quis fuerit ille senex **UWOTHIS**:
ita lictorum festinationem, nisi ab angelis
rectus fuisset Gryneus, evadere non potu-
isset. Rem autem ita gestam esse, ut nar-
ravi, certum est, & norunt quidam boni
viri adhuc superstites, qui adfuerunt. Aga-
mus igitur gratias, qvod nobis custodes
Angelos addidit, & eō tranquillioribus z-
nimis vocationis officia obeamus.

resipactis, persolvere.

Quid multis? cum acerrimè verbis hominem castigarem, qui quidem vinculis a carcere ealtigandus erat, rem extenuare compit, communicanda cum aliis culpa, qui & ipsi similiter facerent, nec tam grande id esse nefas, quam mihi videretur.

Videtis, cujusmodi fermè extiterint
gregis pontificis sacerdotes, & quantorum
scelerum ac flagitorum illis causa fuerit
coelibatus? Is enim, quando non est omni-
bus castimonia divinitus data, fecit, ut
tanquam Epicuri de grege porci vitam age-
rent, dediti amoribus ac voluptatibus, essent,
alerent concubinas, stuprum honestis pu-
ellis offerrent, matronarū pudicitiam im-
minuerent. Quid verbis opus? Hoc tam
specioso praetextu, sacriaci aut liberta-
tum, aut certè impunitate in scortandi, in
regno sunt Pontificio adepti. Quid Epi-
scopi interim? connivebant in tantis flagi-
tiis, & in illa impuritate vice sacrificorum
excusantes ulcろ infirmitatem humanam,
nec interim hunc tam contaminatum omni
eturpitudine coelibatum praeferre conjugio
sancto dubitaverunt.

Idem. Deambulabant in civitate quadam
duo fratres, antiquo stemmate gaudentes,
ambo Theutonici ordinis commilitones:
alter abjecta cruce, ac abjurato superstitione-
so habitu, uxorem duxerat, alter nigrum
adhuc crucem gerebat, & propter magnitudinem
proventuum domusq; abundantiam,
insolescet. Religiosus dicebat ad alterum
(nam videbat in foro lapidem polirū,
catena ferrea alligatum, quem adulterium
perpetrantes per civitatem illam ferre co-
gebantur, tam viri quam mulieres) utinam
tu hunc lapidem, heus frater, ferre cogere-
ris propter duam uxorem.

Alter mox respondet: mallem lapidem
hunc solum adulteris destinatum patienti⁹
ferre, qvām crucis signum atræ, quod tu in
veste tua geris: & honestius mihi esset co-
rām Deo, qvām ipso mundo. Scortatorum
& adulterorum est insigne, non conjugato-
rum, qvi Dei ordinem seqvuntur, relicto
ordine ab hominibus instituto. Denotans
fratrem, qvi omnino & scortationis vitio
immersus erat, & avaritiz inexplicabiliter
studebat. Nihil pudet tale hominum gen⁹
vel dicere vel facere. Risus obortus ab o-
mnibus præsentibus, ob tām promtum &
non sine sale responsum.

Idem. Novi civitatem pulchris legibus
haec tenus administratam, in qua honestas
& pudor sedem collocaverat. Accidit, ut
multi sacrificuli contra illorum virorum
voluntatem, ad coabitandum, donec

Idem. Narrabo rem paucis ante annis
gestam. Erat e pontificio grege quidam in
hac ditione pastor, cuius nomen, quoniam
adhuc vivit, ut opinor, non eadem, quod id
contumeliz potius in tali mentione, quam
honoris causa fieri putaretur.

Hic cum propter vitæ turpitudinem, & incredibilem ruditatem, ac inscitiam sacra-
rum rerum, loco motus esset, quem tue-
xi non poterat: & alius magis idoneus in
eius locum subiectus, qui gregi Domini-
co refie atque utiliter praesesse posset: ve-
nit ad me domum negotii cuiusdam gratia.
inter ceterarogabam, quoniam annos supra
triginta concubinam aliuisset, ex eaq; jam
grandes aliquot liberos suscepisset in eâ
vitâ, an seriò unquam & verè ac ex animo
ipsum libidinis flagitosx pœnituerit? Re-
spondit, pœnituisse non unquam, velut in
feriis Natalis Domini, aut Paschæ, ibise
per aliquot noctes secubuisse.

Quero, inquam, verēne tandem flagitiis
istius poenituerit, & an precibus, lachrimis,
sletu, gemituq; veniam ejusdem à Deo pe-
nitentia, idq; suscepto castè postea vivendi
propositio, & animo committandæ in meli-
orā vita: nec iam resipiens, an exegerit à
se, repudiaveritq; concubinas nunquam
illas recepturus? Negat.

Quid ergo, inquam, feci quotidie rem
divinam facere, aut vesci pane Dominico,
& bibere poculum sacrum non dubitasti,
tanti peccati conscius? non metuisti, ne
terra tibi dehisceret, ac vivum absorberet
te? cum instarem atque urgerem, fassus tan-
dem est, se omisisti, quibus sacramentum con-
ficitur, verbis nihil consecrasse, ne indigne
corpus & sanguinem Christi sumeret.

Quid ais? id quod verum, inquit, Heu
tunc tam horrendum & inauditum facinus
committere ausus es? tunc tam execrabi-
le idolatriæ velut ansem præbuisti? (ut
sic dicam) populus, te & panem & ca-
licem elevante, supplex in genus procum-
bit, ac humi prostermitur, & passi-

reis erat purpureis vestibus ornata, & de
reis incedebant, ut nullum amplius di
scrimen esset inter matronam & scortum.
Senatus illius civitatis hac de re consultat,
& itum est in hanc sententiam, ut scortis in
terdicatur civitati: nam nolle se scandalum
hoc cum Ecclesiæ, cum juventuti atque ho
nestis matronis, diutius ferre. Hoc cum
innocuisse sacrificis, maxime adornaverunt le
gatum ad Regem, quo illos defenderet à
Lutheranis istis. Et mox id impetraverunt,
quod volebant, ac Rex constitutionem
contra scortatores latam abrogat, annihila
tumque, sic scribens civitati:

pag. 430.

Statuistis decretum contra sacerdotum
concubinas, ac eas expulisti etiam, me in
consulto: nobis autem placet, & mandamus,
cum sacerdotibus uxores ducere à summo
Pontifice prohibitum denegatumque sit, ut
concubinas habeant, ne quid deterius ac
abominabilius agant. Expulsis n. scortis, si
liz vestre illis præda essent, cum otiosi
homines in varia sclera prolabantur. To
lerate igitur importunitatem scortorum,
donec concilium aliud generale decreve
rit. Hæc nostra est indubitata senten
cia, quam infringere piaculum sum
mum sit.

His lectis, civitas in mœorem incidit
ob scriptum, quod noverat contra legem
divinam esse, contra honestatem pugnare,
ac etiam Ethnicis displicere. Econtra sacer
dotes gaudio adfluere omnibus in locis eò,
quod impetrasset scortationis defensio
rem: et si quidam has literas ex officina re
gia venire negarent.

Atqui Dominus inter consultandum alii
ud medium aperuit: prohibuerunt enim
scortis, ne ad plateas publicas eant, ne in
foro commercandi gratia ambulent, sed
domi lateant, propter exemplum: se
nolle, hanc inordinatam & impudicam
vitam oculis liberorum suorum subjici:
quare legem prætergressa civitas, capta est
& punita.

O miserum seculum, ac omni deplorati
one dignum, in quo talia mandata, tam
impia confirmantur, ac scortis fecis pa
trocinantur? Quo ventum est? Nemo
jam dicat, Turcam perpetuò victorem
fore contra Christianos, jam cum tam ma
nifesta peccata non solum non puniantur,
sed & manibus & pedibus defendantur:
cum scriptura dicat divini, tales regnum
Dei non possessuros.

Idem. Conradus Rex cum multorum
pateretur æmulationem in regno, sapientia
tamen & constantia pervicit, ut principes
Germanie in fide contingeret. Inter omnes

no notarium unit annales, quod, quomodo
Adelbertum Bambergensem comitem, Hen
rici ex sorore nepotem, Ludovico Regi
prodiderit ad mortem: ita Henricum quo
que similem ad exitum cogitaverit Regi
Conrado in manus tradere.

Ferunt, Hattonem, cum auxilis domi
in itinere haberet, considerandi opem
gratia, quod ille faciebat, introisse. Ha
bebat in manibus opifex torquem ex ar
gento, ut inauraret. Pontificem cum opus
inciperet, ferunt, ingenuisse: & illum, qui
attenderet, per familiarem interrogasse
Pontifice, quo tam altè ducta mitterentur
suspiria? Respondisse tum Hattonem, for
midare se, quod quæ nunc auro, post nobili
ore sanguine imbuerentur. Tacitus secum
rem perpendit aurifex, secretius indestru
tatus, cuius dono pararetur, & cum expon
ginqvo compertum haberet, Henrico Sa
xonum duci illam magno munere defin
tri, curavit, ad eundem ducem rem omniem
perduci, ut evitaret donum torquis ib
Hattonem.

Dux ipse etiam jam suspectam habens
Pontificis fidem, quod pridem ejus perdi
sisset nepotem, intelligens, quid deſtrueretur, invitanti per solennem oti
cium Pontifici, iusserit responderi: vult,
renuncia Pontifici tuo, non habet
Henricum Alberto cervicem duriorum.
Domini remainens, de illius mecum servio
tractabo. Et reversus in Saxoniam, omnia
quæ Hattonis fuere & in Saxonia & in Tu
ringia, per vastabat.

Idem. In extremis agens monialis, ad
quam multis ejusdem faneritatis fortes
confluerant, consolandi & confortandi
gratia, una ex illarum numero prudentior
loquaciorque dixit: Confido, mea optimæ
foror, in opera tua, in jejunia, in preces, in
regulam à sancta Clara institutam, & salva
eris. Cum autem hæc proferret, plura ad
ditura ejusdem generis absurdæ: venit mo
nachus vocatus ad eam. Qui cum audier
tales voces, non ferendas Christiano, dixit:
abite, seductrices forores: confide, tu calla
foror, in Christum Iesum, respice in corde
tuo ad erat, in quâ Christus pependit
propter peccata tua, quæ nec tu, nec patres
potuerunt solvere, & servaberis.

Tua opera nihil momenti adferunt ad
eternam vitam consequendam, sumus nos in
peccatis concepti & nati, & quotidie in o
mni vitâ nostrâ peccamus graviter contra
Deum, & proximum, & digni ob merita no
stra, ut in ignem sempiternum conjiciamus.
Christus autem est Salvator noster, redem
tor liberator, crucifixus mediator dicens:

opera mea? Christe Iesu, miserere mei,
& demitte peccata mea: in te solum
confido. Hæc vix elocuta, tradidit spi-
ritum Domino. Reliquæ moniales tacite
apud se cogitabant: Quis illum insignem
nebulosum, scortatorem, ebrium intro-
duxit? qui miseram sororem cum Christi
doctrina seduxit.

Considera cætitatem illarum muliercu-
larum, quām pessimos habuerint preceptores
in religionis negocio, qui hæc initia non
inculcarunt? Vera est historia, quam habeo
à nonna, quæ propriis auribus & propriis
oculis hæc audivit & vidit.

Monachus deinceps non est visus in con-
nobio. Conjiciunt quidam, miserum mona-
chum nocturnum sacrificum esse factum,
propter Lutheri doctrinam, quam parum
gustaverat: vel potius propter Evangelii
lectionem sedulam, in qua omnem ope-
ram die nocturne dederat, ad necem esse
traditum, quo cæteri sibi ab ista doctrina
caverent, regulasq; juramento pollicitas
cum votis diligentius servarent.

Ideam. Sacerdos quidam erat insignis adulteri, lusori, & vinipotor, quem nihil puduit dicere aut facere. Voluit is Papistis quibusdam inservire, & eam ob causam iis gratior esse. Accidit, ut hospitio ab sanæ doctrinæ ejusdem diæceseos Presbytero exciperetur. Hic, nmine urgente, eadem in cœna adeo fit ebrius, ut nesciret, quid agebat, aut finxit fortasse se bene potum, quo commodius quod in vatis habebat, perficeret. Hic ergo post primum sumnum surrexit è lecto, ac hospiti fenestras magno impetu se annis admotus fregit, fornacem destruxit, mensam evertit, & libros lacerauit. Bonus Pastor, auditio hoc tumultu exercitatur è somno, in clamans: Quid agis, domine citatisime? quis te molestat? quid tumultuaris? habesne adversarios, à quibus tibi & mihi sit cavendum? paucis signif. Cum autem cubiculum aperuisset, ab impio illo sacerdote gladio transfoditur. Inclinat se mox, vulnere accepto, in terram ac casu spiritum exhalat. Accursum ei à vicinis, clamante & ejulante familiâ, capitur homicida, detinetur publico in hospitio, ad dies aliquot catenis vincitus, ne per astutiam elaberetur.

Verum amici & consanguinei sacerdotis occisi non potuerunt impetrare, quod pleberetur homicida suppicio digno. Noluit enim hoc superior potestas, a jens, vincitum Episcopo esse mittendum, cuius sit vel perdere homicidam, vel liberum facere. Conquesti sunt rustici, indignam hanc rem esse, idem faciebat nobilis, qui pagi ejus prefectum agebat. dicentes: nullus in-

quām homicida ille & latro, qui pium pa-
ftorem in propriis ædibus interfecerit? Responsum est, nemini contra sublimioræ
potestatem licere vel hiscere, ni velit extre-
num periculum subire. Iam aliud seculum
esse, quām in tumultu rusticó. Potestatis est
statuere quod vult, vestrum est obedire.

Episcopo itaq; latro datus, fuit ad dies
aliquot vincitus, deinde dimissus, ac dictiori
beneficio Ecclesiastico donatus, ob rem
præclarè gestam, dixerat n. sese Lutheranū
sacerdotem studio interfecisse.

Idem. Presbyter quidam armis petitus
invalorem gladio vulneravit. Læsus, alienum
esse à sacrifici officio, querebatur, ut
gladio dimicet, quod Christus servator
Petrum jussit gladium vaginare reconde-
re. Falleris, ait, Presbyter, si hoc exem-
pli omnem nobis armorum usum cone-
ris eripere. Nam qui recondere jusfit gla-
dium, cum demum jussit, cum absissa esset
auricula. Et ita consentaneum est fieri de-
bere, ut hoste aut superato, aut cæso, dimis-
sis armis, receptui canamus.

Idem. Vedit quidam in papistico caso
divum Gregorium, & post eum Papas, qui,
conductis quatuordecim bajulis, decimas
ex veteri Testamento in novum importa-
bant: deinde etiam mitras, infulas, sacrificia,
oblationes, suffumigia, lumina, & omnia
ferè quæ in veteri templo fuere. Sed callidi
homines noluerunt uxores veterum patru-
abducere, sed loco illorum acceperunt an-
cillas. Nam uxores negabant ad novum
Testamentum pertinere. Hinc est, quod
hodiè passim pro uxoribus habent concu-
binas, quod ad eos uxores non pertinent,
sed imitrices & cinzæ.

Quum vero Papales essent solliciti, quo-
modo locum Pauli 1. Timoth. 3. cap. defendere vellent, intervenit magnus quidam
Abbas: qui, audite patres, inquit, an ne-
scitis, uxores ex testamento veteri in no-
vum traduci non potuisse? Quare neces-
sum est, ut beneficia & sacerdotia uxorum
loco substituta putemus. Quemobrem il-
lum locum sic volo construatis: Episco-
pus sit unius uxoris vir, hoc est, habeat ad
minus unum beneficium, eaque ratione no-
stro Episcopo locus erit. Quod autem ad
reliqua spectat, de quibus vos esse valde
sollicitos scio, non habeat, inquit, unam, quæ
potest habere plures. O solertes doctores
Ecclesie!

Idem. Eremita quidam Padua erat, An-
simirus nomine, tempore Francisci, Ducis
Patavini septimi. Hic, cum vir sanctus ha-
beretur, multas mulieres, etiam nobiliores,
per confessionis speciem, ad concubi-

rum, quas cognovisset : qui cum multas, etiam ex domesticis & familiaribus uxores protulisset : scribebat nomina secretarius, ut exinde causam risus eliceret.

Cum tandem nominandis finem fecisse videretur, peteretq; Dux, an plures superessent : ille verò constanter negaret : asperitus hominem arguebat, & vim minabatur Secretarius, nisi omnes retulisset. Tum ille suspitans, scribas & tuam quoq; ait, atq; eam addas numero aliarum. Quo dicto, & calamus præ dolore è manib; Secretarii excidit, & Dux in maximum est rīsum conversus. Rectè fassum esse, dicens : ut qui tanta voluptate reliquarum maculas audiebat, & ipse in eorum cōtum adderetur. De his etiam supra.

Idem. Alius quidam ejusdem farinæ, ad prædivitis cuiusdam obitum advolans, cum ille jam ageret animam, & nulla spes esset, ex testamento aliquid recipiendi, di-
cētū mirabilem stropham excogitat. Advocato enim unico demortui hujus filio, qui nesciebat mortuum parentem, ita inquit: parens tuus jam primum mihi, super quibusdam rebus, animæ illius saluti condicilib; verba fecit, verū quando ipsi moribundo loqvendi facultas ademta est, libeat, vel nutibus discere extremam hominis voluntatem. Num, senex venerande, centū nummos aureos nobis legas ? num totidem pro justis annuis ? Atq; in hunc modum cum multa alia interrogaret, Barbatulus quidam, prius edocitus, caput defuncti machinulis quibusdam in pectus demittebat, cœu annuentis gestum videretur exprimere.

Porro filius certis conjecturis subdolant nebulous vafriciem deprehendens, pater inquit, nunquid gratificari tibi videbor, si impostorem hunc fratrem per omnes domus tuæ gradus dejecero ? Atq; ad hunc quoq; filii sermonem cum annueret patrens : Hæc, ait, patris mei voluntas omnium est ultima, quam abrogatis illis prioribus, firmius convenit observari. Proinde arrepto fratre, explesset testamentum, ni testes qui coram aderant, maturius primum gradibus incumbentem eripuissent, illeq; fuga saluti consuluisset suæ.

Idem. Nobilis quidam volens confiteri, versavit in manu aureum nummum, quo sacerdotem donare voluit. Hoc cum vidisset unus Sacerdotum avidus pecunia, accessit hominem : atq; an confiteri velit, interrogat. Annuit ille. Quem cum Sacerdos post confessionem interrogaret, an pœniteret eum peccatorum, velleq; ve-

nem audivit : sed cum nec pœnitentem, nec in futurum abstinere volentem compresisset, nihilominus tamen, ut aureum acquireret, absolvit hominem, eā formā, Dōminus noster Iesus Christus te absolvat, si vult, & dimittat tibi peccata tua, quod ego non credo, & perducat te ad vitam æternā, quod est impossibile. Atq; ita à nobili latitatis ignaro aureum extorsit.

Idem. Princeps quidam in Septentrionali plagâ, prudens & verè pius, cum sorti ante arcem suam, cum novo ignoto Theologo de vera religione verba comutaret, duo cucullati Monachi de professione S. Fracisci, ordine autē Minoritz, adventare c̄ visi sunt. Quibus visis, in hæc verba prorupit Princeps: Domine doctor, de qua arborum specie creditis esse illas crepidas, quibus calceati hi Monachi prætereunt incedunt. Respondit Doctor, se dignare. Exclamans igitur princeps, Es tu magister in Israel, & hoc ignoras? addit, crepidæ istæ de illâ sunt arbore, cui Christus in Evangelio maledicit, dicens, jam non amplius in æternum ex te quisquam fructum manducet. Quo dicto facetus ille & lepidus princeps Monachorum hypocritam notare voluit.

Idem. Video quidem, fuisse morem nostrâ memoria, ut concionatores narracionibus quibusdam uterentur sub oratione finem, quæ videri poterant studio confitit, ad terrorem incutiendum rudibus & obduratis, aut ut rem aliqui frugiferam persuaderent: veluti de quibusdam impit viventibus, qui à Dæmonibus abrepti sunt, aut de Archidiacono, qui, cum audisset in templo recitari, qvi se humiliat, exaltabitur: falsum est, inquit, si me dejecsem, huc dignitatis nunquam emersissem. Mox fulmen cœlitus emissum & blasphemam linguam & vitam abstulit.

Simile est de Lena, cui diabolus pollicatus est par calceorum, si quendam virum sanctum, quem ipse multo tempore tentaverat frustra, ad incontinentiæ lapsum pertraheret. Lena perfecit, ac petiit metedem ex pacto. At Dæmon illi calceos, longæ hastæ præfixos, porrexit ultra flumen, ipso facto confitens, nam mulierem cœtam sceleraram, ut ipsis etiam Dæmonibus esset abominanda.

Idem. Eques quidam majoribus suis iusta faciens, multos ad se vocaverat sacrificios: atq; perfecto sacro, epulis largioribus illos pascens, vedit, ex eis quempiam turdum unum & alterum furtim in manicam conjicere. Peracto autem prandio,

vatoris. Tunc cques, cur igitur tu satiani convivio à me exceptus, de crastino sollicitus es, ubi epuleris? Ad hanc sacrificus, minimè, ait, sum sollicitus. Rursus e-ques, qui non es sollicitus? Entertosq; vos prandens abstulisti. Ego, inquit sacrificus, non abstuli, sed ab aliis accepi: atque eò magis accepi, que mihi in crastinum essem sollicitus.

Idem. Fuit ex Episcopis Germanicis quidam, singulari vir integritate perditus. Is Canonicorum, quibus praerat, vita turpitudine offensus, convocatis ad se denunciatus, concubinas intra mensem ut reprobant. Nam se quidem, cui reddenda esset Deo olim sui officii ratio, facere nullo modo posse, quin collegii & Sacerdotii preventibus eos mulctet, qui non dicto audientes forent. Quid sit? antequam præstata ei rei dies venisset, ecce è Roma literæ venerunt à Pontifice, quæ vetarent cœptum exequi, & negotium canonicos facessere: ac Episcopum, sineret canonicos posthac juro suo uti, nec data illis privilegia tolleret, admonerent: propositis etiam, ni pareat minis. Hoc interjecto terrore, vir optimus incepto destitutus, multa postea de Pontificis iniuria, & ejus ad se minacibus literis apud alios conquestus. Quis non ubertim lachrymas die noctuque funderet, hac audiens? ubi cœlibatus cum sacerdotum cum Monachorum?

Idem. Mencior, nisi Cardinalis Sedunensis in convivio, multis audiensibus, nominatum commemoravit vicum, personas, & Monasterium, in quo vivum adolescentem defoderant Dominicani, quod pater eques filium eò per traetum minis reposceret.

Idem lib. 3. In convivio multi sacerdotes congregati erant propter funas cuiusdam prædivisit. Inter alia ut sit, mention facta est Lutheri, quasi esset Ecclesiæ turbator, & omnium domesticarum rerum spoliator, præcipue autem sacerdotum, qui nihil norunt, quam misere, hostis. Ad hanc quidam, Benè dicis, Domine Joannes Si Lutherus non venisset, ego rusticis meis facie per saltem, ut diebus veneris per totum annum scenum, iuster equi, comedissent. Sed nunc mihi nihil omnino credunt, nec fidunt, etiam si Christum ipsum mecum, è celis vocatum, adducerem: adeo prudentes esse volunt. Ex libris Germanicis eam prudentiam didicerunt: quos velim combustos esse.

Insolens dictum sacerdotis, cujus erat doctrina Evangelii populum instruere, bonos mores præscribere, & sceleribus detergere. Miser populus, qui tales indoctos pastores habet, qui nihil aliud

scani contendebant, ad illos pertinere prærogativam in pulsanda salutatione divæ virginis. Contra Dominicanis suas rationes adferebant, & solida argumenta, ut putabat, quod priores deberent esse eo in officio divæ virginis exhibendo, ob doctorum hominum multitudinem, ob vetustatem ordinis, ob niveam vestem, quæ corpus tegerent. Tandem lis direpta, postquam plus quam 30000. aureorum insulsissent, estque intentia latæ in hunc modum: qui prior surgit, prior pulset. Sic derisi se ob leviculam rem multis propinaverunt. Quam diabolica res odium? quam invidiosus honorum stimulus? in quot contentiones calamitatesque sepè homines sapientissimos detrudit? in quæ damna velvit miserum hominum genus?

Hieronymus Squarzaphicus Alcændrinus, in vita Francisci Petrarcae.

Benedictus 12. Papa, qui Joanni in Pontificatu successit, ne tantus amor Francisci Petrarchæ erga Lauretam puellam formosam vacans haberetur, (qui canonicus Paduanus & Parmensis Archidiaconus fuit) ut illam in uxorem acciperet, persuasit. Et ut facilius adduceretur, concedebat, beneficia teneri posse, & alia etiam insuper erogare. Nam dum in curia in pretio esset, undique à principibus & à Pontifice pollicebantur illi honores. Erat foror Petrarchæ, quæ jam duodeviginti habebat annos, quæ Avenioni, ubi orta, cum Girardo morabatur, eleganti forma, mortibus insignis, & virtutibus prædicta. Cujus pulchritudine & forma captus, perdite deperibat Pontifex: (o quam sanctulus?) & ut illa potiretur, multa fieri fecit experimenta.

Tandem cogitavit præmiis & honoribus Petrarcham in suam trahere opinionem. Cardinali suæ facturum ipsum, promittit, dum modo illa suo concederetur arbitrio.

Franciscus, qui in omni re Deum præ oculis habebat, cui nihil est occultum, ut ille, qui nihil connovere, nihil fingere, nihil disimulare didicerat (ut debuit) ira commotus, & id quod lingua, fronte, animo habebat, respondit, tam fastidum galerae capiti non esse imponendum, sed fugiendum, abominandumque omnibus, tanquam nefandum & dedecorum. Et si reverentia nominis, quo vices Dei in terris gereret, non terreat & retrahat, calamo tanta rei indignitatem se vindicaturum esse, & fecit, prout Philepho placet, in una sua morali cantilena, quæ incipit, Io non vñ canta-

concessit, quo iactuorū tenuit, & locū
siam Dei videns per abrupta vtiōrum sic
trahit. Avenione aufugit, & Italiam verius
ire cœpit. Frater penitentia dudus, nupta
sorore, sancte religionis habitum quæsivit,
& Carthusiensium ordini in conventu de
Materno, qui est prope Masiliam, rebus
mundanis reje&is, se devovit.

Idem Petrarcha Hetruscus, Francisci
Petrarchæ pater, Florentiæ olim scriba re
formationum erat: quod officium cum di
gnitate multos annos tenuit, sed à factio
nis tandem pulsus circa annum Dom. 1366.
in Gallias proficiscens, Avenionem perre
xit, ubi sub Clemente V. tabellionatus offi
cium in curia, ut ipse vocabat, novæ Baby
lonis exercuit.

1539. *Simon Gryneus in libello, cui tit
ulus est Somnium.*

Hic author suminus, ex corruptissimis
moribus, in tanta Evangelii luce, divinæ vin
dictæ flagellum præ foribus Germaniæ ex
eubare, prævidit, quam prædictionem
elegantî carmine complexus est, & So
mnii titulum ei fecit, in quo libertatis
Germanicæ interitum lachrymis nimium
veris deplorat. Imp. Carolo 5. Papa Paulo
3. ut sup.

1539. *Adrianus Venetus Monachus.*

Scripsit librum de arte inqvirendi ha
reticos, & alia, Imperatore Carolo quinto.
PP. Paulo 3.

1539. *Petrus à Monte I.C. de potestate
Pontificis.*

Super illud Matth. 22. Date, qvæ sunt
Cæsaris, Cæsari: & qvæ sunt Dei, Deo, di
cit: quod Christus non jubet ei reddi o
mnia, sed tantum, qvæ sua sunt, esse enim
pronomen. Quæ restitutum: & Papæ
etiam suam, hoc est, majorem partem re
linquendam. Imperatore Carolo 5. Papa
Paulo 3. ut sup.

Pag. 434.
1540

Nicolaus Boerius decis.

Refertur Abbatissæ dictum de mixtis
monasteriis, quæ principi qværenti de nu
mero collegiorum, respondit: Canonico
cos 20 esse, & canonicas mulieres 40.
Cui ait princeps, numerum debere con
verti: quod melius sufficiebant 20. fœmi
næ 40. viris, quam è converso. Sed ipsa
principi replicavit, quod salva ejus rever
entia benè fuerat ordinatum, scilicet quod
pro 20. canonicis essent 20. canonicæ: re
liquæ verò essent pro hospitibus superve
nientibus. Qno audi: o responso, qvæ
sunt

locum com. 20. Papa Calixtus 3. recula
vit dispensare super conjugio Diaconi, qui
allegabat, se continentis donum non habe
rente legi carnis posse resistere, atque
uxore carere: quamvis pro eo intercede
ret tunac Cardinalis Senensis, qui postea suc
cessit Calisto, dictus Pius 2. ut in suis epi
stolis in Cardinalatu compositis testatur,
scribens illi suo amico, alterum Papam ex
pectandum esse, qui melior fit.

*Andr. Alciatus I.C. c. novit de
judicis.*

Papa in præceptis traditis in Evangelio
ligatur zqve, ac reliqui Christiani.

Idem in prima Regula de præsumptioni
bus. Papa mortaliter peccat, si alienar res
Ecclesiæ in consanguineos, ut eos divites
faciat. Imperat. Car. 5. Papa Paulus 3. ut
suprà.

Idem in lib. de formula Rom. Imperi
Rodolphus Habsburgensis comes, (cujus
majores urbe Roma fuisse, scil. ex Avantio
oriundos, plerique comminiscuntur, unus
vel ea ex causa maxime celebrandus est,
quod Florentinis, Lucensibusq; ab omni
Cæsarum jure immunitatem precio veni
dedit, eoq; nomine appensa ab alteris ita
aureorum millia, ab alteris duodecima
cepit. Assensus est Honorius pontifex,
ratamq; alienationem decreto suo fecit.
Tamen enim modica pecunia qvæstus
videretur, satis tamen ei iuri coenando
esse censebat, quod precario à se concessum
interpretabatur, qvodq; absq; armis obi
neri non posset, cum illi non nisi exercitus
coacti imperata facerent.

Post hunc à septemviris Albertus ejus
filius Austriae dux designatus est, quem Bo
nifacius VIII. cum multis maximisque in
commidis affecisset, regia tamen sede de
turbare, qvod in primis cupiebat, non
poterat. Tantum enim abest, ut autho
ritate cum sua confirmare voluerit, ut re
cipiissimum fama fuerit, cum hac de re
ab Alberto ad eum legati venissent, enī
accinctum Pontificem, coronaque Impe
ratoria ornatum. tyrannico spiritu ex
clamassem: Ego sum Cæsar, sed nihilominus
regnavit ille.

*Joannes Manlius in locis
communibus.*

Rotenburgi ad Tuberum honesti viri
des frequentare solebat qvidam, & vestitum
splendore, & divitiarum jactatione, nobis
litate illustrem se sevirum professus, duos
sibi junctos habebat comites, vestiti
non miru preceps induitos. Adduce

ia in longinquis terris sibi esse plurima, nec
quicquam eorum, quae in hoc mundo opta-
ri, aut desiderari possunt, decet, præter uxo-
rem decorum ornatae modis.

Displicuit Patri familias hospitum ejus-
que locorum importunitas. Quæ res cum
movit, ut hospitibus itis advenientibus,
i. iros loci verbi divini ministerum quoque
ad eam voca: et, & placuisse ex verbo
Dei intercessandum insiceret colloquia.
Vt hinc et hospitem ejusque locos ista
colloquia offendierunt. Quæc etiam di-
cendi materiam querentes, multas, inqui-
unt, facetas esse, quæ perius convivis ex-
hilarandis inserviant, quam divini verbi
interpretationem: si rogare, ne eis ultius
sacra Scriptura medium & molestias creare
velint. Ex quibus facile cognovit Paterfa-
milia diabolicum convivarum istorum in-
genium: & jam satis adverius diaboli insi-
dias confirmatus.

Apagite, inquit, vos scelerati nebulones,
nihil vobis commercii est mecum & cum
meis. Baptizati nos sumus, & precioso
Christi sanguine redemi, is quoque nos ad-
verius diabolicas vestras insidias tutabitur.
His dictis, magno protinus cum strepitu
impostor ille tartarus cum suis sociis eva-
nuit, relicto poit se fœtore teterrimo, tri-
umq[ue] suspensorum hominum cadaveribus.
Imp. & Pp. U.S.

1540. *Ioannes Sambucus in appendice
ad historiam Bonifacij.*

Nonne quarum in rerum, alieno nisi ob-
sticarum, desiderio ac votis à tot annis
ejus dictiones facere, ea ante annum per Sy-
nodum, postea pontifice in obtinuit, nou-
fiae gravi suspitione mutati consilii: ut in-
tegræ & in primis usitata seculis Christi in-
stitutione dicimur eam, seu memoris com-
municationis, à pontificibus ob quasdam
falsas causas sublatæ, vulgo redderetur? ut
eti am sacerorum ministri, qui idonei forent,
non coacti, sed libere, estate & moribus
exigentibus, in matrimonio esse legitimo,
non adulterato possent? Imper. Carolo 5.
Papa Paulo 3. U.S.

1540. *Johann. Rutilus Westphalus de
abusus Ecclesiastici.*

Illud ego tecum una incredibilem in-
modum, & supra quam dici potest, miror,
eam esse plerorumque de grege pontificio
animi obstinationem atque perversitatem, ut
aliquid esse negent in doctrinæ, aut Eccle-
siæ ritibus erroris: neque esse affirmant
ullum, qui hoc vere objicere aut probare
possit. Agedum ergo, quando nos calumni-
ari dicunt, credant suis ipsi prophetis. Nam
sic quidam inter regni pontificii proponua-

dere de singulis quibusque sententiam
ipsius.

Primum ergo quod ad doctrinam atti-
net, restatur, monachos & theologos scho-
laisticos novum docendi genus invexisse, &
nova quædam docuisse, quæ nescierit anti-
qvitas. Ad hæc, multa eos majore da-
mino, quam utilitate Ecclesie Dei, divinis
literis & orthodoxorum patrum scriptis
addidisse: sic ut additamenta illa plus do-
minarentur in Ecclesiastico populo, quam
ipsum verbum Dei, & doctrinæ patrum, hu-
ijs rivulus. Item Prophetas, Apostolos,
Martyres, heremitas, episcopos, pastores,
doctores à primordio sanctissimos ac erudi-
tiissimos ignorasse Sorbonicam Theolo-
giam, & quæ leqvostur. Ostendit videli-
ceret, doctrinam Evangelicam fuisse ho-
minum commentis & additamentis cor-
ruptam, & propemodum obrutam &
sepultam.

Jam de Eucharistiâ agens: Corrigant,
inquit, Ecclesiastici Missæ dedecorosos ab-
usus, ac stolidas superstitiones. Ampute-
tur consuetudo sacrificantium obnummu-
los, atque adeo sacra impiè venden-
tium, attestante illorum conscientiâ.
Non admittantur sacra concubiniorum.
Quid? Videsne palam, rei divinæ abusus,
superstitiones, sacrilegam nundinationem
taxari?

Idem quo loco de jejunio agit: Pontifi-
ces (inquit) æquum est remittere aliquid
de severâ istâ obligatione conscientiarum
propter eibum, ne statim ad lanienam tra-
hatur, qui vel invitus collapsæ valetudini
eius promiscuo medetur. Meminerint,
Christianos non esse Agarenos, neque o-
mnibus opipare pesculentas mensas con-
tingere. Valde cavendum, ne supersticio-
rum Judæorum similes efficiamus, ac ne
innitamur operi. Quæ quasi retia consci-
entiarum fuerint illa indicta statis anni
diebus atque temporibus, jejunia, quanta in
his exigendis tyrannis Pontificum, quanta
in observandis spes atque fiducia salutis:
satis, ut opinor, inauit.

Idem varia in orando vitia ostendens: de
Divorum intercessione inquit, Ecclesiasti-
ci ponant modum dogmati suo, & non fa-
ciant articulum Symboli ex pia persua-
sione. Præterea damnetur barbara supersti-
tio magicatum precum, atque consecra-
tionum profanarum. Tollantur oracim-
culæ, quas somniarunt ad eolum vesperti-
num anus, aut deliri monachi. Quam non
magnificè de Divum invocatione sentiat,
& quid præterea damnet, vides.

Jam de horis Canonici agens: Illud,
inquit, curetur, ut preces ad laudes istæ
horarum decantes, magis que nō canticetur

(inquit) sed sibilatur: non verba, sed vox, non sensus, sed sonus, non affectus, sed strepitus queritur.

Quid vero de diebus festis? Demant (inquit) Ecclesiastici aliquid de multitudine festorum, ne tot feriis tempus teramus. Adimatur gravissima obligatio conscientie, ac fiducia, &c. Obviam eatur lacrimis choreis, scurrilibus ludis, turpis simis ingurgitationibus. Hic ea taxat, quae nos antehac sive de diebus sacris questi sumus, in quibus feret (ut Tertulliani verbis utar) malorum morum licentia, pietas est, occasio luxuriae, religio.

Quid de ceremoniis idem? Inerant (inquit) vitia, & quidem multa: haec igitur amputari oportuit magis, quam totum tolli. Fidebat hisce vulgus: putabat, haec necessario requiri: credebat, se justiorum ob haec: credebat haec efficere, ut peccatis venia sit, anteferebat haec preceptis Decalogi, haec modo spectabat, in haec primumbebat, nullo respectu probre vita habito. Videsne, Urbane, quid in ceremoniis improbet? Non vult in externis ritibus, quasi totus in his Dei cultus, & vera pietas consistat, ad ipsendam salutis fiduciam collocari: non aut peccatorum veniam illis, aut justiciam acceptam referri, non his Dei precepta posthaberi.

Idem de imaginibus inter cetera: Statuatur (inquit) terendas quidem esse imagines, sed non adorandas, cum ob id olim neque sculptae neque pictae sint, sed ob alias causas.

De reliquiis sanctorum, execrandas (inquit) istas superstitiones reliquiarum, quas perditissimi nepotes, a quaestu verissime appellati, ad Ecclesias ludibrium exitiumque invexerunt, nescivit antiquitas. Nec vedit abusus ridiculos, in quibus non exigua pars pietatis vulgi nostratis habebat haec tenus.

De purgatorio igne veterem contentio nem esse, ait. Qui potissimum de hoc (inquit) disputant, feret ita vivunt, ut citius in gehennam, quam purgatorium sint involaturi. Et cautius disputandum de eo, quod Deus in universum scire nos noluit.

pag. 436. Iam de monachis, (ut aliquando definis) Magna pars, inquit, monachorum ceremoniis nititur plus, quam observatione preceptorum Dei: & has aliis magno venditant, promittentes, quae non habent ipsi. Reptentur cuculli salvandis animalibus rediti. Repete: in Epicureis in monasteriis principalium, in quibus sunt à

dōctina quicquam contaminatum, aut in ritibus depravatum: cum & res ipsa palam reclamet, & qui principi sunt adversariorum nostrorum, quasi aucti signani contrarium doceant. Imp. Car. 5. PP. Paul. 103. ut sup.

Idein lib. i. de superstitione. Quid commentum illud de ueste Franciscana? quā in ueste qui mortuus vel elatus fuisset, nihil enim demoni esse juris: quia Franciscani merita sua operaque bona, que tuto sunt ordine, una cum ueste communicassent. Hinc majorum liberalitas ergo monachos: hinc legata cœnobiorum. O impietatem! Verum hodie nihil ista mouent: quod & merita illa monachorum nemo unius estimet assis. Hinc causa odi in viros, qui primi commenta hac detexerunt.

Idem. Narrant quidam de Thoma confessis in Paulum commentariis, apparet enim ei magnopere asseverasse Paulum: minimem fuisse antea unquam nec intelligentia assecutum scripta sua, nec divinus in his commentatum, praeter unum Aquinatum istum. Qvis non vanissimum commentum esse putet?

Scripsit hic idem & alios utiles libros de stulticia mortalium in procastinanda correptione vita: de erroribus Pontificum, & alia.

Ludovicus Cælius Rhodiginus
lib. 8. cap. II. Lectionum Antiquarum.

Mirabamur haud ita pridem, cum scitisimas & multifariam doctas beati Hieronymi epistolas evolveremus: quid ita fantasim, & propterea maximè rex, Babylonem purpuratam dixisset meretricem? Etiamsi eo nomine intelligi videtur Roma, cujus delicias non concubebat tanti viri stomachus. Nam prima Epistola Babylonis nomine Petrus ἐπίκοινως Romam indicat: quum, inquit, apud Babylonem versarer, essemque purpura meretricis colonus. Diu hoc anxieque ex historia quæsumus. Tandem dicti rationem ex Plutarchi scientissimi tum Philosophi cum historici lectione aucupari sum visus, à quo sic memoris proditum observavimus:

Xerxem Persarum regem quandoque in Babylonios excanduisse vehementius, quod ab ejus duetu auspiciisque desciscere forent ausi: eoque nomine comparato in sancti exercitu: quum erupturnata ut hec in-

cauponæ indulgerant, ac si uos tunicis induerentur, Hæc estus Plutarchus.

Apud alios sic feruè legimus: Babylo-nicis mulieribus morem fuisse ex oraculo quodam, cum hospitibus turpiter perni-serti, turba & cultu plurimo apud Aphro-ditum commeantibus, thominge singulis coronatis. Qui verò admittebatur, posito super genibus argento, quantum videre-tur, mulierem mox longè à fano abdu-ctam inibat: idque argentum Veneri fuisse lacrum. Hæc nimicum probariat satis superq; cur purpurata dicatur me-etræ Babylon.

Adduntur & illa: Nil admodum fuisse motibus ejus urbis corruptius, nec ad irri-tandas immodicas voluptates instruëtus, Babylonis in vinum præcipue, quæque ebrietatis velut appendices sunt, fuisse procliviter effusos: feminarum item con-vivia celebrantium initio modestum com-positione, fuisse habitum, mox tanquam mero incaluerint, summa exuere convesse amiculæ, sensimque pudorem profanare. Postremo etiam eò adduci impudentia, ut anima corporum revelare non erubescerent. Pater fortè aliquis, damnati infelicitisq; pu-doris prostibula ista solitas perpetrare: imo verò nobilissime cuiusq; matrone de-cora hæc habebantur.

Quam perdiçissent mores, id porrò abunde arguerit, comitatem arbitrabantur vulgati corporis vilitatem. Tradunt auto-reis gravissimi: Macedonicum exercitum Afiz domitorem, tanti Ducus nomine illustrem, inter tot & tanta flagitia die-bus modò quatuor & triginta saginatum, eviratumque, ad ea, quæ insequebantur di-scrimina, adeo ignaviorem fuisse futurum, si hostem habuisset, ut pro tam ampla glori-a per tot devictas gentes, & tot terrarum spacia sub Macedonicas leges redacta, m-a-ture perire potuerit.

Porro ne quis frustra ex diverso hæc in unum congregata, opinetur, adhæc omnino libro de rerum naturâ quartæ respxisse Lucretium, contendem, ubi amoris noua-menta colligens ita scribit:

*Adde quod alterius sub mutu degitur et as:
Labitur interea res, & Babylonis finit,
Languent officia, atq; agrotas fama vacil-lans.*

Nam quod afferri potest de vestibus plu-mario, & polymitario opere illustribus, quando auctore Plinio, colores diversos picturæ intexere instituit maximè Baby-lon: & in Catone Seniore Plutarchus scri-bit: hereditate oblatum Catoni

cōcicias, amori libidiniq; mancipatos in ea labi seditatem, ac fame dispendiū, in quo magno dedecore illapsa Babylon est.

Illud verò obiter testatum volumus, I-o-qvinos de Babylone, quæ in Assyria est, quoniam altera quoque in Ægypto Baby-lon est. Assyriam condidit Babylon sapi-entissimus, ut menorant, Medi filius: non (ut voluit Herodotus) Semiramis, quando duobus annorum millibus eam ci-vitatis hujus in ædificatio antecessisse vide-tur, diligentì chroñicorum suppuratione. Ægyptiæ Babylonis Stephanus meminit, at-que Strabo & Ptolomeus. Sed Strabo eam magis Arabiæ contribuit. Unde & Arabum lingua Chairum illam vocant, quæ vox non aliud nobis indicat, quam Babylonem. Eam verò condidere ex antiqua Babylone pro-fugi quidam.

Apud Babylonem porrò festum agi soli-tum, scribi Xenophon, in quo Babylonii omnes univeram noctem biberent, & la-scivis carminibus, saltationibusque indul-gerent. Cujus occasione celebritatis à Cyro captam olim urbem, idem testatur. Pelles Babylonici sunt apud Iurecósitos inter species ad vestigia pertinentes. De iis, quales fuerint, in pellium mentione plus ex Hieronymo afferemus. Calix Baby-lonis aureus vice adagii usurpatur ab Hiero-nimo: Multa, inquit, de perfectione dicun-tur, ut qui volumen Philosophi nesciunt, sub martyris nomine bibat de auro calice Babylonis. Meminit elegantissime item Ambrosius quodam loco, ille, inquit, apud me primus, qui omnium perditissimus: ille meus est, qui suus non est: ille mihi grati-or, qui sibi nequior. Calix aureus Baby-lonis in manu mea, inebrians omnem terram, animo meo biberunt omnes gentes. In sanctis quippe literis meretriculæ ver-su-toris typum habet Babylon, quæ gentibus auro poculo iuscitiam propinet, unde sce-lerum mox agmen promicet, & errorum in-expugnabilis acies. Apud Hieroniam cap. 51. sic annotatum competi, Calix au-reus Babylon in manu Domini, inebrians omnem terram.

Sunt, qui sermonis ornatum sic dici con-cipiunt, quo viris inebrientur omnes, qui sit tamen in Domini pontificio constitutus. Origenes, Babylonis, inquit, calicem aureum accipe dogmatum prævorum verba pe-stifera, eloquentiæ cultu decora. Omnia per parabolam ab Prophetâ dici ea, scribit Nicolaus Theologus. Indicari autem Baby-lonis regem, id est, (ut inquit Origenes) Nabuchodonosor, qui gentibus in numeris propinat mæroris potum, superbe ac cru-deliter quædam. Denique

dicere: cur aliud respondetur, quam quætitur? Et rursum adversus Pelagianos: Qui minas, injurias, paupertatem ferre non possumus, quomodo flamas Babylonis vincemus? Intelligi vero per figuram, opinor urbis Romæ devestationem, de qua ad Marcellinum Hieronymus: Animus, inquit, Romanæ urbis vastatione sic est confusus, ut (quod dicitur) proprium ignorante voculum, diuque tacui, sciens, tempus esse lachrymarum. Imp. Car. 5. PP. Pauli 3. ut sup.

1540

Leonardus Fuchsii institut Medicin. lib. 2. sect. 2. c. 9. Benedictus Theologus Parisiensis, & Reynoldus.

Romanus Pontifex, ajunt, qui non modo usu carnium interdixit nobis verno tempore, sed etiam jus & potestatem comedendi lac, butyrum, & ova a se pecunia comparare coegerit: ita in corpora, fortunasque nostras decretis suis gravissimus est ut parum absuerit, nisi Deus Lutherum, vitrum perpetua memoria dignissimum excitasset, quin mox fane nobis, communis cum jumentis cibo utendum fuisset. Unde Benedictus Theologus Parisiensis in concordantiis Bibliorum affirmit, assimilans in historia Balaam significare Ecclesiam, & Romanum, ut ex 2. Petri 2. constat, Pontificem esse Balaam qui ei inducit. Enimvero, ait Reynoldus, multum ad hujus mysterii significationem confirmandam facheret, si Pontifex, quod eventurum metuebat Fuchsius, Ecclesiam cogeret vesci fano. Imp. Car. 5. PP. Paulo 3. ut sup.

1540

Franciscus Burckhardus, Archiepisc. Coloniensis Cancellarius, in libro de Autonomia.

Ut Deus, inquit, & Diabolus una confundere non possunt, sic quoque Romana & Augustana confessio. Similia quoque scribunt multi alii.

Andreas Fabritius Imperatoris officium ait esse, gladio concilium Tridentinum propugnare: utilem enim & necessariam esse hanc sanguinis profusionem.

Et Petrus Michitsch dicit, Augustanam confessionem jam judicatam & condemnatam esse: neque restare aliud, quam ut una cum illis, qui in illam credunt, igni tradatur.

Christophorus vero Rosenbusch non dubitat, Lutheranos hereticos, & propterea (ut & Petrus Stewart) indubitate tollendos esse.

Pontificis religionis ordines illud observare, sed potius secundum Dei mandatum id dissolvere, & deinde in Lutheranos ferro, igne & aqua plus quam in Turcas ipsos (namque illos his multo esse deteriores) levissime animadvertere debere. Nam pactum hoc cum hereticis saltu iniunxit, & quidem necessitate tunc cogente: jam autem illo neminem ligari amplius: cum tam diu modo valuerit, donec occasio aliqua sumenda vindicet causam preberet.

Hoc loco notabit lector primum crudelissimam horum fædfragorum & sanguinariorum immanitatem, qui infatibili Christiani sanguinis siti, sanctum cordis a quatuor sanctissimis Imperatoribus, Carolo quinto, Ferdinando, Maximiliano, & Rudolfo 2. tot superillustrib. Eleonoris, sanctis patribus, principibus, & regnissimis sancti Romani Imperii maxims, initio Passavii anno 1552. iactum, & totis deinde, primum Ratisponæ anno 1557. pol. ea. Francofurti anno 1558. Augustæ anno 1559. & Francofurti iterum anno 1562. ut & Augustæ rursus anno 1566. & tertium Francofurti anno 1569. & habitu omnibus comitiis reiteratum, juramentoque semper confirmatum, cum etiam hosti servanda sit fides, nihilominus turpiter rumpere jubeant, & quo sanctius nihil esse potest, perfidissime violare cogant, econtra vero summorum Imperatorum & reliquorum patris patrum summam pietatem, heroicam & intemeratam fidem & constantiam, qui quod semel sancta fide receperunt, rumpantur ut ilia Basil. sancte colere non desistunt. Imperat. & PP. ut sup.

Idem. Illi qui dicunt, universos Germanos eo tempore, quo Lutherus suum semen in hanc præclaram nationem projecit, alto sopore demersos fuisse, neque oviuum suarum, quæ tunc per lupum abripiebantur, curam gesuisse, verum eas quoque liberet, divagari passos, fortasse non ita male pronunciant, nec à scopo longius aberrant.

Idem, res nostræ, inquit, pejori indicis sunt in loco, jamque ferè in eam calamitatem deducere, ut neque religio, neq; pastor, neque Sacerdos, neque altare, nec editimus, nec campana penè supersit. Collabuntur & evanescunt pedentem Episcopatus, Canonicatus, præposituræ, ac monasteria: pauciq; illi, & exigui, quæ sunt superstites, tam sunt ex ista correctione pietate & confessio & claram inquinati, atque

Calvinistas in confessionem suam Augustanam recipierent, hac eorum ratione: quia nempe sese offerebant, si quid minus sincerè statuerent, velle libenter le sorum instructioni cedere indeq; in communem hostem Pontificem suos calamatos atq; linguas distingere.

Idem. Circa tempus Schmalkaldicibili fuerunt editi seqentes Rhythmi:

Das Evangelium
(Putanovum prætensum)

Ist ir und thum.

Was ich hin sum /

Ist alles sum /

Und niemand sum.

In einer Stm /

Wian felle unu /

Bom Papsthum /

In Jrrhum /

Bad Keschhum.

Summa Summarum,

Es moß wieder hruu /

Bom zuherhum /

Zum Dapsthum /

Oder des Teufels, per Deum sanctu.

Idem. Principum igitur Lutheranorum Consiliarii Calvinistas, etiam iniiciis & invitatis suis dominis, in comitiis passim suscepserunt, soverunt, & magnopere promoverunt. Quid verò pramii aut lucri inde habuerint, ac quid beneficii invicem ab his sectariis sperare aut polliceri sibi possint, temporibus docebit progressus. Publicis enim iam nunc Calvinistæ scriptis (Tostianus & M. Ambrosius Wolfius, anno 79. editis) tradunt, se, & non Lutheranos, esse verè Augustanæ confessionis cultores. Evidem more luporum in melius proficiunt Calvinistæ: non enim absitent prius, quam omnem Lutheranum penitus sustulerint & absorberint.

Idem ignominiose admodum exprobrat Lutheranis Principibus, quod eorum Ecclesiastæ debeat pro concione fari, quod ipsis collubet. Die quidem Dominicam manè, eum nihil alias agendum sit, esse ipsis eis concionatores: reliquis diebus septimanæ pro venatoribus, stabulariis, aut equitibus, ad mensam esse ipsis ministros, & à poculis: à prandio uti eis pro pædagogis, aut codicillariis, & scribis: vesperi haberi pro musicis. Quin igitur contraria efficiamus, ut mentiatur Burckhardus.

Idem. Diffiteri non possumus, multos insignes Ecclesiasticorum & vulgarium laicorum nostrorum nebulones habere greges: homines vanos & improbos, hypocritas, quibus magis hæc mundana, secularia, & carnalia, quam spiritualia & divina

jam est, qui non statuat, longè saniore mente ipsos acturos esse, futurumque religioni eorum convenientius, si nobis, qui jam id dulce jugum diu portavimus, ei que familiariter assuevimus, si quæ inde peccata si que offendentes existent, ea inquam nobis relinquenter, nostrisque cervicibus acquiescere paterentur?

Idem. Dicunt & clamant Lutherani, ex nostra religione pingues præbendas, & muneras varias delicias provenire: suam autem Ecclesiam, sub paupertate & cruce virescentem, cœlum potius respicere. Quod si verum est, poterunt in prædicando pergere, & suū sibi cœlū retinere, id nos facile illis concedimus. Sed vicissim, quemadmodum illi stuprò pauperibus esse licet: ita ipsis propter conscientiam & tranquilitatem patientur, nos (quælo) missas decantare, & de bonis Ecclesiasticis, quo usq; Deo placuerit, statulam nostram agere. Qui autem prior in cœlium ascenderit, poterit ibi alterius adventum exspectare: modo nobis illi de rebus istis temporalibus & proventibus non sint molesti.

Aut si hac nostra facilitate abusuri, porrò extra limites paupertatis suæ, in pomaria divitiarum sostrorum digredi, & de corio nostro ludere animum induixerint: sciant illi, non impunè isthac se suscepturos esse, nos enim salutis nostræ nequaquam immemores, ejusmodi mediis contra ipsis processueros, ut deinceps libertè & sine molestia bonis illis Ecclesiasticis per omnem vitam gaudere queamus.

Petrus Viretus de adulterata 1540
Cenæ Domini, & sacre Missæ
mysteriis.

Quam sit Misericordia detestanda,
& quam sit toti Christiano orbi exitialis,
& vera Satanae lerna, cuius opera & veneficiis totum Christianum orbem falcavit,
& ad omne superstitionis & ido-

lolatriæ genus prostravit.

Pervenimus tandem ad extremam scenam extermi Misericordie fabula actus, in qua scitè satis observatum est, quod præcipit Horatius.

Neve minor quinto, nec sit productior actus
Fabula, que posivult, & spectata reponi.

Hæc est fabula verè tragica & sangvinolenta, quæ tam tristes, tam lugubres, tamq; cruentas hodie in toto penè Christiano orbe movet tragedias, omnem superantes veterum tragediarum crudelitatem & atrocitatem. Hæc est illa sacra missa, cu-

deratosq[ue] sacrificios non solum super
astra eversit: sed etiam supra divas virginis
Christi matris, si ipsi creditur, Angelorum
que dignitatem.

H[ec] est fex omnis impietatis, in quam,
quicquid fuit unquam in toto Iudaismo,
Hellenismo, & Mahometismo, & in omni-
bus veterum hereticorum insanis deliriis,
jam inde a condito orbe, superstitionis,
idolatrie, idolomanie, tanquam in
vastissimum omnis impunitatis gurgitem
conflaxit: in quam certatum compre-
sum est, quicquid sacrilegiorum inveniri,
quicquid in Christum potuit cenvitiorum
& blasphemiarum excoxitari sub sole, &
evomi.

H[ec] est tanquam malorum quoddam
pelagus & diluvium, q[uo]d totum Christiani-
num orbem inundavit, Christianismumq[ue]
totum obruit, submersit, suffocavit, cver-
tit, extinxit. H[ec] est proclara illa Pan-
dora, munus & ornamentum omnium
Deorum Papisticorum, digna scilicet,
cujus honor, dignitas & authoritas, ferro
igniq[ue] & cruciatibus omne genus, crudeli-
ter vindicetur.

H[ec] est formosa illa Helena, magna me-
tetrix Babylonia, sanguinaria, purpurata,
Sangvine tincta martyrum Iesu Christi, Se-
tan[us] filia primogenita, cujus causa totus
Christianus orbis bellis exitialibus, ac plus
quam intestinis, tumultuatur, conseinditur,
discerpitur, dilaniatur, sevitq[ue] in sua ipsis
viscera crudelissime, totus perfusus & ma-
dens innocentium sanguine.

H[ec] est publica lena, & venefica terribilis
Christiani orbis, quæ suis cantionibus, fa-
zalisq[ue] & mortiferi calicis veneficiis, præ-
sentissimam pestem toti Christiano popu-
lo comparavit, eundemq[ue] inebriatum pe-
nitus dementavit:

*Qui bibit inde, furit, procul hinc discedite,
quæsis est*

Cura bonamenti, qui bibit inde furit.

H[ec] est verè Lerna malorum, Hydra plus
quam septiceps, ab infernis excita, cui
domande & contundendæ, non uno
Hercule opus est. H[ec] est non jam ecce
Dominica, sed Chymera monstrifica, nec
ea quidem fabulosa & poetica, sed revera
flamas evomens ardentissimas: quæ quā
sit portentosa ac prodigiosa, & quibus pa-
rentibus pregnata, cum ex ejus (quam
descripsimus) anatomie, tum ex ejusdem
effectis, quæ tam funesta comitantur incen-
dia, & tam erudeles laniæ, cuique esse
conspicuum facile potest.

Cœnæ Dominice usum adulteratum, quo-
quid unquam purius ac syncerius habuit
veurs & Apostolica Ecclesia?

Q[ui]s totam deniq[ue] extinctam non vide
Christianam religionem, & ad hoc unum
sacrilegium, tanquam ad unam summam,
terram, in quo velut postliminiò Satanas
veteres omnes, & jam exoletos impios ido-
lorum cultus restituit & revocavit, susque
fraudes & artes omnes veteres explicit,
& renovavit?

Atque ut semel omnia dicam, h[ec] est ve-
ra omnium impiorum cultum mali de-
monis officina: περὶ τῶν ἀπορήτων
τελετῶν, καὶ κρυφῶν μυστηίων
τῆς πόλυς θέσης πλαισίου, ut scripsit Cle-
mens Alexandrus ad Græcos de impiis
& impiis eorum sacris, hoc est, de arcis
sacrorum, & abditis mysteriis cultus mu-
storum Deorum, absolutum complemen-
tum, & summum fastigium mysterii illius
iniquissimi, q[uo]d jam inde ab Apostoloris
temporibus Satanam per filium suum pi-
mogenitum, hominem illum impurum &
sceleratum, filium perditum, Antichristum,
Paulus auspicatum esse, testatur.

Neque profecto tam flammate cruent-
que effet, atque ejus morsus tam venenosus
& quibusvis hemorrhoidis serpentis denti-
bus & venenis magis sanguinolentus, nisi
fotus effet purpurata meretricis, & antiqua
ac sanguinarii illius Draconis rufa & ruber-
ta: qui jam inde ab initio, ipso teste Christo,
homicida est homicidarum parens.
Sed h[ec] omissa deploratione & insecatio-
ne, videamus, si quid amplius superest
executendum in specioso hujus tam comite
meretricis mundo, & pretiosis ejus my-
totheciis.

Idem lib. 3. de mysterio redēctionis.
Cum Papistæ & Lutheranis requirunt min-
cula! habeant ubi pro maximo miraculo,
q[uo]d unius hominis scriptum Germaniæ
& Romanensibus illis predonibus & Ha-
pyis brevi totam liberavit, q[ui]ibus antea
ut ille canit:

*Tristius haud ullus monstrum, nec sevit
ulla;*

*Pestis, & ira Deum Stygiis secessauit
undus:*

zdeo planè flagitiosis nundinis, turpis-
mo veniarum mercatu, & illa sua de com-
municandis superfluis meritis sanctorum,
ad quæstum predamque singulari consilio,
repertæ ratione, regna omnia peccatis ex-
hausterant.

publice vienios præbere: cines erat undique frequenti ministrorum comitatu, qui argenteis acerris iter totum, quo vestabantur, odoratis vaporibus suffirent. Ipse vero lectica gestabatur aurea, margaritis undiq; dependentibus nitente ac micante. Lecticam preterea circundabant corporis custodes. Omitto alia id genus plurima barbaræ luxurie ac magnificentie cui Persarum quoque Regum pat fuit lupus & ambitio. His enim erat peculiari adoratio & præcipuum decus, sine qua nullus ad eos facilis patebat accessus. Ideo, quo suam majestatem augustiore ac magnificientiorem redderent, perpetuo ferre tanquam numina quædam, abditi dilectebant. Quare veluti felicissimum augustinumq; auspicium, illos conspexisse, habebatur.

Quid autem est horum omnium, quod Romani Pontifices & Antichrilli ad ungues non imitantur & exprimunt? Hi namque tanquam mortales Dii, & terrena numina, lecticis vestiti, ab omnibus adorantur. Hos conspexisse, divinum quidam censetur: & ad eorum se pedes provolvisse, ad qvorum oscula ne omnes quidem facile admittuntur. Nam ipsi quoque summi orbis Christiani monarchæ beatissimos se esse arbitrantur, si hos beatissimos pedes osculati contigerit. Deinde ne quid desit Persice aut Indice imitationis, pro pregestato igne sacro, imperii imagine, Romani pontifices, summi regni Papistici Reges & Imperatores, sacrum suum crustulum sibi praetere jubent, equo sepe vectum gradatio, quasi iniuste sui Imperii: crustulum, inquam, ignis sobolem, in hoc enim natum & procreatum est. Quare mirum videri non debet, si patenti proles succederit.

1540 Petrus Cieza tomo 2. histor. Pe-
ruina cap. 69.

Alfonsus Hoieda circa annum 1509, in novo orbe Zenu fluminis accolas, nave subiectas, ad Christianam fidem perducere studebat. Indi armati accurrunt, descendum prohibituri. Tum Martinus Ferdinandus ab Inciso, Baccalaureus Theologie, & ab Alfonso judiciis præpositus, de puppi alta voce infit, per interpretem: Christianos homines videtis, Hispanos, pacificos, vestris salutis studiosos, per longa et quora huc vectos, commicatus & auri indigos, rerum preciosissimarum, qvibus vos egetis, abundantes. Venirent, & amice sua communicarent permutatione iusta.

Respondent Indi: Pacis verba audimus, facta non videmus. Prædonum hoc est, per longinqua vagari maria lucri causa. Abiret

mundum, creatorum omnium illis adorandum proponebat, epilogi loco minas tum spirituales cum seculares ingeminans: non propriâ libidine motos, sed autoritate publica adductos, impulsos hoc opus suscepisse. Sanctissimus pater noster Romanus Pontifex, vicarius Iesu Christi per universum orbem terrarum, in cuius manu animæ sunt hominum, in cuius arbitrio religio conflictit, haec terras potentissimo regi Castellæ domino nostro dono dedidit, cujus nomine adsumus, possessionem religionis adituri. Neque vero patria vos expellere tentamus, sed id unum agimus, ut Pontificem animarum, & regem corporum vestrorum pro vero pare & protectore agnoscentes, annuumque tributum exile pendentes, & hic felices, & post mortem beati evadatis.

Indi respondent: Non abhorrere se ab unius solius Dei mentione. Ceterum nondum scelus ita pertinetis super religionis, ut illum cum alia commutatam velint. Neque vero de religione certandum, sed suam cuique genti liberam relinqvendam. Sanctissimum Patrem, quem tantoper prædicarent, vel sublum esse oportere, qui qvæ non haberet, tanquam ea habens, aliis largiretur, & qvos nunquam vidissem, sis diras intentaret, vel certe inustum, qui excusis veris possessoribus, eas terras peregrinis addiceret, & in mutuas cædes mortale genus arimat. Veniret & possessione adiret ejus terra, datus se illi aeternam, capite palo affixo. Regis Castellæ potentiam se ignorare: sed id unum scire, qvotquot domi sunt abundant opibus, illos potius in quiete vitam traducere, qvam alienas terras petendo, animas suas & maris furori & hostium crudelitati objicere.

A verbis tandem ad pugnam venitur. Indi sagittis, Hispani sclopets rem gerebant. Indi sagittas veneno per temporis angustiam illincere prohibiti, multis suorum deratis, ab Hispanis in fugam sunt coverti. Baccalaureus obstinata gentem videns, quæ pontificem regemque Castellæ agnoscere nollet, armis deinceps, qvia verbis nolent, in convertendis Indis utendum, eti contrarium docente Christo, censuit. Imp. Car. 5. PP. Paulo 3.

Idem 2. rerum Indicarum, c. 100. Cum Alexander Pontifex VI. pater scilicet, spiritu alis, inter Hispanum & Lusitanum, qvibus lis propter insulas Occidentales erat, judicem se in secularibus ultrò constitueret, & lineam à circulo arctico ad antarcticum ductam terminum illorum esse vellet, puer quidam linteamina recens lora castadiens, cum audiret, quod tunc illi

pag. 441.

viderent. Affirmantibus illis , detectis
diductisqve natibus : En linea, inquit, na-
turalis, in partes & quales orbem longè cer-
tius dividens, quam imaginaria illa, de qua
tantoperè contenditis.

Idem asserit in Insula Perù nunquam
mures repertos: sed quam primum Hispa-
niæ cō appulissent, & avaritia Tyrannide-
que insulanos ad internecionem usqve di-
vexassent, repente tantam copiam illo-
rum apparuisse, ut arbores, fata , & alia
consumserint.

1540

De Fatis Monarchiæ Romane.

* Extat liber de Fatis Monarchiæ Roma-
ne ex demonstratione Theologica, Histo-
rica & Mathematica, desumta ex Prophetæ
Esdra , qui Aquilam vidi tricipitem, & in
alis habentem insigniores pennas duode-
cim, & octo subalares illis contrarias. Leo
autem invadit Aquilam, & severissime car-
pit, quæ omnia doctissimo coïmentario ex-
plicat Theod. Bibliander, & dextrum caput
Imperium Constantinopolitanum , fini-
strum Papatum Romanum , tertium &
primarium Mahumeticum Regnum de-
monstrare, ait. Hæc capita & singula
pennæ etiam quid denotent, accurate ex-
plicat.

Aquila quid alibi designet, habes apud
Plinium , R. David Kimchi , & R. Saadian
super Psal. III. Augustinum, & Dionysium
Theologum. Semper enim in Theologia
arcano mysterio Romanæ Monarchiæ
fata protendit atque denunciat, ut et-
jam Hetruscæ disciplinæ periti, quos He-
brei Cabalistas vocant, sentiunt: vide ipsos
autores.

1540.

Guilielmus à Schasvenburg.

In historia de rebus gestis ac vita Caroli
hæc de ipso enarrat : Valde Astrorum &
Mathematicarū artium cognitione, inquit,
ejusque doctrinæ studio est delectatus,
sq; in re, cum Ratisbonæ conventus
ageret, Petri Appiani, insignis Mathemati-
ci opera est usus. Ac ego tum ipsius Cæ-
saris jussu de circulis artis ejus in Gallicam
lingvam quedam verti , ita ut plane per-
spectum sic mihi ejus in hac re longo tem-
pore studium, quod ne ultimo quidem té-
pore remisit, sic ut orbium illorum cœle-
stium motus definitos, siderumq; cursus or-
dinatos, Phœbi Dianaq; defectiones nume-
ris & rotis perscrutetur, & ea instrumen-
tis Sphæricisq; figuris, circulis, orbibus &
radiationibus Solis examinaret, & ponde-
raret , & cum apud se haberet in heremo
Iusti duodecim tantum ministros, in-

Joannes Gennadius de fraticel-
lis Neapolitanis. 1540

Tempore Ludovici Bavari Imperatoris
in contemnum religionis Christianæ , fra-
tres Neapolitani , dissidentibus Papis,
flagitiosam quædam & turpisimam ex-
cogitabant sectam. Nam convenientibus
locisqve abditis , qvos in eam turpitudi-
nem allegerant , viris & feminis , Sa-
cerdotes, qui inter ipsos habebantur , ut
crimen honestate prætexeret, divinas laudes
Christianæ more præcipiebant. Quibus
intempesta nocte peractis , Sacerdos pro
concione quædam præfatus , ad confor-
mandos in errore animos , in eo maxime
erat occupatus: colendum esse ante omniz
charitatem , quam esse omnium virtutum
caput, sacræ literæ testarentur : & hanc
potissimum inter homines autore DEO
conciliari posse, si Spiritu sancto bimac-
culus & feminæ , venereo compleu ju-
gerentur.

Cum igitur quasi quisque oculis præno-
taret, extinctis luminibus, viciaset , tunc
demum peracta sacra censebantur. li-
cet in publica professione doccebant, non
hoc esse Christi testamentum , Pacem
meam relinquo vobis : sed cō crescite, &
multiplicamini , & replete terram. Quo
compressu si quæ concepisset, deportari ad
se partum Sacerdotes jubebant: qui folen-
ni more in loco sacrificiis dicato conveni-
entes, infantulum subiecto igne, ad cineres
usqve comburebant , qvos urna exce-
ptos , cœu rem factam reponebant. Cum
que erat aliquis collegio sacerdotum coo-
ptandus , illis cinetibus cum vino epotis
initiabatur.

Quod si pontificem eorum maximum
mori contigisset, ut omnis abesset invidiæ,
& res non humano , sed divino consilio
agi videretur, hic erat in demortui alte-
rius subrogandi statutus modus: Infantem
illo flagitio conceptum , ad locum cele-
ribus destinatum jussa mater haud invita
deportabat, & ubi vulgo astante sacerdotes
confederant , tam diu per comprimentes
manus in orbem trahebant, donec miseri-
mus infans pernecabatur.

Idem. Hæc sequentia reperta sunt in la-
pide marmoreo purpureo sepulchri Magni
Constantini , eaq; interpretatus est Ma-
gnus Patriarcha Scholarius XXX. Constan-
tinopolitanus.

Prima Indictione regnum Ismaeli , qui
vocatur Mahomet , subverret Paleologo-
rum regnum, septicolem obtinebit , inca-
regnabit , gentes multas abducet , & insa-

transbit pugnaturus. Decima Indictione Dalmatas in fugam versus superabit, momento temporis iterum se convertet ad Dalmatas, prælium excitaturus magnum, & ut conterat particularium Regionum tam multitudinem populorum, quam familias. Concursum fient occidentalium per mare & terram, ad bellum pariter capessendum, & ut Ismahelem subvertant, posteritas ipsius regnabit minus, parum, modicum. Flamini vero genus una cum mercatoribus universum Ismahel subvertet ad hoc, ut septicollum cum suis dignitatibus reperet seu extollat, bellum suscitet congregatis undique vicinis nationibus, in quintam usque horam illud continuans. Et mox sonabit tertia vice; State, state cum timore, festinate valde citè, ad dextram partem virum invenies generosum, admirandum, & fortē, illum habebitis dominum: amicus enim meus est, & ipsum assumentes, voluntatem meam implebitis. XXX. Imp. Carolo 5. Papa Paulo 3. ut sup.

pag. 443. *Mutatio status Ecclesiastici* ¹⁵⁴⁰ *politicis post annum 1600. ex Onuphrio,*
Theophrasto, & aliis.

Proportio Romanorum Pontificum in membrorum numero, & in nominum mysteriis talis est.

De origine novi & ultimi Romanī Imperii, videlicet 56. Pontificibus, qui per 40. annos à Sylvestro primo usq; ad Pontificem Constantinum Syrum, qui primus sibi à Cæsare Justiniano pedes osculari passus est, sub Imperatore Constantino vixerunt.

Per hos quadringentos annos Papa solus sibi Primatum quæsivit, quem etiam Bonifacius tertius consecutus est. Ideoque hoc tempore Bonifacii nomen continxet peculiare mysterium: sicut etiam nostro seculo quinq; hujus nominis fuerunt. Bonifacii nomen insignem præ se fert speciem sub qua Romani Episcopi dominatum ac principatum adepti sunt. Et hoc tempus Romani Papatus est exordium.

Item 56. Pontifices per annos trecentos à Constantino Syro, usque ad Gregorium V. sub Cæsare Othonem 3. vitam egerunt. Per quod tempus Papa regni cupidus admidum fuit: quod etiam à Carolo Magno & successoribus ipsius, tandem impe travit.

Et præcipue Leonis nomen mysterio hic nequaquam vacat: ut Leo tertius qui

xix: nec & hoc tempore lex hujus nomenis Romano insederunt tribunali: ut ita ipsum Leonis nomen satis mysterium rei innuat. Et hoc incrementi Romani Papatus tempus est, quo Pontifices regnum sunt adepti.

Item 56. Romanis pontificibus trecentorum annorum curriculum à Gregorio V. usq; ad Bonifacium VIII. fuit circumscriptum. Quo sane tempore Papa summæ pontestatis particeps factus, reges atque imperatores creare incepit. Et nunc Gregorii nomen haud absque mysterio est: siquidem præcipue Gregorius VII. Hildebrandus cognominatus, contra & supra Imperatores se erexit: qui etiam nigromanicus fuit, cuius similes per id tempus, Romanam sedem non pauci occuparunt, qui & ipsi cum diabolo rem habuerunt. Unde rectius Hellenbrandi nomine digni fuissent. Et hodiè VII. hujus nominis Papæ leguntur. Atque hoc etiam vigoris & status Rom. Papatus tempus est.

A Bonifacio VIII. Papismus suspectus reddi, primatusq; ejus vexari coepit, ita, ut Magnates nonnulli illi se opposuerint: in primis Gallia rex Philippus, Papam schismaticum & hereticum esse, per Concilium Parisiis convocatum, cognovit. Id quod etiam ad Clementem V. recidit, quando multi docti homines fraudem sentientes, in publicis scriptis contra Papam insurrexerunt. Itaq; hic decrementi Papismi tempus incipit, quandoquidem, ut Bonifacius III. primatu obtento, papismum auspiciatus est: ita hic decrementi initium fit, primatusq; suspectus redditur, etiam in ipso Bonifacii nomine. Atque ita pedetentim ad ruinam inclinavit, usque ad Leonem X. sub Carolo V. ubi jam lapsu cecidit graviore: siquidem & reges & principes, atque insuper populi multi fecesfionem à Papa fecerunt.

Et ut sub hoc nomine, Leonelli. Papatus regnum adeptus est: ita duobus nominibus jam sua fuit crisi: Bonifacio scilicet & Leoni. At etiam tertio nomini, nempe Gregorio, adhuc sua restat crisi: ita ut, quemadmodum sub Gregoriis, Papa ad summum rerum fastigium ascendit, idem sub eodem nomine, ad infimum usq; dignitatis gradum delabatur. Quod sine dubio de Gregorio XIV. intelligendum est. Nam etiam VII. numero mysterium est, quemadmodum III.

Sicut enim Papatus sub Bonifacio III. originem, sub Leone III. incrementum, sub Gregorio VII. summam summis dignitatem, ita primam ruinam sub Bonifacio VII. secundam sub Leone VII. hujus nominis

tempus tunc circa annum Salvatoris nostri 1600. circa quod tempus etiam hic Gregorius XIV. Romanam cathedram occupabit.

Primum Romani Imperii decrementum seu ruina accidit, Imperio græco declinato atq; Constantinopoli, nova Roma, à Turcis occupata, an. salutis partæ 1452.

Secundum, qvod sub Carolo V. in pontificatu Romano evenit, sub Leone X. initium sumvit, & paulo post etiam Roma, sub Clemente VII. an. redēptionis humānæ 1527. est occupata.

Quod verò tertium & postremum de-
crementum circa annum Christi 1600. even-
turum sit, ipsum docet tempus, inter pri-
mum & secundum decrementum interce-
ptum, 75. videlicet anni, qui annis 1527.
additi, faciunt 1602. años, circa quos ulti-
mum decrementum Imperii Romani eve-
nit, cum in politica, cum in Ecclesiastica
potestate seu regimine.

Plures autem quadraginta duobus Rom.
Pont. per 300. años non leguntur, à Bonifa-
cio ad 1600. añorum tempus, qvo Gregori-
us XIV. regnum tenebit: ita ut in centum
añis quatuordecim semper Pontifices in-
veniantur tempore decrementi, sicut in 100
añis etiam 14. reperti sunt tempore origi-
nis. Unde quater quatuordecim, id est, 56.
Pontifices añis 400. à Sylvestro usq; ad Cō-
stantinum Syrum numerantur.

Hic aliquis completum numerum 56. in
decrementi tempore urgere posset, & obji-
cere, et si tertium & extremum decrementū
sub Gregorio XIV. incidere possit, adhuc
tamen 100. addendos annos, & adhuc 14. Ro-
manos pontifices, ut tempus numerusq; de-
mum circa annum Salvatoris 1600. sub Ponti-
fice Gregorio XIV cognominato, & 56. à
Bonifacio VIII. implendum sit. Huic vero
oppono illud, quod in toto libro Harmonie
Mundi scripsi, & confirmavi, omnes nume-
ros circa annum salutis humānæ 1600. com-
pleri, Romanumq; imperium ultimam tūc
ruinam habiturum.

Sic etiam numeros Romanorum Ponti-
ficum positos volo, cum schismaticis, inter
Sylvestrum primum & initium novi Roma-
ni Imperii existentibus, & in numero hoc
non numeratis: qvorum 14. circiter re-
perti sunt, ut schismatici accommodere
reliquis addi & annumerari possint. Nullus
autem altero est melior, ita ut numerus
quater 56. usq; ad hoc tempus completus
sit. Præter hæc autem, qvæ in libro de Har-
monia mundi conscripsi, insuper hoc ex se-
quentibus harmoniis & similitudinibus
confirmabo, tempusque circa annum

ab Othono III. usq; ad Rudolphum,
Comitem Habsburgensem, quatuorde-
cim sunt Imperatores, & 49. Pontifices.
Sic etiam à Rudolpho primo, usque ad
Rudolphum secundum, & usq; ad
hæc nostra tempora reperiuntur 14. Im-
peratores & 49. Pontifices, ut qvemadmo-
dum numerus Romanorum Imperatorum
à Carolo Magno in 42. Imperatoribus
completus est, qui alias mundanorum
Monarcharum numerus est, ita etiam Pon-
tificum numerus in decremente à Bonifa-
cio, usq; ad hoc nostrum seculum, in 42.
Pontificibus finiatur, etiam ideo, quia Bo-
nifacius VIII. & sequentes eum alii, pra-
cipue autem Iulius II. politicum gladium,
mundanamq; potestatem sibi vendicavit.
Ita etiam ipsorum numerus in politicorū
Monarcharum numero finem fortius sum
& satis commode in harmonia quadam ci-
vilibus Monarchis respondet.

Nota. A nativitate Christi usq; ad Syl-
vestrum primum 313. anni numerantur, ubi
novum Romanorum imperium originem
sumvit. Item 300 anni ferè inter Sylve-
strum I. usq; ad Bonifacium III. in-
tercepti sunt. Item 200 anni à Bonifa-
cio tertio, usq; ad Leonem tertium elapsi.
Item 200. anni à Leone tertio, usq; ad Gre-
gorium V. sub Othono tertio intervenient.
Sic jam in regressu, 300. anni à Gregorio V.
usq; ad Bonifacium VIII. numerantur: &
313. anni Bonifacii VIII. annis additi, circa
annum redēptoris nostri 1607. finiuntur: ut
ita numerus circa annum Christi 1600. co-
pleteatur, & plures 42. Pontificibus à Boni-
facio VIII. usq; ad Gregorium XIV. eile
non possint.

Item 200. anni à Sylvestro I. quo cum
Primatus novi Imperii Romani simul ex-
ortus est, qui postea sub Bonifacio tertio
plenè excrevit, usq; ad Bonifacium VIII.
ubi suspectus redditus, Pontifici attulit de-
crementum.

Item 800. anni à Constantino Syro, ubi
populos & regiones Papa appetiit, & in Le-
one tertio consecutus est, usq; ad Leo-
nem X. sub quo populi & regiones rece-
dere cœperunt. Ita ergo proportio 200.
annis decrescit. Et sic proportionum adhuc
600. anni à Gregorio V. erunt, ubi Papa
summum fastigium ascendere cœpit, qvod
etiam in Gregorio VII. plenariè occupa-
vit, usq; ad Gregorium XIV. circa annum
redēptoris nostri 1600. quo omnia simul
ruina impendente opprimentur.

Ex quibus omnibus colligere quivis po-
test (id quod facile àtea sub Gregorio XIII
agnosci potuit) tertium post Gregorium

num numerum, videlicet 1500. regnare cœpit. Et Clemens VIII. & ultimus Avinione sedem habens, codem annorum numero conumerandus erit. Sin autem tres sunt exclusivæ: tum ultimi 14. in Leone X. incipiunt, nec ad complementum temporis, in uno tam multum eit situm. Tantum notetur, in Pontifice circa annum Christi 1600. regnaturo, Pontificum numerum finiri, illumque Gregorium XIV. eis ac nominari: ut, quemadmodum sub Bonifaciis primatus obtentus, ac sub Leonibus auctus est, atque sub Gregoriis suprematandem occupat, & sic ut post illum de-nud sub Bonifacio decrescere caput, primatusque suspectus factus est, ac postea Romanum Imperium primam ruinam passum est, atque in secunda ruina sub Leone X. facta, opibus, populis ac regionibus decrevit: ita tertia atque ultima ruina, sub Gregorio XIV. edatur, sumimumque Papa dignitatis gradum amittat.

Ut sub Gregoriis supremum potestatis culmen acquisivit, gladioque obtainuit: Ita illud omne tunc per arma collabetur & oppinetur, ac una Roma cum omnibus novi Imperii Romani reliquiis solo adsequatur: & si jam electus Papa Gregorius XIV. cognominatur patet inde, regimen pag. 445. ipsius cum ætate diu duraturum, & absque dubio usq; ad tempus anni Christi 1600 aut etiam ultra, protensum iri. Nam circa id tempus, & post, demum res finietur. Quæ autem porro de Romano imperio, & mundo & Ecclesiastico, usque ad diem novissimum supererunt: tantum reliquæ ejus, ac nihil aliud, quam schismata, cum in politico, tum in Ecclesiastico regimine erunt. Ut enim numeri potentum atque annorum, in Romanis Pontificibus, circa jam sepius citatum tempus incipiunt: ita etiam in Romanis Imperatoribus, & politici monarchis, finiuntur. De Romanis Imperatoribus aliquid colophonis loco adjiciam.

Theophrastus Paracelsus circa annum Christi 1540. antequam noster jam Imperium tenens Rudolphus, longè clementissimus Cæsar natus esset (post 10. videlicet annos) mortuus est: & tamen vaticinatus is est, adhunc nostrum Imperatorem, nomine & annis digitum intendens, dicensque: inter R primum & R secundum 303. annos fore. Quod ex sequentibus rationibus bene prædicere longe ante potuit.

Videt enim, novo Imperio Romano sub Imperatore Constantino Magno, Constantinopoli exorto, novaque Roma ædificata, ac etiam aliquo modo sub Imperatore

Cæsare, huiusq; politico, Monarchæ. Rursus Paracelsus animadvertisit, Germanico Imperio per continua bella, à Pontificibus exitata, debilitato, Dueumque Suevæ Conratinorum familia extincta, Cæsarium Imperium simul occidisse: sicut in Rudolpho primo, Comite Habsburgensi, laudissimæ Austriacæ familie auctore, illud denuo exortum est, & iterum gradum ac processum habuit: Carolo deinceps IIII. aurea bullæ Imperio auxiliates porrigente manus: ac iub laudissima Austriaca familia clementissime ha-ctenus est conservatum.

Post hæc omnia Paracelsus denuo observavit: ut vetus Romanum Imperium, in Romulo & Remo exortum est, suaque habuit decrementa, donec omnino est collapsum: Ita etiam novum Romanum Imperium, in Constantino excretum, jam jam ruinam minitari. Et, ut vetus Romanum Imperium, in Augusto Cæsare summas tenuit: ita in eodem etiam nomine cecidisse, sub Augustulo videlicet, ultimo Italico Cæsare ab Oedactro fugato: quæ etiam media ruina est primi & veteris Imperii Romani. Primam enim ruinam passum jam fuerat à Gotthis & Vandals sub Honorio Cæsare: tertiam & ultimam à Totila, ultimo Gotthorum rege, sub Cæsare Iustiniano, ubi vetus Roma excisa, funditusq; deleta est.

Sic etiam Paracelsus prævidit atque præfigit novi Imperii Romani ruinas sub certis nominibus eventuras, & in certis proportionibus, annorumq; numeris: atque sic etiam illud tres habiturum ruinæ, quia triplex fuit: Orientale videlicet Græcum Imperium, deinde Occidentale Germanicum, & deniq; Romanus Papatus. Quia igitur Græcum orientale Imperium sub Constantino Magno exortum est, sub eodem etiam nomine collapsum est sub Constantino videlicet hujus nominis ultimo, Constantinopoli à Turcis occupata, imperioque finem sumente, atq; sic facta prima ruina.

Sic Romano Pontifice sub Carolo Magno in Leone III. prævalescente, & Monarchæ Ecclesiæ haud absumili facto: etiam magnam passum est ruinam sub Carolo quinto in Leone X. Et hæc secunda ruina est novi Imperii Romani, ut ita nihil amplius, nisi tertia novi Imperii Romani ruina, restet.

Hæc tertia & ultima ruina, etiam ex analoga ahorū tertiz primi Romani Imperii ruinæ emergit, ubi videlicet 1300. reperti sunt, à Romulo & Remo, donec vetus Roma sub Totila omnino cum sua regni-

circiter a Christo, usque ad Constantimum Magnum. Sed post circa 327. annum novam Romanam Constantinopolim exædificavit: Carolusq; Magnus, Imperator, circa annum Christi 300. creatus est. Et Rudolphus Habsburgensis, anno salutis 1273. 4. Id. Octob. Onuphrio in fastis attente, Imperator est electus.

Quot ergo jam sunt anni à Constantino Magno, novæ Romæ extructore, usque ad Carolum Magnum, nimirum 473. anni, totidem etiam anni à Carolo Magno sunt usq; ad Rudolphum primum, videlicet 473. Hæc media est proportio.

Jam etiam duo extrema attingantur: nempe, quot Anni à Constantino, usque ad Christum fuerunt, initio annorum numeri adjecto, nimirum plus minus 303. Sic tot etiam à Rudolfo primo numerantur, usq; ad Rudolphum secundum, fine annorum numeri addito, nempe 303. Et præcise hi anni incident in dies, quibus Rudolphus, clementissimus noster Imperator, regnum occupavit, in quartum Id. Octob. patre ipsius Maximiliano I L. eodem die supremum efflante spiritum, anno 1576. Præcedente autem anno, Cæsarea Maiest. Romanorum Rex constituta est.

His igitur annis, ab initio regni Constantini, novæ Romæ extructoris, clapsi anni additi, videlicet 24. circa annum Christi 1600. ad exitum perducuntur. Aut his annis, omnes anni Imperii Constantini Magni, ut pote 30. adjecti, circa Salvatoris an. 1606. terminum habent.

pag. 446 Quæ omnia satis superq; comprobant, tertiam ac postremam novi Imperii mutationem etiam in politico statu futuram, quemadmodum in Ecclesiastico, post salutis partæ annum 1600. & circa illud tempus. Ex quibus omnibus colligitur, quomodo Theophrastus Paracelsus prædicere potuerit, inter R primum & R secundum interventuros 303. annos.

Conatus est hic autor, qui etiam speculum mundi scripsit, eruere nescio quæ ex literis numeralibus nominis RUDOLPHI: sed cum videretur, talibus non, nisi divinitus revelatis, tutò esse credendum, omittenda putavi: de illis tamen quædam in diæ speculo.

1540 AN STATVI ET DIGNITATI ECCLESIASTICORUM MAGIS
conducat, admittere Synodum nationalem, piam, & liberam, quam decernere bello?

hic videtur, quoniam Principes tardè veniunt, Trinitatis debuerant hinc esse in propria persona, cum serenissimo Rege, quatuor Electores Rheni, Dukes Bavariae & Brunswicensis, Episcopi, Heribpol. Bambergensis. Argentinensis. Augustensis. Eistarensis & alii Principes obedientes, quorum nomina non scio. Sed adhuc nemo advenit, præter Brunswicensem Eri-
cum, & Augustensem Episcopum Spi-
rensis hinc fuit, sed quia alii non fuerunt
hic, ne impensas multas faceret, redit.
Dicunt, eum velle cum Palatino redire.
Serenissimus Rex adduxit secum doctissi-
mum Episcopum Vieien. Iohan. Fabrum, Tri-
dentinum & Mutinensem, nuncium Apo-
stolicum, qui est vir valde pulcher. Dicunt,
quod sic etiam multum doctus, sed in oratione.
Optatis forte etiam intelligere, quid sperent hic fieri catholici?

Fuimus consternati per dies multis:
quasi Cæsar. & Regia Maiestas vellent La-
theranis publicam disputationem conce-
dere, & permittere, quod illi in publi-
ca audientiâ sua venena effunderent, &
conari quandam compositionem facere
inter catholicos & hereticos. Sed Deipara
virgo, quæ sola cunctas heresies intermitte-
fecit, ut speramus, quod invictissimus Cæ-
sar, & serenissimus Rex melius cogitabunt,
ad quid sint sedi Apostolicæ obligati, &
quod sine consensu sanctissimi dominino-
stræ Papæ, non debeant pessimis istis hereti-
cis & schismaticis concedere, quod de articulis
fidei & ordinationibus sanctæ manus
Ecclesie disputent.

Nam &c, ut ait Imperator, injuriam facit
Iudicio reverendissimo Synodi, si quis se-
mel indicata ac rectè deposita revolvet: &
publice disputare contenterit. Et multis
denuò Apostolicis & canonicis, atque
Ecclesiasticis instruimur Regulis, non de-
bere absque Romani Pontificis sententia,
concilia celebrari. Quod ad omnes etiam
pertinet, non debet per nos paucos Allemanni-
nos statui, vel mutari.

Ajunt, sanctissimum velle generale con-
cilium indicere ad Metam. Si verum est,
doleo. Spero tamen, etiam si verum sit,
quod nullum sortietur effectum, & quod
sanctissimus hoc offert tantum, ut Cæ-
saream Maiestatem suspendat, ne conce-
dat Lutheranis concilium nationale, pro-
quo instare dicuntur. Consistorium procul
dubio plus sapientia habet, quam quod co-
cilium velle.

Contra Lutheranam doctrinam maior pars, vel omnes potius consentirent: sed vellet forte etiam aliqui Reges de reformatione cleri quæstiones movere. Et per se sit Monarchie contrarium, subditis permettere concilia fovere. Papa supra decreta concilii est, & potest concilia annihi-
lare. Quare igitur vellet propter paucos hereticos tot nationes fatigare, & te quasi iudicio concilii subjecere? Præsertim cum illi heretici contra potestatem Papæ singulariter insaniant.

Et etiam aliqui ex Episcopis, & Princibus nostris, qui creduntur adhuc esse Catholici, dicuntur dolere, quod potestas Papæ tam magna sit. Ideo Episcopi, qui fideles Papæ erunt, & non sunt de malis avibus, quæ suum proprium nidum permittant, instabunt apud optimum Regem & Cæsarem, nec non alios catholicos Principes, ut Lutheranis ne natione quidem Concilium, nec ullus publicus tractatus permittatur. Sed si volunt eis aliqua ad tempus permettere, quod tamen juris Ecclesiæ & status clericalis non sit nimis derogativum, hoc eis brevibus verbis indicent, ut in ceteris obedientiam debitam exigant, ut si forte putarent, quod concedi eis debeat communio sub utraque specie, dispensatio de uxoribus, quas illorum sacerdotes nunc jam habent: quæ dispensatio sic tamen concedi debet, ut in posterum nemo illorum uxorem accipiat. Et dispensationem oportebit eos a sanctissimo accipere, & simili in obedientiam ejus devote redire.

Posset tamen sanctissimus illum dispensationem eis ad intercessionem Cæsarez Maiestatis & Principum gratis dare, ea tamen conditione, ut certam summam militum contra Turcam darent. Si nollent Lutheranitatem misericordiam cum gratiarum actione suscipere, tunc deberent eos Cæsar & Rex cum Principibus catholicis gladio humiliare, & obedientiam docere in virga ferrea. Sed cum tempore videbim⁹ quid erit, & si aliquid cœperint deliberare, quod ego scire potero, volo hoc semper ad vos scribere. Salutem dic D. custodi, & D. Quirino cum illius Elsa, & bene valete. Hic non habemus vina Kingavica, sed crassa Alsatica, vel suribilia, nata circa Hagenoiam. Valec. Hagenoie 3. post festum Corporis Christi, anno 1540.

N. N. Decanus, tunus ad vota.

Salutem D. Accepi literas dominatio-
nis T. colende domine Decane, amice amá-
tissime, & legi sodalibus nostris, qui
omnes tibi mecum gratias agunt, quod

fuerit hoc tutum officium, viderunt roca-
les, ut tibi rescriberem: sed que ego pro mea
erga te observantia, non illibenter fa-
ctum me, illis recepi. Revertenti itaque
ad te ministro tuo, has prepropete sane
scriptas tibi tradidi.

Sed ora tamen, ut, dum tibi nostram sen-
tentiam libere explico, sicut hic in mensa,
& aliis nostris colloquiis facere soliti su-
mus, velis id a quo animo pro tuo cando-
re suscipere. Nam sicut præsentes, ita
etiam absentes dissentire à te alicubi, vel
error aliquis, vel verum conservandi nos
melioribus temporibus consilium compel-
lit. De eo tamen convenit nobis tecum,
quod & Rex merito irascitur, & ceteri jure
indignantur, Principes suæ huius laudi
tam maligne respondere, ita serò adventan-
do: maxime, cum & causa tam multi-
plex & difficilis agitanda sit, & Turci vi-
deantur haud ita multum temporis nostris
ad consultandum concessuri. Haud tamen
possum te cœlare quæ in quodam convi-
vio, apud D. Cantorem ante triduum ha-
bito, de hac mora Principum inter nos di-
sputavimus.

Aderant duo Eqvestris ordinis viri, ex eâ
aulâ, quam tu singulare soles laude coho-
nestare: ii cum audirent, omnes propè
convivas, prope omnes Principum cuncta-
tionem damnare, soli defendere cona-
bantur, immo contendebant, si etiam Principes
ipsi prorsus non advenirent, id tamen
non illis esse vitio vertendum. Ex more n.
& instituto Imperii nostri esse ajebant, ut
ob negotium multò minus pericolosum &
explicatu difficile, quam sit hoc negocium,
cujus gratiâ præsens conventus indicans
est, justa omnium statuum imperii comitia
indicantur. Ea magno Imperii incom-
modo multis jam annis dilata est, nuncq;
eam rationem conventus institutam, quæ
non possint facile rebus adfici Germaniz
& suscepitæ causæ remedia opportuna in-
veniri.

Controversias enim de religione, de que
opibus & ditionibus Ecclesiastarum, ita
inter omnes status versari, cunctosq; impli-
citos tenere, ut, nisi omnibus præsentibus
& consentientibus, explicari dissentique
non queant. Iam frustra magnos sumptus
facere, eo quæ viam aperire novo, & liber-
tati Germaniz haud immoxio instituto, non
esse principium, suis & imperii rebus ritè
consulere cupientium.

Respondebat ad hæc à nobis, quæ ex au-
la ad nos scripta sunt, Cæsarem graviorib⁹
negotiis dissententum, non potuisse citius de
isto conventu constituere: nec spatium fu-
isse aut non sufficeret, ut

vat, idq; tam diu: tum nullam existere probabilem causam, cur non pridem ille conventus indicetus & habitus sit, quem superiori proximo anno Cæsar Francfordiaæ pollicitus est.

Qvæquam autem istas causas in se reprobare non possemus: institimus tamē, illas cō non valere, ut officii neglecti purgent Principes, qui Regem ab Imperatore tam graviter vocati, & in tā causa ardua sua p̄sentiā tam diu destituant. Quo n. diutius vera ratio liberandi Germaniam à perniciose isto dissidio extracta fuerit, hoc magis decere Principes patriæ omnibus viribus eniti, incumbere, ut ea vel nunc tandem inceatur. Quodq; hac in re peccatum est hactenus, id illos multò facilius p̄sentes, quam absentes, corrigere posse. Habet itaq; nos tibi de mora Principum obedientium consentientes, volui tamen adjicere, quid & alii de ea re sentiant.

De concilio vero nationali, vel convenitu, in qvo omnes status Germaniæ convenient, & excusis controversiis Religionis qværant, si eo pacto dissidium hoc religionis telli queat: à te, quod tua pace liceat, omnes nos consentienter disfidemus, ita ut coram sēpē ipse nos audivisti. De Concilio autem generali, quantum ad rem quidem ipsam attinet, nullum celebratum iri, nobis tecum convenit. At causas, cur tu id probes, nos non probam⁹, de nationali concilio.

Quævis vel libera cum Lutheranis actio permitiosa tua sententiā est: nihil huius concedendum est illis. Existimas enim, id nostris partibus fore inutile, & jure negari posse. Quamvis autem nostra persona reqvirat, ut prius de jure, quam de utilitate, ante qvid deceat, quām quid nostris rationibus conduceat, concedi aut negari disputemus: volo tamen tuum ordinē sequi, & de eo prius videre, utrum ē re nostra sit Lutheranis locum dare, sive in concilio nationali, sive in alio quopiam conventu, ut causam suam libere agant, & moliri nostros cum illis, quam queant, pacificationē, an ratione hac p̄tēmissa, statim armis eos aggredi.

Naturā qvæque conservari se, & suas vendi rationes salvas esse, cupit, sit itaq; iustum & honestum, quicquid ad conservandum statum nostrum valeat, & à direzione Lutheranorum nostra nobis custodiat. Hic autem, mi domine Decane, pro tua prudentiā potius, quam in Lutheranos indignatione, expendas velim, quo in loco

quæ nobis fraudi non sint, cā lege concedantur, ut cetera se obedientie Pontificis restituant, &. si eam conditionem respuant, vi in ordinem redigantur, vereor non tam facile confici posse, atq; tu id pro conservatione status hujus nostri non imprudenter p̄scribis.

Vides, ut diffiuimus, utq; & eruditione & qvarumlibet virtutum& jam ipsa specie indies magis destituimur, ut qvæ ea, propter qvæ omnibus hominibus omnium sācè ordinum invisi sumus, continuè cumulamus. Quæ in templo gerenda nobis sunt, quotidiè frigidius & fastidiosius geruntur, in luxum & ebrietates, in qvæ omnia quæ ordinem deturpant nostrum maxime, feruntur nostri continuè ardentes, & impudentiores.

Jam facesse, ut Deus ita humana negligens, nihil ob ea malorum nobis imminens sit, & ut vel fabulae sint, quæ de gravissimis Dei animadversionibus in ministros ejus, tantum innumeris sui negligentes (tacito depravatos, & tam vitiosos) scripturæ commemorant, vel qvod nūc indulgentior in flagitosos Deus factus sit, qvām olim erat, tamen insitum omnibus hominibus, etiam parum bonis, vitiorum odium, & inata cunctis contra homines vitiosos, & publica, nedum sacra bona, flagitosè abligurientes invidia efficiet tandem, ut ii quoque nos oppugnant & diripiunt, à quib. nos maximè speramus iri defensum: præsertim cum Germaniæ populi, quorum causa sacrosancti hactenus fuimus, tantopere frigent & vilescant, idq; non tam Lutheranorum in ea convitiis, qvām nostra ipsorum tām irreligiosa & pudendā fane eorum administratione, nunc obtinente passim, & in aulis præcipue, contemtu eorum placitum epicuræo.

Itaq; si nos & nostra respicimus, qvæ admodum indies horrendè accumulari in nostro ordine cernimus omnia ea, propter qvæ nos odio & p̄dæ omnium dignissimos, homines ipsa nature luce duci judicant: Ita etiam si vel nulla in nos accensa sit, vel ultrâ cesset ira Dei, nihil quām dispoliationem arq; interitum ab eis quoque jure expectemus, in quibus præcipuum præsidium nobis & rebus nostris ponimus. Reliqui ut animati in nos sint, quantaq; sit vis eoru, quotidiè experiemur.

Consideremus nunc & Lutheranos, quæles quales sint, habent tamen hodie præciplias Germaniæ domos principales vel federatas sibi, vel admodum amicas, alias

jam si non defensionis, tamen religionis tondere illis juncta est. Brunsvicensum nemo, præter Henricum est, nemo qui illis ex animo male velit, quidam etiam sunt in fœdere eorum: Clivensem tu scilicet putas sororium suum, & ex sorore nepotes velle perditos: Pomeranorum, Wittenbergensium, & Hessorum Principum ut pauci nunc sint, tamen & suis, & amicorum viribus non parum possent.

Ita & Regis Danorum, qui plus quam Lutheranus est, magna profectio potentia est, & fortuna prope inaudita. Inter reliquos quoq; & principes & comites, atq; civitates totius Germanie, quantula quæso portio est eorum, qui hostili in Lutheranos animo sint, pte illis, qui eis vel socii sunt, vel amici? immo quæ urbs in Germania alicujus potentiae excepta una & altera, planè est non Lutherana?

Populum vero si respicias, videmus pri- dem, quod ad Lutheranos inclinat, partim odio nostri, partim cupiditate vitæ licentioris, partim etiam, quod Lutherani sua & rectius probant, & gravius adminis- trant. Quid igitur putas per Germanos pro nobis contra Lutheranos, præsertim ad delendum eos, confici posse? Sumus alioquin etiam nostris hominibus quasi mundo mortui, quamlibet mundo studiole vivamus, ut etiam si non tantas daremus omnibus ordinibus odiendi nos causas, tamen non ii habeamur, pro quibus illi putent multum periculorum sibi adeundum esse. Si vero adducatur miles extraneus, verendum, ne ad Lutheranos etiam eos jun- gat, quos utcunq; in nostris adhuc par- tibus tenemus.

Huc itaq; potentia & societatis, atq; fa- voris cum Lutherani pervenerint, tantuq; valeant, non est ut speremus, eos tam parvo negotio excindi posse. De successu vero ipsorum quid attinet dicere? An non proflus fatales viatores Dani? Et quis no- strum expectasset, ditiones illas duas, Elec- toriam Brandenburgensem, & Mylne- sem, Electorię partem, in quibus regnabant constantini pa:roni nostræ gentis, Joa- chimus Major, & Georg. tam brevi tem- pore Lutheranismo occupandas? Qvis non fateatur, & superos iratos nobis, qui cogitet, Georgium utroq; filio orbo, superstititem, nihil non molitum esse, ut retine- tet ditionem suam in nostrâ fide: aver- tere tamen non potuisse, quin nôdum elato eo, regnaret in ejus ditione Lutheranismus? Idem fati in Pomerania experti sumus, ubi patri, quo nemo magis nosser erat, successit filius tam minimè nosster. Reputes tu ipse iam secessisse?

pollunt u, quos constantissimos & tumme voluntarios status nostri detentores cit co- fidimus. Imperator & frater ejus Ferdi- nandus, ut damnent hi, & detestentur Lutheranos ex animo, quam multa vero pu- tas illos probare in nobis? Deinde cum co- gnatos habent tot in Lutheranis principes cumq; ieratores patriæ quam vattatores audire malint, existimasne, ita accedi posse eos ad perdendum Lutheranos, & ad exci- tandum bellum in Germaniâ tam dubium: & utcunq; cadat, propè exitiosum est, quam nos accensi sumus? Neq; illud parum pon- deris apud illos habebit, quod toties & per te, & in comitiis Imperialibus promiserunt & sanxerunt, dissidium hoc religionis non armis, sed piâ & gravi controversiarum omnium explicatione in nationali Syno- do, vel Imperii conventu, siquidem gene- rale Concilium haberi non posse, toilen- dum esse.

Nostri enim, ut Lutherani hasce promis- siones & sanctiones urgeant, utq; pro nati- onali Synodo, aut tali conventu & actione, quales Imperator superiori anno ultro il- lis per oratorem suum Francofurti polli- citas est, instent. Nec ignoras, quam pau- cis hæc corum postulatio non æquissima vi- deatur, quantumq; illis apud omnes bonos & æquos ea & fidei & favoris, nobis autem non minus odii & defectionis conciliat, langvereq; corum conatus faciat, qui etiā toto pectore pugnare pro nobis cupiunt. Haud parum enim referre boni Duces existimant, causam belli habere, quæ vulgo probetur.

Vrum fac, hos principes ad tollendum Lutheranos, nobis ipsis esse inflammato- res, adeo ut eos nec cognatus sanguis refu- get, nec bonorum vel vulgi judicia move- ant, nec vel propria missa, vel Imperii decreta impedian: haud tamen fa- cias eos tam stultos, ut nostra causa non sint probè consideraturi, quid sibi ex bello commodi vel incommodi evenire possit. Meministi, ut suaviternos Itali, viri sanè acuti, sepe riferint, cum audirent, nos exi- stimare, Imperatorem Gallo Mediolanum redditurum esse. At si non reddit, quæq; so- compensatione illum fiduci certumq; ami- cum retinebit? A Turcis autem audis, ut in Germaniâ & Italâ laboratur: & non esse nationem hodiè, cuius vires contra Turcos, sint æqvæ necessariae, etiam exterri fatentur.

Sed ut ob nullam etiam difficultatem, nullum ob discrimen Principes nostri re- moveri se patientur, quod minus extrema contra Lutheranos moliantur, si quidem hi nolent se politi.

enti: id tamen iuxta cogitos, qvo animo, quā voluntate futurisint ii, quorum operā Principes, in restituendis nobis, & delendis Lutheranis intentur.

Quæ (obscero) tenet hos religio possi-
dendi ditiones, opesqve Ecclesie? Quām
sunt etiam multi, qvām deniqve infatiabi-
les? nec sunt opes, in quas, si semel direc-
tioni patuerint, parifurore non milites
tamen invadant. Videntur enim per se
publica esse, & indigne teneri à nobis, qvos
otiosos & nullius frigi homines existimant?
Hinc potes & illud conjicere, qvā pos-
sint nostri propugnatores voluntate esse in
bellum, ut internecioni dent Lutheranos
qvaq; fiducia?

Hęc ego dum inter se consero, gratiam
& fortunā nostrā, socios, amicos, & succes-
sum Lutheranorum, humanitatem & pru-
dentiam Imperatoris, & regis dicam & mi-
litum, per quos bellum Lutheranis inferē-
dum erit. Religionem, & tām moderatam
cupiditatem, fateor ingenuè, exhorresco
toties, cum audio, & alios nostros homines
expetere, ut bello reprimantur Lutherani, &
quamlibet malim cum illis transactionem,
quæ synodis & disputationibus perfici pos-
sit, quam armis tentare fortunam, nobis tot
jam annis adeò apertè inimicam.

Quis jam Deus nos certos faciet, nunc
tempus advenisse, in quo cursus factionis
hujus confisctet, ut repelli se patiatur?
Quanquam enim Lutherani nos male amēt
tamen homines sunt, molemque belli, si
armis de religione decernendum sit, indu-
biè perpendant. Nam vidimus, jam sēpe
eos se continuisse, non solum à vi, verum
etiam ab invadendis Ecclesiis, etiam cum
maximas alioquin occasionses parūq; qvod
metuerent, haberent. Nosti, quæ tempora
aliquoties extiterint, quam prona ipfis &
ardua nobis. Tum majestatem & potentiam
principum nostrorum, Imperatoris &
Regis longè pluris faciunt, quām plerique
existiment. Cum deniqve eos Ecclesiasticos,
qvorum planè potiebantur, ubi
conditionem illi admiserunt, non proīmis-
inhumaniter habuerint, non ab re expe-
& avimus, tantis adhuc & patronis & pro-
priis opibus freti, transactionem multò no-
bis commodiorem.

Jam si sic unde vivamus, & forsan etiam
unde cognatis nostris locum tandem retine-
amus: cur non hoc mallemus? Doctri-
nam si purgari patiamur, quam ipsi fate-
mur nimis multis anilibus fabulis con-
taminatam, quid inde ad nos redeat in-
commodi? i. quid de ceremoniis & missis

debet rite. ipsi tamen eu, cum honestas
nos habituos tolerabiliores, pellices cum
non admittentur nobis, arcebuntur à nobis
miræ pestes.

Itaque duns illud apud me quoq; prin-
cipium valere fino, ut sit justum, sit pium &
honestum, quod ad conservandum nostrum
statum, vitamqve molliter degendam, &
opes huic vīz necessarias & opportunas,
& juxta oīnīa, quæ meritò nobis in hoc
discrimine constitutis consideranda sunt,
rationem incam quā possum diligentem,
aliud statuere non possum, quām optādum
nobis esse, & pro virili querendum, & pro
nobis omnibus maturandum, ut qvā
commodissima viā & ratione cum Lüthe-
ranis de pacificatione religionis trademus
sive id nationali synodo, sive in Imperii
conventu fieri præstat. Generalem enim
Synodus & frustra expectabimus, & pa-
rūt etiam idonea adhuc rebus nostris pa-
cificandis futura est.

Hic clamores eorum hominum, qvī
isto disficio emergerunt, surdā aure preter-
mittendas esse, censco. Nam quo rustic
illi, & stolidi, & impudentes homines ad
tantas opes pervenerunt: id sperant sibi
semper lucrosum fore: & si civili bello
conflagrat tota Germania, exspectant illi
Romæ magnam præclarū hujus facinoris
mercedem. Nobis autem alia ratio est, ho-
mines sumus, & patriæ pietas apud nos
meritò valet, cognati, & affines nobis sumus,
qvi Imperio Germanico ornamento & co-
modo fuerunt, qvos conservari & augeri,
quo & post hęc patriam juvent & ornent,
jure expetimus. Etsi Martis discriminem subi-
re eos oporteat, optandum nobis, util
contra Turcos, qvām contra cives & ne-
cessarios faciant. Bona eorum pars jam
cum Lutheranis facit, nec nulla fa-
ctura est, si ad arma veniantur, qvos velle
excindi qui possumus?

Hisce de causis, dum non quid jus & fas
sit vel poseat, sed quid nobis maxime utile
& ad hanc nostram tranquillam & jucundam
vitam tuendam conducibile videatur,
reputo: ego ut dixi, in ea sententia per-
sto, non modo multo expetibilius esse,
quamlibet concordiam eum Lutheranis
inire, quām bello nobis pacem ab illis qvī
rere, sed illud solum expetibile & salutare,
hoc modis omnibus detestandum nobis
esse, & exitiosum fore.

Alterum autem, ut nunc res Germanie
habent, necessarium esse, ut vel dissidium
hoc religionis conventu aliquo & commo-
dum sollempniter & publice, ut brevi

ficeperunt, indeq; piersoq; nostri ordinis homines reddiderunt inflammatos & audaces contra Lutheranos, ut nisi aliqua vera & solida pacificatio inter nos & illos constituatur, non videam, quomodo aperatum bellum differri amplius queat.

Neque enim retractare sententias primi judicij licebit: & non exequi eas, dissolvet cunctam in Imperio juris societatem. Et nolent etiam forsan Lutherani in ipsis periculis diutius versari. Postulabunt, ut vel plane inter cives imperii, vel hostes numerentur.

Dum enim persistat edictum Vormaciense, & valent, quæ contra illos decreta sunt Augustæ, ut pro inobedientibus, pro hereticis & schismaticis habeantur, & condemnentur, sentiunt, se re ipsa habeti pro hostibus Imperii, & incertas duntaxat eis concedi inducias, certò finiendas, dum eas nos armis opprimere consisi fuerimus: in hac belli expectatione haud quieturos esse verisimile est. Premuntur etiam gravibus & tam diuturnis sumtibus, quos interim facere coguntur, dum nolunt imparatos se nobis objicere. Monentur & illo indubie non parum, quod conventus illis ad liberè dicendā causam, & querendas rationes reformatæ & tranquillandæ Ecclesiæ, toties promissus est, & nec hodie præstatur.

Hec me in eam adducunt sententiam, ut certum bellum expedem, & inde indubitate Germaniz interitum, si non vel nunc, vel admodum citò convenitus nostrorum statuum indicatur, & per homines idoneos, via justa & legitima, tollendi dissidium hoc religionis inter nos, queratur, & à Principibus nobisq; omnibus ineatur statim. Proinde dum nos ipso respicio, dum optatam istam nobis quietem retineri cupio, valde perturbor, dum audite & alios prudentes homines transactiōnem cum Lutheranis tantopere abhorre. Hactenus disputavi, quid in hoc, ocio & tēb⁹ nostris conducat.

Nunc disputemus etiam de jure & honesto. Primum, quod tu scribis, Deiparam virginem, quæ sola cunctas heresies intermit, adfore imperatori & regi, ne obliviscantur, quid jurarint Pontifici Romano. Injuriam quoque sanctissimis Synodis fieri, si ritè in illis constituta iterum pertrahi in disputationem permittantur. Denique canonibus sancitum esse, ut sine Pontificis consensu nulla prorsus concilia, nec nationalia habeantur. Papæ jurati & Principes & nos sumus, sed ut vicario Christi, ut successor Petri, in salutē, non in pernicie.

tandem ipsi nos Germani consilium inca- mus: dum frustra opem vel ab ipso Pontifice, vel à generali concilio exspectamus? equidem hoc ita necessarium etiam judico, ut, nisi mature adhibeatur, haud quaquam vel Ecclesiam vel nationem nostram salvā confundere posse, existimem.

Proinde nulla religio juris jurandi vel Imperatorem & Regem, vel alios averttere poterit, quo minus quamprimum, etiam si Papa non per omnia probet, concilium nationis hujus indicant, in eoque vetere illa & sancta ratione, excuti & explicari controverbias, & verum reddi Ecclesiis, cum instaurazione legitima & administratiōne totius doctrinæ & ceremoniarū, current & efficiant: initati co exempla verē pag. 451. religiosorum Principum, quotquot ab Constantino primo, usq; ad Henricum III. fūcē, quos omnes legimus sua autoritate cum nationalia, tum generalia concilia indixisse, eisq; vel per le vel per suos praefidile, omnemq; operam navalē, ut per Episcopos aliosq; viros pios & doctos, doctrina & disciplina Ecclesiæ, cum illa viciata escent, repurgarentur, suumq; in locum restituerentur.

Neq; enim per Episcopos tantum, multo minus per quoslibet Episcopos, sed per eos vel Episcopos vel alios viros, qui sacrâ eruditione atque religionis zelo præstabant, explicari & definiri ac statui in conciliis omnia procurabant. Istuc vero officii quod superiores principes Ecclesiæ præstiterunt, tam abest, ut quispiam vel Romanorum, vel aliorum Episcoporum, indicat̄ potestati Ecclesiasticæ adversarium: ut Pontifices ipsi hoc ipsum officium à principib. trixē s̄ penumero rogārint, magnisq; laudibus eos principes, à qvibus illud impetrārunt, prosecuti sint.

Si itaq; Imperator & Rex, primi Ecclesiæ advocati, patrem opem Ecclesiis fecerant, & tale Concilium piorum & doctorum hominum cogant, quod medendis malis Ecclesiæ idoneum sit, eiq; quo valeat, præsent: facient, quod non solum cum officio, sed cum juramento suo Ecclesiæ debent. Statum quoq; & dignitatem five Romani, five aliorum præfulum fulcient atq; ornabunt, non infirmabunt aut decorabunt.

Ista, mi domine Decane, ita habere, ipse judicares in dubio (novi enim aciem ingenii tui) si quod subinde à te contendo, tam frequens & assiduus esses in legendis libris sanctissimorum Episcoporum, Cypriani, Eusebii, Ambrosii, Basili, Chrysostomi, Leonis, & Gregorii, quām es in libris Vi-

Sed non poterit tantum poterit, tum etiam sanctissimarum synodorum auctoritati defactum arbitraris, si detur Lutheranis locus de religione palam disputandi. At adducis dictum Imperatoris: videndum autem est, optime vir, quo sensu Imperator hoc dictum legi sue inseruerit: nou enim ignoras, vetare hic Imperatorem coadunatis disputare adversus ea, quae vetitis Synodis probè judicata & reetè disposita sunt. Jam Lutherani nec in turbis, sed coram gravissimis & religiosis Principibus in consilio virorum pietate & eruditione (sententia omnium) præstantium, nec contra veterum & verè sanctorum Synodorum vel pia decreta, vel salubriter statuta, sed de probis, ut ea rursus & cognoscantur & recipiantur, disputare, & sententias atq; rationes conferre, ad divinamque regulam scripturarum, priscorumq; canonum omnium exigere cupiunt.

Meministi quoque, cum proxima hyeme evolveremus acta Conciliorum, quam parum invenerimus, quo ea, pro quibus cum Lutheranis dimicamus, defendere tueri possimus, quam innumera autem, quibus nostra prope omnia severissime damnantur & Ecclesiis arcentur.

Dogmata fidei si consideres, nullum est Symbolorum à priscis illis synodis concinatum, quod Lutherani non nobiscum confiteantur. Quæverò docent de gratia, fide, & meritis, aīōn clare legebas expressa in actis Concilii Africani, cui Augustinus quoque itnerfuit. Nam Lutheranum fuisse concilium, tum exclamabas.

At quæ de sacramentorum, aliarumque ceremoniarum administratione sancita in conciliis sunt, ita pro Lutheranis, & contra nos facere, ipse agnovisti, ut non posset satis eorum Theologorum detestari impudentiam & audaciam, qui clamitant, Lutheranos ritus & ceremonias à sanctissimis conciliis constitutas, & à patribus atave Ecclesiis per multa secula observatas disolvere & abolere. Ajebas enim (& recte quidem) efficere istos suis hujusmodi clamoribus, quod capra, quæ gladium repetit, quo mactaretur. Nam Lutheranos illis clamorib; impelli, ut veteres canones ac scripta S. Patrum diligentius quam antea legant, inq; lucem proferant, itaq; nos eo ipso gladio iugulent, quem nos cis ostendimus, imo ad quem accipiendum & strigendum compellimus.

Ita quid in Missis nostris, omniq; divinis Eucharistis administratione Lutherani hodie dominant, quod non & canonibus, Patrumque cum scriptis, tum observatione

sed iusto exhibendas esse.

Cum Catechumenis enim & Energumenis non vitiōsi solum, sed ii quoque factō cœtu ejiciebantur, cum peragenda sacra mysteria essent, qui à peccatis ad penitentiam sese jam receperant, sed tamen nondum erant reconciliati pénitentia perfecta. Sacraenta ambo, non minus sanguinis Christi quam corporis, eaq; plebi dispensanda, atq; sacerdotib; sumenda.

Tum sacras lectiones, hymnos & preces, quoque modo populo administrandas, ut instructiores inde pietate respondeant. Amen.

Sed extrahor in hac longius, quam Epistolæ huic conveniat. Nec qui, quam docuerunt, & observarunt de sacris ceremoniis sancti Patres, cognovit, negare potest, cum illis nostra propè ex diometro pugnare. Si jam inspicias, quæ de electionibus & ordinationibus, atque de vita & disciplinâ Clericorum quorumlibet ordinum, constituta sunt, videbis, vix ē mille nostrorum hominem unum esse, qui suum in Ecclesia locum obtinere querat, si valere veteres veri probati que canones debent.

Quæ de cœlibatu constituta sunt, & patientiæ severitate, faciunt quidem egregie contra Lutheranos, at nobis simul nullum prorsus in Ecclesia locum relinqunt. Nam qui ullam apud se mulierem habeat, præter matrem & sororem, cum canones in mysterio non ferunt. Fornicationis vero probabiliter suspectos, omni communione Ecclesiæ privant, ita nec eos, qui ludūt aīā quive venantur, in ordine clericorum tollant, eamq; vita disciplinam præterea requirunt, quam si nos præstare oporteat, quotus quisq; nostrum existimat se vivere? Hac ita habere cognovisti, eoque male precari soles fratri illi, qui visus sibi, Lutheranis rem valde molestam facere, Acta conciliorum congesta nuper evulgavit.

Si itaque, amicisi vir, potentibus Lutheranis, ut de iis quæstionib; quæ inter nos contravertuntur, audiantur, objiciamus, injuriam fieri S. Synodis, si in disputationem revocentur, quæ in conciliis bene constituta sunt: non putas responsuros esse, se nolle de eo disputare, ut quæ à Synodis sancte sunt decretata, rescindantur, aut quæ utiliter in Ecclesiis instituta, refigantur, sed potius ubi hæc à nostris hominibus rescissa & remixa sunt, revocentur & restituantur, tum etiam orbi ostensuros, quam nihil ex omnib; Canonum sanctionibus nos observemus; imo quam pugnant cum illis nostra prope

mero hoc molestiores sint exactores justitiae alienz, qvo minus præstat propriæ. Ista itaque veteres excusationes, nisi ipsi rationibus nostris obesse volumus, missas facere oportet. Quod enim præcis canonibus, qvod legibus piorum principum, de rebus & hominibus Ecclesiasticis constitutum est, nunc multo pluribus, qvam antehac cognoscitur, nostræq; authoritatis religio longe etiam, quæ unquam antea, facta est imminutior: omnium quoq; mentes ad veritatem, ad religionem sinceram multò, quam erant, erectiores sunt. Unde satis non erit, nos aliquid affirmare, vel negare: neccle propterea est, ut ita se habere, quæ affirmamus vel negamus, certis argumentis comprobemus.

Proinde nec vel illud, qvod ex Gratiano vel conficto quopiam Gregorio attulisti, ad rejiciendam Lutheranorum de Concilio Nationali postulationem, quicquam valebit, multis Apostolicis, canonicis, & Ecclesiasticis Regulis nos instrui, non debere concilia celebrari absq; sententia Romani Pontificis. Generalia quidem concilia, si Roma veros adhuc Pontifices habet, celebrari non debent, illis præteritis eo quod inter Patriarchas primi esse debeant: sed ut nationalia vel provincialia celebrarentur, sententia Romani Pontificis, cum Apostolicz adhuc & Ecclesiastica regalz valebant, nunquam requirebatur. Nam canones in singulis provinciis, & totius cuiusque nationis, toties celebrari synodos præcipiunt, quoties id ère Ecclesiarum esse possit, & nullam sedem canonibus Romana magis subjectam esse, & servandis illis amplius studere convenit.

Sed fac constitutum esse, nec nationalia concilia sine Romani Pontificis sententia cogi debere: quanquam donec de generalibus quidem ita simpliciter verum est: quid tamen valere hoc ipsum debeat, si constet, Pontificem in fraudem Ecclesiarum velle nationalem synodus amittere? Nemini enim quicquam potestatis esse potest ad incommodandum Ecclesias. Omnia sunt Ecclesiaz, ipse quoq; Cephas, Apollo, Paulus, & universus orbis: quare salus Ecclesiaz omnibus & rebus & hominibus præferenda est: nec potest ea Pontifici, aut ulli creaturæ potestas esse, ut celebrare synodus prohibeat, cum id salus Ecclesiaz requirat.

Nunc autem res Ecclesiarum tam misere habent, ut nunquam antehac habuerint miseri. Pontifex Adrianus Norimbergæ per nuncium suum ingenuè confessus est, à planta pedis usque ad verticem, nihil esse sanu in toto corpore ordinis Ecclesiastici. Atq; nemo nocet in Ecclesia Dei amilius, qm̄ qui non est.

Domino coacta restitutionem querere sacri ministerii: nunc profecto summa est. Et nihil, quæ certum Ecclesiaz exitum moliri eum, necesse est, qui conetur hoc tam necessarium Synodi remedium Ecclesiaz avertere.

Pontifex itaque aut volet lupum se, aut Pastorem præstare: si pastorem: maxime gratum cierit, ut convenientes juxta leges Domini & Patrum sanctiones, Ecclesias nostris omnia restituamus. Si lupus: non est audiendus ab ovibus Christi. Nostri autem tu melius qvæ ego, qvæ nihil quamlibet immanium flagitorum & scelerum Romanorum planè regnet, quare si intercedat Pontifex, ne Germani ipsi Ecclesiarum nostrarum reformationem moliantur, nemo dubitaverit, duntaxat bonorum, cum id ideo facere, quod niavult, regnum Christi apud nos penitus aboleri, qvam aliquid suæ tyrannidi decidere.

Si itaque non ultra libeat perire, dabimus nos Germani operam, quicquid Pontifex Romanus sibi sumat, quicquid etiam alii ignoratione juris Ecclesiastici ei tribuant, ut quæ primum concilio nationis nostræ libero & sancto, quæ sit pura certaque Christi doctrina & administrandi Ecclesias optima ratio, inquiramus, eamq; toto peccore amplectiamur, repudiatis & correcatis, quæcunq; his adversa in Ecclesiam irrepererunt.

Nec magis nobis patrocinatur & illud quanquam verum fit, quod omnium interfit, non debere mutari aut constitui à paucis. Nec enim mutari recte constituta, aut aliquid constitui, qvod non ante Spiritus sanctus constituerit, Lutherani postulant, licere modo sibi petunt, amplecti fursus, & restituere, qvæ sunt à Domino precepta omnibus, & sine quo salutem consequi nemo potest. Quod autem sic omnium pag. 453 interest, id qvivis pro se amplecti atque restituere debet, etiam, si totus orbis repugnet: tam abest, ut id non liceat toti nationi, Christi sumus singuli, & hujus est totus orbis.

Nulla itaque probabilis ratio inveniri poterit, qvæ synodum nationalem, post toutes repetita, atque tantis autoritatibus sanctis, Lutheranis postulantibus, negemus, neque ullam etiam graviorem de controversiis religionis collocutionem. Nostrum enim est, quacunque omnino ratione licet, & errantes alios in explicazione veritatis in viam reducere, & nostræ quoq; doctrinæ, & vitæ rationem cuvis poscenti libenter reddere. Id qvod inde ab Apostolis usq; in Ecclesia prope per annos mille observatum est.

Cum ergo pax nobis, nisi de religione

conclensionis studiole queramus.

De concilio universalis, ut scribis, Pontifex serio non cogitat, sed si offert illud, extrahere tempus molitur. Verum quod tu hoc prudentiae adscribis, & putas, obesse statui nostro, si concilia celebrentur, & monarchis iniicmos esse subditorum cœtus: & in his quam diversa sit nostra sententia, prius nosti. Nam ut ostendi & alias s̄epe, & hac iterum epistola, sic res nostræ habent, eò turpitudinis & publici odii prolapso sumus, ut nec per Deum, nec per homines possumus statum nostrum, reformatione ejus repudiata, conservare. At si legitimam sacri ministerii restitutionem admiserimus, conditionem nostram & constabiliemus & commodam reddemus.

Quantumvis enim Lutheranorum, vel Lutherizantium apud Reges & Principes existat, & quamlibet infelix sint nobis Laiici: tamen si veritati, si æquitati, si religioni munera nostri nos sinceriter accommodemus, facile à nobis omnem injuriam, statusq; nostri violationem abarcebimus. Vincet enim veritas, nec poterit iustitia atq; pietati prævalere iniqvitas & superstitione.

Sed nec tibi illud largiri possumus, monarchiæ contrariū esse, subditis concedere ut concilia habeant. Tyrannidis enim, non monarchiæ est, cœtus subditorum prohibere. Princeps, quamlibet unicorum summa sit credita, & monarcha habetur, si verè princeps sit, non Tyrannus, quemadmodum studet imperare liberis, & Rempublicam ex sententia civium suorum administrare, ita etiam ipse cives suos in consilium libenter adhibet, ac quo certius omnium sententias, & voluntates pernoscat comitia illis non permittit modè, sed etiam ultrò indicit.

Ut ergo id nobis detur, Pontificem sub Christo, quasi quendam Ecclesiarum monarcham esse, quod S. Patrum nemo unquam admisisset: tamen quia imperiū ejus in liberos Christianos est, & hi singuli membra Christi sunt, & unusquisque suum donum proprium habet, exemplo Apostolorum, & veterum probatorum Episcoporum, quicunque volet se Episcopum verum & Apostolicum præstare: is, quoties gravior aliqua causa Ecclesiis inciderit, concilia cogietiam a principibus, flagitabit, non permitteat tantum.

Eoq; cum Ecclesiarum administratio, in omnibus nationibus, quæ Christiano nomine in Europâ reliquæ sunt, tam horrendè conciderit, oportebat certè Pontifici pridem nihil prius curare, & urgere,

potius ains daret, operam tuam Christo & Ecclesiæ ejus navandi, quo Christianis nihil potest obvenire gratius, & ipse se hoc venus attolleret, quo magis se ad consulendum Ecclesiis demitteret.

Nec consistere illud nuperum inventum potest, Papam supra concilium esse, & facultatem habere, decreta conciliariorum rescindendi. Petrus, Apollo, Paulus, ac mundus totus Ecclesiæ sunt: Ecclesia vero Christi est, non Petri, aut ullius creatoræ. Ministros Ecclesiarum se prædicaverunt Apostoli, atq; minister non supra eum est, cui ministrat. Hinc prisci pontifices se ipsi conciliariorum judiciis ultro subjecerunt, tamq; alienum à suo munere judicarunt, conciliariorum decreta rescindere, & sacros canones vel ipsos transgredi, vel ains id permettere, ut illud ipsum esse blasphemā in Spiritum sanctum statuerint.

Nosti istud Zozimi, contra statuta Patrum concedere aliquid, vel mutare, nec hujus quidem sedis potest authoritas. Et legi illi Christi, si peccaverit in te frater tuus, &c. ipse quoq; Pontifex subjectus est, quod & Canonistæ tui fatentur.

Hæc omnia ita habere ipse fateberis, si voles legere monumenta sanctissimorum Patrum, & rem ipsam fideliter considerare & judicare, ad qvod te s̄epe hortatus sum, & iterum atq; iterum hortor. Id enim si feceris: scio, & nobis Germanis celebrandam esse quam primum nationalem synodus, etiam si Romanus Pontifex, & totus reliquus mundus repugnet, fateberis, & agnosces, nihil adeo esse in officio Pontificis Romani, quam ut summo studio procuret, & Provinciales & Nationales Synodos & generales haberi, seqve & suos in illis in ordinem Christi redigi, vitia à sacrisimo ministerio tam multa, & gravissima tolli, & cuncta in Ecclesiis ad regulam Christi restituiri.

Nolo igitur nunc quicquam adjicere (tabellarius enim instat) quam optare me, ut talem tandem statum nobis queramus, qui veritate & æquitate nitatur. Certe hunc, quem tu convelli dicis Conciliis, sic divina & humana vi commotus est, ut nisi alia eam, quam tu scribis, ratione confirmemus, valde vereadum est, ut brevi ruina non status futurus sit. Omnino enim; mihi p[ro]p[terea] Decane, Deus est, Christus est, & omnium potestatem solus habet, quicquid hujus nostri homines credant, hic nos urget vi plane cœlesti, ut cunq; pauci id sentiamus.

Hinc ei haud poterimus. Agit oīcātus pō-
tius tempus visitationis nostrae, & tot mo-
dis querenti cōspicere nos extremis malis
Domino, ne pergamus repugnare. Erit
nihilo minus & unde vivamus, & unde co-
mitem, & suaviter vivamus. Sed de his et-
iam antehac ostendi s̄p̄ plus quā satis.
Et spero, de eis vel nunc te diligenter cogi-
taturum, cuius tibi existunt tām multæ
causæ. Oro autem, ut has licias Domino
D.N. Secretario nostro, & duobus reliquis
tuis confraternib⁹ cōmunices. Vale, &
boni omnia cōfide, nostri meam libertatē,
nec ignoras Cantorem. Datum apud Ne-
metes, D. Bonifacii, An. 1540.

Ioannes N. tuus Collega, &
Amicus verus.

Christianus Massanus Camera-
ensis Flander, Hieronymus in chro-
nico missi.

ANNO Domini 1322. Ioānes Papa Dē-
cretalem edidit in Fraticellos, qvorum ca-
put erat magister Michael de Cefena,
minister ordinis Minorum generalis. Hic
dogmatizabat, Christum & Apostolos
ad eo fuisse pauperes, ut nihil habeerent
suum, nec in particulari, nec in communitate,
Romanorum Imperatorem non esse subje-
ctum Pontifici, nisi tantum in Spiritualibus,
& neminem posse salvari, qui aliter cre-
deret. Credidit Ludovicus Bavarus, & ex
ipsis qvendam Petrum de Corbaria creavit
Romæ Pontificem, indito nomine Nico-
laï quinti, qui mox Bavarum in Cæsarem
consecravit & unxit. Multos etiam sui gé-
tis Episcopos ordinavit. Quæ cum rescisset
Ioānes, & Michael & Bavarus, & reliquos
omnes communione Ecclesiæ interdixit, ac
misit exercitum in Fraticellos, qvorum
multi damnati & exusti fuerunt.

Petres captivus Papæ fistitur, fatetur
culpam, remittitur ei, sed arcta custodie
mancipatur. Qui vero effugere potuerunt,
in Græciam abiisse memorantur. Bavarus
interim Concilium coegit. Ioānes Landau-
nus & Marsilius Patavinus, natione
Lombardi, studentes Parisiis, Bavarum ad-
eunt, manus ejus confortant, & non esse
subjectum Pontifici confirmant. Michael
etiam apud Perusium generale capitulum
celebrat, & contra Pontificem cum
Bavaro ad futurum generale concilium
appellant. Pontifex autem tām appellantes
qvām fautores cotum condemnat.

Joānes hic errores aliquot docuit,
præterim, animas corpore exutas Deum
non videre ante extremum diem, sic
enim pater ejus docuerat, seductus vi-
sionibus Tundali cujusdam Hyb:ni. Imp.
& PP. U.S.

Idem. Anno Domini 1307. iussu Phi-
lippi Franco.

bris, iubito capiti sunt 1 emplari, qvotqve
in regno inveniri potuerunt: qvod di-
cerentur ad paganisum defecisse: quo-
rum multi combusi tuerunt propter eorū
divitias.

Idem. Synodi presides Constantiensis
decreta ediderunt, qyo declarabatur, ge-
nerale Concilium legitime congregatum
esse suprà Papam, & habere pot. statim &
CHRISTO, qui caput est Ecclesiæ, qvamvis
ad illum usque diem, Papistæ Monarchiæ
vindices ausi fuissent contendere, Papam
esse legitimum Christi vicarium, & Ecclesiæ
monarcham.

Idem. Coelestinus qvintus cuim Roma-
nam Ecclesiam stricte reformare vellet: ut
scilicet non equis, non mulis, sed a finis ex-
empli CHRISTI velherentur, & bono
exempli cleris aliis prælucaret: nihil adeo
effecit, ut etiam omnium indignationem
& odium incurserit, & fatuum ac delirum
ipsum vocitaverint omnes, ac facto fora-
mine in cubiculo Papæ, per fistulam multis
noctibus insonarint, ac si Andelus de celo
esset. Coelestine, Coelestine, desine, negotiis
enim supra vires est, immo cedendo con-
sole potius saluti tua.

Idem. Anno 435. demonem Moysis per-
sonam induisse, ait, obversatumqve ante
oculos Iudeorum, qui tum vivebant, ac
pollicitum, se suo pede eos in terram pro-
missionis esse redacturum,stantibus
utrinqve aquis, ut olim in mari in murorum
speciem, multosqve istis præstigiis temerè
affossos ac pelagus ingressos, marinis flu-
ebus fuisse obrutos.

Idem, bis mille & ducentos Monachos
Brycannicos crudelissime interfecitos, scri-
bit, qvod dum pro suo populo fideliter o-
tarent, nollent parere Romane curiæ.

Idem concludit historiam suam his
verbis: Christus Salvator principum ani-
mis inspiret, ut Ecclesiam Dei reformat,
& errantes in gremium matris, hoc est,
primam Apostolicam Ecclesiam reducant.
Cui sit honor, & gloria in secula seculo-
rum, Amen.

Ludovicus Archiepiscopus Magdebur-
gensis, Anno 1383. oppido Calva oriundus,
choream dicens ad medium noctis, subito
cecidit mortuus, cum ea, quam
tenebat, foemina, manu: ut supra qvocqve
enarravimus. pag. 435.

Idem. Bonifacius g. Anno 1301. scripsit
Philippo Franco, se esse dominum omni:
um tām temporalium, qvām spiritualium
per orbem terrarum: Conseqventer
ergo & Regnum Franciæ à se debere su-
sci: quo, quia Rex id non fecerat, me-
ruiisset privari. Rex autem cōtemtis legatis,
literas ipsorum igni publico tradidit: vias
regni declusit, ne quis posset Romanam acce-

potius permisit Gregorio, nam vendere malè sonat. Sed Benedictus post mortem euidam apparuit, capite & cauda asini, reliqua similis ursi, dicens: ut bestia vixi, ut bestia merito condemnatus sum.

Idem. Anno 1299. Robertus Canonicus Sosatensis, Germaniae oppido, quem Iudei ad se converterant, mortuus est. Cumque per pontem quendam portaretur ad sepulturam, subito cadaver accensum adeo terribiliter ars, ut portatores congerentur ipsum in flumen projicere, sed neque in aqua extingui potuit, quo ad usq; totum in favillam redactum est. De hoc etiam supra.

Idem. Anno Domini 1210. in Narbonensi dioceseli 140. heretici comburi maluerunt, quam sequit fidem Ecclesie Romanæ, Parisiis quoque 24. ejusdem obstinationis. Septem millia quoque Biturigibus sunt occisi. Anno Domini 1211. in castro Vari Tolosanæ diocesis 400. hereticos flammis tradiderunt, 80. decollaverunt, principem Almericum suspenderunt, & dominam castri lapidibus obtulerunt. Anno Domini 1213. Petrum Arragonum regem cum 20. milibus summa Eucharistiâ straverunt, qui volebant ab Ecclesia auferre temporalia.

Idem. Paschalis secundus Papa excommunicationem in Henricum quartum, piissimum Principem, in Synodo Romana renovabat ac promulgabat. Imo in tantum siveit hujus immanissimi tyranni in illarib; ut & ejus filium Henricum quintum in arma contra patrem excitaret. Nec ita conqvievit horribilis Papa hujus odium, quin in mortuum cadaver rabide sevierit, exhumari per literas jussit, extra Ecclesiam projici: à Leodio ad Spiram transferri, & quinqvennio carere christianâ sepulturâ.

Sed attende quid interim fecerit Deus, Sangvis (teste Urspergense) ex panibus fluxit Spiræ, in signum Pontificie tyrannidis. Guardastalli anno Domini 1106. conventum Principum & Episcoporum habuit, cum quibus egit de rebus fidei, ad culinam pertinentibus, utpote de homagiis, feudis & Episcoporum sacramentis, Laicis prius exhibitis. Raveniatem quoq; Archiepiscopum terris suis spoliavit, sibi ipsi eas adjiciens. Cum vero recusaret Episcopos confirmare ab Henrico quinto constitutos, ab eodem Imperatore post pedum oscula capit, & in carcerem truditur, nec inde educitur, donec omnes confirmaret: investiendi ins. Carolo Maeno datum, diploma

recusatum, ut recusatum promissores antea fastas investituras Ecclesiarum renunciaret. Illico secessit Henricus leonis qvafsi deliberaturus. Post tres circiter horas misit Pontifex, ut responderet: ille non Episcopos, sed milites remisit dicentes: reddite quæ sunt Cæsar's Cæsari. Intellexit fraudem Pontifex, & postera die apud sanctum Petrum missa celebrata in cathedra se continuit.

Et ecce, milites tam ipsum quam totum clerus invaserunt, & abduxerunt, excruntq; vestibus adeo nudos, ut nec femalia reliquerint eis, exceptis cardinalibus & Episcopis. Ita spoliatos ad montem Soractim custodiae manciparunt. Rogatus interea Pontifex, ut Henrico consentiret, respondit: mori possum, cōsentire non possum. Tandem lachrymis eorum, qui per gyrum vastabantur, emollitus, consensit, Henricum in festo Paschæ coronavit, & compositis disfidiis Imp. renovavit Privilegium de Praelatorum investituris, & coram tota Ecclesia pronunciavit omnes anathematis reos, qvotquot datum privilegium irritum duxerint. Cantatumq; est deinde Gloria in excelsis Deo: quod pax esset inter Cæsarem & Papam confirmata. Sed solitaria in Germaniam regresso, singula & omnia quæ promiserat, convocato ad Lateranum concilio: rescidit & revocavit: afferens, sc̄ non sponte, sed coacte in Cæsar's veniente sententiam. Privilegium inde damnatur, Cæsarq; excommunicatur, & mirabiles tragediae fiunt, quæ per omnia regna mox publicabantur.

Idem. An. Domini 562. mons magnus in Galliis, Rhodano imminens, diu terribilem mugitum dedit, tandem disculus, in ipsum flumen cum jumentis, hominibus, & Ecclesiis irruit. Mugitus iste Romani Papatus ortum jam propinquum prænunciat, seu futuram à Christo defectionem, ut Paulus exprimit, & adventū filii perdit in omni deceptione ac fallacia, secundum operationem Sathanæ, Thessal. 2.

Nam & circa An. Domini 568. Ioannes Iejunator, Patriarcha Constantinopolitanus, & hypocrita mirificus, cum Pelagio primo Rom. Pontifice super Ecclesiarum primatu contendit, qui tandem in Græcorum synodo, pro Universali patriarchâ, Imperatore Mauritio cōsentiente, proclamatus fuit. Cujus Pelagii verba ad ones Episcopos, contra illum citantur 99. dist. Nullus (inquit) Patriarcharum universitatis vocabulo unquam utatur. Quia si unus Patriarcha universalis dicitur, p. 2.

mox ad futurum Concilium appellavit. Interim, quia Leo iusserrat, libellos ejus incendio tradi, jus Pontificium, quas Decretales vocant, atque decreta publicè Vitebergæ combusit dicens: sicut fecerunt mihi, sic feci eis.

1540

Antonius Campanus in vita Pii 2. Papæ.

Pius 2. Pontifex Perusiam ingressus est, quo vetus candidissimo, duodecim eodem candore precedentibus, stratis purpurea, sine sessore, frenis aureis: magistratis purpuream umbellam auro intextam preferentibus, sub quam ipse candida synpone, stolæ aurea commissa, & purpureo superbus galero vehebatur. Pompæ causam prætendit, quod post ejctum Bonifacium, 70. jam annis Perusini pontificem intra urbem non aspexit. Imp. Car. 5. PP. 227. Paulo 3.

1540

Urbanus Regius de Dignit. Sacerdoti.

Sed objicit mihi quispiam opulentissima sacerdotia, quæ satraparum aut principum sumptus sustinere possent, qualia in Germaniâ atque Italiâ reperies, nihilque esse sacerdotibus hoc tempore opulentius? Evidem haud negârим, multos esse ejus ordinis homines ditissimos: sed probis & eruditis plerisque negligenter in homines ignarissimos sacerdotia congeruntur, tam inertes, tam literas virtutemque peritos, tantum morum nequitia senescendo brutescentes, ut animam illis pro sale datam à natura, suspicari quis posse ideo tantum, ne putrescerent; id quod de sue animalium indocilimo stolidissimoque Plinius dixit. Nam vita talium sagina est, quos inertia terræ pondera jure dixeris.

Quod si quando tales in Principum aulis aliquâ authoritate valere contigerit, ita dominorum animis literarum odia ingentunt, ut Licinios quosdam faciant, qui postea nihil minus honorant, quam quod maximè honorandum esse, etiam Etnici crediderunt. Tu vero præsul dignissime Iano circumspetior, ubique vigilas, ne ad sacerdotia irrepant aut introrumpant ejusmodi Epicuri, quorum Deus venter est, & ea quæ sub ventre sunt. Imp. Car. 5. PP. Paulo 3.

Idem. Illud certè compertum habeo, olim non male Ethnicorum sacerdotibus fuisse provisum, ut ex Strabone de Commanis Ponticis intelligere licet: quod sacerdotium Diana dicatum erat. Ita enim loquitur Strabo: Accento Imperio Romano

aut quam locuples sacerdotium, ex eo integratur, quod idem autor ait his verbis:

Regum Ponticorum tempore in diebus festis, qui Diana sacri erant, Sacerdos Comanorum diadema Regium gestabat & secundum Regem honori habebatur. Commana autem urbs imperio ejus subteratur, cum sacris servis, qui Hieroduli dicebantur, numero non pauciores sex millibus, in quos omnimodâ potestatem habebat, praeter quam vendendi. Ex tanta potestate intelligitur, eos non fuisse mendicos. Nam libro 17. idem afferit, in Merœ olim primi ordinem sacerdotes obtinuisse, qui tantam autoritatem habebant, ut nonnuquam missio nuncio, mortem regi imperarent, & pro eo alium facerent.

Idem. Enim verò Aegyptii & Indi Sacerdotum rem omnium maximam, & humanitatis fastigio sublimiorem esse crediderunt. Nam Aegyptii Sacerdotes, omnibus negotiis curisque rejectis, in templo futuri, præparati in viatu, & contemplationi dediti: rerum naturas causasque, ac syderum rationes contemplabantur, mulierum commercio, carnis, vinoque, abstinentes, raro pane vesci solebant, ne stomachum onerarent, quibus tamen omnino dissimiles erat alii apud Aegyptios Sarabyz, sacerdotes in foraminibus petrarum habitantes, indui poreorum & boum pellibus, cincti fimbriis, palmarum spinas ad calcanea portantes ad cingulum ligatas, discalecati, & sanguine cruentati, cavernis exeuntes, ad festum scenophegiz petebant Hierosolymam, & sancta sanctorum intrantes, pauperatem & abstinentiam prædicabant se servari, tum barbam spectante populo ibidem acriter peruellebant.

Nummis itaque tali auctu & commento collectis, in suam regionem remeabant, in letitiâ & dapibus epulaturi. In horum vultu severitas apparebat, in recessu sagitia retinebantur. Cathones & Curius simulabant (quod & hodie fit) sed bacchanalia vivebant.

Idem. Absurdam consuetudinem penitus extirpatum iri, Inno voluit, quam Ecclesiæ patroni earundem proventus sibi vindicantes, presbyteris, quorum toti jure erant, exilium aliquam portiunculam relinquunt, quam vel non possunt vivere, vel adeo vivunt pauperculi, ut ferè inter pauperes mendieârum greges manum ad stipem porrigerere cogantur. Nihil ergo miremur, si his Ecclesiis idiotæ & analphabeti præficiuntur, qui cæci cæcos ducentes ambo cadunt in foveam. Quis enim vel mediocris doctus qui fuisse statis, cuiusonne vi-

Aut enim literis renuncians, militatum, quoq; fortuna rexerit, abibit, aut matrimoniali capistro, libertatem vendens, ora præbebit, & omnia potius extrema per-
pag. 458. tentabit, anteq; post tot in scientia co- paranda sudores, post amaras radices, ubi fructus dulcis est sperandus, in opiam & has vitz fordes perpetiatur.

Vidi ego ante aliquot annos facinus tam indignum, ut propè collachrimarim. Est nescio quz mala crux misellos sacrificulos undique excarnificans. Exigunt enim veri Ecclesiarum Pastores vel pensiones, vel nescio quz spolia ab his, qvos vicarios constituerunt, sed ita exigunt, ut malis Galileotam agere, aut diuissimam servitutem servire, qvāntalem agere Vicariū. Erat ita qve Vicariolus, qui tantum nūmorum vero pastori, alioq; p̄bendoso, ante festos Paschz dies numerare cogebatur, ut sancte juraret, se, quicquid confessionum laboribus erat partum, & totā casulā, divenditis nonnullis rebus, corrasum, id omne secum attulisse, nec quicquam domi habere reliquum, qvo resiceretur, sed hostiatim ad subditos circumire velle, donec fortuna aliqua magis propicia subveniret.

O scelus! quid ille, qui de Pastoris nomine se jaſtitabat, qvid oībus unquam consulit? fuscine pastorem agebat, ut gregem non tonderet, sed degluberet? gregem dico, quem nunquam recensuit, quem non novit, quem nunquam pavit, nunquam à luporum incursionibus defendit.

Idem Abrahā Patriarcha librum ZE- SIRACH sive reformationis, ex Hebraico in Latinum transtulit, & scholiis illustravit: de Babylonis ruina & corrupti mundi fine.

1540 *Gondissalvus de Villadiego, sacri Palati Apostoli ieiuniarum auditor, in tractatu de legato.*

Adeo Romana Ecclesia in concedendis indulgentiis modum excessit, ut videamus, illos contemni & rideri. Imp. Carolo 5. PP. Paulo 3. ut sup.

1540 *Guilhelmus Postellus.*

Hic, suscep̄tā peregrinatione in Orientem, diligenter de Aquilonarium & Orientalium in Asia Christianorum statu inquisivit, & scriptis, etiamnum in Tartaria magnā multos superesse Christianos. Et ait, a Iesu Nazareno Nazarenos vocari: inq; eo consentire omnes, qui ante quindena secula Rex aliquis ex illibata virginie natus, annunciatā virtute & sanctitate per nuncios suos, idola in toto mundo abrogari, Deumq; unum tres habentem facies adorari. inflerit. Addit propositio-

lari potest, hoc quod dicitur, in conditio, quām est patriarche Constantino-politani sub Turcarum Imperio. Imp. Car. 5. PP. Paulo 3. ut sup.

Idem. Scriptis & arcanissima, & planē mystica multa, proposito nostro plurimum interventia: utpote παντεροτιας de compositione omnium disfidorum, circa æternam veritatem, aut verisimilitudinem versantium. Vocat autem Tuba penultima stridorem, & se Heliam Pandochem. Candelabri typici in Mosis tabernaculo iussu divino expressi, brevis ac dilucida interpretatio, de Nativitate mediatoris ultimā, nunc futura, & toti orbis terrarū in singulis ratione præditis manifestanda. Absconditorum à constitutione mundi clavis, quā mens humana tam in divinis, quā in humanis pertinet ad interiora velaminis æternæ veritatis.

Ejusdem opus viræ magnitudinis, quod inscribitur, abscondita à constitutione mundi, de naturæ humanae restituzione in eam conditionem, quam ante peccatum habebat, nunc ad futura in inferioribus cum magno fœnore: in quo hæc continentur, Clavis scripturarum, quā ad interiora itur velaminis: Ostium apertum æterni mysterii: Septem sigillorum libri ab agno aperti reseratio, Evangelion æternum, seu naturæ & gratiæ conjugium, ad Concilium divinitus coactum ubivis, liber nondum editus, extat apud Ioan. Oporum Basileæ.

De originibus, seu de variis & potissimum orbi latino ad hunc diem incognita, aut inconsiderata historia, cum totius Orientis, tum maximè Tartarorum, Persarum, Turcarum & omnium Abrahā & Noachī alumnorum origines & mysteria Brachmanni retegente. De æterno Christi in interioribus regno, & sacro Petri primatu, jam ab Adamo per Noachum, Abrahā, Mosen & Christum ad nos usq; deducto: ex Zoharis seu illustrationis scripturarum sententia tam clara, ut sententia Evangelii instar sit, è 72. Seniorum Mosis spiritu donatorum doctrina, à sancto Simone justo primum publicè exposita.

Chavæ seu Eve matris omnium viventium admirabiles, & super omnes doctrinas mundi, secundum Evangelicam veteris & novi Testamenti veritatem amplectendæ Prophetæ conscriptæ à Raziele, Adamū primi parentis Angelo, & ex libro Behir, id est: lucis purissima, excepta. Præfixa est Apologia ad Christi veros alumnos, ut ratio tenti exponatur mysterii.

Opus de Satanicæ monarchie destruccióne super Danielis prophetiam, demonstrans maximum peccatum mundi, quod

terum dispositione opus, cōple&tens & paucis exponens universi historiam, ac demonstrans, quomodo in figurativa Geneseos historiā est expressum, non solum quicquid postea à Iudaicā & Christianā Repub. contingit, sed multo maximē ibi expressum esse, quicquid in Gentili sive Esuavina, & quicquid in Ismaēlitica politiā contigisse videatur, & unquam postea continget. Nam hoc est verissimum, omnia in figuris coantebant illis.

Verbo arboris divinæ dispositionis, seu divinorum nominum ex Hebræis ante milles annos manuscriptis, ubi ostenditur innumerorum argumentorum fontibus, fore omnino complendam restitutio nem omnium in virtute decimi nominis Dei, quod est Adonai, in quo delitescit intellectus potentialis, sive possibilis aut passibilis virtus. Volumen Prophetiarum itidem Gallicè scriptum, & ab Abram, Syrorum, Armeniorum, aliorumque populorum Orientalium sacris, ab omnibus receptis placitis, hoc ipsum de monarchia confirmans.

De filio perditionis & suis affeclis, qui una cum eo elevantur supra omne, quod dicitur Deus, & quando corruet ejus potentia. De Turcarum & ceterorum Ismaēlitarum fatis. De raris & posteritati notandis historiis, De admirandis rebus, que à quinquaginta annis contigerunt usq; ad annum salutis 1553. & quæ inde ad annum 1583. contingent.

Commentarius super Abdiam, in quo demonstratur, quod omnino necesse est, quod Adomi, sive gentiliratis impietatis vires, tanquam Satane membra, conficiuntur à fidelibus tamen persacra, quām per rationalia arma, ita ut etiam ab occidentalibus (victa prius aut viatrice imperii Zarphat potentiā, hoc est, Galliā) fiat expeditio in terræ sanctæ recuperationem ad hoc, ut ipsa Christi proprietas non tantum spiritualis, sed & literalis ac temporalis vindicetur à fidelibus, & sicut in mundo duo loco sacra, unum ad Noachi sepulchrum pro temporalibus Romanis, alterum ad sepulchrum Adami in Syria imo ad Adami novi Iesu Christi monumenta clarissima, ubi Orientales Christiani ita certas exspectant Occidentalium Christianorum suppetias, ut olim Iudei in Egypto operem divinam.

Quatuor Davidis Psalmi super lillum testimoniū decantati, expositi de lilio 22. in candelabri fabricā, & maximē in septem verticibus collocato, ad ostendendum ex illis certissimam Christi per sua membra

res ex Galicie populi in monarchiam conducti motu assurgant, & ad Christi proprietatem afferendam pergent. Etsi enim in hoc conflitu totis 500. annis fuerit Occidentalis Christianismus, tamen magis dominandi libidine, quam Imperium, Christi promovendi, multi utrinque contendunt.

*Donatus Gianottus Florentinus
de Republica Venetorum.*

Germanorum Imperium & potentiam, et si sit permagna, nunc tamen, quando cibilibus bellis ardet, & intra se ipsam hostiliter disfidet, metuenda non est: quodque pejus est, eam non facile conciliari posse, omnes norunt, quibus ingenium & negotiorum sunt explorata. Certum enim est, quod, si illis inter se bene convenire, & pacem colerent invicem: Italiae sae maiori essent formidini, quam Turce & Saraci. Imp. & PP. ut sup.

Henricus Bullinger in Apocalypsin conc. 64.

Plerique interpretes priorem Petri epistolam errantes, in fine epistolæ per Babylonem Romanam intelligunt. Certe Occumemius: Babylonem autem hīc Romanam, inquit, vocat, ob excellentiam Imperii & claritatem, id quod olim multo tempore Roma obtinuit. Significantius autem vestigiores hoc reddunt, ut Tertul. lib. contra Iudeos, qui dicit: Sic & Babylon apud Iannem nostrū Romanæ urbis figuram portat, proinde & magna & regno superba & sanctorum debellatrix. Eadem verba prope repetit libro 3. contra Marcionem. Nec minus clare S. Hieronymus Romanum vocat Babylonem: & illam quidem Babylonem, de qua Ioannes in Apocalypsi loquitur.

Legatur epistola Pauli & Eustochii, scripta ad Marcellam, opera & suppetiis Hieronymi. Legatur ipse quest. ad Algasiam 1. Rursus in præfatione ad librum Didymi de spiritu sancto, ad Paulinianum. Item in fine 2. libri contra Iovinianum. In vita S. Marci idem: Petrus, inquit, in epistola primâ sub nomine Babylonis figuraliter Romanum significat. Sed ipse sese exponet. Ioan. cap. 17. intelligimus autem, Romanam urbem ruituram præcipue cum omni sua impietate: sed simul etiam superstitionem & abominationem Romauam dispersam per orbem. Ac cecidisse quidem dicit Angelus, & adhuc casuram, id.

duplicatio : Cecidit cecidit.

Idem concione 58. Pulchre Antichristianum post laceratum & sublatum Imper. Romanum proponere incipit. Nam Daniel dicit : Corniculum exile , & contemnum oriti inter decem cornua , & ex his humiliare, evellere , atqve tollere cornua tria, atqve ita emergere in validam potentiam. Significat enim, diviso Rom. Imp. & jam veluti dilapso, oriturum Antichristum, qvi novum sibi imaginariumq; paret Imperium. Sed & Paulus dicit : Christum non venturum in judicium , nisi Antichristus præcesserit: hunc autem non præcessurum, nisi hoc tollatur è medio , qvod jam, qvo minus veniat, detinet & impedit: quodq; S. Hieronymus & reliqui interpres sacri exponunt de Romano Imp. qvod divelli tollique oporteat : deinde oriturum Antichristum.

Destructa est autem Imperii majestas circa annum Domini 480. cum Odoacer Romanum occuparet. Inde enim per 300. annos, & amplius nullus ab Augustulo fuit Occidentis Imperator. Qvibus accedit, qvod à Totità sub Justiniiano Imp. Romanum combusta & desolata est. Inde vero coepi- runt Romani Pontifices christas erigere, & de novo regno cogitare.

Idem con. 92. Non puto, orbem unquam habuisse famosorem, truculentiorem homicidam, imo & parricidam verissimum, juxta verbum Christi, Joan. 2. diaboli primogenitum filium, qvām Pont. Romanum. Hic enim omnibus prope seculis, & qvingentis jam annis & amplius , clas- sicum ad omnia ferè bella gravia Europæ cecinit: deinde & homicidis, potissimum vero pro sede Romanæ militantibus, & indulgentias dedit largissimas, & cœlum promisit in militiâ occubentibus.

1540. *Joannes Peregrinus in convivula- libus sermonibus.*

Ekk, inquit, in Germania Episcopus qui- dam, qvi dixit in convivio, uno anno ad se delata undecim millia sacerdotum pa- lam concubiniorum. Nam tales singulis annis pendunt aliquid Episcopo. Imperatore Catolo quinto Papa Paulo 3. ut suprà.

1540. *Moroneffa Italus, & Asotus Hispanus.*

Hi Germanicam nationem, Principes & reformatam religionem , qvibus maximè potuerunt, conviciis, probris, & contume- liis, libellis editis prosciderunt: qvos vi- de. Inter alia Moroneffa dicit: Ecclesi- sticos nullo modo esse culpados , utcum-

Divisum iustum Curiam. 1540.

Sive sit raptum sive captum, modo no- bis aptum.

Hermannus Buschius.

Scriptis adhortationem ad Clerum , qva illos ad studia & lectionem sacræ Scripturæ invitare & cohortari. Imperator, & Pa- pa ut sup.

1540. *Gerardus Lorichius Hadamarius.*

Scriptis theses professionis Catholicæ, una cum abusionum, superstitionum, here- feon, & schismatum cuique Catholico fu- giendorum judicio , ad exactam Ecclesiæ reformationem. Ejusdem liber de missa publica propaganda, & abusibus tollendis extat. Imperatore Carolo 5. Papa Paulo 3. ut suprà.

1540. *Paulus Jovius in vita Leo-*

nis X.

Non caruit etiam Sodomiz infamia, qvod parum honeste nonnullos è cubicu- lariis (erant enim è totâ Italia Nobilissimi) adamare, & cum his tenerius, atqve liberè jocari videretur. Sed demus aliquid huma- nitati Leonis, ut in summa licentia fervida- zatis, ac prosperæ valetudinis astum z- gerriùm sustinenti. Deinde alia sunt virtus principis, alia hominis. Pulchra excusatio. Imp. Car. 5. Papa Paulo 3. ut sup.

Idem. Laurentius Puccius Cardinalis, magnus penitentiarius prædicavit, nullum omnino qvæstum Pontificibus esse illi- citum.

Idem in epist. ad Jo. Frid. Saxonicum, & pag. 461. Landgravium Hassie. Si justissimus Deus veltra ope , ceu parato flagello, adversum crimina cleri & plebis decrevit uti: nihil aget in terris ullus propugnator, donec re- stores nostri ad correctionem tam Ecclesiæ qvām politiæ adigantur.

Idem. Venationibus & ancipiis nobilio- ribus adeo perdite Leo X. studebat, ut spur- cissimas & tepe tempestates , infalubresque ventos, & frequentia mansionum ac itine- rum incommoda obstinate contemneret : confitus & tati ac firmæ valetudini, qvam e- quitatione varioqve in motu corporis tueri se posse existimabat: præsertim si in ambula- tionibus apertis vagaretur, ac animam innati- caloris copia astuantem & cœlo libero & multo spiritu recrearet.

Manlianam villam secundum Tyberim, quinto ab urbe lapide, proximi stagni halitu, & caliginosi æris intemperie prope to- to anni tempore infamem , hyeme maximè freqventabat. Ex ea enim veluti ex portu, venatorum classes in subjectos Salinarum campos cervorum copiâ celebres, educe-

terum dispositione opus, cōple&tens & paucis exponens universi historiam, ac demonstrans, quomodo in figurativa Geneseos historiā est expressum, non solum quicquid postea à Iudaicā & Christianā Repub. contingit, sed multo maximē ibi expressum esse, quicquid in Gentili sive Esuavina, & quicquid in Ismaēlitica politiā contigisse videatur, & unquam postea continget. Nam hoc est verissimum, omnia in figuris coantebant illis.

Verbo arboris divinæ dispositionis, seu divinorum nominum ex Hebræis ante milles annos manuscriptis, ubi ostenditur innumerorum argumentorum fontibus, fore omnino complendam restitutio nem omnium in virtute decimi nominis Dei, quod est Adonai, in quo delitescit intellectus potentialis, sive possibilis aut passibilis virtus. Volumen Prophetiarum itidem Gallicè scriptum, & ab Abram, Syrorum, Armeniorum, aliorumque populorum Orientalium sacris, ab omnibus receptis placitis, hoc ipsum de monarchia confirmans.

De filio perditionis & suis affeclis, qui una cum eo elevantur supra omne, quod dicitur Deus, & quando corruet ejus potentia. De Turcarum & ceterorum Ismaēlitarum fatis. De raris & posteritati notandis historiis, De admirandis rebus, quæ à quinquaginta annis contigerunt usq; ad annum salutis 1553. & quæ inde ad annum 1583. contingent.

Commentarius super Abdiam, in quo demonstratur, quod omnino necesse est, quod Adomi, sive gentiliratis impietatis vires, tanquam Satane membra, conficiuntur à fidelibus tamen persacra, quām per rationalia arma, ita ut etiam ab occidentalibus (victa prius aut viatrice imperii Zarphat potentiā, hoc est, Galliā) fiat expeditio in terræ sanctæ recuperationem ad hoc, ut ipsa Christi proprietas non tantum spiritualis, sed & literalis ac temporalis vindicetur à fidelibus, & fiant in mundo duo loco sacra, unum ad Noachi sepulchrum pro temporalibus Romanis, alterum ad sepulchrum Adami in Syria, imo ad Adami novi Iesu Christi monumenta clarissima, ubi Orientales Christiani ita certas exspectant Occidentalium Christianorum suppetias, ut olim Iudei in Egypto operem divinam.

Quatuor Davidis Psalmi super lillum testimoniū decantati, expositi de lilio 22. in candelabri fabricā, & maximē in septem verticibus collocato, ad ostendendum ex illis certissimam Christi per sua membra

res ex Galicie populi in monarchiam conducti motu assurgant, & ad Christi proprietatem afferendam pergent. Etsi enim in hoc conflitu totis 500. annis fuerit Occidentalis Christianismus, tamen magis dominandi libidine, quam Imperium, Christi promovendi, multi utrinque contendunt.

*Donatus Gianottus Florentinus
de Republica Venetorum.*

Germanorum Imperium & potentiam, et si sit permagna, nunc tamen, quando cibilibus bellis ardet, & intra se ipsam hostiliter disfidet, metuenda non est: quodque pejus est, eam non facile conciliari posse, omnes norunt, quibus ingenium & negotiorum sunt explorata. Certum enim est, quod, si illis inter se bene convenire, & pacem colerent invicem: Italiae sae maiori essent formidini, quam Turce & Saraci. Imp. & PP. ut sup.

Henricus Bullinger in Apocalypsin conc. 64.

Plerique interpretes priorem Petri epistolam errantes, in fine epistolæ per Babylonem Romanam intelligunt. Certe Occumemius: Babylonem autem hīc Romanam, inquit, vocat, ob excellentiam Imperii & claritatem, id quod olim multo tempore Roma obtinuit. Significantius autem vestigiores hoc reddunt, ut Tertul. lib. contra Iudeos, qui dicit: Sic & Babylon apud Iannem nostrū Romanæ urbis figuram portat, proinde & magna & regno superba & sanctorum debellatrix. Eadem verba prope repetit libro 3. contra Marcionem. Nec minus clare S. Hieronymus Romanum vocat Babylonem: & illam quidem Babylonem, de qua Ioannes in Apocalypsi loquitur.

Legatur epistola Pauli & Eustochii, scripta ad Marcellam, opera & suppetiis Hieronymi. Legatur ipse quest. ad Algasiam 1. Rursus in præfatione ad librum Didymi de spiritu sancto, ad Paulinianum. Item in fine 2. libri contra Iovinianum. In vita S. Marii idem: Petrus, inquit, in epistola primâ sub nomine Babylonis figuraliter Romanum significat. Sed ipse sese exponet. Ioan. cap. 17. intelligimus autem, Romanam urbem ruituram præcipue cum omni sua impietate: sed simul etiam superstitionem & abominationem Romauam dispersam per orbem. Ac cecidisse quidem dicit Angelus, & adhuc casuram, id.

Paulo 3. ut sup.

Idem. Julius II. reprehensus à familiari-
bus ob bellum studium, an nescitis, inquit, Pe-
terum clavigerum, & Paulum ensiferum so-
cios esse, & hujus protectores Ecclesie? Petri ignaviam antececessores nostri s̄epe
sunt experti. Paulus quid possit, ego expe-
riar. Cumque illi dicerent: at Petrum Christus iussit recondere gladium in vagi-
nam: prompte respondit: sic est sanè, verum
non prius, quam Malchi auriculam ampu-
tasset: feriemus & recondemus. bellum in-
dubitata pax seqvetur.

Idem. Raphael Urbinas pictor excellen-
tissimus, reprehensus à duobus Cardinali-
bus, quod Divorum Petri & Pauli facies
insolito rubore præter decorum expressis-
set, respondit: Padre suffici Apostoli ru-
bent, vicariorum suorum nefaria icelera
cœlitus intuentes.

Idem. Agebatur de mittendo ad Vene-
tos legato. Proponebatur quidam multis ti-
tulis illustris, episcopatus abbatarum, do-
miniorum. Tunc Ludovicus XI. Gallorum
rex: ut plurimum, inquit, titulorum co-
pia literarum junctam habet inopiam. Sed
Gallicè melius: La ou il y a tant de tñtres,
il y a peu de letres.

Beatus Rhenanus.

Affirmat, quod olim in Papatu nuspiam
missæ decantatz fuerint, præterquam in
Germaniā: & id tamen nullo modo,
quam propter communionem, suscepimus
fuisse. Imperatore Carol. 5. Papa Paulo 3.
ut sup.

Idem. Huc produco Agendas antiquas,
seu Ceremonias: quarum rubricæ, commu-
nionem sub utraqve specie, & alia multa
juxta Dei verbum, contra Papisticas cor-
ruptelas & abominationes, concedentes
inveniuntur.

Varamundus Luitboldus.

Hic in actis Comitiorum scribit, Ecciu-
m, cum Theologi utrinque ad colloquen-
dum convenissent, præfatum fuisse, se &
collegas suos non collocuturos cum no-
stris, ut quicquam ipsis concederent, sed ut
ad se eos rursus traducerent. Et Campegi-
um, cum audivisset, à suis partis Theologis
quædam concessa Lutheranis fuisse, ferali
quodam furore percitum dixisse: sibi hoc
non licere, sed soli Pontifici Romano. Ad-
iunctus est priori aliis liber, quæ sit optima
ratio componendæ religionis, & à quibus
sit exigenda Ecclesiaram restitutio: quem
vide. Imperatore Carolo 5. Papa Paulo
3. ut sup.

Ioannes Sturmius.

Vir doctus & Ora or insignis scripsit
multa utilia: & inter alia de dissidio peri-

car. Item cetera unde epistolæ eisdem
de commendatione Ecclesie, & religionis
controversiis. Imper. 117. Carolo 5. Papa
227. Paulo 3.

Idem. Quod verò tunc iniqui nostri non,
quantum cupiebant, tantum effecerunt, non
id voluntatis fuit, sed fati: non fortunæ,
sed divini numinis: cui nec vis opponitur,
neque arma objiciuntur, neque crudelitas
oblitat.

Eberhardus Billick Monachus.

1540.

Hic in colloquio Ratisbonæ unus fuit de
collocutoribus, & scripsit de ratione sum-
movendi præsentis temporis dissidia. dñp.
& Papa ut sup.

Martinus Borrhaeus.

pag. 463.

Scripsit libellum elegantem valde, de
ortu, naturâ, atque discrimine eorum Jubilæorum, quos Deus instituit, quidque inter
hos & falsos, ab adversario confictos inter-
fit. Et præterea refert blasphemias multas,
& inter alias: fine dilpendio animarum fi-
eri non posse, ut in aliis ulla regionibus
vel locis, quam diu durat Jubilæus Roma-
nus, ullæ distribuantur gratiae. Ac pro-
inde Papas revocare omnes toto orbe ter-
rarum, easque Romæ tantum, & à Roma-
nis & peti & distribui posse: neque velle
integri anni spacio in alio loco esse remis-
sionem delictorum.

Sed quare hoc? Respondebat author. So-
lent enim sine fine ita cumulare suas frau-
des & impietas, donec tandem ad extre-
num malorum prolabantur. Legite (qvæ-
so) conciones Pauli, Petri, Joannis, & reli-
quorum Apostolorum: in quibus videbi-
tis, nunquam alium eos vel cogitasse vel
prædicasse Jubilæum, aut condonationem
peccatorum, quam sanguinem filii Dei, cu-
jus meritum ac beneficium per fidem in
ipsum Christum apprehendimus: quo ne-
glecto. Papæ affirmant, veram causam insti-
tuti Jubilæi esse, ut, qui eo animo Romam
profiscuntur, possint à Papâ obtinere,
quod alioquin sanguine ac morte filii Dei
obtinere domi non potuerint. O impur-
dentem (inquit) audaciam! ô blasphemiam
adestandam!

Ultra hæc affirmat Clemens Papa: se velle
in hoc suo Jubilæo distribuere merita, &
sanguinem Christi, cuius alioqui sanguinis
meritum nemo conseqvi potest (sicut ille
falso opinatur) per fidem in Christum: ne-
que alia ratione, nisi se Papâ distribuente,
& sua quasi manu, cuiuscunque volet ipse,
applicante. Præterea hoc adjungit, se qui-
dem velle donare plenam remissionem
peccatorum, non quidem omnibus, sed iis
tantum, qui Romanum venerint quinqueagesi-
mo anno. & illam quidem haustam

1540.

1540.

1540.

etiam si ab aliquo Episcopo Romano esset distribuenda. O blasphemiam! o infidem!

Itaque frater charissime, etiam atque etiam tibi cogitandum censeo, quomodo in gravicausâ prudenter sentire, deoque tantis rebus rectum judicium facere oporteat. Quis enim usque adeo est communis sensu destitutus, ut arbitretur, vel verum vel etiam verisimile esse, æternum Patrem nobis unigenitum filium suum tradidisse, eumq; in ligno crucis & sanguinem profundere, & mortem ignominiosam nostrâ causâ sanguinere voluisse, ut nostra delicta ipsius sanguinem mundarentur, nosq; ipsi per eum mortem à servitute & tyrannie mortis atque inferni liberaremur, si tantam divinæ largitatis erga nos benevolentiam per vivam fidem apprehenderemus, certaque cordis nostri fiducia in hac promissione divinâ, in hoc lavacro, atque in hac liberazione acqvisceremus: neque tamen quenquam eandem ipsam Dei beneficentiam in animis nostris utilem & efficacem sentire posse, nisi alicui Romano Episcopo libitum sit eam nobis suâ quasi manu donare? O audaciam!

Præterea & illud cogita, & prudenter ex verbo Dei judicium facito, quod isti Romanii audent asseverare. Cum enim remissio peccatorum, fides, atque ipsa vita æterna sit donum Dei merum, nullis unquam actionibus hominum aut meritis conquisitum: isti homines affirmant, se non solum meritis suorum operum posse explere legem Dei, sibiique in celum aditum suis actionibus patefacere: sed bonam insuper meritorum portionem, supra id quod debent, de suo augere, quæ ab ipsis merita supererogationis vocantur, quorum Papa custos fit & conservator, eaque teneat in arcâ thesaurorum ecclesiæ conclusa, istantum distribuenda, qui & Romanum venerint, & non nisi constituto tempore, quandocunque & quomodounque illi visum erit arcam referare.

Hoc nimurum est extollere se supra omnem potentiam divinam, sicut scriptum est de filio illo perditissimo: & blasphemia abominanda. Hoc est, velle stabilire, instar Luciferi, solium & Potentiam suam supra Deum ipsum. Qui enim vult de suo explorare, quod in Christo defuit: necesse est, hunc esse Christo potentiorum. Hoc est vere accusare Christum aut livoris, qui non voluit: aut imbecillitatis, qui non potuit tanta sui sanguinis effusione, aut morte quoque ipsâ præstare hominibus solidam

nullum unquam Jubilatum in suis Ecclesiis stabilire voluerunt aut Hierosolymis, aut Antiochiae, aut in Ecclesiis Græcis, & Italicis, unde explere potuisset populus peccatorum remissionem eam, quam Christus illis non præstítit.

Sed pudendum est, de re tam levi & manifestè impiâ, tam multa verba profundere. Illud autem scire oportet, naturam & consuetudinem Phariseorum proflus tam esse, quæ nolit observare, quid Christus fecerit ac docuerit, aut quid in literis propheticis & Apostolicis scriptum reperiatur: aut in illis veteribus authoribus, qui illam ipsam prophetarum, Christi, & Apostolorum doctrinam sunt secuti. Verum solent leviculas, & falsas (nescio quas) res, ac non multo ante in Ecclesiam invenias, atque his potissimum temporibus, quibus magiores tenebræ, & densiores caligines supra hominum ingenia incubueré (quælibet inter alia, Bonifacii tempora) moticos tueri, & defendere, & ad eas stabilitudinē violenter contorquent & adulterant scripturas, anxiisque in veterum scriptis aliquod verbulum explicantur, quod fonte contra perpetuam Evangelii normam exciderit, vel quo impropter ipsi authores aliqvando usi fuerint.

Hæc enim spectant illi boni viri, atque ex his solent nova dogmata speciosâ quædam hypocrisi, ad fallendos simplicium virorum & muliercularum oculos concinare. Quæ postea ferro, & igni, & nullo non crudelitatis genere volunt defendere: interimque, sicut Pharaones, jubent trucidari primogenita, ne possit augeri semina Dei, a quo sibi vehementer timent. Et enim illis ex eorum artificio (quemadmodum Ephesi erat Demetrio, aliisque artificibus statuarum) quæfus multò uberrimus, ex quo sibi honores, commoda, delicias parant prorsus Epicureas. Imp. Carolo & Papa Paulo 3. ut sup.

Paulus Fagius.

Hoc tempore hic Fagius, vir Hebraicæ Linguae doctissimus, librum vetustissimum Hebraicum in latinam lingvam versum edit, cuius titulus est Capitula Patrum. Ut supræ.

Liber Masoreth.

Hebræorum sapientes, Judæi scilicet, qui olim in Tyberia habitaverunt, scripserunt annotationes in sacra biblia, quas appellaverunt Masoreth, & sepem legis: ut nimurum lector maneat intra septa veterum sapientum, nec grassetur pro sua li-

synam pendunt de lucris, decem aureos de centum, centum de mille, &c. Ex eodem.

Ribbi Jochanan Hasandalar.

Omnis Ecclesia vel contentio quæ fit propter Deum, confirmabitur. Quæ vero non fit propter Deum, non durabit perpetuo. Ex eodem.

Valerius Anshelinus Rydin Cas. sal. annorum atq. Principum.

Stephanus 2. R. P. in Galliam profectus, cum à fidelitatis juramento subditos absolvisset, Pipinum ad regiam successionem confirmatum, in Italiā contra Longobardos duxit. Qvibus bis per illum ad pacem compulsi, Papa Rom. qvicq; id sancti Petri patrimonii venit appellatione, Romano Imperio & Longobardis ademtum, Ravennæ scilicet Exarchatum, alieno Francorum Regis dono obtinuit. Italia ergo jam non solum & Romanorum Pontifex, sed & vel omnium Christianorum Principum Imperator esse, & gestari coepit. Imp. 117. Car. 3. Papa 27. Paulo 3.

Idem. Stephano defuncto, pontificia maiestas, quæ haec tenus & libera, & chara multis obtigerat viris, & integris, & illustribus, deinceps & violenta, & venalis multis obtigit, & indignis, & vix à nemine notis.

Idem. Calixtus III. veniarum optimæ formæ literas effudit: è qvibus tunc quinq; ducatis redemitis, nunc minimo redimendis, 1150000. ducatos successori reliquit. Nec mirum, cum nostris diebus Samson Mediolanensis Franciscanus octies totidem eodem negotio congesserit.

Idem. Lucius 3. Pontifex Rom. approbavit scortatorum sacra.

Idem. Ex creatione 31. Cardinalium Leo X. ac nummariis indulgentiis, dispensationibus, privilegiis, sacerdotiis & aliis, ingenti corraso nummo, agnatos nummularios dotavit, atque simul ad utriusque ordinis principatus aliorum injuria evexit.

Pandulphus Collenutius Histor.

Neapolit. libro 4.

Fridericus II. Imperator tot ingenii, corporis, fortunæque dotibus ornatus, tamen Ecclesiæ hostis judicatus fuit: ac videtur qvidem aliquid tale fuisse, postquam lata esset adversus eum ab Innocentio quarto sententia, quæ sexto Decretalium libro postea inserta fuit: nec proinde hanc esse amplius forte in dubium vocandum. Qvod etiamsi ita sit: tamen ea, quæ gesta ab illo supra commemoravimus, aut quæ à diversis scriptoribus

do: nescio sane, an illum Ecclesiæ holtem declaratint: qvod de pontificiis nimis verapredicaverit: multaque in eorum moribus, totaque illa Apostolica vita desiderarant: aut qvod Imperii iura acris defenserit: aut denique, qvod nimis in Italia potens, quam voluiscent, fuerit.

Indicium hujus rei relinqvam eqvidem zqvo rerum à Friderico gestarum lectori: sed interim, dum cogito. Christum (qvem Vicarii sui pontifices, sicuti præcepit, imitari, eique ceu ministri parere debent) mandasse, ut gladium in vaginam recondamus, nec lepties tantum, sed septuages septies delinquenti condonemus: & ex altera parte video tot infidias, atque prodigiones adversus Fridericum institutas: tot legatos Ecclesiasticos, qui pastores appellantur, contra eundem in regnum Picenum, Longobardiam, Angliam, Flaminiam, que missos: tot urbes atque regiones ob eandem causam devastatas: tantum Christiani sanguinis effusum: & illum tamen vietorem semper evasisse: Pontificios vero, qui adversus eum se conjunxerant, infortunatos semper succubuisse: non possum non approbare, qvod Pius Pontifex in historia Australi scriptit: nihil videlicet excellenter malum in Ecclesiæ catholicae patrari, cujus prima origo à sacerdotibus non dependeat: ni forte occulto Dei consilio fiat.

Ego sanè multas Friderici epistolas (qvæ extant) vidi atque legi, cum ad Pontifices & Cardinales, tum alias Christiani orbis principes, privatasque etiam personas exaratas: sed nihil in eis deprehendi contra fiduci nostræ regulam, nihil hereticum, nihil denique, qvod aliquam Ecclesiæ oppressionem aut contumaciam redoleret. Sunt eqvidem in iis multæ querelæ, lamentationes, admonitiones de avaritia & ambitione sacerdotum: de pontificis pertinacia, qui suas excusationes & Imperii defensionem audire nolit: deq; infidiis, quæ sibi struerentur.

Et qui harum rerum veritatein, & magnam principum virtutem cognoscere dederat: is legere poterit inter cetera, unâ ex ejus epistolis ad omnes Christianos principes scriptam, cuius exordium ita habet: Collegerunt Principes, Pontifices, & Pharisæi concilium in unum, & adversus principem Christum Dei convenerunt, &c. Et aliam item, qvam scripsit ad collegium Cardinalium, ut dissaderent Pontifici, ne discordias inter ipsos & Imperium aliceret, qvæ ita incipit: In exordio nascentis mundi, &c. & eam item, cuius principium est: Infallibilis veritatis testem, & supremum Justitiae judicem obtestamus, &c. In hisce in-

cum eo semper pacem habere desideram⁹,
& etiamnum cupimus. Alia qvoqve ejus
extate epistola, ad Principes itidem Chri-
stianos conscripta, in cuius fine alia qvædā
ait, qvæ non tam ob elegantiā, qvæm ob ve-
ritatem ipsam huic nostrō compēdio infē-
renda putavi. Nam cum nostris tēporibus
peropportunè convéniant, forte poterunt
bonū aliquem hominē ad veram viam redu-
cere. Scribit autem in hanc ferē sententiam:
Qvod vobis legati nostri retulerunt, credi-
te cœu rem verissimam, non aliter, ac si eam
D. Petrus jurejurando confirmasset. Anón
videtur vobis, lata adversus nos de proposi-
tione sententia, Imperii majestatem lēsam
esset? Sumus n. puritatis nostræ cōscii, & Deū
nobiscum habemus, quem obtestamur, nos
semper eo spectat⁹, ut sacerdotes adduce-
remus ad perseverandum in vera fide, cuj⁹.
modi in primitiva Ecclesia fuerat: dū vitam
Apostolicam & Christi humilitatem imita-
bantur. Solebat n. tunc clērī Angelos sep̄
videre, miraculis fulgere, curare infirmos,
fascitare mortuos: nec armis, sed sanctitate
sua principes subjugare: qui vero hoc secu-
lo vivunt, mundo dediti sunt, & deliciis ine-
briati Deum humeris induunt, & divitiarū
suarū superfluitate religionem nostram
suffocant. Subtrahere igitur talibus opes
superfluas, qvæ ipſis nocent, eosqve magno
cum detrimento aggravant: estnē à chari-
tate alienum? Itaqve ad hoc opus una no-
biscum peragendum, omnes principes in-
vitamus. Qui deponunt enim superflua,
Deo melius inserviunt: & vos operam da-
re debetis, ut Deo bene serviatur.

Hæc forte sunt illa, propter qvæ eo tem-
pore Fridericum hostis Ecclesiz nomen
mereri censuerunt: cuius rei judicium, ut
ante monuimus, aliis relinqvimus. Imper.
Car. 5. Papa Paulo 3. U.S.

Idem. Omnid. ita confēdit, totaq; Italia
jam novo fœdere parata, ac Rege cū Franci-
fco peculiari affinitate coniuncto, discedit
ex hac vita. Nicolaus VI. Pontifex, anno Do-
mini 1455. eiqve in Pontificatum substitui-
tur Calistus 3. Is Cathalanus erat, natus
Valentiaz ex Borgia familia, & pluribus an-
nis Alfonso à consiliis fuerat, ut illius re-
rum peritissimus esset. Cum ergo eum re-
gis orator interrogasset, qvo animo erga
Alfonsum esse vellet, respondit: Gubernet
ipſe suum regnum, ego mēcum administrabo
pontificatum.

Et qvamvis multi, fictas tantum eas esse
inter illos inimicitias, existimarent, tamen
postea apparuit, verissimas fuisse, ejusqve
rei causam in Calisto potius qvam Alfonso,

sumus. Et deinde statim Fernandum ejus
filium Neapolitano regno, confecto diplo-
mate, movit.

Idem. Fuit sane Ladislaus, ut rem pa-
cis complectar, ex eorum Principum nu-
mero unus, qvi inter bonos potius qvæ
malos recensentur. Illius autem mortem
testantur qvidam (& communis qvoqve fa-
ma est) veneno fuisse procuratam, Perusie
videlicet à muliere, cum qva consuetudi-
nem habere soleret: qvæ Florentinorum
instinctu pudendum venenato medicatio
inungens, illum qvoqve inficerit, eamque
rem ajunt in hunc modum accidisse.

Erat mulier illa Medici filia, juvencula,
pulcherrima, cujus consuetudine rex pluti-
mum delectabatur: ex qva resueta oc-
casione, qvi negotium hoc tractabant,
maximo p̄mō proposito mediū solli-
citaverunt, ut filiæ opera Ladislaū ē me-
dio tollendum curaret. Atqve illi huc pg.
dilectiſcendi rationem non negligendam esse
ratus, unguentum venenatum filiæ
tradidit, iussitqve eo inungere pudendum
ante coitum: sic enim fore, ut regis amo-
rga illam magis, magisqve augetur, &
nunqam deinceps ab illo dereliqui posset.

Qvamobrem simplex juvencula, regis
amore capta, parenti obtemperavit, & mem-
brum inungens statim interiit: deinde rex
eodem, uti diximus, veneno infectus, iu-
dem mortuus est: sed non sine deliriis: in
extremo enim vita spiritu ferē, vehementer
inter cætera inclamabat, ut Florentini Pau-
lum Ursinum caperent: & alia ejus generis
item multa repetebat, de qvibus valens
prius diligenter cogitasset. Dicitur autē ve-
nenum id ex succo Napelli compositum
fuisse, re alioqvin maximè venenata.

Idem. Joanna Regina Neapolitana An-
dreaflo Regis Hungariz fratri nubit, qviet-
iam si juvenis esset, tamen cum usu veneris
infrenataz, reginaz libidini minimè suffice-
ret, strangulatus ab ipſa fuit clam. Liber-
tati igitur sue & regno restituta secundis
nuptiis Ludovico Tarentino juveni formo-
fissimo nupsit, qui qvia & ipse nimia venere
exagitabatur, interiit. Illa tertio Jacobo
Tharaconensi copulata fuit, cui paulo post
caput amputavit. Quarto Othoni Branavic.
qui in singulis pedib⁹ senos digitos habuit,
juncta, capto regno, ut ab ea Andreasius, sic
& illa suspedio sublata fuit. Qvam Lucas
Parmensis I.C. non Reginam, sed ruinam
appellandam afferuit, & de imperio foemi-
narum binos hosce versus composuit:

Regna regunt vulva, gens tota clamat ſu-

Maria fuit, qvæ tantopere à Joanne Bocatio, qvi tum florebat, adamata fuit. Cujus causabinos eleganter libros lingva Italica conscripsit, qvi FLAMMETTA & PHILOCOLUS inscripti sunt.

Pand. Collenutius, & Henricus

Gundelfingius in hist. Austriae.

Carolus, victo Conradino, ultimo Duce Sveorum, juvenc nunquam satis laudato (ut de eo supra) collectis omnibus Juris interpretibus, qvæsivit ex singulis, qvid de eo agendum esset, qvi omnes ex iussu & præscripto Caroli respondisse feruntur, morte cum mulierum. Eandem sententiam approbavit etiam Clemens Pontifex.

Idem. Ferdinandus namq; primus hujus noniinis, defuncto Alphonso patre, administrationē regni Neapolitani suscepit, qvod Rex moriens testamento ei legaverat, & jam antea qvoq; Eugenius IV. & Nicolaus V. Pontifices confirmaverant. Sed Caixtus 3. ubi de Alfonsi obitu certior factus est, statim decimā die post pronunciavit per diploma consuetum, regnum Neapolitanum ob regis mortem ad Ecclesiam devenisse, & Rege carere: simulq; Ferdinando mandavit, ne id occupare tentaret, sub pœnâ sacra censurâ: & omnibus incolis imperavit, ne illi deinceps parerent.

Qvod sanè, uti tunc vulgo ferebatur, non faciebat propter Ecclesiæ utilitatem, qvam mihi parvi facere videntur recentiores pontifices: sed ut regni iura in nepotem quendam suum, aut filium forte, Petrum Ludovicum Borgiam nomine, conferret: cui modo Cyprī regnum, modo Imperium Constantinopolitanum promittebat, cæcūs videlicet ob amorem nimium, qvo illum proferebatur: jam etate decrepitā puerilibus hujusmodi cogitationibus deditus. At Ferdinandus qvidem eā re cognitā, provocavit ad futurum concilium: sed fortuna illi adversus molestias, qvæ illi parabantur, promptius remedium obtulit. Caixtus enim mox sequenti mense, jam octoginta annos natus, paucis diebus ægrotans interiit.

Idem. Ludovicus 4. Ungarie Rex fratre vindicans Regnum occupat. Clemens V. Pontifex ante inhians prædæ, non obstante facinoroso delicto Joannæ, illam regno restituit, & mercedis loco urbem Avignonem accepit.

Item libro 5. Urbanus Papa duos donavit eqvestri ordine: ex quo constat, etiam Papam eqvites creare.

Idem de Carolo Rege Siciliæ, Caroli F. loquens ait: Potu, cibo, veneriesq; rebus modestè utebatur, non aliter ac si religio-

Idem. Petrus Murronæus ex hereditate in Pontificatum, urgente Carolo, evecus est. Sed qvia invitus eum suscepit, pontificati iterum renunciare cogitabat. Carolus conabatur ei hoc renunciandi consilium dissuadere: & cum Neapolim commigrasset Petrus, qvi iam Cœlestinus V. nuncupabatur: Carolus ipse met & per Neapolitanum Archiepiscopum nihil aliud faciebat, qvam ut eas cogitationes illi ciperet.

Ille tamen nihilominus Benedic&i Cajetani Ananienfis Cardinalis malitiâ sollicitatus, sexto menie, postqvam fuisset electus, ubi solemitate quadam populo bene precatus esset, Pontificatum resignat, & collegio liberam potestatem eligendi novum Pontificem, facit. Qvamobrem substituit illi Neapoli idem Benedictus Cardinalis in pontificatu, qvi se Bonifacium octavum postea appellari voluit, & ubi per annum Neapoli degisset Romam concessit: & ibi magnâ crudelitate Petrum Murroneum seu Cœlestimum V. in vincula conjici, necariq; curavit, metuens, ne ob singularem pietatem ad Pontificatum de novo revocaretur.

Laurentius Frisau, Wassebur- pag. 467
gius, AEmilius, & alii.

Theodoricus Rex vicesimus Galliæ obiit, 1540. reliquo fratre Childerico Simplice: Illius Major Domus sive Gubernator fuit Carolus Martellus: hujus vero filius Pipinus curtus, Childerici. Erat autem tunc quidam Burckardus: is, qvia adjutor fuit Bonifacio Germanorum Apostolo Episcopo Moguntino in reformanda Germania a Gentilismo, & conversione ad fidem in Christum, magnum inde contraxerat singularis pietatis in Ecclesia, spectataq; virtus integratatis nomen, per qvod etiam dignitatem Episcopatus Wurtzburgensis fuit consecutus.

Eodem vero tempore illi Pipino suggestum fuit, qvod si regnum fitret Galliarum, facilimè eo potiri posset: non deesse enim propter Childerici inhabilitatem hujus rei optimam commoditatem & media: at is hoc, propter sacrum Regi datum juramentum, illaudabile & impium factu dixit: cui econtra responsum fuit: Papæ ex potestate sua divina & S. Petrina, qvotum ille sit vicarius & successor, perfacile esse, tum aliquem inidoneum Regno, qualis esset Childericus, Imperio submovere, & ejus alteri digniori tradere habena: cum vero & ipsum & subditos à præstito fidelitatis & observantie juramento absolvere.

Burchardus igitur ille cum Volrado, Pi-

negotiis involvere non sit jus Episcopi) inconsuetum hoc exemplum esse, retulit: & propterea diu multumq; super eo deliberauit. Veruntamen postremo, cum ei de pinaculo templi Roma ac Italia, & ejus deniq; gloria ostensa promissaq; fuissent, exemerunt hæc scrupulum, ut renuere diutius nō potuerit: sed (Regni enim causa jus non nunquam violatur) tandem consensit, & tonsum Chilericum Monasterio includi, & Pipinum cum subditis juramento absolvi mandavit.

Acceperunt ergo uterq; hujus facti præmium: Papa Romæ & Italiz Imperium, qvod ei postea ejectis Longobardis pacatum & traditum fuit: Burckardus autem Ducatum Franconiz orientalis: eaq; adhuc hodierno tempore, maximo cum fisci Imperialis dispendio, detimento, & ruina hoc titulo uterque tenent.

Super hoc Otho Frisingensis, Gottfridus Viterbiensis, Meyerus, & alii cum scribant: Pontifices Romanos ex eo factotunc demū mutandi Regna & dominandi traxisse auctoritatem: qvis audaciam illorum non merito admiretur, qui id mendaciis confirmare volunt, & defendere, falsò persuadendo & illudendo hominibus sub specie, quasi à majoribus, imò ab ipso Christo vel sancto Petro accepissent, qvos tamen nihil possedisse, & gloriam mundi non curasse qvicquam constat: donationemq; Constantini, cui pleraq; accepta referunt & attribuunt Pontifices, itidem fictam & inanem esse, demonstravimus alibi. Hzc iisdem verbis habes suprà sub tempore Pipini.

De ritibus & Ceremoniis in electionibus & morte Episcoporum VVurtzburgenſium consuetis.

Memorabile est, qvod, postqvām episcopi electi & confirmati sunt, habent mirabilem consuetudinem & ritum, qvem latinè transitum, Germanicè vero Aufgang nominant, fitq; hoc modo:

Cum novus Episcopus cathedram episcopalem possidere intendit, civitatem ipsam ingenti ac exquisito eqvitatu accedit. In qvā admissus de eqvo descendit, & paludamento omni abjecto, per quatuor Francici ducatus comites officiales, qui sunt ab Hennenberg, Castel, VVertheim, & Rhenec, à porta pontis per publicum forum, capite & pedibus nudus, vili ueste tectus, & funiculo cinctus, ante gradus domus Sal-

uatoris capituli S. Salvatoris mundi, domum, ejusq; anexum ducatum tuz committo fidei, in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, Amen. Mox clerum in domum reversum ille sequitur, & seorsim pontificibus indutus uestibus, divinis interell. Qvibus finitis, unā cum clero & ceteris principibus vicinis, nobilioribus terrz, primoribus circumiacentium imperialium civitatum, & eccliez oppidorum, ob id Wicburgum vocatis, arcem divæ virginis Matriz ascendens, convictoribus largum & plenum exhibit convivium.

Rursus, cum Episcopus moritur, corpus ejus exenteratur, ilia in dictæ arcis facello conduntur, & cor in peculiari vase vitro ad hoc parato tegitur. Corpus subinde in sacretra eretur, pontificalique ornato indutum, altera manu pedum pastorale ut episcopus, altera (tanquam dux) gladium tenens, sequenti die singulari pompa ab arte in monasterium S. Jacobi defertur, ubi pernoctat. Altera vero die cum magnis ceremoniis per pontem in civitatem ad domum Salvatoris portatur, & hic per eum diem & continuam noctem inter clericorum preces & cantatos psalmos quiescens, tertia luce in proximum Novi monasterii templum gestatur, instauratis ad DEUM pro ejus anima cantionibus & precibus. Deinde reductum in SALVATORIS domum, episcopali ornatu & nudo gladio sepulturæ traditur. Cor autem præparato impositum plaustro, per qvosdam eqvites in monasterium Ebrach devectum & conductum, per abbatem & monachos ob viam cunctes honorifice suscepit, post preces ad Deum effusas apud summum altare conditum.

Hinc spectatur mirabilis omnium rerum vicissitudo. Nam Christi & Apostolorum temporibus, qui salvus fieri volebat, in Christum Jesum & ejus merita credere debebat: jam vero æternam vitam impetrat, qui sepelitur in cucullo & uestitu monachali qui (secundum Thomam) perinde mandat hominem ac ipse Baptismus.

Mutatur etiam Ecclesiasticus & secularis. Principes enim & Dynastz jam deponunt arma & entes, & amiciunt se, ut dictum, habitu Monachali, propter consequendam salutem: Clerus autem per solum cucullum nequit vitam æternam adipisci, sed adjungit gladium & arma. Merito igitur Christus in novissimo die, quando sic armati procedent illi, mirabitur & dicet: Unde nobis vos armati? qvibus nec

*Libri Hebraici Zohar, Bahir
& Racanati.*

Erat mulier quædam Parisiis, in Latina, Graeca, & Hebraica lingua, imo etiam divinis mysteriis & reconditis doctissima: quæ, omnem scientiam ex his libris se huius, affirmabat: quod recitat vir Nobilis Joannes de Marconville Gallus, in tractatu suo de virtutibus & malitia sexus feminæ.

Hic pro certo quoque asserit, Joannem & Papam fuisse foeminam.

Idem indubitanter confirmat Petrus Messiae Hispanus in libro variarum letionum: quæ supra relatis de eodem Joanne & adscribenda sunt.

Joan. Tilius in Chronico.

Carolus 5. Rex Galliæ jussit, sacra Biblia fideliter verti in Gallicum sermonem, quod posteriores Papæ propter suas causas prohibuerunt. Imp. Carolo 5. papa Paulo 3. ut supra.

Idem. Sit Regibus speculum, quod David rex & Propheta demonstravit dicens: Intelligite reges, servite Domino in timore, & exultate ei in tremore. Quamobrem adjicitur Sapientia 6. durissimum horrendumque judicium eis incumbere, qui aliis presumunt, & potentes potentissimè cruciatum iri: quia Dominus omnium, qui æque parvum fecit atque magnum, personam non accepturus est. Hæc dicta sunt vobis, ô reges, ut discatis sapientiam: & consiliarii, ut eo moneatis sedulo, Deumque oretis, ut hoc gratiæ ipsi largiatur: sic enim fidelis præstatur servitus, non autem assentando, aut mala consilia ministrando, quibus modis casus ruinaque funesta regibus & regnis accersitur.

Idem. Regibus corona Sphaerica est, ut figuretur, eum divisionis expertem esse: Coronæ insunt flores, prærogativas & jura ad Regem solum pertinentia designantes, ut Baldus I.C. ait.

1540 *Joannes Cyprianus in Friderico 2.*

Ipsi Pontificum Rom. adulatores volunt, omnia licere Pontifici, ac utrumque possidere gladium, omnesque Imperatores servos esse Rom. Antistitis. Moritur Honorius, succeditque in defuncti locum Hugo Linus Hostiensis episcopus, Gregorius IX. dictus. Qui homo superbus ac temerarius, omnia sibi licere putans, ob causas frivolas & vanas, nullo juris servato ordine, Fridericum imperatorem diris ac anathematice ferit. Quod principibus imperii cōquestus Imperator, literis innocentiam su-

multis rebus obstantibus exsequi) adhuc non solvisset.

Licet enim Aqvis crucem acceptasset: res tamen imperii adeo tum confusa fuerant: quod nequibat maturare iter in Asiam. Stipendia tamen militibus liberalissime largitus est, & septingentos externos, trecentos de suis aluit, & omnia necessaria præbuit. Ob id nullam amissionis urbis Damiatæ causam habuit. Cum enim jam iturus erat, adversâ correptus valetudine invitus manere cogebatur. Magna namque cruce signatorum multitudine (quæ Hierosolymam properabat) ad maritima loca adveniente, subito à peste & aëris insueti alteratione correpti, patiuntur plurimas incommunitates.

Multi enim principes & nobiles miserri-
mè pereunt. Inter quos Seufridus Augu-
stensis Episcopus, Ludovicus maritus S. Eli-
zabeth, Landgravius Thuringiæ, & innume-
ri sunt alii. Imperator quoque trajeciturus
mare, cum ægrotare inciperet, coactus est
redire in terram, qui valetudinarius ex ma-
tri Brundusium appulit. Italici scriptores,
se ægrotum finxisse, scribunt, ut supellecile
Landgravii raperet. Non potuit ob id ca-
vere, quin Gregorius eum iniuste excomuni-
caret, non modo non auditum, sed neque
convictum, neque conventum. Licet enim
per nuncios honestissimos honestas offe-
rentes excusationes, se excusaret, submis-
seq; veniam, si deliqvisset imprudens, pete-
ret: noluit tamen illos neque admittere præfenti
juz, neque audire in conspectu concilii.

pag. 469

O integritas Romani Pontificis! Nō erat
Pontificibus satis, dum eis infans & puer penè
Fridericus, & à patre Henrico & Constantia
matre commendaretur, regnum paternum
magnum pati detrimentum, & pupillarem
hæreditatem in multas scindi partes: sed
præter hæc incommoda Otto interim co-
ronatus Cæsar fit, nō sine ejus ignominia: ac
Fridericus in maximis corporis sui pericu-
lis constitutus, præsentem habuit timore
mortæ. Ad hæc ut facilius terram sanctam
recuperaret, svastu Honorii Pontificis, regi-
nam Hierosolymitanam duxit uxorem: ob
quæ Imperator certe erat venerandus non
molestandus. Sed odiū Pontificis tam grave
fuit, ut nullis posset medelis curari.

Obortæ igitur in universo orbe Christia-
no maximæ turbæ, ac gravissima dissidia,
Pontifex quotidianè fulmen anathematis ja-
culatur. Imperator principibus id conque-
ritur, & nobilissimos quosque, in primis au-
tem insignes illos de Frangapanibus ex ur-
be ad se accersit, vasallos imperii creat,
multaque iniurias. Se ipsum in libe-

ut in processu (natus) iustitiam pecunia) ut Cæsarcm lacecerent.

Ravennæ itaqve Imperator conventus diem principibus iterum indixit. Sed Venonenses ac Mediolanenses non modo principibus iter intercepterant, sed & cruce signatos deprædabant, spoliabantq; omni viatico. Idq; jussu Romani Pontificis, qui prius ad Hierosolymitanam expeditionem omnes Christianos principes per Cunradum Portuensem Episcopum, Cardinalem & Legatum per Germaniam, non modo adhortabatur, sed & efflagitabat.

Imperator nihilominus, defuncta sibi in puerperio conjugi, liber matrimonio, Hierosolymitanam expeditionem jam diu meditata, ut & votum exolveret, & Pontificem deliniret, maturat. Trajectoq; mari Cyprum pervenit. Dchinc Accon applicuit, ubi honorifice qvidem ab hospitalariis Teutonicis S. Marie à Genuensibus & Pisaniis exceptus, & nonnullis aliis militibus, qui ejus stipendio militabant. A templariis vero multa perpeccus iniqva: Veneti enim vacillabant.

Dum Imperator ob fidem Christi multo sudore, ac labore cum Soldano de pace agit: Vicarius Christi (ut se se vocat) captata occasione, ob absentiam Imperatoris, totâ Apuliam cum ingenti exercitu in ditionem suam subigit, Cruce signatos qui transfertare cupiunt, prohibet: imo & ab Apuliâ & Longobardiâ rejicit, multaq; portentosa, Pontifice & Vicario Christi indigna facit. Dum Imperator oves Christi, ne à lupo discerpantur, ense suo tutatur ac defendit: Pontifex radit, deglubit, & devorat saginas. Hoc est enim verè pascere oves juxta doctrinam Christi.

Imperator pius nihil tale suspicatus, civitatem Hierosolymam, Nazareth, Joppen, cum adjacentibus oppidis ac villis à Soldano Babylonico recepit: cum illo quoque inducias deceñales paciscitur. Urbem sanctam restaurat, multisq; ædificiis & hanc & alias urbes adornat. Diemq; glorioissimæ Resurrectionis Domini, regio more diademate ornatus, summa cum hilaritate, cum principibus multis festivè simul & religiosè celebrat: ac Pontificem literis certiorem de omnibus actis reddit, congratulationem ab eo expectans, & gaudium publicum Christianorum.

Pontifex superbissimus, contemptis ac abjectis literis, famam spargit, Imperatorem suum diem obiisse, quo facilius aliquot Apuliæ urbes, quæ adhuc in fide stete-

rat, Longobardis & Punicis cum Pontifice incunt conspirationem contra Imperatorem: quem iterum anathemate execratur, quod cum Soldano Imperator foedus peperisset. Non enim tum aliam habuit cauam benignus Christi vicarius.

At Imperator tanquam fortis athleta, omnia fortiter ob amorem Christi patiens: dicet nuncios Pontificis interceptisset cum literis ad Soldanum, quibus hunc rogabat, ne terram sanctam Cæsari redderet, quem admodum rumore incerto intellexisset, (scrinium pectoris sanctum!) omnia dissimulat, cum omni obedientia, cum justitiae exhibitione, si quid deliquerit, absolutio nena petit, accersitis Allemannis Principibus, Patriarcha Aquileiense Bertholdo, Salisburgensi Episcopo Eberardo, Ratisbonensi Seufrido, Augustense Siboto, Austriae Duce Leopoldo, Ottone Morani, & Ca xinthia Bernhardo ducibus, & aliis quibusdam, quibus res commissa est, ut pium Cæsarem cum Pontifice superbissimo complicerent, Imperatore tum Capuz agentem.

Sed re infecta discesserunt, inq; sequentem annum negotium est dilatum: ac res in concordiam venit, potissimum adnitente Leopoldo Duce Austriae, qui potest pacem factam obiit. Imperator absolutus à pontifice, simulacra amicitia convivio accipitur. Italici scriptores tradunt, Imperatorem emisse absolutionem à Pontifice per magistrum militiæ Teutonicæ centum viginti millibus unciiis, in æratum Ecclesie relatis. Qvod si verum est, carus est mercator, cum gratis acceperit claves solvendi à Christo, nullis datis nummis Christo.

Reversus in Apuliam Imperator cum filio, Fridericum Leopoldi filium, Austriae & Styria ducem, qui ob rebellionem proscriptus erat, cupiebat reducere, & cum eo pacem tractare. Sed cum ille intractabilis esset, & Imperator usque Viennam Austriae progressus, rebellem ducatu spoliare conaretur, facta est tandem concordia per ejus sororem Margaretam, quæ filio Calvis Henrico data est uxor.

Interim Romani Viterbienses ferroflammisq; adorsi sunt, cum in apertam rebellionem Pont. Rom. descivisset. Ob id Pontifex Romanum petere non ausus, Imperator denuo, quod in Germaniam ivisset, anathemate ferit, veritus, ne id, quod intercamachinatus erat, exploraret, quod & factum erat. Nam cum Imperator in Germaniam veniret, emendaturus quosdam Henrici primogeniti errores: intellexit à

Pontifice nec non per suos manus in Germaniam itineris causam significasset: iratum plenus Italiā ingrediatur, hostibus que Pontificis leie jungit (quāquam prīmū Encium filium ex concubina, quēm Sardinia Regem declaraverat, in foedus pacis ob fidem obtulit) multas Italiz uides, multas Umbriaz, multas Etruriaz expugnauit: Longobardos rebeles compeluit: Veronam in suam ditionem cepit, in Mantuanō agro duo oppida incendit, obſidionem Mantuanis minatus. Vincentiam per vim cepit, flammis evastavit. Paduanum agrum populatus, totamque Longobardiam quāli evertit, pluribus cladibus affiūtis Mediolanensibus. Viterbum, Favenciam, Perusium, Cremonam devicit. In Brixianos ducens Carūmontem direptum incendit. Mediolanensem pr̄fidelem in vinculis diu tenuit, ac in Apuliam misit, ubi trucidatus est.

Ob id iterum excommunicatur Imperator à Gregorio, qui cum Venetis aduersus Fridericum cā causā foedera pereuissit. Sed Cæsar factus certior, Petrum de Vineis virum eruditissimum, & magistrum Epistolarum, iussit Patavii in die resurrectionis glorioz Domini nostri Jesu Christi dicere sermonem de anathemate, & de Romana Ecclesia, innocentiam suam pluribus ostendens. Tradit Albericus, Imperatorem indignabundum Pontifici h̄c inter cetera scripsisse:

Roma diu titubans, longis erroribus acta,
Corruet, & mundi desinet esse caput.

Cui Pontifex ita relcriptis:

Niterū in cassum nevē submergere Petri,
Fluctuat, ast nunquam desinet efforari.

Fridericus:

Fata volunt, stellaque docent, aviumque volatu,

Quod Fridericus ego malleus orbis ero.

Papa:

Fata volunt, scriptura docet, peccata lo-
quuntur, (crit.)

Quod tibi vita brevis, pæna perennis

Ceterum quādum jam potior pars civitatum Italiz Imperatori adhæreret, ac Romani prop̄ omnes ad Cæsarem deficerent: Pontifex supplicationes instituit, ac capita Apostolorum circumferri iussit. Habitaque in basilica S. Petri oratione commiserationum plenā, populum cruce signavit, tanquam adversus infideles pugnaturum, quādum contra Fridericum magnas copias ad urbis moenia ducentem, eduxit.

Indignatus Imperator, contra se dari crucem, captivorum (q̄ros strage facta ce-
pit) capita, q̄vi sic signati essent, quadrifa-

agram. Denique tempore fortunae obiq̄ue diripuit, Saracenorum opera strenue uitus in bello. Ob fidem, quam praestiterunt, eis urbi dedit multis immunitatis bus dotatam. Occupata tandem Ravenna, Pontifex Lateranum indixit concilium. Sed par parti referens Imperator, iter ad eo interclusit, et venire pauci posse, multis etiam captis.

Mortuo Gregorio Pontifice, quādum Cœlestinus decem & octo sederet tantum dies, uno & viginti mensib⁹ fedes vacat, quod Cardinalibus iter non satis tutum videtur ad urbem. Tum Fridericus Fayenciam fame op̄ pretissimam diripuit, ac Bouoniā Studio privavit, quod Paduanū transiit, Parinamque obſedit. Interim Innocentius IV. Pontifex cretur, olim Friderico amicus, sed in dignitate Papali capitalis est factus hostis. Nam in Lugduno concilium celebrans, Fridericū & cicari iussit, & ipse concionabundus citavit. Quāquam Taddeus Svezzanus, jure consultus intignis, Cœfaris legatus, temp⁹ veniendi opportunum precaretut.

Ira itaq̄ue succensus Romanus Pontifex, Imperatorem anathemate feriit, multa indigna, fingens, contra Christum esse locutum Cæsarem. Quā tanquam falsissima, & plane conficta in quadam epistola diluit Fridericus ad universos pr̄latos, cujus exemplar reperies lib. 1. Epistolarum Petri de Vineis Epistola 32. Erat enim hoc concilium in odium Imperatoris coactum, in quo eum imperiali dignitate privat, a jureamento fidelitatis principes absolvit, atque ut alium eligant, adhortatur, multas affrentes causas: perjurium scilicet, sacrilegium, clericorum captivitatem, & id gentis pithrima scelerā, de quibus se Imperator quādum honestissimē perpurgavit.

Effe cit tamen, ut principes Henricum Landgravium Thuringiz, dñhinc comitem Hollandiz Guilhelμmū eligerent. At Fridericus ea intelligens, Parme obſidionem solvit, Lugdunumque properat, tot & tales secum educens, ut togatum agmen p̄ exercitu videatur, multisq̄ue seculis a n. cimine visum. Non cessavit tamen odium Pontificis in Cœsarem, quādum perdere noctes diesq̄ue cogitat: detectaq; eit conjuratio Theobaldi, Francisci, Guilhelmi de Sancto Severino, & Pandulphi de Fasanolis, q̄vi autorem Pontificem confessi sunt, ut Petrus de Vineis libro Epistolarum secundo, Epistola 10. item & 20. testatur. Non potuit tamen cavere postremo, quādum in Apuliam redierat, veneno periret, anno Imperii 37. ætatis vero 57. ea die, q̄va olim erat IMPERATOR designatus.

concubina ejus nobili, ori injecto pulvno, suffocatus est. Sive ab hostibus aut Pontifice corruptus id fecerat: sive quia ad Siciliæ regnum aspiraret, de quo paulò post plura. Sed alii Florenzolæ illum traduerunt sepultum, alii Panormi, quod verisimilis est, alii Tarenti: tam occulte est mortuus. Vide, quam Cuspinianus, alias Pontificius, Papæ huic ab blandiatur scilicet. Utinam omnes alii tam liberè vera dicerent. Imp. Car. 5. Papa Paulo 3. ut sup.

Ubertinus Puscillus, & Joannes Bocarius de Cartaldo, ex eodem.

SCRIPSERUNT hi de captivitate Constantinopolitana, quorum primus ei bello interfuit. Alter vero cum aliis, tradunt, quod Turcæ in hoc excidio, facto ANNO 1453, simulachrum crucifixi, tympanis præcuntibus per fora, per plateas, per vicos, ex urbe, ad castra rapuerint, sputo, luto, jaculis incessanter, pilo imaginem capitis de honestaverint: En Christianorum crucifixum DEUM, summis blasphemis & conviciis per irrationem clamitatint.

Cruci etiam eulogium inscriptum paſſim legitur: HIC EST CHRISTIANORUM DEUS. Eaque omnia sunt representata, quæ in illum Iudeorum gens olim impia patratarat: putantes, se maiestatem summi ac maximi DEI, Domini nostri JESU CHRISTI, quæ impassibilis est, & ejus perfectionis, ut nec labibus effterri, nec conviciis fœdari possit, de honestare.

O immeasum scelus: quid posset exco- gitari horribilis? quid dici crudelius hac saevitia, quam spurcissimi & perfidissimi Turci impune egerunt? Eruti deinceps civium thesauri absconditi: quos si in communem usum vertissent, non triumphasset sceleratus viator de Christiano sangvine. Triduo itaque misera civitas vexata, atque ad arbitrium impotentissimi viatoris cuncta direpta. Inde quicquid regii sanguinis, mares fœminæque illustres superfuere, aut inter epulas prægravante vino fœde jugulantur, aut viatoris libidini (quod morte gravius) reservantur.

Rirelucas, quem alii Lucam Notaram vocant, qui post Constantinum Imperatorem secundus erat, cœso ante oculos majori filio, altero ad illicitos usus reservato (duo enim alii ejus filii bello ceciderant) in convivio ante tyrannum securi percussus est, cum aliis filiis duobus, Isaacio & Joanne, illustri probitate adolescenti-

Eit præterea in hoc excidio illud admittandum, quod hanc urbem CONSTANTINUS MAGNUS Imperator, ex Helena matre progenitus, miro ornatu extruxit, & e ruderibus novam penè reformativit: quam Constantinus VIII, qui ejusdem nominis matrem Helenam habuit, Turcorum jugo subdidit: in qua nunc per septuaginta penè annos non sine gravi & pudendo dedecore Christianorum principum, Mahometes primum, Bazates de hinc ejus filius, tum Scimus Syria & Aegypto formidolosus, post Solomem imberbis tyrannus dominantur: effrenem libidinem in cunctos exercentes finitos populos, sive sacerdotes sint, sive pudicæ honestæque fœminæ, quibus non pro calonibus aut lixis, ut olim Romani, sed pro jumentis utuntur: his vehunt, his arant, his fodunt terram, his abjectissima quæcūq; exercent & erubescenda ministeria.

Quod si ad poenas ac supplicia pervenit, per extremos corporis cruciatus ducuntur, excoriantur, veribus suffiguntur, secantur, rotis infunduntur. Hac Christiani principes sciunt, audiunt, sentiunt, vident, & animo tardissimo patiuntur. O infelix secordia, ô nimis misera principum Christianorum felicitas: nunquid illud scitis notum omnibus Poetæ proverbium:

Nam tua res agitur, paries: cum proximum ardet.

Nunquid videtis, ô principes sociorum universam Asiam à Phœnicibus & Medis, ad Hellespontum usque, Turcorum parere tyrannidi? In Europam vero, jam annos aliquot Hellesponto superato, accessiti sunt à THEODORO CANTACUZENO adversus generum suum, quem execrabilis & ficer & tutor, Constantinopolitano imperio fraudaverat: dum simulant fallacissimi latrones Turci, auxilium se laturos illi deliro seni, Callipolim & Chersonesum primo, deinde totam propè Thraciam occupant, Mysos, Mace-donas, Thessalos omnes, Bœotios, universam Græciam, Aetolos, Epeirum, Illyricos, ad intimam usque Dalmatiam, teterima servitute premunt. Insulæ plures, quæ a sinu Adriatico ad mare jacent Ponticum, rastazz jam sunt, & defolatae.

Sed nec modò quieſcent, aut illa ex parte remittunt efferaτæ beluz, sed quotidiane magis ac magis (ut sunt & prædz & cædis avidissimi) nunc in Getas, qui trans Istrum incolunt, nunc in accolias Hunga-

imicati ac decucus, tunc ienitius, sua ratione privati, nesciant quid agant.

Hungari, quorum Regnum antemurale & Christianitatis clypeus vulgo appellatur, inter se tam factiosi, tam discordes, tam segnes, ut in tanta rerum affluentia ex argento coenent, ex auro bibant, capita auro onerent, & torqvibus & catenuis colla, pectora monilibus & fibulis ornent aureis ac argenteis, pedes item calcaribus ex argento coadecorent, toti splendidi. Nec dum luxus finis, onerantur & bellici ac equi phaleris argeatcis & aureis. Nec nobilis censetur, qui non abacum instruit auro argentoq; onustum.

Alias autem nationes contemnunt, nec sinunt suppicias (nisi coacti) afferre, quod si tulerint rogati, tum in eos deserviunt magis, quam in canes, quos alias natura odiunt, plane furibundi & dementes. Ac priusquam se talibus spoliarent divitiis potius omnia sua Turco reservant, brevi omnia ablato, ut olim Constantinopolitani cives suo Imperatori auxilium negantes, omnia Turco servabant spolianda, ut scripimus.

Hungarum finitimi GERMANI, in conviviis bellaces & strenui, præsertim cum noctes ac dies bibendo æquaverint, ac omnes cyathos exsiccaverint. Nullas possunt nuptias, nulla convivia, nullos celebrare conventus, nisi ad extremam ebrietatem alter alterum ad pocula invitet, atque ita replicat, (ut quod dictu etiam pudendum est) coram servis ac vernaculis rursum potum evomat vinum, sub mensaq; impudicè mejat. Et cum semiamens, imo demens potius in stratum collaturum triumphus ingens excitatur, tum risus tum cachinnus exoritur.

Atque id inter nobiles, qui præesse debent REIPUBLICAE, eamque tutari atque defendere præcipue fit: nemo que censetur bellicosus, nisi fiat & ebriosus. Qui onim plurimum potant, judicantur magis strenui ac bellicos. Olim multò alii, quam nostra memoria, nobilium erant conventus, veluti pugiles, lucta, disco, cursu corpora exercebant, ut fierent bello aptiores, nunc poculis certant alter alterum superare ac dejicere.

O tempora, O mores: his igitur artibus, his studiis vincemus Turcos? GERMANIS meis, quibus natus sum, & HUNGARIS, quibus cum longo tempore versatus, quam familiarissime hæc scribo. Non quod censem, viuis alias carere nationes quoque (quisque enim suos patimur manes) sed quod vellem, hos vicinos & finitimos Turcis unionem quandam inter se inire, quod HUN-

GARIUS faciat, ut suos debellarent hostes: & Germania accepta sobrietate, cum Ungaris acies atque exercitus intruerent, concordibus animis amictia celebrata, si alter alterum irritasset.

Tum Turcus non modo à litibus nostrorum terrarum arcerent, sed mox è CONSTANTINOPOLITANO deturbaretur Imperio, atque in aliquem ASIAE angulum, unde prodiit, rejetteretur. Sed iis moribus quibus hodie vivitur, plane dubito, ne brevi lares cogamur patios trepidi reliquere, aut in mileram venire servitatem.

Sed quid Imperii PRINCIPES? quid agunt? Seipius vocati in comitia & à FRIDERICO Cæsare & MAXIMILIANO, ut generalis in Turcos fieret expeditio, anteq; vam de scissione decernitur, ut et alteri prælocandus, quibus subselliis alterum præcedat, annus transit.

Tum fiunt hastiludia, tum adipales cœnz. Veniunt oratores Rom. Pontificis, Principes adhortantes, ut lapsæ succurrant christianæ Reipub. Offert Pontifex cruciatam, offert indulgentias, ubi pecunia à misera plebe sunt corrasæ, instant feneratores, qui paulo ante suos nummos in luxum Principum mutuârunt, & usuram mutuæ pecunia exposcunt. Solvuntur vestes scortis coemtz, & sumptus hospitibus abliguriti, tum nulla postea Turcorum memoria.

Religiosi autem Principes sacrosancti (de quibus loqui placulum est) quibus in annos redditus centena millia nummum vix sufficiunt, ex pingui pane Christi caudatis vestibus & purpureis galeris Christianam profitentur religionem. Tres Episcopatus connectant, ac Abbatias in comedenda (comienda volebam dicere) potius catamitos ac scorta alunt, quam milites, qui pro Christi fide tutanda arma induant.

Interim Turcus tanquam voracissima belua, Ionum mare ingressus, Asia primum littora depopulatus est, ac minorum Asiam occupavit: Ciliciam, Armeniam, Phrygiam possidens. Trajectomari, Macedonia, Thessaliā, Epeirum, Dalmatiā cum Illyrico depascitur, & Europæ claustris fractis, Hungariam mox, ac dein Germaniam vorabit.

Num id videtis Principes? Num clausis oculis more Andabararum id cernitis? Detrahite nubes oculis, qui ophthalmia laborant, & videte primum Christianorum cum Turcis infelicem ad Nicopolim conflictum, Duce SIGISMUNDО Hungarorum Rege, qui Anne Virginei partus fuit millesimo trecentesimo nonagesimo sexto, ubi magna Christiani-

lesimo quadrageſimo trigesimo nono acciderit, Christianis cum Turcis conflentibus, ubi penè omnes, qui non fuga e- vaſerunt, corruerunt.

Animadverte deinceps, ô Christiani Principes, crudelissimam cladem Christianorum apud Varnam, sub Vladislao Hungarorum & Polonorum Rege, que Anno humani generis redēmptionis accidit millesimo quadrageſimo quadragesimo quarto, quam mox ſubſecuta eſt millesimo quadrageſimo quinquagesimo tertio Constantinopolitana ruina, tub Friderico tertio, quam iam ſcripſimus. Quæ omnia negligentia & ſocordia noſtrorum Principum evenerunt, Christo Deo noſtra ſcelera ſic puniente.

Quandoqvidem, cum mentio fit Turci inter convivales Principum ſermones, tam pueriliter, tam leviter de Turcis ut de muſcis loquuntur, quum tamen nemo vanè debeat de ſuo hōſte loqui, ita pericula perpeſia haetenus à Christianis nihil fiunt.

Quod ſi hæc omnia vos non movent, numerate post captam Constantinopolim, abductam plebem ex Hungaria, Bulgaria, Croatia, Germania, & adjacentibus regionibus, in quas in curſiones Turci nullo non anno cum impetu facientes, homines ut pecora ad ſervitutem ſemper abigunt crudeliffimi latrones.

Nonne autem illud cordi eſt recipiendum, quod anno Virginei partus millesimo quingentesimo vigesimo primo, poſt Cæſaris Maximiliani mortem, Carolo quinto imperante, Solomet Turcorum imberbis & imbellis Tyrannus, ſuperato Hiro, Savo, ac Dravo, fortissimas munitiones Nandaralbam, quod & Belgradum & Taurinum dicitur, tum Sabbatz fortissimam arcem, cum viginti duobus caſtris, oppidis & villis, per millaria penè quadraginta, duobus vix mensibus occupavit, nemine repugnante, nemine patrios lares defenſante? Ac mox ſequenti autumno quinque millia hominum ex Croatia abduxere impii latrones.

O miseri Principes, quoad dormitabitis, qvoad legnes arma veſtra rubigine conſumi patiemini? Et tu, O magne Pontifex Leo, leonis fortissimi naturam quando indues? quando crucem Christi in vexillo erectam, abjecto pontificali fastu, manibus per orbem circumduces?

Idem. De donatione CONSTANTINI ſatis eleganter Laurent. Valla, & ex fide ſcripſit, cum apud nullos alios autores illius ſiā mentio . niſi qvæ ſcri-

Idem. In maiorem veniens dementiam Imperator Valens, cum ex magicis vanitatibus intellexiſſet, poſt ſe regnaturum, cujus nomen à litero Θ inchoaret, omnes interfici juſſit, qui hanc literam ſuo nomine ḡerebant, Theodoros, Theodosius, Theodosius, & qvendam virum fortem ex Hispania THEODOSIUM. Qvare territi plures ſua nomina invertērunt. Fetur autem ea diminutio facta eſſe per Libanum ſophiſtam, & Procli diſcipulum Iamblichum, hoc pacto.

In pulvere viginti quatuor literæ diſtribuuntur, & unīcīque ſingulū frumenti, vel hordei granum apponitur. Emittitur demum gallus: enunciatisqve inter hæc incantationib⁹ quibusdam animadver- tunt, à qvibus literis grana gallus ſum- ferit, literisqve illis compeditis creditur qvæ ſit rei indicium fieri. Id igitur cum illi feciſſent, viderunt, gallum literarū θ. s. o. δ. grana comediffe, viſaqve eſt anceps ea- demonstratio, cum plurima nomina ab iſi- teris ordiantur.

Cumq; plures eſſent interfeſti, qvotum nomina has literas habent, juſſit Valens divinationis hujus autores inquirere. Cum autem eſſet ira implacabilis, veritus Principis crudelitatem Iamblichus, ſunta veneni potione, vitam exuit. Hæc Ioannes Monachus.

Idem. Carolus Crassus imperio depoſitus, in ſumma egestate adeo vixit, ut ſapiens qvotidiani viſus ſentiret penuriam, ab omnibus ſuis derelictus, privam vitam miſer vixit, adjutus ab Arnulpho, certis ex Alemania redditibus pro viſtu qvotidianis qvem ſupplex rogauerat, ne fame periret. Etcui Bernhardum ex pellice filium uicium commendavit. Mortuus itaq; pauper ſine honore, in Augeo majori monaſterio propè Conſtantiam, humili ac abjecto mo- nimento ſepultus, 2 Idus Ianuarii, Anno Virginei partus octingentesimo octogesimo octavo, Imperii decimo, ut aliqui tra- dunt, alii vero, Imperii ſexto. A ſuis ſtran- gulatus etiam ſcribitur.

Res digna ſpectaculo, & magnis Princi- pibus animadvertenda, humana ſortis in- ſigne exemplar. Qui enim paulo ante tot tantisqve regnis ſine labore, ſine ſudori- bus, ſine ſangvine partis à Carolo Magno, nulli Francorum eraſt infeſtor, momento temporis ut ſic dicam, fragilitatis humana ſ exemplum, omnibus ſuis reguis exutus, e- genus & inops qværit corporis alimoniam. Nemo itaq; confidat rebus nimium pro-

Cipius, ut intelligant, quoniam iudas est
adorandus, cuius regni nullus est finis.

Idem. Georgius Maniacus Protoepiscopus,
urbium juxta Euphratem praes, Edessam insignem urbem Euphratis vi cepit.
Ubi Epistolam propria Dei, & Salvatoris
nostrri Iesu Christi manu conscriptam cum
reperisset, Regi eam transmisit. Fuit autem
haec Epistola à Christo Iesu regi Aba-
garo conscripta, priusquam pateretur, & ex
Syrorum lingvâ trâslata, ab Eusebio primo
Ecclesiastice libro est inserta, ubi exemplar
leges, studiose lector.

Idem Ludovicus Bavarus Imperat. à Io-
anne XXII. & denuo à Benedicto XII. diris
devotus, in Germaniam Roma reversus,
An. Domini 1339. convocat Francofur-
tum omnes Electores, Duces, Episco-
pos, Comites, Nobiliores quoscumque,
ac humanae divinæque sapientiae doctissi-
mos quoque. Inde coram omnibus Ro-
mani Imperii proceribus congregatis, ac-
clamatione publicâ ac solenni, novas con-
firmationes antiquis legibus addidit, easq;
corroboravit.

Ut scilicet Electores Imperii, & nemo
alius, Regem Romanorum eligant: cuique
plura accedant Principum suffragia, is
etiam in discordiâ verus censeatur ele-
ctus, sive Rex, sive IMPERATOR. Nam in essentiâ idem, licet nomina
credantur diversa. Idemque possit, cœtra
Apostolicae sedis confirmationem, Imperijura exercere & administrare. De-
beat quoque mox idem, post Principum
insinuationem à PONTIFICE inungi, si
legitimè sit electus, nisi horrendo ali-
quo scelere atque manifestatio palam sit
commaculatus. Quod si recusat Pontifex,
à catholico possit quocunque antistite
proclamari Imperator ac Augustus, qui
prius post electionem statim verus fuit
Imperator designatus, cum inunctiones iste
solemitates quædam sint adventicæ, à pon-
tificibus ad inventæ, nomina non res conce-
dentes, in signum defensionis ac unionis
Ecclesie, imperiique Romani.

Non enim fidelitatis juramentum Ponti-
fici tribuit Imperator, sed obsequii ac fi-
dei defensionis. Quandoquidem hoc ju-
mentum nullam majoritatem operatur
intemporalibus. Præterea falsissimum,
esse protulit, per vacationem Imperii jus
ad Papam devolvi. Idque esse contra sacra
Imperi libertatem, dignitatem & jura.
Longè enim & approbatâ consuetudine,
inconscie à majorum ordinatione hac-
cens observatâ, vacante Imperio, jus admi-
nistrandi Imperii jura, feuda conferendi,
& negotia cetera disponendi, Palatino
Rhene debetur, non obstante Clementinæ
Pastoralis.

line in persone sua exclamationem, coram
Regibus, Principibus, & Nobilibus o-
mnibus, rationem fidei suæ clarissime
reddidit, planèque confessus est, se Chri-
stianum hominem articulos fidei integrè
credere.

Idem. Cum Ludovicus Bavarus Imper.
cum civitatibus ad Rhenum sitis inito fer-
dere, contra eos, qui distractione Princi-
pum, Germaniam vastabant, in armis
erat: MARIA Brabantina ejus con-
junx, Vuerdz habitans, binas literas, uno
quidem annulo, diversa tamen cerâ, atrâ
& rubra, obsignatas, illas marito, alteras
HEINRICO Ruchoni Decurioni
equestri mittit. Atque is qui epistolas detu-
lit, errore seductus, rubra cera complica-
tas Ludovico tradit. Qui lectis literis a-
matoria agi suspicatus, dissimulatâ re, reli-
eto apud Rhenum exercitu, quâm maximis
potest itineribus, ad uxorem diu noctuque
contendit, & indica causa adulterii eode-
minatam securi percuti jubet. Postea veluti
conscias, Helicam virginem Prennebergen-
sem cultello confudit, & aliam foeminam
nobilem, quam gynæcio præfecerat, de
turi præcipitavit, An. 1256. Aventinus lib.
Añalium Bojorum.

Ob id mirandam habuit & horrendam
nocturnam visionem, qua unâ nocte totus
factus est canus. Inde poenitentia ductus, Pag. 475.
monasterium in Bavaria suprà Amrâ, quod
Principis campus, patria lingua Hirschen-
feld dicitur, extruxit, & donariis ac censib⁹
locupletavit.

Idem. Occiso Procopio tyranno à Valé-
te Imp. CHALCEDONIS mœnia (quod
eius urbis cives Procopii partib⁹ favissent)
solo sunt æqvata. Qvod dum fieret, in eorum
fundamētis lapideam tabulā, cui haec inscrip-
ta erant, repeterant.

*Irbem cum Nymphachoreas ducent prope
sacram,
Ornat asq; vias fertis: postquam & mis-
er anda lavacris*

*Maria ponendis fuerint conversa, videbis
Mille hominum species, variis è gentibus,
aci*

*In pradam rabie ardentes, validis heu vi-
ribus, ire*

*Trans Istrum & mare Cimmerium, tunc
Moesia sellus,*

*Tunc Scythica gentes clade perdensur
amara.*

*Cum tandem ad Thracas, ducente cupidine
Iacri,*

*Barbarus irrumpet, fato extinguetur
iniquo.*

Hoc vaticinium tum non intelligebatur

danis gratia caret, & oīneꝝ hoc aqua-
ducu juvarentur, licet aīqui thermas
Constantianas apellarent. Tandem urbis
præfectus Clearchus, in loco, cui nomen
est Tauro, postea Platea Theodosii dicta,
Nymphaeum extruxit, ut inducē aquaꝝ grā-
tiam & amēnitatem demonstraret. Per
has ædificationes lapideꝝ tabulæ jam Bar-
barorum adventum denunciātunt, qui in
in ipsa Thracia post factas populationes
omnes oppressi sunt.

Idem. Albertus I. Rex Roman.electus,
An. Regni secundo, à Bonifacio VIII.
electionis suꝝ approbationem per orato-
res petiit. At is indignabundus recusavit,
electionemque verbis injuriarum plenis,
& nullam & frivolam aſseruit, omnia im-
probans: ALBERTUM homicidam ap-
pellans, (quod ADOLPHUM Cæsarem
à Principibus Imperio dejectum, acie
viētum occidisset) atqve enī accinctus &
coronatus, in publicum prodiit inquiens:
Ego sum Cæsar & Pontifex. Voluit(puto)
imitari veteres Augustos Romanos, qui
etiam summi Poutificis fuerant.

Orta est mox inter Pontificem & PHILIPPUM Franciæ regem gravissima
discordia, qui nolebat ipsum dominum
suum agnoscere, legatis omnibus ejus
contemtis, futurum Concilium appel-
lans: ob id Imperatorem ALBERTUM
approbavit, & eundem de regno Franciæ
per literas investivit, Rege Franciæ excom-
municato in publico consistorio, maximâ
hominum freqventiâ, insignem habens
orationem (quæ extat) sic exorsus: Reful-
fit sol, qui erat sub nubilo, &c. Exposuit
deinde, id Geneseos primo, Creavit Deus
a. luminaria magna, de Imperatore intel-
ligendum, qui bonis ut Sol, malis ut Luna
præst, tanquam monarcha totius mundi.
Multæ in Galicanam superbiam cum cri-
minacione perorans, multas laudes in Im-
peratorem congerens, qui ex nobilissimo
sangvine Rudolphi descendisset.

Suscipiens verba Pontificis Cancellarius
Regis, qui inter cæteros oratores verba fe-
cit, in omni re, inquit, causa effectum ante-
cedit, quem finis concomitatur. Sic Deum
Cœlum sequitur, quod inferiora guber-
nat. Et tu, Beatisime pater, causa movens
es, Imperator exequēs, finis est pax univer-
si. Leva igitur manum tuam, & aquila ele-
vabitur, & exequetur motus tuos. Placue-
runt hæ assentationes mirum in modum
Pontifici, ac mox sciscitatur, si cum Rege
Franciæ Cæsar confœderationem habeat.
Quam cum nullā esse aſseruit, absolvit eum

qui in quin forte evoiceret, exhortuit ve-
hementer fatidicum carmen, quo significa-
batur, fore qvandoqve, ut ex Hadriā ve-
nirent, qui Byzantium occuparent, & re-
liqua ejus regionis. Quæ omnia qvum ob-
scuris verborum involucris op̄erta jaceret,
conjectoribus divinationumq; peritis ho-
minibus adhibitis, inter omnes constitit,
eos Venetos esse, Hadriatici sinus accolat.
Inde odium in Venetos concepit, & Paño-
niaꝝ regem contra eos excitavit.

Idem. Trecentis & amplius annis à Caro-
lo Magno sub sexaginta tribus Pontificibus
licuerat Episcopales dignitates & Abbatias
regi per annulum & virgam conferre: idq;
autoritate, consuetudine & privilegiis ve-
tustissimis, per tot años erat firmatum. Post
vero Pontifices laxerunt, Ecclesiasticam
dignitatem vel investituram à laico mini-
me conferri posse: excommunicabantur
quoque, qui sie investiti erant. Obiam
causam Henricus V. Rex Romam proiectus
post salutationem atq; ingressum templi,
qvum jurium suorum confirmationem à
Pontifice peteret, recusantem Pontificem
cum Cardinalibus cepit.

Paschalis ergo II. octava Paschæ, le-
teto Evangelio, astante omni plebe, Henricum
coram principibus in Imperatorem
ac Augustum coronavit, & privilegium
de investiturâ Episcoporum ac Abbatum,
tām per annulum qvām per virgam, tra-
didit, ita tamen, ut post investituram,
consecrationem ab EPISCOPO suscipi-
ant sic investiti à Rege aut Imperatore.
Dum itaqve in celebratione Missæ Ponti-
fex panem consecrasset, particulam manu
sua Imperatori iis verbis dedit: Domine
Imperator, hoc corpus Domini natum ex
Maria Virgine, passum in cruce pro nobis
sicut sancta & Apostolica tenet Ecclesi-
damus tibi in confirmationem vera pacis
inter me & te.

Verum reverso in Germaniam Impera-
tore, Pontifex diris prosecutus est Henricū,
& easdem Gelasius secundus confirmavit,
Calixtus secundus principes communivit, ut
de deponendo Imperatore cogitarent. Tā-
dem inter Imperatorem & Pontificem Ca-
lixtum pax facta est, ut Imperator investi-
turam omnem per annulum & baculū di-
mitteret & concederet, in omnibus Eccle-
siis fieri electionem & liberam consecratio-
nem, ac regalia ablata, si qvæ haberet, resti-
tueret, aut restituerentur procuraret.

Pontifex rursus concesſit, electionem
Episcoporum & Abbatum in præsentia Im-
peratoris fieri sine violentiâ ita, ut electus

Cipius, ut intelligant, quoniam iudas est
adorandus, cuius regni nullus est finis.

Idem. Georgius Maniacus Protoepiscopus,
urbium juxta Euphratem praes, Edessam insignem urbem Euphratis vi cepit.
Ubi Epistolam propria Dei, & Salvatoris
nostrri Iesu Christi manu conscriptam cum
reperisset, Regi eam transmisit. Fuit autem
haec Epistola à Christo Iesu regi Aba-
garo conscripta, priusquam pateretur, & ex
Syrorum lingvâ trâslata, ab Eusebio primo
Ecclesiastice libro est inserta, ubi exemplar
leges, studiose lector.

Idem Ludovicus Bavarus Imperat. à Io-
anne XXII. & denuo à Benedicto XII. diris
devotus, in Germaniam Roma reversus,
An. Domini 1339. convocat Francofur-
tum omnes Electores, Duces, Episco-
pos, Comites, Nobiliores quoscumque,
ac humanae divinæque sapientiae doctissi-
mos quoque. Inde coram omnibus Ro-
mani Imperii proceribus congregatis, ac-
clamatione publicâ ac solenni, novas con-
firmationes antiquis legibus addidit, easq;
corroboravit.

Ut scilicet Electores Imperii, & nemo
alius, Regem Romanorum eligant: cuique
plura accedant Principum suffragia, is
etiam in discordiâ verus censeatur ele-
ctus, sive Rex, sive IMPERATOR. Nam in essentiâ idem, licet nomina
credantur diversa. Idemque possit, cœtra
Apostolicae sedis confirmationem, Imperijura exercere & administrare. De-
beat quoque mox idem, post Principum
insinuationem à PONTIFICE inungi, si
legitimè sit electus, nisi horrendo ali-
quo scelere atque manifestatio palam sit
commaculatus. Quod si recusat Pontifex,
à catholico possit quocunque antistite
proclamari Imperator ac Augustus, qui
prius post electionem statim verus fuit
Imperator designatus, cum inunctiones iste
solemitates quædam sint adventicæ, à pon-
tificibus ad inventæ, nomina non res conce-
dentes, in signum defensionis ac unionis
Ecclesie, imperiique Romani.

Non enim fidelitatis juramentum Ponti-
fici tribuit Imperator, sed obsequii ac fi-
dei defensionis. Quandoquidem hoc ju-
mentum nullam majoritatem operatur
intemporalibus. Præterea falsissimum,
esse protulit, per vacationem Imperii jus
ad Papam devolvi. Idque esse contra sacra
Imperi libertatem, dignitatem & jura.
Longè enim & approbatâ consuetudine,
inconscie à majorum ordinatione hac-
cens observatâ, vacante Imperio, jus admi-
nistrandi Imperii jura, feuda conferendi,
& negotia cetera disponendi, Palatino
Rhene debetur, non obstante Clementinæ
Pastoralis.

line in persone sua exclamationem, coram
Regibus, Principibus, & Nobilibus o-
mnibus, rationem fidei suæ clarissime
reddidit, planèque confessus est, se Chri-
stianum hominem articulos fidei integrè
credere.

Idem. Cum Ludovicus Bavarus Imper.
cum civitatibus ad Rhenum sitis inito fer-
dere, contra eos, qui distractione Princi-
pum, Germaniam vastabant, in armis
erat: MARIA Brabantina ejus con-
junx, Vuerdz habitans, binas literas, uno
quidem annulo, diversa tamen cerâ, atrâ
& rubra, obsignatas, illas marito, alteras
HEINRICO Ruchoni Decurioni
equestri mittit. Atque is qui epistolas detu-
lit, errore seductus, rubra cera complica-
tas Ludovico tradit. Qui lectis literis a-
matoria agi suspicatus, dissimulatâ re, reli-
eto apud Rhenum exercitu, quâm maximis
potest itineribus, ad uxorem diu noctuque
contendit, & indica causa adulterii eode-
minatam securi percuti jubet. Postea veluti
conscias, Helicam virginem Prennebergen-
sem cultello confudit, & aliam foeminam
nobilem, quam gynæcio præfecerat, de
turi præcipitavit, An. 1256. Aventinus lib.
Añalium Bojorum.

Ob id mirandam habuit & horrendam
nocturnam visionem, qua unâ nocte totus
factus est canus. Inde poenitentia ductus, Pag. 475.
monasterium in Bavaria suprà Amrâ, quod
Principis campus, patria lingua Hirschen-
feld dicitur, extruxit, & donariis ac censib⁹
locupletavit.

Idem. Occiso Procopio tyranno à Valé-
te Imp. CHALCEDONIS mœnia (quod
eius urbis cives Procopii partib⁹ favissent)
solo sunt æqvata. Qvod dum fieret, in eorum
fundamētis lapideam tabulā, cui haec inscrip-
ta erant, repeterant.

*Yrbem cum Nymphachoreas ducent prope
sacram,
Ornat asq; vias fertis: postquam & mis-
er anda lavacris*

*Maria ponendis fuerint conversa, videbis
Mille hominum species, variis è gentibus,
aci*

*In pradam rabie ardentes, validis heu vi-
ribus, ire*

*Trans Istrum & mare Cimmerium, tunc
Moesia sellus,*

*Tunc Scythica gentes clade perdensur
amara.*

*Cum tandem ad Thracas, ducente cupidine
Iacri,*

*Barbarus irrumpet, fato extinguetur
iniquo.*

Hoc vaticinium tum non intelligebatur

gutus conterratus, barbam continet.
quot mensas nutritivit.

Nihil fuit illa cæde cruentius. Tres enim legiones obtruncatae, signa & aquilæ duæ à Germanis captæ , qvas adhuc hodie posident. Non enim biceps est aquila, ut imperium vulgus credit : sed duæ simul, quarum altera alteram expansis alis obtengit. Tertiam signifer legionis tertiae abstulit, paludeq; demersit, ne in hostium manus veniret. Alioqvi tres haberent aquilas in insignibus Imperii. Nec unquam hæ redditæ sunt Imperatoribus Romanis, qvod Parthi fecerunt, sed semper in hunc usqve diem servatæ, licet Tacitus scribat, Germanicum cum in Teutoburgensi saltu reliquias Varianæ cladis inspicere concupiseret, per L. Stertinum apud Bructeros undevicimæ legionis aquilam cum Varo amissam reperisse.

Idem, Alberto I. Imperat. Conradus Saleburgensis Episcopus hostis, venenum propinari curavit. Medici Regem in caput inverterunt, machinâ ad hoc ingeniose fabrefactâ , ut continuo evomeret , non tamen suffocaretur. Effusum est itaqve venenum per os, per narcs, per oculos, visq; ejus tanta fuit, ut alterum illi oculum corrumperet. Unde Monoculus Rex dictus est. At Stumpfius, Albertum veneno potionatum, consilio Medicorum, oculum sibi excupi curasse, scribit, ut per vulnus venenū evacuaretur.

Idem. Clemens quintus Pontifex , ut Romanorum Pontificum augeret potestatem, decrevit, ut designati in Germaniâ Cæsares, quamvis Roman. Regis appellatione fortirentur, tamen à summo sacerdote Imperii jura & nomen acciperent, adjecit insuper, ut mortuo Imperatore, per omne interregni tempus, Italicarum urbium , qvæ Cæsari stipendiariæ sunt arbitrium , & potestas penes Rom. Pontifices foret.

Idem, memini, inquit , me puerum o- & enem, post illam cladem qvæ adhuc re- cens erat, inaudivisse, cum mensa paternæ astarem, & crudelitatem sœvitæ ab aliis enarrari audirem, fuisse qvendam Constantinopolitanum civem, opibus ac divitiis clarum ac insignem (sed qui proditione voluit clarior, insigniorque fieri) & suo Imperatori CONSTANTINO infestum, clam venisse ad Mahometem , qui ordinatum tum habebat exercitum, animumque urbis obsidendaræ , ac secum pactum, si ex filiabus suis (plures enim habent Turci & uxores & pellices , ac proinde mul-

& proditionis præmium postulasse. Cui tyrannus: Meruisti, inquit , qui rem, promissam integrè præstisti , dignam te & facinore tuo mercedem : Iustique magnum auri afferri pondus, qvod illi daret. Sedquia, inquit , filiam meam tibi uxorem cum dote (qvæ præsens est) poscis, cum Christianus sis, vitam hanc exas oportet : moxqve iussit carnificem cutem totius corporis illi detrahere, inseruqve illi cineres cum sale calidos, moxqve leto cooperire jusfit , ut nova illi cutis succre sceret, qvo aptior fieret ad novam nox se & sponsam accipiendo : quasi indignum judicaret proditorem suæ patris vel exoletoscorto.

Ordo Jesuítarum, sive Societas Jesu.

VENIO tandem, inquit Hospitianus, ad Jesuitas, qui nostrâ memorâ, sic uox indicabitur , ex infernali puteo catervatim ascenderunt, & totum orbem suo facture repleverunt. Cirva adventum eorum monstrum marinum in Norvegia captum est, mari procelloso, id qvotqve viderunt, statim ei Monachi nomen imposuerunt. Humanâ enim facie videbatur, sed rustica atqve agresti, capite raso ac levi, humerus contegebat veluti Monachorum nostrorum cucullus. Pars infima in caudam latam definebat : media multo erat laxior, sagi militaris figura. Hanc effigiem Medicō & Philosopho incomparabili, Doct. Conrado Gesnero Tigurino dono misit iluстрissima MARGARETA Navarra Reginâ. Ea à viro nobili hanc effigiem acceptat, qui similem ad Carolum quintum Imperatorem in Hispania tum agentem deferebat : Ille reginæ affirmavit, le monstrum hoc in Norvegia captum vidisse, post gravissimas tempestates undis & fluctibus in littus ejectum , locumqve designabat Diezum, juxta oppidum Den Elepock. Eiusdem monstri figuram, D. Gesnero retulit Gisbertus Medicus , ex eadem Norvegiâ Romam ad se missam esse. Georgius Fabricius eandem imaginem ad Gesnerum misit cum descriptione hujusmodi :

Piscis hic captus est in mari Baltico juxta Elboam oppidum, quod milliaribus quatuor distat à Coppenhagâ, Danici Regni Metropoli. Caput, collum, humeri, thorax humanâ specie, caput rafsum, ut Monachi, de collo, humeris, thorace cucullus quasi pependit, qvi nigris & rubeis maculis fuit variatus. Cucullus desinat in fimbriam,

deratum, & totum ob raritatem & mire-
colum a servatum est, captum An. salutis
1546. Belloni⁹ addit, nullam vocem edidisse,
praterquam suspiria quædam, sumnum
miserorem ac luctum referentia.

Huic simile monstrum in Gallico etiam
Oceano prope Burdigalas, eodem ferè
tempore captum, quidam Galus eidem
Gesnero scripsit. Homines in littore ambu-
lantes hoc monstrum libenter allicit, & co-
ram eis supra aquas ludit, quod si hominem
admirantem appropinquare viderit, appro-
pinquat etiam ipsum, & si qua potest ratio-
ne, hominem rapit, & trahit in profundum,
ut carnibus ejus satietur.

Hoc monstro marino, Monachum re-
ferente, clementissimus Deus mundo signi-
ficare voluit, emersisse in terris Monachorum
monstra horrenda, Iesuitas videlicet: qui monstri illius marini ingenium
egregie referentes, blandis verbis, & hy-
pocritica sua sanctitate, aliosque miris
artibus ad se pelliciant homines, & in sui
admirationem adducant: quoque sic il-
laqueatos tentant, hos in profundum ba-
rathrum errorum, ac superstitionum hor-
ribilium demergant, & tandem in abyssum
infernalem præcipit, proindeque sibi ab
istis diligentissime caueant, qui æternum
perire nolint.

Refetunt etiam historici, ANNO 1541.
qui euas, quo confirmatus fuit Iesu-
tarum Ordo, securus est in plurimis È-
uropæ provinciis incredibilem ingentium
locustarum multitudinem subito exor-
tam fuisse. Hæ primo nullas habebant alas,
sed magnos dabant saltus: Paulo post
quatuor adeptæ sunt, tantaque multitu-
dine provolaverunt, ut duo millaria in
longum & latum cubitotenus ita occu-
parent, ut solis quoque splendorem à toto
illo terræ spacio sua densitate excluderent.
Dicinon posse, affirmant earum regionum
incolæ, quantum damni dederint rebus hu-
mi nascentibus, vastantes & depascentes
omnia ad radices usq[ue].

Transvolasse (ajunt) aquas, arbores, æ-
des & obvia quæcunque, cumque earum aliæ suc-
crevissent, fuisse humani digitæ magnitudine
& tunc atrocis multò grassatas in fruges
& ea, quæ in usus hominum necessarios
gignit terra: tota æstate nulla vel vi vel
arte earum levitatem retardari potuisse, sed
in autumno demum, cœlo frigescente, ex-
tinctas esse, atro post se relieto setmine, unde
seqventi anno alii vermes orci sunt. Mor-
tuas pecus editæ avidissime, porcos inpri-
mis, Lauren. Surius testatur in Comm. suis
pag. 479. hist. qui se illis mirè fatserint, creditumque
tum fuit, non absimiles extitisse illis Aegy-
ptiacis, quarum in exodo fit mentio.

græs strigare, illa manerunt. Et in
Apocalyp. 9. ut hæga probatione non egat.
Et hanc hæc locustarum istarum descriptio,
qua non à me conficta, sed ex Pontificio-
rum Commentariis desumpta est, Iesuitis
egregie convenit.

Nam ab initio nullas quoque habuere a-
las, hoc est, in nulla estimatione fuerunt,
cum author eorum fuisse aliquando miles
& literarum omnia prorsus rudiis atque
ignarus. Literarum autem cuim aliquam
noticiam acquisivisset, & discipulos natus
esset, pauci tamen erant numero, illi⁹ ipso
à clero Romano valde exagitabantur, mul-
tisq[ue] molestiis afficiebantur.

Mox tamen ac alas natæ sunt, id est, cum
in auctoritate & estimatione aliqua habe-
ri cœpissent, mirum in modum creve-
runt, & longè lateque dispersi sunt per
totam Europam, florentissimis pascuis,
hoc est, Ecclesiæ Dei maximum inferentes
datum.

Quemadmodum vero istæ locustæ brevi
extinctæ, & savissimus cibus porcis factæ
sunt, ita speraram ego, novorum istorum
Prophetarum interitum præ foribus cœs,
cum jam videamus, ob deprehensam eorum
hypocriticam seufucaram sauctitateim, do-
los, fraudes & imposturas, authoritati ipso-
rum plurimum indecescedere.

Quid vero in ultimo illo & universalito-
tius mundi iudicio, quod prope est, Domi-
nus & Servator noster cum illis acturus sit,
justus ille judex, &c., Ecclesiæ suæ fidelissi-
mus vindic solus novit, quem etiam rogo
supplex, ut citò, citò veniat, Amen.

De Origine Jesu- tarum Hosp.

Circa annos reparatae salutis humanæ
1540. Ignatius Lojola Cantaber Societi-
tis Iesu fratibus iniunxit deditæ. Fuerat
is in arce Pompeiopolitana munitissima,
eo tempore, quo eam Galli obsede-
runt, vehementissimeque oppugnarent.
In quâ obsidione tam strenue le gressio-
gnatins, ut illi uni Hispani omnes primus
facile deferrent. Qui tamen homines tanti
illi constitit, ut altero crure bombardæ
majoris idu comminato, in altero vero
circa inguina gravissimo vultiere accedere,
à Gallis captus fuerit, quorum tamen hu-
manitate, & lenitate usus, liber paulo post
domum rediit.

Gravissimis autem illis doloribus, diu-
turnaque ægritudine vehementer cruci-
atus, mundi vanitatem, cui hæc usq[ue] plus
satis addictus fuerat, agnoscere, & divinis
rebus, quas haec tenus non magnopere
curaverat, animum adiuvare cœpit radeq[ue]
vitæ suæ genus, ob vulherum soorum do-
lores incredibiles, mutare & aliud institu-

minant. Has tamen, pro more superstitionum hominum, avidissime legit, & legentem mira incessit religio. Corpore igitur aliquantulum firmiore, nondum tamen omnino confirmato, anno etatis sue XXVI. domo, patria ac propriis laribus reliquis, ita se comparat, tanquam ad ducem Nagera prefecturus esset: re autem verâ templum Deiparæ virginis dedicatum, quod Montem ferratum vocant, concessit; ibique vestibus pretiosioribus exutus, laceras & viles induit, in quibus rigidissimam aliquā diu vitam egit.

Delituit aliquandiu etiam solitarius in specu quodam, ad littus fluvii per campum Manresanum decurrentis. Cumque in hac palestra sese ad tempus exercisset, inde in pauperis peregrini habitu Hierosolymam se contulit, Christi sepulchri adorandi, & cetera loca, in quibus adhuc Christi expressa vestigia extare nungantur, visendi gratia. Iis vero locis usque adeo delectatus fuit, ut nihil optarit magis, quam etiam omnem illic degere.

Veruntamen in Hispanias rediens, quod ad id usque tempus literarum rudis fuisse, intellectisset autem, ad eam vitam rationem, quam inierat, literarum cognitionem plurimum valere, Complutum primo, post Salamanticam se confert, ibique literis dat operam. Cumque in vili suo habitu, cooperitus saepe, publicè homines ad penitentiam hortaretur, nulla accepta ab Episcopis concionandi licentia, nec eruditione sufficienti praeditus, bis in carcerem conjectus, & ab inquisitoribus, tanquam de doctrina suspectus examinatus est, sed Pontificis doctrinæ addictissimus cognitus, extra omnem noxiam è custodia dimissus fuit.

Inde PARISIORUM LUTETIAM se contulit, ubi decem annos literarum studiis, corpore debilis, & rerum prope omnium inops, nisi quantum aliorum liberalitate, & propria mendicitate sustentabatur, impedit, tantumque labore & diligentia consecutus est, ut brevi auctum MAGISTER creatus fuerit. Nec interim cessabat homines provocare ad penitentiam, id est tanto studio, ut amore eius, & censu aliquot docti viri, illi se socios & imitatores adjunxerint.

Post hoc anno Domini 1536. in Hispaniam revertitur, ad scitis decem novæ religionis sociis, illi erant P. Faber, Fr. Xavier, Iacobus Laines, Claudio Gajus, Ioannes Coduri, Alphonius Salmeronius, Simon Rodriguez, I. S. & N. &c. &c.

hospiitiis, quæ Xenodochia & Nosodochia appellant, ita versati sunt, eamque diligentiam & solicitudinem in ærorum ibi morbis curandis, vulneribus obligandis, molesta, gravi, ac putida sanie abstergenda impenderut, ut omnes in sui admiracionem pertraxerint.

Data vero Romæ licentia à Papâ proficisci in Syriam, Venetas redeunt: ibi cognoscunt, ob pacem inter Turcas & Venetas per idem tempus ruptam, nulli tunc Hierosolymam navigare licere. Mutata igitur sententia, septem ex illis sacris initiari, & ad sacerdotium promoveri voluerunt.

Cum verò Ecclesiastica lege, ex Pauli institutione caveatur, ne quis sacris initietur, qui aut hereditariis, aut Ecclesiasticis bonis, unde honeste vivere posset, caruerit, hinc novi Apostoli, amplissimam sibi hereditatem esse Deum ipsum: laus summaque patrimonium, nudos nudum Christianum sequi, affirmaverunt, pro quo egere, extremamque penuriam pati, maximas opes ducerent. Quod copiosissimum esse, & sacerdote Christiano dignissimum patrimonium, cum judicaret Verallus Archiepiscopus Rosanensis, qui per id temporis Venetiis Apostolicæ sedis Legatus fuit, postea Cardinalis factus perpetuam sponteumque paupertatem Deo ante ejus pedes promiserunt, illocque patrimonino constituto, ex illis septem sunt sacerdotio inauguriati: facultas quoque illis data est, ut secretas atque occultas peccatorum confessiones libere ubiq' audire possent.

Ab eo tempore cœperunt per urbes Venetæ ditionis in Italiam prædicare, posuisse simul omnes se Romanum versus contulerunt An. Christi 1538. ibique diu gravissimis molestiis à Clero Romano sunt exagitati. Cum vero aliqui eorum exemplo incitasse illis socios adjungerent, ne vite institutum unum cum ipsis interiret, à Paulo III. pontifice, Cardinale Contareno intermicio petierunt, ut ratum illud ac firmum haberet, quo, Apostolicâ autoritate munitum atque firmatum, conservari perpetuo posset. Pontifex libentissime assensit, & institutum eorum confirmavit. Anno reparata salutis 1540.

Ne verò in renovâ inconsideratus egisse videretur, principio cavit, ne plures quam sexaginta viri in eam societatem adscribentur. Cernens autem idem Pontifex quantos illi indies fructus facerent in agro Pontificio, rursus anno a nato in carne filio Dei 1543. illud eorum institutum

bar. Quam illud caniam potest etiam esse
ordinem authoritatem Apostolica commun-
niverunt Julius III. Paulus IV. Pius IV. &
Tridentinum Concilium Sedi. p.c. ubi multa
agit de Monachis, inter cetera sic habet: per
hac autem sancta Synodus non intendit a-
liiquid ianovare aut prohibere, quin religio
clericorum societatis Iesu, juxta prius co-
rum institutum, à sancta sede Apostolica
approbatum, Domino & ejus Ecclesiaz in-
servire possit.

Hec omnia referunt Laur. Sur. in Com.
histo. & Diegho Payva lib. 1. Orthodox.
explicationum. Gregorius X I I I L
quoque permisit, ut quicunque idonei
essent, huic ordini, absq; numero ascri-
berentur.

Mirum autem (inquit ulterius Hospi-
nianus) non immerito videri alicui posset,
quo consilio, sc̄o, ut verius dicam, qva astu-
tiā, post tot Monachorum examina, quibus
totus mundus scatet, Thais Babylonica
hunc novum fœtum enixa sit: præsertim
cum jam pridem in Laçeranensi cōcilio anno
2215, sub Innocentio III. & in Lugdu-
nensi An. 1273, sub Gregorio X. celebrato
decreto fierit, ne quis de cætero no-
vam religionem instituat, ne nimia reli-
giosorum diversitas gravem in Ecclesia Dei
offensionem inducat, Scilicet, ut hoc
artificio fortissima illa gens sub jugum
Pontificiorum errorum reduceretur, & lux
Evangelii ei eripretetur, aut certe obsecu-
retur: sicut si p̄ē factum legimus, quod a-
gmina locustarum oculis hominum solem
Iucemq; eripuerint.

Quz igitur de Dracone magno & rufo,
ejusq; ministris, Ioānes in Apocalypsi scri-
bit, qvæq; Hilarius & Ignatius de iis refe-
runt, quod nimis seducere & scandalizare
soleant qvidam pusillos in Christum
ercentes, bona omnia instar aranearum
corrumpendo, officia patris sui diaboli per-
ficiendo, zizania in agro Domini superse-
minando, qvorum sermo sicut cancer serpat:
hęc inquam, in nullis quadrat aptius, quam
in hanc Iesuitarum sectam,

Quamprimum enim post Pontificios,
horrendos, diuturnos, ac crassos errores,
tenebrasq; quas quam cimmerias, lux ver-
bi Dei, immensa ipsius bonitate illuxit
mundo, statim Draco ille magnus fœ-
tum parturire cœpit novissimum, qui & se-
culorum aliquot veternos, turpissimos, ac
pernitosissimos luceq; meridianā manife-
stiores errores, claritate doctrinæ cœlestis
hoc nostro seculo, ingenti Dei beneficio,
immensaq; bonitate detegens, palliare, te-
gere, verborum lenociniis involvere rhetori-
cisq; coloribus pingere, maxime autem
augustissimo titulo, & prætextu catholicæ
Ecclesie.

oleat, quod editorum ab ipsis librorum le-
gio certissime docere potest.

De Etymologia nominis Iesu- vitarum. pag. 482

Iesuvitarum vero, de quibus haec tracta-
tio instituta est, nova planè est religio, valde
recens ante paucos annos à Romano Ponti-
fice creata, & orbi Christiano obtrusa.
Utque de novitate hujus sectæ omnibus
constaret, studiose vitarunt veteres illas,
de qvibus dixi, appellations. No-
luerunt enim assumere vocabulum militum
Iesu, nec Iesuacorum, nec Ordinis Ser-
vatoris, sed novo invento nova attributa est
appellatio, Iesuvitarum scilicet. Forsan
ut ostenderent, se alienos esse a suspicione
illâ veterum Iesuacorum. Prima vero origi-
ne sic se habet.

Joannes Petrus Carapha, qui postea Cardi-
nal is, & tandem Anno Domini 1555.
Pontifex factus, Paulus quartus dictus est,
sectam hanc, priusquam ad fastigium illud
evehetur, Veneris primum instituisse,
scribitur: Qnam postea Cardinalis &
Pontifex factus ita auxit, illustravit
& tandem canonizavit, ut toti orbi Chri-
stiano inficiendo vel sola sufficere jam ju-
dicitur. Et de mysteriis qvidem illorum, ad
qvæ solis forsan initiatis aditus patet, nihil
dicam, qvæ scilicet astutiæ, & qvibus tech-
nici (post tot monachorum examina, qvibus
mundus obsecus tenetur) Thaidis Baby-
loniæ sedes novas has creatureas sive exclu-
scrit, sive enixa sit. Illa autem tantum reci-
tabo, qvæ non ignota sunt.

Sentit homo ille peccati, & filius perdi-
tionis, (quem Dominus conficeret spiritu
oris sui, hoc est, verbo suo.) captum jam
illud est, quod Paulus prædictus & videt, re-
liquorum Ordinum quantumvis præpin-
gues & crassos ventres, non posse fulcire
labas centem Romanam sedem, hanc maxi-
mè ob causam, quia illam partem regulæ
Francisci jam sic (Nescientes non curent,
discere literas) omnes tam solicite obser-
vant: sicut & Epigramma quoddam di-
cit:

Cavisti bene tu, ne se illa occidere posset

Littera, nam multa est littera nota tibi.
ut Ordo fratrum Ignorantie factus sit jam
universalis. Animadvertis igitur Pontifex
(nec mirum, omnia enim jura habent in
scrinio pectoris sui) opus esse regno suo
novā creaturā. Et quia Extra de trans-
latione Episcoporum, e. qvanto glossa affir-
mat, Papam imutare rerum naturas, & posse
aliquid de nihilo facere, ideo magno ani-
mo, & multo majori spe creationem hujus
novi Ordinis aggressus est, & in regulâ ca-

orationis lenocinio induere, & nervos regni Pontificii conservare discerent, & contentur, ut si usus periclitantis jam in tantâ Evangelii luce, Regni Pontificii ita flagaret, ex illo ordine possent tanquam cōmisarii in omnem terram submitti Pontificie turpitudinis patroni.

Hinc in recenti Pontificis legatione per Germaniam, præcipue Iesuitarum nomen auditum fuit. Et quidem in scripto illo, cuius examen jam instituimus, gloriore magis quam solide & verè ostentant cognitionem linguarum, flosculos aliquos politioris literaturæ, & multam lectionem antiquitatis.

Deinde animadversum est & hoc, in Germania præsertim, etiam illos, qui Pontifici jurati sunt, imo apostates etiam, qui magna mercede conducticiam linguam Romanæ sedi locaverunt, quædam in manifestis erroribus, & nimium crashis abusibus improbare, quædam timidius defendere, de quibusdam nimis modeste, & mitius, quam statutus regni Pontificii ferat, loqui propterea, quod in Germaniâ educati clarissimam Evangelii lucem etiam inviti sentiant, in testimonium ipsis.

Inita igitur in exordio hujus religionis fuit hæc ratio, ut in teneris annis pueri, in quibus spes aliqua videretur ingenii, in hunc ordinem cooptarentur, & procul à luce Evangelii, quod Dei benignitate Germaniæ affulxit, Romam misi, ibi in mediis abominationibus educarentur, tingerentur & formarentur. Notum est enim illud Virgilii: A teneris assuescere multum est. Item illud Terentii: si quis Magistrum ad eam rem ceperit improbum, ipse animum segregatum facile ad deteriorem partem applicat. Et postquam viderentur, imis visceribus imbibisse abominationes, & spurcities, quas meretrix Babylonia Apoc. 17. calice suo propinat, & satis charactere bestiæ confirmati, tunc per Germaniam (tanquam locustarum examina) saltant, tanta multitudine, ut etiam oculis hominum eripiant solem, lucemq; diemq;.

Tibi igitur, ô Germania, & saluti tuæ Iesuítarū secta principaliter in exordio suæ creationis opposita fuit. Et res notoria est. Occuparunt enim jam examina illa Austria: obsederunt Bavariam, & recens invaserunt magno strepitu Westphaliam: & prospectant jam de alveariis suis latius proferendis, & in illis, quos suo contiguæ scèdarunt, locis aperiunt ludos pro pueris,

rem ætatis partem consumsisset, veniali quando in vicinam urbem, & incepit sciœtarī à civibus, quis esset ipsorum Deus? illi respondent, Deus pater Domini nostri Iesu Christi, quem pater nobis propulit. Salvatorē Redemptorem & Mediatoř. Rusticus pergit per civitatem, & obvios quosque interrogat, cuius hoc est templum, quis ibi colitur, quem homines illic invocant? Querit dicit quādig? Cumque omnes viros urbis percontando perreptasset, semper respōsum est de sanctis. Rusticus igitur regresus urbe, coepit exclamare: Quād hoc est mirabile? Pater Domini nostri Iesu Christi est Deus hujus civitatis, & in tota civitate ne unum quidem templum habet, sed omnia sunt occupata patrocinis, cultibus, & iuvocationibus sanctorum. Et inde ratione factum est, quod inter multa milia templorum, quæ sanctis dedicata sunt, ne unum quidem esse auditur, quod appellatur Salvatoris.

Eodem plane modo in Papatu nullus ērē sanctorum est, cui non peculiaris ordo religionis consecratus: sedus vero Dominus noster Iesus Christus nullum inter ipsos ordinem habet. Quia igitur vident Pontifici, Rusticos in hac Evangelii luce illud animadvertere, cœperunt cogitare, tandem Domino nostro Iesu Christo, verbi gratiā, esse locum aliquem dandum inter tam multos & varios Pontificiæ religionis ordines, & secundum illam supernatam jusserunt vocati Iesuítarum, ut ipsa appellatio ne favorem illi apud Germanos conciliarent, quasi qui doctrinam & vitam Iesu profiteantur, & sequeantur. Quād verum autem sit, peste videbimus.

Porrò, sicut fieri solet, in re & appellazione nova variazione sunt de Etymologia vocabuli disputationes, & ego sanè illam tantam Grammaticorum litem nolim meam facere, sed varias opiniones recensabo, & deinde lectori liberum permittam judicium.

Quidam Romano more quæsiverunt Etymologiam. Sicut enim olim Romanorum Imperatores dicebantur Aphricani, Germanici, Asiatici, &c. non quod amici & socii essent illorum populorum: ita dictos putant Iesuitas, quasi professos & juratos hostes Iesu.

Alii ex historiis veteris Testamenti παρεγνωμένοι quæsiverunt, dictos esse Iesuítas quasi Esavitas, vel certe Iebusitas, & οὐδὲ οὐδὲ στέφανον & cibos quædant ad se-

appellatio. Contendunt igitur, dictos esse Iesuvitas, quod symbolum, regula & summa professionis ac vita ipsorum haec sit : IE-SUM VITA.

Ego vero, ut meas etiam conjecturas in re & appellatione nova afferam, ex Germanica lingua rationem notationis (reor) posse commodius & melius inveniri : nec immoritò, quia debent Germanorum esse Apostoli. Sunt autem duo potissimum in Germaniā linguā idiomata. Si itaq; juxta idiomata Germanicæ inferioris vocabulum examinetur, etymologia erit Iesu *Witt* quasi qui & ipsi longè sit à Iesu, & procul abducatur à Iesu. In idiomate verò Germanicæ superioris dicitur *Iesuvites* / quasi *Iesuvides*. Est enim inter c & d Symbolismus usitatus, ut *Thumherr* und *Dummer-herr*. Et sicut nomina sepe sunt fatalia, ita *Iesuvites* ipsa appellatione præ se ferunt characterē bestiæ Apocalypses. Vocatur autem homo ille peccati à Paulo *αύτικες μεν*, à Ioanne Antichristus. Sicutigitur Germanicæ ad verbum diceretur *Gonswider* und *Christenwider* ita haec lecta vocatur *Iesuvides*. Oppugnant enim præcipue nomen Iesu, quod ipse salvum faciat populum suum à peccatis eorum, Matth. 1. & Act. 4. Non est aliud nomen datum hominibus, in quo oporteat ipsos salvari.

Sunt præterea Grammatici quidam, qui per usitatas in scholis figuræ, περὶ τοῖς scilicet & αὐθίγεστη, etymologiam quærrunt, & disputant, primam syllabam superflue additam. Vero autem nomine, sine figura appellandos esse *Suitas*, quos Horatius vocat Epicuri de grege porcos. Et durior sanè videri posset haec derivatio; sed ipsi ostendunt, tales etymologias in Pontificis religionis ordinibus esse usitatas. Qui enim vocantur canonici regulares, vita & factis demonstrant, se (prima syllaba demta) gulares. Sed, ut dixi, hanc etymologicam litem non faciam meam. Chemnicius in libello de præcipuis Theologiæ Iesuitarum capitibus. Plura de Iesuitis alibi reperies in hoc Opere, hinc inde consignata.

1541. *Martinus de Arles in tract. de superstition. num. 9.*

Apud nostros quoque proavos non sanā parochorum doctrinā, inolevit longa annorum serie persuasio: artemisiam in fériis D. Ioanni Baptiztæ sacris, ante domos suspensam, item alios frutices & plantas, atque etiam candelas facesque, designatis quibusdam diebus celebrioribus aqua iustri rigatas, vel nescio quomodo ex-

matum campanarum violentum conciliū; tractum atq; pulsū, ut præsentissimum auxilium & ancoram sacram concurritur) & adversus diaboli potestatem, opera & quæcunque maleficia, velut prærogativa quadam valere. Quosdam incendere ipso die Ioannis fasciculum iustratā herbarū, contra tonitrua, fulmina, grandinem, & credere, eo suffumigio diabolum profigari, tempestatesque sedari. Imp. Carolo 5. PP. Paulo 3. ut sup.

Rodolphus Gualtherus.

Cum Pontifex Imperatoris filium adversus patrem concitaret, haec quidem (inqvit) non alicujus barbari tyranni iussu, non Phalaridis alicujus instinctu, sed sanctissimi patris (si Diis placet) consilio sunt. Gaudete nunc Caligulæ, exultate Nerones & quotquot unquam crudelitatis nomine fuitis celebres, habetis enim, qui dum vos longo post se reliquit spacio infamia & diri nominis memoria liberat: Romanum videlicet Pontificem, qui in patris viscera filii gladium stringi præcipit. Imp. Car. 5. Papa

Paulo 3. ut sup.

pag. 483.

Dirum nefas.

Hoc anno Turci Budam ex monachi fraude receperunt. Funccius. Imp. Car. 5. Pp. ut sup.

1541. *

Portentosum.

In Germaniā prope Alberschviller, non longe à Landavio oppido, uiae in vindemiā inventæ sunt barbatz, quæ primum ad Ludovicum Bavariæ Ducem electorem dono missæ, deinde vero à Ferdinando Rege, ac Imperii Principibus in comitiis Spirensibus miraculi loco conspectæ, ibidemq; ab Henrico Vogther insigni pictore, ad vivum in hunc modum expressæ sunt. Lycost.

Philippus Aureolus Theophrastus Bombast ab Hohenheim, dictus Paracelsus, ex Eremo Helvetiorum nobili familia oriundus, utriusque Medicinæ Doctor, Philosophus Paradoxus, Mysteriarcha: Musarum Mechanicarum Trismegistus, Obiit (fidei Catholicæ, & Romanæ Ecclesie strenuus defensor) Salisburgi, anno 1541. die 24. Septembris. Ejus Epitaphium ibidem in Nosocomio apud S. Sebastianum, ad templi murum erectum spectatur, lapidi insculptum, tale :

Conditur hic Philippus Theophrastus, insignis Medicina Doctor, qui Diræ illa vulnera, Lepram, Podagram, Hydropisim, alias que insanabilia corporis contagia misifica arte sustulit, ac bona sua in pauperes distribuenda, collocandaq; honoravit.

Fuit hic Catholicus Romanus: sed tamen Ceremonias (quas Sathanus inventum

byllas & Apologetos Christi & qui parat, &c
uno ore Christi procedere affirmat.

Idem. Quinque vota faciunt (utpote
castitatis, aut alia) fundamenta ponunt An-
tichristo. Oportere enim Antichristum ini-
tiū sortiri à votis, ait.

Marsupii & pilei fortunati interpreta-
tionem seriam & pulchram habes apud
eundem in libro Azoth, seu de ligno &
linea vita.

Ejusdem Prognosticatio futuræ pestis.
Signa certa sunt imminentis pestis, maculae
nigre in liguis ranarum quaruncunq;. Nota
etiam, si plures ranæ tempore non con-
fvero secundum naturam, sibi invicem
insident, ut vel decem vel viginti,
certum est hoc indicium imminentis luis
pestiferæ.

Idem eodem in libro. Medici non
Professores veritatum, sed confessores
mendaciorum, non Doctores, sed Mendac-
ces existunt.

Eodem in libro de Pestilitate, hæc scri-
bit ad Medicos Montis Pessulanii, Lutetia-
rum, Paduæ, Salerni, Viennæ, & Lipsiæ &
alios plures: irregulares vos estis, & non
Regulares: argentum improbum: talis
est & Philosophia vestra mendacissima.
Omnis Philosophia vestra mendacium vo-
cabitur.

Scire enim cupitis vos, quid sit Magia?
adite ad Apocalypsin, & querite gnavius, &
tunc perspiciemus, unde locorum & mate-
riæ hujusmodi Professor & Magus sit ori-
undus. Ad hæc scriptura cum suis paragra-
phis est interpres, & instar clavis ad resol-
vendum Ioannem. Tam enim Iohannes quam
Moyses, Aaron, Elias, Enoch, Bildad, Da-
vid, Salomon, Daniel, Baruch, Ieremia, He-
zekiel, & Prophetarum reliquorū quicunq;
in Magia excelluit, Cabalista quasi natus &
divinator.

pag. 484. Hæc est illa miseria hujus mundi, quod
omnis vestra Philosophia in mendaciis sub-
sistit. Sic enim dicitis vos: non eget nostra
Philosophia testimoniis sacrarum litera-
rum eo, quod vestram Philosophiam per
Biblia & Apocalypsin computare & munire
nequit.

Nihil igitur vestræ nugæ: deferite eas, &
convertamini ad discendam Cabalisticam
Magiam, & alias fororias disciplinas, Astro-
nomiam, Pyromantiam, Chiromantiam
& Hydromantiam: tunc habebitis fidem, &
quibus egetis nihil autem sine hoc experi-
mento.

Idem. Vos Principes & Dynastæ, ani-
madvaricæ in Monachia, scilicet Junc-

cionum, quibus multa nominata multi
inferti contabescunt. Ibidein recita: etiam
exempla gestorum Rodevilkæ, Passavilkæ
& Agræ, ut ibi.

Idem. Medicinæ opera danda est non ex
studio lucri, sed ex amore proximi. Abit
in morem vobis Medicis Doctoribus, exi-
gere singulos florenos pro singulis acces-
ibus ad vestros infirmos, & pro insperata
urina definitum certum quoddam preci-
um, cum tamen non mereamini, & ars velha
potius ad regulam illam Christi: anima pro-
ximum tuum sicut te ipsum, directa esse
deberet. Dolendum est, nobilissimam hanc
artem à tam leviculis, perditis, rudibus, &
nullius preciū homuncionibus tam iniquo
tractari. Sed quid? Perditus est mundus,
nec sufferere, quæ pia sunt potest: & simi-
lile gaudet simili.

Ars est Medicina, exercenda non nisi
cum bona & provida conscientia, puritate
& magna experientia. Qui vero Deum
non metuit, & conscientiam non habet
furatur & latrocinatur pro sua libidine
dat quid pre quo: merdum pro misco.
Longas compilant (ut vocant) Receptas ex
40. vel 50. speciebus, ut sic pharmacopeia
vacuentur, ex quibus in se non contemne-
dum redundare lucrum à Pharmacopolis
sciunt. Sæpè item unum Recipe (ut vocant)
deceni vel vicena exigit simplicia, quorum
tamen optima & ad infirmitatem moriorum
que præsentem magis convenientia omni-
no desunt, & non minus tamen exiguntur
duriter, & per solvi integrè debent. Non
igitur inservire poterit cor & cōsciētia inca
Deo simul & marsupiis Apothecariorum,
vel meis.

*Prognosticatio facta per claris-
simum virum Doctorem Paracelsum, &
perscripta ad invictissimum & illustri-
sum, Principem Ferdinandum, Ro-
manorum regem, Archiducem
Austriæ, &c.*

*Atque ex Germanico translatâ
in Latinum à viro doctiss. Davide Schre-
mo, Ecclesiaste Neoburgico, cum
gloss. marginalibus.*

P R A E F A T I O,
Dum describo citima astra secundum o-
perationes suas, forsitan quæsi possit, an non,
quia minus accuratè videmus ea, quæ
ante pedes sunt, atque propterea lepius
despitamus, illud ipsum in rebus caele-
stibus evenire nobis queat? Responsio su-

canorum naturae : ita ut nulli finitimi, quod non penetremus. Hinc inventae sunt multe & magnae artes : deprehensa sunt admiranda quædam in ingeniiis hominum : quæ si-gillatim referri etiam multo cum labore vix poterunt.

Quia a. Deus nos tales esse vult, necesse est, ut ipse nos doceat : secus perpetuo futuri sumus ignari : quædoquidem hæc ab hominibus praetari nequeunt. Qvis indicare salte potest : quæ ratione literæ sint inventæ ? Certe institutio Dei sola has nobis tradidit : placuit enim Deo, ut has sci-remus : itaque easdem ipse nos homines docuit.

Jam vero cum Deus miranda opera ediderit, quæ ab hominibus vult agnosciri, scholam etiam construxit, in qua hæc possimus addiscere : sed ea nec à quovis videri, nec capi potest. Piscator capit pisces ad mille cubitos subt er aquam, quos nunquam vidit : metallicus aurum ex profundissimâ terrâ eruit, quam nūquam inspexit : (unde ?) quia Deus id docuit. Ergo quia nihil est tam occultum, quod non sit revelandum, revelari oportet omnia ea, quæ sunt in cœlo firmamenti, in mari, atque in terra, (revelantur autem) per hominem, qui omnia invenit.

Qvis igitur primum doctorem nominare cumque digito monstrare posset ? quandoquidem ex Adamo ortum non trahit ? Per hunc operatur : per hunc emergunt omnia ejus opera : quod in ipso est, dicit. Dum describuntur acta mundi, quæ spacio virginis quatuor annorum se offerant, miserabile esse deprehenditur, hominem tantopere suis cupiditatibus se dedere, se ipsum seducere, atque negligere : ut fieri non possit, quin dies abrumpantur, quandoquidem homo tantopere Dei est oblitus, nec secundum ejus mandata vitam instituit. Hæc causa est, quæ jubet : ut investigemus res arcanas, quæ significantur per signa, solem nimirum, lunam atque stellas : & perpendamus calamitates generis humani, quas ipsi met homines sibi creant : (nam res) eodem venit ut unus alteri invideat vel folis splendorum : (quod dicimus proverbio.)

pag. 485. Unicus est numerus, cui in terris studeamus : est a. unitas : plura enim ne numeremus. Divinitas habet tria : sed à tribus recedit in unitatem. Quia autem Deus in unitate variat, dum numeratur : sic etiam nos homines in unitate (facere conservimus.) Tradamus enim nos unitati, & simus uni. In hoc numero inest quietus & pax : in aliis non item, quicquid ab unitate discedit, cum illo conjuncta est contentio, nam unum adversus alterum augeat : figuram enim

extremis numeris : atque hac est necessitas, hic vermis, qui nos mordet. Res plena est gaudii, si in unitate ambulemus : cœlum ipsum perficit naturalem suum cursum per hunc numerum : similiter & terra, omniamque in ea contenta. Aut si hæc non ita habent, signa in sole, luna, & astris non immrito contemnuntur. Atqui finis nondum adest, etiamsi signa præterierint : calamitatis modo facium est initium. Beatus est ille, qui non sedet in cathedra pestilentiæ, nec cum peccatoribus habitat, & unientur enim.

Quivis per conscientiam cognoscere potest, illum non posse consistere atque vincere, qui Deo repugnat, difficile est bellum cum eo gerere, quia nemo prævalet. Itaque stolidissimum est, reluctari illis, quos ut vincas fieri non potest.

Oferunt itaque se articuli triginta duo, qui compleri non possunt, quin in hæc cadant tempora, (afferunt enim) extremam abolitionem atque diminutionem, medium etiam plurimum (habet) calamitatis. Nam instar serpentum (homo) se in gyrum agit, donec finis adventet. Verum quis tristabitur, si audiet appropinquare redemtionem ab omni arrogantiâ & superbiâ ? quis non lætabitur, ubi audierit, unitatem, id est, unum pastorem redditum, & in una habitationem nos convolaturos ? Quam tranquilla res erit, si non cogemur tot res numerare ?

Tum enim nobile unguentum defluet in barbam Aarónis, veniet benedictio à supernis, tum, inquam, benedictio larga à Deo dabitur. Si certum est, nullas lachrymas fuisse auditas in cœlo, dum Lucifer est conjectus in barathrum inferni, quæ nos tristari poterimus, (ubi videbimus,) ipsis superbiam, aboleri, ut regnet unitas, & ipse non grassetur amplius in ullo regno ?

Et antehac multa dicta sunt de his mutationibus mundi, at tantum fuerunt signa, quorum significata jam capiunt initium, operatio nondum finitur, vix coepit. Jam vero tempus est, ut tempora nationum interitui appropinquent : abruptiōnem autem quandam oportet fieri : ne etiam justi seducantur. Nullum equidem scio, in quem Deus collimet, prognosticatio tamen proponitur, etiamsi ignoretur is (in quem tendat.) Alii fortasse accuratius scient, intelligentque, quem hæc prædictiones tangant, cæbala sic nobis eas subministravit, quæ est mater Astronomiz.

Tam latenter autem hæc res transcurrunt ut à nobis non animadvertiscantur, donec sunt factæ. Hoc enim sibi quisque persuasum habeat : Deum hoc nolle, ne videlicet

rum omnium enc teiem, & judicem. Multi multa dicunt & scribunt: qvilibet pro virili: qvod alii dixerunt, ego non reprehendam: magna enim est copia prædictionum, hanc monarchiam interitaram esse.

Figura Prima.

Interna rei natura per externum signum agnoscitur: sic natura res suas, & magia item suas signat. Tu etiam signata es: nempe te esse devoraticem omnium, qui tecum negotiantur. Felix est is, qui à te non contaminatur: neminem enim permittis juxta te quiescere.

Magia probè hæc consideravit, &, qvod tibi convenit, assignavit: qvia vero pulchritudinem tuam, nec tua signa vulgo animadvertis, devoras omnia, qvæ te contingunt: amoenitas enim, non probitas tua qvaritur.

Figura secunda.

An Lilia * pag. 486 Flos excrescit in eam altitudinem, qvæ ipsi est destinata. Qui te in sublimitatem extulit, & virore donavit, is etiam te exsiccavit: hoc tibi accidit. Magia enim propterea te ornavit, ut manifestum fieret, qva ratione surgeres, & caderes. Anteqvam enim es, vides te magia, atqve flori assimilavit, qui modo viret, cras exarescit. Sapientia & timore Dei te sustentare debueras: at neglexisti: tua ipsius prudentia te decepit.

Figura tertia.

Commodam qvietem occupasti: qvam tamen non agnovisti: qvia in eâ te commoveri es passus. Arrogantia tua te commutavit, atqve divisit. Non amplius gloriari poteris de iis, de qvibus gloriari poteras. Itaq; dejiceris, & ad antiquum statum redigeris. Potuisse tu qvidem universo mundo prodesse, atq; te, & alios liberare: sed te decepit, qvod majores, & avi cōtemserunt. Descendes tamen tandem in teipsum: nemo autem ob te lētabitur.

Figura quarta.

An Arg. * pag. 487 Promissum tuum dextrum & sinistrum fecisti: quasi nihil tibi deesse possit. Ambo (ergo) te affligen: odiumq; te suffocabit. Meretrix dividit suum amorem: qvod ad tempus illi condonatur. Sed vñ eidem, ubi facta illius revelantur: cum enim locum habebit (tritum illud) nullus amor absq; tristitia, tu qvidem lētatus es. Etiam si ex. pers capit: caput tibi imponetur: tu membra (deinde) tuas, & membra cuiuscumque di-

rima mala perpetrasti. Incidet in te lapū, qui præter tuam voluntatem te crudeliter conteret: qvia innocentem sanguinem effundisti, neq; agnovisti, qvod agnisci debuerat. Atq; hoc est, qvod corona est proprium. Quem contempsisti, is te aggredietur à meridie ortuque, anteqvam etiam numerare poteris duo triâve. Non juaberis eorum auxilio, cum qvibus fœdus percussisti: cadent enim etiam ipsi.

Figura sexta.

Odor tuus est gravis, qvocirca cuvis nec acceptus nec commodus: igitur holles tui (non enim es sanus) tibi umbram facient, teq; domabunt, ut fias temperatus: nec fructum ex te feras, ut existimas. Cogeris enim cedere alicui, quem non novisti. In principio eras audax, & agbas. Perinde, ut heros. Propositum autem tuum divisit tuos socios: qvod divisum est, nihil habet, qvod sit stabile. Laudem tamen habebis, reportabisq; victoriam: qvia te ipsum agnovisti.

Figura septima.

Qvia semper præfractam cervicem habuisti, huc te prædestinavit: ut multis cum calamitatibus conflixtareris. Non enim apud te reputasti: te in lapide & macrum, & obesum esse adumbratum per magiam. Hunc tu ignoras: ideoq; te apprehenderet pœna, qvæ omnia regna fregit. Si sapuisses, ut te sapere existimas, hoc malum utique, præcavisses, & alia regna potius, qvam tuum, fecisses tuum speculum. Verum aliter est: ideoq; sapientia tua hoc tempore stultitia est.

Figura octava.

Quis est, qui sciat, cui luceat sol? aut quomodo detur id, quod homo sibi sumere non potest? Quia itaq; hæc sunt posita in manu Dei, quia etiam hæc idem largitur, cui vult, sequitur, hominum aduersationem frustra esse. Adeo enim hora, qvā deficere cogeris, nullo habito respectu tui roboris, tui fœderis, tuq; potentiz: omnia enim que intra te sunt conclusa, tecum cōcident, & tu te ipsum, aliosq; seduces: adeo ut tandem ipse sis commiseratus.

Figura nona.

Quanquam permisit Deus, ut alii te metuant, & ad tuum conspectum retrocedant: tamen & tibi virgula est destinata, quia et tu te ipsum tuum franeat: ut

pedes est, aliter judicate, quam videtur, exitumque rei perpendere. Hoc debilitate: itaque & tu, & sequaces tui cum planetu miserabili vobis hoc invicem exponetis.

Figura decima.

Vestis tua non est nuptialis, per hoc magia cortuum revelavit, & aliis te cognoscendum proposuit, Itaque instar auri argentiique oportet purgeris & proberis sepius, quam septies, exactiusque, quam aurum & argentum per ignem a suis scotis. Si perpendisses, ecquod tuum fuerat initium, cum te educarent rui vicini: & justo liberaliores in te erant, animos tibi non summissos: hoc unum a te reposcitur: opes tuas fluxx ad alium spectant.

Figura undecima.

Falsit tibi sol: ideoque te saginasti, & ditasti, cum in favis sederes: quia vero finem sapienter haud respexit, hyems oblitus, ideoque te tua spoliat voluptate, atque te eo miseriae adiger: ut cogatis fugere tuos angues. Quia vero urinaz natura es, & ultra nihil sapi, magia te conjecit in retia: ut agnoiceris similis ursorum. Tu si saperes ut homo, hyems utique te non obrisset.

Figura duodecima.

Bene sepe quis se collocat: (sed frustra est,) si non sit sedes talis, quae cadere non possit cum eo, qui eam infidet. Et tu in altum te extulisti: sed hic locus tuus non est: mane inferiu, non stabis superius. Es enim jugum, & onus, quod gestare haud convenis: itaque & ruit S.P. Tu collocasti te super Deum, is retribuit tibi mercedem, quam quæsivisti: mundanam nimurum gloriam, atque laudem, quam accumulasti, & devorasti: ut res mundane omnes, ita & tu peribis.

Figura decima tercia.

Nimium bonum causa est nimii mali: si malum bonum contemnit, stulticia sua ipsi ascensum condonat in re proposita: sed ascendit, ut minimè decebat: itaque fortunam graminis inhibet, quod si maturus, ingreditur eo, quo docet, falce prius demersum. Tu si es es prudent, & respiceres finem, tuam miseriam ipse es visurus, & agnitus. Verum non ita: hoc voluisti: recipis ergo mercedem, & attingis finem, quem tibi exceptasti: sapientia itaque tua redundabit in tuam consumptam.

Figura decima quarta.

Nimium concedere, causa est calamita-

tem iusti propositus est terminus, quem non transiles: omnia dilacerabuntur & tu vero plane cebis. Si perpendisses: malum esse, si quis misericordia obfitat, si que liberatem tuam in proximum tuum pugnandi agnosces, omisisses haec omnia. Sed proprius sensus te seduxit: & reputata est cibi sapientia tua in stulticiam.

Figura decima quinta.

Nihil tam bonum est, quod malum non possit fieri, si nullum habeat caput. Nullum caput habere, causa est superbia, quæ nullius boni est causa. Ergo caput tibi imponitur: sub quo cum futurus sis membrum, oportet ut premaris, & caput cum reliquis membris, gestes. Res sat is alta est: sed adhuc altius quid tentabis. Illa tibi evenient, quæ nunquam sperasti, quæ consilium tuum etiam vertent in perturbationem. At te dominante fiet concordia.

Figura decima sexta.

pag. 493.

PUER qui scholam frequentat, & discit, ubi rectatem aliquam attingit, puerilem laborem contemnit: immo pudet eum ejusdem. Hoc & tibi eveniet: si hoc modo scribis, labore tuus futurus est frustranens: atque hec erit causa, ob quam incassum perdiu laborabitur. Tempus enim docet, atque demonstrat: non semper esse margaritas, quæ pro margaritis venditantur. Itaque manus in te ieruet, te dilaceratura perinde ut laciniat.

Figura decima septima.

Qui dominum edificat, eandem custodiatur: ne hostis adventans eam destruat. Et qui destruit, destruet eam custodiat: ne instauretur; atque sic utriusque imprudencia irrideatur. Ut ergo quod destruendum est, denuo edificetur, faciunt filii hominum, qui finem non respiciunt: extinxunt: exortant: expoliunt: oblixi, hac destructioni esse obnoxia: & iterum edificationi: quia fragilia sunt omnia: qui non edificant in petra: sed in arena.

Figura decima octava.

pag. 494

Aquila ex te non nascitur: Itaq; vultum emittet, qui te tuosque pullos perdomabit. Erit illi res deinceps tibi succedent: ut dicere possis intra animum: mea anima, omnibus voluptatibus abundas. Quid est, quod assequi non possis? Stabularis in Paradiiso. Sita (inqvam) censes, & de nullis adversitatibus cogitas, tum inter maxima tua consilia & gaudia, diluvium te obtinet, & asper Auster flatu suo te difficit, tanquam pulverem a facie terræ. Non enim latus conditi ad voluptates, & opes: sed ad vallem lachrymaruin, & calamitatum. Hujus

lectari voluptates, exultatio hæc tua tibi male cedet: jacebis igitur. Illi etiam, qui quietem tibi concedere debebant, præcipitem te agent, & ad cursum incitabunt. Noscete ipsum: & perpende: res hominum esse vanitatem. (Quod si feceris,) te convertes, & evitabis pericula, in quibus quotidie versaris. Cogita: arrogantiam, ataxiamq; nunquam fortitas esse felicem finem.

pag. 495

Figura vigesima.

Res erecta manet, quam diu sustentari potest: quod si vero à solo homine sustentatur, cuin tempore superum inferum fieri potest. Ad eundem modum & homo prudentiam suam in terram stringet, & quasi sub eam defodiet, ex qua est nata, & alteri cedet. Certe enim prudentia hominum consistere non potest: similis est jucunda flori in agro, qui admodum sibi placet: at flos non perdurat, multo minus hominum prudentia. Proverbio fertur: Tempus fert rasas, easq; exsiccat: hoc & tibi dictum velim: quia ex te ipso pendes.

Figura vigesima Prima.

Si illi redibit quies, custodia peribit, & tuus molossus lassabitur: tuo ipsius nido tu & pulli tui comprehendenteris: cogerisque cedere huic, quem existimasti cefluruin tibi, atque ita relinqvere & nidū, & ova. Fiet ita: ut tu tuique incidatis in retiā, quæ alii terendisti: nunquam eris is, qui fuisti: nec filii tui erunt hi, qui erant ipsorum majores. Tua vestis holtem tuum exornabit, atque te contemnet.

pag. 496.

Figura vigesima secunda.

Etiam si cordis secreta non prorsus retegas: nihil tamen est, quod, licet aliquando diu occultum fuerit, non reveletur: tum te agnoscet, qui te debet agnoscere. Conatus enim es, & conaberis etiam posthac, molles in series, & duros in serreis vestimentis sub jugum tuum mittere. Utinam inter consulendum tibi incideret: non possum, quod volumus. (At cogitas,) qui sunt illi, qui nos impediunt? age, mollem primum, deinde ferreum (aggrederemur.) Verum proprium sanguinem fundes. Memor esto humilitatis, nec regni hujus mundi. Quam bene tibi erit?

Figura vigesima tertia.

Quemadmodum tres personæ sunt in Deitate, quæ unitate comprehenduntur: sic homines in unitate concurrant. Quod nisi fiat,

cum alio semper contendit. At gaude: unitatis enim fies particeps.

Figura vigesima quarta.

Quid est, aut quid juvat: ut fœdus inter vos pangatis, non considerantes: animos vestros inter se dissidere? Animadvertis saltem, quibus signis vestes vestrae sint notate: tales & prorsus intus estis. Nolite esse bestiæ: sed homines. Quia vero monitionibus locum non datis, vobis dominabitur is, qui supra vos est. Nam sensus bestiæ non sunt durabilis. Hic sensus vero manet, qui ex Deo datur: ille suo tempore concidet: & simul consilium vestrum peribit.

Figura vigesima quinta.

Tanta certitudine res est discenda atque intelligenda: ut nullum prorsus reliquerit dubium. Quia vero scientia tua ad propositum tuum persequendum, manus tuæ imperfetta fuit, tuis dubitationibus est infocatus. Putasti: non esse necesse: ut ger mano sigillo res consignet: qui tui ipsi signum esse optasti. Hinc quia non recte egisti, nec fuisti, quod te esse putabas, miserabilis mors te expectat. Semper enim dubitasti: quin etiam alii in arenâ edificarent tecum: illi lachrymati sunt: sed tu adhuc plus lachrymaberis.

Figura vigesima sexta.

Sibylla mentionem tui fecit, ubi dixit: tu Merito jam es in flore: maturus enim es, & tempus te absolvit. Quid Sibylla de te dixit, illud complebitur: quin adhuc plura de te dicentur. Æstas, quæ fert rasas, est illud litigiosum tempus: quo omnia sunt dividenda. Argumentum hoc est, quod arena in ædificavit homo, illud peribit, & tu in petram id transferes: id quod omnes vehementissime mirabuntur. Nam cum tempus istud adventabit, simul advenit cum eo id, cujus gratia advenit (tempus.)

Figura vigesima septima.

Quia oblivioni traditum est, multorum principatum non esse bonum: quia etiam non amplius tenetur, unum esse oportet, nec plura: factum est, ut in partes discedant singuli pro occasione: quam sunt nati. Cum vero minime conveniat: ut quis querat proprium commodum: (sed pulchrum sit:) ut unus alteri inserviat: proprium negligat, alterius commodum promovat: quod fieri non potest, ubi sunt multa. Hac causa est, quod fudget unitati, illud præmi-

Nouerit unaniniis vox : itaque frustra erit quicquid hic quinq; consultent. Observate quadragesimum secundum, quod est futurum, aut id , quod paulum antecedit, aut sequitur: veniet enim atque aget, volet quod: vosque infestet, tanquam ramos, aut virgas: quod sane molestum vobis erit. Nam consilium tuum non sicut ex eo , qui in te queritur, atque esse putatur. Si confidaretis , quante imprudentie in se locum daret homo, si deficit , malum hoc praeveret , atque nunquam deficeret: potius memor eset gravis illius rationis, quam in die irae (est redditurus.)

Figura vigesima nona.

Futurum est: ut unumquodque ad sua pascua subducatur: pasca enim in alienis pratis res est, quae excitat contentiones, calamitates, & miseras in mundo. At cum quodlibet suum ingredietur stabulum, concordia erit: quam perturbat ipsum os, quia pro libitu depascit gramen, modo ut gratum faciat gressu. Hoc incomoda omnia oriuntur ex alienis pascuis. Quam beata erit illa hora, & quam beata paupertas illa futura est, ubi comparebitis, qui quemlibet ad sua prata est abductus, non procul ab illo , qui est quadragesimus tertius.

Figura trigesima.

Sepins estis congregati: multi convernerunt: quia vero absuit hostis , nullius sunt momentia , quae a vobis sunt decreta. Hoc solum abs te requiritur, ut eesses, & tecum cogites : unde es? a quo didicisti? Quid faceres, si cessares? si te & tuos propalares , esses cessatus: quia vero affectas esse id, quod affectare non debes nempe sedem S. P. quam cadere oportet, nullus erit successus consiliorum tuorum: nam propositum tuum impedit, qui omnium est Dominus.

Figura trigesima Prima.

Magna futura est mutatio, & renovatio: quemadmodum enim pueri ignorant fraudes & deos seniorum : sic se res habebit, quando numerabuntur 60. cui tempori paululum decedet, nihil addetur. Probe itaque nobis est perpendendum: tempus illud sterni prolixum, quod secundum annos hominis statuitur: nos breve status- mus, credamusque. Ut enim tam multi cedant, tam multi sternantur , una cum tam multi immani atque rugiente Leone , qui tam diu crevit, uno momento perfici non potest. At bene huic erit, qui instar pueri quietem colet: quandoquidem hominum scientia tantum efficit aegritudinem ac turbas, &c.

¶ tunc est is, qui dominans habet: nullum malum enim cognitum habebit: purgationes fecisti , multa passus per vitam. Nemo superabit: nemo etiam erit, qui te excitabit tam diu, quam diu non duplicabitur numerus annorum, quem numerarunt tui hostes a suo inde nido,

Alia Prognosticatio Theophrasti Paracelsi.

Prædicto: te fidem mihi non habituru, si dicam: mea hoc quidem tempore contemta scripta , aliquando apud doctos & sapientes in precio fore. Sed illud non fiet, donec magna & terribilis Eclipsis solis transiit: tum (addo) magnis cum aquarum exundationibus varix turbae , seditiones, bella, cædes, incendia, regiones septentrionales infestabunt. Cave tibi tunc Brabantia, Flandria, Scalandia, & vos Tyrophagi, quales sunt mei populares.

Eo tempore Lilium prorsus exsugetur, computreicet, atque in terram dejicietur: Aquila deplumabitur , de honestabitur, Galli prorius contemnetur.

Othomannus rerum potietur, & ad hujus nutum omnia agit Aquila. Anni quidem frugiferi tum futuri sunt: omnia enim ad vitam necessaria abundantter proveuent: sed pauperibus non dabitur his frui.

Ecclesiastici tunc florebunt: implerbunt ut Luna: Orientales magnas obtinebunt victorias, tenebuntque eretam auream illam currim: gens acephala non expers erit periculi: alta & mobilis familia puncticur, tanquam maleficia. Leo, qui socium habet ceruleum & album, alta spirabit: cave tibi amenissima civitas, quae haecenus oculis fuisti Europea.

Corona ruta prorsus peribit: & de magno isthac igne tantum restabit scintilla, quae mox augabitur, & excitabit incendium non extingendum. Ubi haec sunt facta: nec religio, nec fides, nec honestas amplius erit: sed erunt multæ religiones, plures species fidei, atque honestatis: verum cum omnibus his ita erit comparatum, ut haec omnes pro una religione, fide, & honestate non possint haberi.

Albus cum nigro nigrum aliquamdiu superabit: res ingentes perficiet. Ponu granati dividetur, grana ejus ejicientur, atque exarcent: stirps ruta atque corona radice suam inclinabit ad lilium: illud defendet, ne ventus sauitatis illud afflare possit. Certè populi terre eo tempore commovebuntur: nec curabitur vel fraternitas, vel affinitas, vel amicitia. Leo amicitiam cum piscibus contrahet: & corona pulchro illi pilo subjicietur.

(4)

gabit ejus cineres, (prout fert natura ejus) revivicer. Sed surget nobilis Phœnix; Bafonem premet: Leonem acceptabit, suoq[ue] adjuvabit suffragio. Leo meliora eligeret: sed nihil amplius (impetrabit.) Eqvo feroci Phœnix frenum injicit, cumq[ue] premet infessor cum calcaribus, absq[ue] cephissio.

Hoc etiam tempore novum genus ferarum, variis & admirandis capitibus instratarum, nascetur. Multa ora, multosq[ue] stomachos h[ec] fera habebit, verum unum duntaxat podicem. Abjectissimus hominum dominationem suam probabit: angelii ejus vestientur sangvine, atq[ue] unum urgebunt opus. Comparebit feretrum eqorum, & ubiq[ue] exaudientur gemitus, & luspiria agentium animam. Somnolenta Aquila conspicietur in universo imperio: causa somni erit Draco.

Fons vitz aquas fundere incipiet: & Aquila alba in nigram convertetur. Minuetur lac, & sangvis: & arbor ferarum efflorescet. Leo lenior ligabitur, & juvenilis liberabitur, qvi teras omnes à seniore Leone offensas in gratiam suscipiet. Imo adhuc plura præstabit: nam juba suas in sericum commutabit. Ipsi infidias struet ursa: & Bucephalus conabitur eum cornu petere. Grys volatu ipsum superabit: sed non lædet. Tunc etiam margarita, qvæ diu amissa fuerat, ab abjectis homine reperiatur: qvæ etiam auro cingetur, & principi ferarum, id est, vero Leoni dono dabitur: is autem eandem de collo suo suspensam maximo cum honore gestabit. Idem vim lupi ursq[ue] prohibebit: eos discerpet: ut bestiz syliz securam vitam agere possint.

Antiqua ars tum obtinebit: nova autem jacebit contenta: novus mundus emerget: & albus cum nigro evanescet. Omnis etiam gloria peribit: & pennæ orientalis illius avis consumentur per solem meridianum. At tu Leo terrestris, qvi deauratus es, atq[ue] ligatus, qvomodo habebis: Omnis fortuna tua commutabitur: septem tua capita unū sicut: ex quo nascetur caput, qvod armabitur qvodam cornu: hoc cornu conteret omnia, qvæ jam diu affixit (Iffinos.) Magna urbs tum caput erit parvorum, & à servitate liberabitur. Europa erit caput: Asia corona: Aphrica clinodium.

*Michael Neander, Et Joach.
Rheticus, Mathematicus Cracoviensis, de eodem.*

Paracelsus nostri seculi Theophrastus miracula multa præsttit, de qvibus certo constat. Cum Albertus Basa Poloniz Regis

tis, & pulsus defectu, laborante etiam pectori. Ibi Theophrastus idem affirmabat fore, secundum Humoristarum artem medicam, sed facile restitui posse ex terra arte, qvam Deus in natura occultaveret: atq[ue] ægrum in cratinum ad prandium invitavit.

Productio igitur qvodam destillato trium gutterum, quod illi in vino exhibuit, reliquit hominem, ut ea nocte convaluerit, & sequenti die comparuerit in hospitio Theophrasti sanus, maximo omnium miraculo, cum hujusmodi multa ex Dei beneficio faceret, nihil nisi calumnias & obtristationes assecutus est. H[ec] Rheticus.

Adjicio, inquit Neander, ad superiora etiam ex literis ad me amici narrationem de Theophrasto memorabile: cuius generis simile nihil haetenus qvisquam prodidit, ne quidem de illis etiam, qvi in Theophrasto evchendo supra Philosophos atque Medicos omnium statum atq[ue] temporum toti sunt atq[ue] oecupati. Verba h[ec] sunt.

Gottes Gnade durch Jesu Christum unser Erlöser, sammt meinen ganz willigen diesten allezeit zuveran/ Achtbaret/ Ehbarer und Wolgelarter Herr Dräger. Ever Schreiben des Datum den 5. Tag Julij sammt dem beygelegten meines lieben Vettern Matthai Richtern/habe ich den 2. Tag August von dem Wotten / Beiger dieses Briefs empfangen. Und was meinen lieben Preceptorum Doctorum Theophrastum belanget / das den in Basel geschehen / hab ich euch den noch vergangenen Beyhenacht Leipzischen Markt geschrieben/ kan aber wol merken der Brief sey euch nicht kommen: So hab ich auch den Brief meines Vettern / so auch die Zeit gegeben / allererst auff den Oster Leipzischen Markt bekommen/ Und wenn ich alles was alda zu Basel die halbe Jahr von ihm mit den Galenischen Doctoribus und sonst Krancken gehandelt ist werden/ hette sollen beschreiben/ hette ich warhaftig an einem ganzen Buch Papier nicht genug/ wiewol es mit auch untrüglich/ dieweil es vorlongst geschrieben/ und ichs nunmahlis alters halben vergessen habe. Doch so viel ich noch im Gedächtnis habe/ will ich euch nicht verhalten.

Da ich (ungefährlich / wie man 29. oder 30. geschrieben hat / bin ich die Wochen nach Michaelis gch Basel kommen zu meinem Landsmann / der damahls Cantor in einem Particular alda gewesen / der denin am schweren Sieber lange Zeit franz gewesen:) hab seinen Chor und Stelle für ihn versorget / ist der mehrgenannte Doctor und mein lieber Preceptor, sela. Gedächtnis Philippus Theophras-

An Ies.

E. N. B.

pag. 502.

*Fakit
Deus, ut
cito id
fiat.*

hab mich zu Heidelberg im Studio verkehret/
wolt gern diesen Winter; dieweil nunmals die
Dienste überall versäumet; einem Bürger die
Kinder lehren; damit ich den Winter Unter-
haltung möchte haben / hat er geantwortet:
So du nicht weiter kommst ich wolt dich zu mir
nehmen/und dich unterhalten. Bin ich auch
froh voroen/mir ihm gangen/doch dem Kran-
ken seinen Chor und stille/weil er gelegen/mit
seinem Willen versorget.

Da ich nun etliche Zeit bey ihm gewesen
ist eine Frau zu ihm kommen/sich beklaget/ihr
lieber Mann sey sehr schwach; sie besorge sich/
er werde die Nacht nicht überleben/ hat er ihm
sein Wasser bringen hessen / und darauf/ da
ers beschien / gesagt: Euer Mann wird mor-
gen das Frühstück mit euch essen / und frisch
werden. Wenn das Gott wolt/hat sie gesagt/
ich hab noch ein Gulden/ und auch nicht mehr
in meinem Vermögen/ ich wolt ihn euch geben
geben. Hat er gesagt : Schickt ihm nur zu
essen zu/ ihr werdet es woschen

Den andern Tag umb den Mittag ist Sie
wieder kommen/hat den Gulden gebracht/ für
ihm niedergefallen/ ihm den gereicht/ und ge-
beten / er wolte ihn für gut annemmen / und
gesaget; sie hätte nicht mher zu Haus und
Hoff; sie wolt ihm sonst mehr geben / daneben
thr Mann ist gar frisch worden von dem jent-
gen/das er ihr gegeben hat / darauf er geant-
wortet : Liebes Weib / nimb deinen Gulden/
und kauff dir und deinem Manne Essen und
Trinken und dancket Gott.

Pag. 503. - Was es aber war / das er ihr gegeben/weiß
ich nicht/ es war ein weiß Pulver/das solle sie
ihm im warmen Wein geben / und ihn dar-
auff schwizen lassen. Dergleichen weiß ich/
dass er Auffäsig / Wassersüchtige / Fallent-
süchtige / Podagrische / Fransösische und
andere unzählig viel Kranken gar umsonst
curiret, das ihm dann die Salentischen
Doctores nicht ohne merckliche Schande/
nicht nachhun haben mögen / dadurch sie
den in grosse Verachtung bey iederman kom-
men/ und er Theophrastus dagegen gecket
ist worden.

Noch eins/und damit zum Beschluss/ er sa-
gerte einmal: Franz / wir haben nicht Geld/
gab mir einen Reutischen Gulden / sprach:
Gehe herfür in die Apotheke/laß dir ein pfund
Mercurii abwiegen / und bringe mir ihn
her. Ich huet das;brachte ihn den / sambe
dem übrigen Gelde / (denn damahls war der
Mercurius nicht theuer) da sagt er vier Zie-
gel auf dem Heerde zusammen / das die Lüft
wenig gerings herumb gehn kundte/und schüt-
zte den Mercurium in einen Ziegel/sagte ihm
zwischen die vier Ziegel/bis mich Kolen drum
schütteten/darnach auch lebendig Feuer / und
wieder Kolen darauf / und lassens also sein
mählich angehen / stengen in die Hünben/

hen/wir müssen sehen was er macht / wie wir
kommen / wolte er schon rauchen und weg-
schen/sprach er: Gehe hin/nimb das Keul-
gen zwischen die Klüsse / und halt es ein kleine
weile hinein / es wird bald zergehen / wie denn
geschach. Nu sprach er/nimb die Klüsse wider
heraus/und decke den Ziegel zu / und gib ihm
gut Feuer/und las es stehen. Wir giengen
davon in die Stuben / hatten des zu Ziegel
vergessen / über eine halbe Stunde sprach er:
Wir müssen traun sehen / was uns Otrebe-
scher hat/heb die Stürz vom Ziegel. Das
vollbrachte iches war aber das Feur gar abgan-
gen / und im Ziegel alles gestanden. Sprach
er: wie sieht es? ich sprach/es sieht gelb wie
Gold/ja Gold sollte es auch seyn / sprach er.
Ich hab es heraus / zuschlug den Ziegel/ da
es erfühlet / nahm ichs heraus/es war Gold.
Er sprach: Nimb es / trag es zum Gold-
schmide über der Apotheke / und hech mit
Geld dafür geben. Ich thue es/der Goldschmid
wug es/es wug ein Pfund/ weniger ein Lecht
und gieng/und holte Geld/ brachte einen eber-
nen Beutel von Kartesien gemachte / voller
Kheinscher Gulden / und sprach: Den-bringe
deinem Herrn/und sprich / es ist nicht garn
ich wil ihm das ander wolschicken / wenn ich
hab. Ich brachte es ihm/ es ist gut sprach er / er
wird mirs wolschicken.

Es war ein Keulchen einer jümlichen Har-
felnuß groß / in ein roth Siegelwachs einger-
macht/was aber darinnen/weiß ich nicht/dors-
te auch Scham wegen/als ein Junger / nicht
fragen/ ich glaube aber / dass ers darumb eher
dass ich ihn umb etwas ansprechen sollt/ er hat-
te mich sonst lieb / ich glaube / er heette mir
etwas mergehelt/so ich ihn gebeten heette. Das
hab ich euch auf euer Schreiben nicht wollen
verhalten.

Den Elieborum muß man den Tag / che
der Monat neu wird / frü vor der Sonnen
Aufgang ausgraben/und darnach allerest das
mit gebaren/wie es mein Vetter gemacht/ des
meinen schickte ich euch / dieweil ich sein selber
wenig hab / ein klein Wuchslein voll / bitte
der Herr wolle damit fürlich newmen / ich
wils kürslich wieder machen / kan euch mehr
übersendt werden.

Was aber das oleum Antimonii belangt/
weiss ich wel / dass es ein kostlich Ding in der
Medicin und Chimy ist / ich weiss auch die
Medicinen zu Görlicz/ ich bin aber nunmehr zu
alt/ drei Tag und Nachte drüber zu brennen/
darff mich nicht dran machen. Wie es aber
der Herr Doctor Capus zu Braunschweig
mache/ möchte ich gern wissen. Damit ich
aber euch mit meinem Schreiben nicht über-
drüssig mache/ will ich also beschliessen / und
euch alle in unsers Herrn Gottes Schutz
beschulen. Meinem lieben Vetter habe ich
hierherleitende geschrieben / bitte freundlich

Ulterius de Theophrasto loquens Neander, etiam hæc addit: Habuit Theophrastus laudanum, quo infinitos mortales sanavit, sed ejus conficiendi modum, ut & alia multa, nemini moriens patefecit.

Franciscus Duarenus in lib. de beneficiis.

Svetonius in vita Iulii Cæsaris Romani: Omnen(ait) Galliam, in provinciæ formam rededit, eiq; in singulos annos quadringentes fœstertiūm stipendii nomine imposuit. Hoc idem Eutropius lib. Breviarii 6. totidem prope verbis scriptum reliquit. Hunc fœstertiūm numerum, si Guith. Budzi rationem seqvamur, reperiemus, responde-re nostrati pecunia ad decies centena aureorum coronatorum millia, sive, ut vulgus loquitur, unum millionem, ut Germani u-surpant, decem tonnas auti.

Ingens hoc fuit Galliæ tributum: quod quotannis ita Cæsaribus penitus abat: ut tam-en ex eo stipendium præfidiariis aliquot legionibus persolveretur. Quid si jam docemus, Papam Romanum non minorem quotannis summam sine ullo impendio, Romanum inde suis præstigiis atque artibus elicere? Incredibile fortassis alicui videbitur, ac planè monstro simile, ut ante dixi. Sed tamen esse verissimum, certissimo testimo-nio convincemus.

Ecquis igitur istius tam immanis latro-cinii, vel potius sacrilegii testis est? Se-natus ipse Parisiensis, qui in Gallia domi-natur, qui Regi LUDOVICO XI. po-stulata quædam pro Gallicis Ecclesiis de-tulit his verbis, quæ Franciscus Duare-nus I. C. Latinè convertit, & edidit cum privilegio Regis, bis Lutetiaz, & ite-rum bis Lugduni: sub finem lib. de Benefi-ciis. Nam sub illorum postulatorum artic. 72, ita scriptum est.

Ut speciatim ac sigillatim demonstre-mus, quantopere hoc triennio pecuniâ re-gnum exhaustum sit, animadvertissum est, Pii Pontificis tempore vacasse in hoc regno plus, quam viginti Archiepiscopatus, & Episcopatus, nec dubium est, quin tam pro anno illo vectigali (quod annatam voca-mus) quam pro reliquo sumtu accessorio & extraordinario, in singulas bullas sena aureorum millia depensa, numerata quæ sint: quæ summa est centum & viginti millium aureorum.

Sequitur articulus 73. Abbatiaz ab sexa-ginta eò amplius vacaverunt in hoc regno: quarum singulaz duobus millibus aureo-rum.

hujusmodi beneficia aurei numerati sunt quingenti. Summa igitur est centum mil-lum aureorum.

Art. 75. Constat, in hoc regno ut mini-mum centum millia parceriarum esse, que inhabitentur & incolantur. Nec ulla est, in quâ eo tempore gratiam exspectativam aliquis non impetraverit: in quatum si-gulas viginti quinque aurei impensi sunt, tam pro itineris sumtu, quam bullarum confectione, pro non obstantiis, prærogati-vis, annulationibus, & aliis specialibus clausulis, quæ gratiis exspectativis adscribi consueverunt. Item pro executorio pro-cessu super eisdem gratiis facto. Summa hæc est vices quinqvies centena millia au-reorum: Hæc senatus Parisiensis.

Colligatur nunc illarum summarum summa, reperietur ad novies centena sex, & quadraginta millia, sexcentos sex, & sexaginta coronatos, & insuper unius coronati bessem: quæ tertia pars est ejus summa, quam Senatus Parisiensis demonstrat illo triennio Romanam esse delatam: nempe duo-decies centenūm & quadragenūm mil-lum coronatorum: sive, ut vernaculo ser-mone utamur, trium auri millionum, mi-nus centum sexaginta millibus: sive, ut Germani loquuntur, ad octo ferè & viginti auri tonnas.

Quin etiam compertum est, taxam vaca-tiarum descriptram in libris Camera de Ecclesiis cathedralibus & Abbatiz Galli-carum, taxatis tantum sexto quoque anno confidere summam sexcentorum nonaginta septem millium septingentarum quin-quadraginta librarum Gallicarum, extra præ-laturas non taxatas, & alia beneficia, quo-rum exactiones ferè illam summam ex-equant. Et erit quisquam in regiis Parlamē-tis Gallicis, qui hanc sive voraginem, sive potius Scyllam, Charybdim, gurgitem quo se animo ferre fatebitur? ac non potius, ubi tantarum summarum jacturam audierit, non illam immanem ac tetram bellum precibus omnibus detestabitur?

Ex sylva locorum communium, sub exitum Concilii Basiliensis edi-torum.

In illo libro ratio confectæ ejus pecunia est, quæ sub Papæ Martini V. Pontificatu ex so la Galliæ Romanam exportata est, excur-risse dicitur ad nonages centena aureorum coronatorum millia. Et miramur, cum dem illum supradictum Senatum Parisien-sen in iisdem postulatis, art. 71. graviter & acerbè queatum esse, tantam auri argenti;

postulatorum 62.

Antehac (inquit Senatus Parisiensis) populares regni hujus certatim concurrebant Romam, quorum alii Cardinalibus, & auxiliis inserviebant: alii nullius hominis familiæ mancipati, sed aliquæ spe vanâ illecti, suam parentumque suorum substantiam absumentebant, alii & hi quidem plurimi, coconfilio Romam migrabant, ut ceteris hic manentibus molestiam exhiberent, & Ecclesiæ beneficiaq; ab eis, quovquo jure & quæque injuria extorquerent.

Nam experimento compertum est, maximam eorum partem, qui hinc Romam proficiscicebatur, sive ob itineris periculum & molestiam, sive ob pestem, quæ Romæ crebro grastatur, mortem statim oppere solitos fuisse: qui verò ex his periculis incolumes evadebant, negotium faciebant senibus, valetudinariis, & aliis ejusmodi, qui in Ecclesiis & beneficiis suis erant aspidi. Ac se penumero contingebat, ut miseri homines in curiam Rom. citati, cum adversus istos calumniatores se defendere nequirent, præteritio & mortore vitam finire cogerentur,

Artic. 62. Plerique beneficiorum captatores, parentum & amicorum loculos exhauebant omnino, tandemque ad summam inopiam, atque adeo mendicitatem redigebantur. Nec verò ulla spe alia tantas perferebant miserias, nisi ut plumbum forte pro auro domum aliquando referrent, accidebatq; interdum, ut corvus inhians deluderetur, utq; plumbum auro emtum nihil planè aliud quam plumbum esset. Cum enim bullis suis plumbis considerent, interveniebat alius, qui annulationem aliquam ex insperato afferret, ac interdum decem aut duodecim ad idem beneficii anhelantes & acceptantes existebant. Ortâ vero lite inter eos, Romam deudo rectâ eundum erat litigandi causa. Sic omnibus pasim Romam confluentibus, regnum popularibus ac subditis miserabiliter destituebatur. Imper. Car. 5. PP. Paulio III.

pag. 505.

1542.

Miraculum.

Anno 1542. in Bilzen Bohemis oppido natus est infans similis imagini Christi crucifixi, aut pendens in cruce: qui collum contortum & in latus reflexum habuit, quemadmodum pingitur imago Filii Dei de cruce ablati, ut difficulter ipsi propter obliquitatem cibis ingeri potuerit: crux etiam transversa & inflexa habuit, quæ et si pluries se jungerentur & distenderentur, sua sponte tamen iterum coierunt, & ad priorem figuram sunt relapsa. Vixit aliquandiu Vitez Austriz, German. Chron.

Hoc & superiori anno Constantinopoli plurimi fuerunt lupi, qui magna dederunt multis civibus damna, & valde angustiarunt homines, ut vix quicquam exire domo vel redire domum incolinis potuerit. Igitur Clientum seu subditorum cura assumta, Turcicus Imperator moenia, fortalicia & valla munivit viris, & seqventi die ipsem præsens cum omnibus suis Ducibus & Magnatibus, & universis suis Satrapis, peditibus & equitibus de manè urbem totam ordine facto cincti, & ultimò lupos, quorum plus minus ducenti fuerant, in quendam angulum mœnorum compegit.

Tunc Wascha Mustafa distributo in ampliores series milite suo, volebat capere in corona lupos: hi autem, cum præsens animadverterent discriminem mortis, uno impetu manibus saltu superatis, urbe excellerunt, & postea nec in civitate, nec in finitimis ullus fuit conspectus amplius locis. Job. Fincl. ut sup.

Ostenta.

Anno Domini 1542. in Marchia & aliis locis tanta cicadarum fuit copia, ut in unus ferè cubiti altitudinem pasim per campos ex surrexerint strata. Multigenorum erant colorum, virides, flavæ, caruleæ, albæ, grisæ & atræ, & in tergo gerebant quandam speciem cuculli mouachais, cum quatuor aliis.

Hæ locustæ procul dubio fuerunt nunci spiritualium illarum locustarum (de quibus Apoc. 9.) hoc est, lesuitarum, qui ex montanis Tridentinæ, loco execrati illius Concilii, oriundi tunc tanta incrementa sumere, & omnem terrarum orbem miranda velocitate miseris modis tractare & possidere virulenter cooperunt. And. Ang. de mirabilibus mundi. Ut sup.

Mirum.

Quarto nonas Maji non procul à Pfortzheimio, in pago Zesenhusen, inter quartam & quintam post meridiem, ingens Cometa visus est, sua magnitudine lapidem molarem facile superans. Qui caudam suam adversus aquilonem dirigebat. Ex quo de super ignis instar magni Draconis descendens in terram, proximum rivum plane exhaustus, & inde in agrum quendam volitans, magnam frugum partem absufit, indeq; se recipiens in altum, harum rerum vestigia horrenda post se conspicenda reliquit.

Petrus Joan. Olivarius Valeting.

Hic scripsit librum de Prophetia & spiritu Prophetia, quæ sunt de Romana Ecclesia. vide ibi. Imp. Carolo 5. PP. Paulo ut sup.

1542

1542 *

1542

1542. Hic edidit Catechismum, super eo extat censura universitatis Colonensis, in quā affirmant, sacram scripturam esse veluti nāsum cēreum, qui in quamvis interpretatio neā flecti possit. Imp. Carolo 5. PP. Paulo 3. ut supra.

1542

Dira.

Anno 1542. Iunii decimo quarto, Budz horrenda admodum tempestas sevens, suo impetu fastigium turris ad sanctum Stephanum, ruptum, solutum, in campum Herculis, ubi commisso inter Regem Ludovicum & Turcas acri prælio, plurimi interierant Christiani, horrendo cum frage dejecti. Quam cum præstigiosus sacrificulus compescere sibi proposuisset, caputque ovis superstitione ritu ante se portans ad Missam in templo celebrandam festinaret: turbo veltemenseum unā cum ovis capite in sublimē arreptum ē conspectu omnium abstulit, ut nunquam suorum oculis postea fuerit redditus. Finc. Imp. Car. 5. PP. Paulo 3. ut sup.

1543. *Ex libro, cui titulus est Prognosē confinis mundi.*

Primum quod dicit multos suo nomine venturos, qui dicarent, Ego sum Christus: Qvando, in quibus id factum est, nisi in Papa? qui se palam pro Christo ac nostro in terris Deo ostentavit, id quod ante fecit nemo. Nam ut illud obiter moneam, In nomine Christi venire, ac se Christum dicere, nihil aliud est, quam Christi regnum titulo, ut sic dicam, Vicarius usurpare, quod qvi facit, hunc vulgo Locum tenebentem vocant, aut clare & recte Christi vicarium. Qvod ut ex professo fecit Papa, ita nemo fecit præter Papam.

Quod porro Multos dicit venturos, ad numerum Paparum pertinet, non ad Papæ personam, quæ unatantum fuit. Unde & hoc clarum esse potest, de Simone Mago hunc locum non esse intelligendum: dicit enim Multos. Adde etiam, quod iste non dixerit, se Christum esse, sed Magnum aliquem, quemadmodum id acta testantur. Quod autem virtus Dei dicebatur, id nominis ipse sibi non tribuebat, sed populus illuminata vocabat. Dominus autem dicit, hos Pseudochristos, ipsos se se mentituros esse Christum. Sed neq; quilibet Dei virtus dicta Christus est.

Pseudochristi igitur isti, soli Papæ sunt. Per Pseudoprophetas intelligit quoscunq; falsos doctores. Stat igitur, hanc Pseudochristorum agnitionem per Lutheri Evangelium factam, finis seculi proguo-

hoc est, mentirentur: Ego sum Christus. Id primus, quantum ad significatiōem per Evangelion factam attinet, sine qua, ut dixi, signa non sunt signa, fecit Leo, deinde Adrianus, postremo au tein Clemens, & quotquot postea secuti sunt & sequentur.

*Laurentius Douer Concionator
in Stasfurt.*

Ad hunc Concionatorem aliquando diabolus venit templum, confessurus ei sua peccata. Ibi postquam acriter utrinque dicatum verbis, & Diabolus ex verbo Dei fuisset convictus, indignatus cesit, terriuo post se reliquo foro, Imp. & Papa ut sup.

Hieronymus Cardanus, de Dæmonib⁹.

Verū sunt alia hujus rei experimenta. Placet autem duo ex Erasmo Roterdamo, viro docto & minime superstitione, ut etiam in spectro talia irriserit ubertim, ex Epistolis suis subjungere.

Oppidum, de quo tibi narratum est, Germanis dicitur Schiltach. Abest à Friburgo octo millibus Germanicis magnis, de quo an omnia vera sint, quz vulgo ja ciantur, non ausim affirmare. Illud nimis verum est, totum subito conflagrassit: mulierem confessam: suppicio affectam. Conflagratio accidit quarto Idus Aprilis, qui dies erat Iovis ante Pascha, anno à CHRISTO passo M. D. XXXIII. Quidam ejus oppidi cives, apud hujus urbis Magistratum, rem ita gestam, pro comperto narrarunt, qvemadmodum mihi retulit Henricus Glareanus, qvantum meminisse possum.

Dæmonib⁹ signum dedit ē quadam ædium parte. Caupo suspicans esse furem, ascendit, neminem reperit. Sed idem signum rursus altiore cœnaculo redditum. Et hoc concidit caupo, furem perfervens. Cum nec illic quisquam appareret, sibilus auditus est ē fastigio fumarii. Illico tetigit cauponis animum, esse dæmoniacum quiddam: jubet suos ēsse præsenti animo. Aceiti sunt sacerdotes duo, adhibitus exorcismus. Respondit, se ēsse dæmonem.

Rogatus quid illic ageret, ait, se velle exuere oppidum. Ministrantibus sacrificis, respondit: se pro nihilo ducere minas illorum, quod alter esset scortator, uterq; fur. Aliquantò post, mulierculam, qvi cum habuerat confuetudinem annis quatuordecim: cum interim illa qvotannis & confiteretur, & acciperet eucharistiam:

exstum est. Imperat. Carolo 5. Papa
Paulo 3.

Idem. Franciscus Mirandula se agnoscit scribit Sacerdotem Benedictum Bernam, etatis annorum septuaginta quinque, qui annis plus quam quadraginta cum Demone familiariter, sub forma feminæ associato concubebat, in forum deducebat, alloquiebatur, adeo, ut astantes, qui nihil videbant, cum profatu haberent. Vocavit autem illam Hermelinam, quasi mulier esset.

Alium quoque Pinnetum (ait) nomine novi (qui ad octoginta & amplius annos pervenerat) cum Demone alio, (qui multe briiforma videbatur, vocabatque eam Florinæ nomine) plus quadraginta annis ventreas voluptates exercebat.

* Idem. An. 1542. iu Ducato Wirtembergico horrenda imagines, & inter eas etiam virge vel faces, celerrimo motu hinc inde in celo ferrivis sunt.

Idem Sacerdos quidam confessus, se arcana in sacrificiis non protulisse: consecratum munus mulierculis ad beneficia prebuisse, pueris sanguinem exsuxisse, penas dedit An. 1435.

Idem lib. 8. cap. 43. de terum var. Cuidam monacho Carmelitani ordinis, per annos tredecim perpetuos evenit, ut quoties capitum reduceret ad occiput, scintillæ ignis è capillis erumperent. Si de die illud visum, mirum est, si de nocte, non niam ego simile exemplum novi.

Superstitiones ad fissendum sanguinem, ex eodem.

Te per eum sanguis, quo perfidus occidit anguis,

Et sanguis cuius mundi precium fuit hujus Adjuro: ecce, vena, uelnare repressa.

Aliud ad fissendum sanguinem.

Sanguis & liquor stet in te, in nomine Patris,

Sicut & Christus mansit in se inter patrem nostrum.

Sanguis & liquor stet in sua venâ,

Sicut & Christus stetit in sua pâna.

Sanguis & liquor stet jam fixus,

Sicut & Christus stetit crucifixus.

pag. 303. Idem. Quarto nonas Maii Anno 1543. non procul à Pfortzheimio Marchionis Badensis haud ignobili oppido, in pago Zesenhusen inter quartam & quintam post meridiem, ingens Cometa visus est, sua magnitudine lanidem molarem facile su-

am. Anno superiore Magduni (id est opidulum haud ita procul ab Aurelia) maleficus quispiam decessimus uxori mandat, ut quicquid esset apud se librorum magorum, reliquaque ejus sacri arma, civi cuidam Aureliano tradat, propediem videlicet petitur, quod hunc sceleris constium ac participem habuisset. Is huc omnia Aurelia transfert.

Iam ipse Sacerdos domi sue plus triennium nephandum facrum, & quavis idolorum execratus, non insciente uxore, filia virginem etiam adjurante peragit. Quibus vero ceremoniis, quo ritu sacrilegium hoc constituerit, paucis referam ita, ut a certissimis hominibus acceperit.

Corpus illud adorandum vindicis nostris Iesu in pyxidula quædam saligna conditum sub lecti stramentis abdiderat. O divinam patientiam! mihi referenti trigidus horror membra quatit. Id ante triennium à sacrificio quopiam famelico & impio (cujusmodi hic est nimis magna copia) fuerat mercatus, & quidem minoris opinior, quam olim Iudei Christum, ut celestissimus ille sacerdos Iudam nobis non retulerit solum, sed etiam viceire, & illum quidem (rumor est) subitanea morte impietatis penas dedisse.

Ergo quoties beneficus ille rem non divinam sed diabolicaam facturus esset, depromebatur prophanis maibus coeleste mysterium, atque è stramentis crutum nudatumque exponebatur. Filia puella, neque dum virum passa,ensem nudum manus sublata tenebat, quod id muneris nisi à virginе obiri ritè non posset, macronem in sacrum illud corpus intentans, scilicet minitanti similis. Tum caput quoddam proferebatur, ex nescio qua materiâ, tricipitac facie colatum, nempe monadem illam triiformem, & triadem uniformem representans. Id novies reducto ambitu cingebatur.

In his mille figure Thau, inauditis Angelorum nominibus inscriptæ, postea totidem ambitus, cacodemontum horrendis vocabulis distincti. His ita compotis, malefici Antistites explicitis libris, excratis illis precibus, Hecate dictante, primum adorandam triadem & Angelorum quæplurimos suo quoque choro, deinde cacodemontum sexcenta nomina citat, neq; finis, donec demon ille presto sit, pressaque vocanti responderet. Is erat ingenium thesaurorum aut opifex, aut certe monstrator.

Promiserat se celestus ille sacrificio suo Perficos montes, largitus etiam non nihil sed adeo infra spem, ut virum jam operæ quippe triennis, cœperit penitere. Itaque promissorum suum solitis preciominibus

ceremoniis, quod hominem literis præditū desideraret, quem si nancisci posset, se thesauros indicaturum, omnium votis ampliores. Simulq; percuntanti, quis esset ad eam rem potissimum adscendens, invadet, pri- onem querdam vicini monasterii adeat, & cautim virum pertenter.

Est vero hic Theologiz. Baccalaureus, ut vocant, formatus, apud vulgus opinione non incelebri & concionator non omnino pessimus. Sed haud etiam conjectura conseqvor, quid genius ille malus captarit, ut ne sacerdotem suum jamiam ad defec- tionem spectantem, rectā in perniciē induceret: an quod serio sibi promiserit, theologi- mentem præmii propositi magnitudine posse corrūpi, hac opinor fiduciā quod, ut divinitus scripsit Maro:

Quid non martialia pectora cogis, Auri- fera famē?

Verum hoc qvidem in medio relinqvimus.
Reliquā vide apud authorem.

Idem. In Orphanotrophio, Anno Dom. 1554. Romæ omnes pueri (erant autem circiter 70.) nocte unā facti sunt dæmoniaci, nec ulla usque nunc, cum jam exacti sint duo anni, curari potuit. Causa igitur ex halitu loci provenire potest, aut ex aquā. Aqua enim pilos & humores mutat, potest & esse dolis.

Sic novi virum, qui puer per sex & amplius annos, dæmonem se videre simulavit, tam ut liberius viveret, cum ut homines in sui admirationem traheret, atq; etiam sic effreni voluptati operam daret.

Multa contingent in hominibus, sed si quis obfirmato animo secum reputet, talia omnia esse vana & dolis plena, facile subolebit fucos. At dæmone corripi, aut insaniare, quis vanum non esse dubitat? utinam esset: Si ergo hoc absq; fuco contigit, futurorum temporum & Antistitum improbitatem declarat. Nam sicut innoxia zetas in pessimum exemplum transiit, ita qui præesse debent religioni, in improbum sensum tradentur. Unde non solum exescrandi explodentur & irridebuntur, sed etiam damnabuntur.

5544 De Carolo V. cum Romam ex victoria Africana venisset.

Cum Carolus 5. Imperat, ex Africā, am- plissimā potitus victoriā, reversus, Romam concessisset, supplicemque se ad Pontifi- cis pedes abjecisset humiliè: in peren- nem glorioſi facti memoriam, Papa (Paulus III.) ei in templo sancti Petri & Castro sancti Angeli hoc depingi, inque

Ille triumphavit, sed tu plus, Paule, triumphas,
Victor namque tuis oscula dat pe-
dibus.

Franciscus Encenas.

In Brabantia Rochus, ingeniosissimus artifex imaginum sculptorū vixit. Quodam autem tempore Mariæ virginis effigiem elaboratissimè factam, artis ostendendæ gratiā, ad parietem proſtituit. Qvam ubi contuitus quidam è proceribus esset, inquit, quanti imago ifta confit? Artifex, ut justum videbatur, certum imponit precium: ille renuere, & viridiū addere. Magister autem operis, si hoc pacto, inquit, id vendere vellem, non suppeteret mihi, unde aqvam vitui meo acqvirerem.

Tamen, ait ille, dabis mihi effigiem, etiā plus non recipias: tantum, respondit arti- fex, si erogaveris, habebis utique, alio modo potius imaginem totam comminuc- rem. Quid, inquit Dominus, cu illam fran- geres? Quidni vero? dicit artifex, simulq; arrepto qvodom instrumento, faciem simu- lachri laedit. Hic continuo Rochus abripi- tur, & carceri mancipatur.

Multis iacuanti iniuriam istam, & pri- vilegium, qvod in opera sua artifices ha- bent, adducenti, nihil respondeatur: sed triduo post erecto, rogo Rochus iste, ut qui Mariam laferit, igne comburitur. De hoc etiam Ludovicus Rabus in vita Martyrum. Imperatore Carolo 5. Pp. Paule 3. ut suprà,

Portentosa,

In multis Germaniæ locis magna ite- rum (ut Fincelius refert) locustarum copia infestavit agros, hoc anno. Erant autem inusitatæ speciei, cucullatæ videlicet instar monachorum, gilvo ac subnigro colore permixtæ.

In Saxoniâ mense Februario infans da- tus est horrendo asperetu, corpore quidem integro & bene compacto, sed contusis, la- ceratis, atq; laxatis membris omnibus, excepto capite oblongo ac quasi Turcico pileo insignito.

In Polonia vigesimo nono Martii circa horam octav. antemeridianam, horrendum fulmen de celo ja&tum, universam Poloni- am commovit. Mox apparuere tres puni- cei coloris cruces in celo, inter quas cataphractus miles flammeo gladio contra ex- exercitum sibi oppositum pugnavit ac vicit,

paruere demum tres irides cum suis coloribus, qvibus Angelus alatus insedit, ad dimidium horæ omnibus conspicuus, qui tamen deinde cum reliquis, continuo oubum concursu evanuit. Fincelius de miraculis post renatum Evangelium. Imp. Car. 5. Papa Paulo 3.

1544. *Vidus Vidius Junior de curat.*
membr. l. II. cap. 2.

Nos olim in Agro Barchinonensi in cadavere religiosissimi Monachi, à pleurite & pestilentie febre abrepti, cuius testes in adolescentia (ut ipse adhuc vivens tangit) inauditum quippiam nobis retulit licet moderatam magnitudinem à natura suis sent adepti, nihilominus processu temporis, ob votum castitatis inviolabiliter ab eo per multos annos observatum, fere penitus contabueré, (exemplum rarum) vasaque spermatica ejusdem Monachi, una cum semine ejus redundantem, adeo aruere, ut cum ejus cadaver secaretur, exficatorum nervorum, seu duriorum ligamentorum potius imaginem p̄ se ferret. Imp. Carolo V. Papa Paulo 3.

1544. * *Monstrum fatidicum.*

In die Conversionis Pauli in Belgico (littere non desint, qui Cracoviæ scribant) nat⁹ est infans ex honestis & nobilibus parentibus, teter admodum & horribilis aspectu, flammeis oculis & radiantibus, ore naribusque bovoris, cornu figura exertis ac prominentibus, dorso pilis caninis hispido, simiarum faciebus in pectore extantibus, quæ mammarum locus, oculis felium subtus umbilicum hypogastrio adfixis, terris ac minacibus canum capitibus ad utrumque cubitum, & pedis utriusque patellam antrosum sp&antibus, σεγανός, & σερανόχεις, figura pedum cygni, cauda sursum reflexa & recurva, longitudine ulne dimidiæ, editus in lucem quatuor horas vixisse, & tandem his emissis vocibus, Vigilate, Dominus Deus vester adventat, expirasse dicitur. Hoc monstrum describit Casparus Peucerus de Teratoscop. & Munsterus noster in Cosmographicis, elegantissimo autem carmine Casparus Bruschus. Imperatore & Papa ut sup.

1544. *Prodigium.*

Heydelberge ad Neccarum flumen die Pentecostes, nati infantes duo conjuncti, & masculi, duobus corporibus ventre conglutinati, duabus capitibus, quatuor manus & pedibus, ex matre Catharinæ, na-

em unum cum dimidio. Defunctorum vero à medicis membris interioribus per se cationem visis, cor tantum unum inventum est. Imp. & Papa U.S.

Hieronymus Montanus de Med. 1544.
Theoreti l. I. c. 6.

Ipse novi (inquit) Hermaphroditum, qui sexus muliebris putabatur, viroq; nupserat: cui filios aliquot, & filias peperit: sed nihilominus ancillas comprimere, & in his generare solebat. Imperatore & Papa ut supra.

Ominosa.

1544

Altero die post Pentecosten in Silesia hæc visæ sunt imagines. Duxit ab Oriente insignem aciem Urius, cui ab occatu Leo armata manu occurrit, intra exercitum utruque lucidissima stele emicuit: mœx congressi inter se, utrinq; dimicarunt acriter, ut distillare ex fauciatis corporibus saugvis ubertim, & ex anima concidere videbentur cælorum cadavera. Inter præliandum Aqvila ex præcessâ rupe supra copias Leonis sese vibrare alarum remigio via est.

Ubi depugnatum esset, quasi diremto certamine, Leo rursus inter suas effulgit cohortes, ut si nulla apparuit species, sed prostrata & sparsa jacuerunt cadavera, quæ alter exercitus constiterat, quibus adiitirebunt senes canicie spectabiles & venerandi. Finito prælio, reduxit exercitum ab occasu Leo, quo aliquo usq; progresso, quidam albo & ornato vētus eqvo, & copiis rediit ad pugnæ locum, atq; in eum equum Juvenem cataphractum ibi stantem colloavit, & versus ortum procedentem comitatus, cum cæteris speciebus evanuit. Peucer. Lyco. Ut sup.

1546. *Ioannes Avene Rubeaqvensis.*

Hic transtulit ex Gallicâ lingua librum cuiusdam Anonymi, de Repugnantia doctrinæ CHRISTI ac Romani Pontificis inscriptum, in quo demonstratur per anathesin, Pontificum doctrinam & vitam non tantum facio sancto Christi Evangelio non consentaneam, sed extra Dei verbum ac ab hominibus saltem traditam atq; confitam esse. Imper. Carolo 5. Papa Paulo 3. ut sup.

1546. *Alphonsus à Castro Zamorensis,*
Minorita de Heresibus.

Omnes, inquit, hæreses ac errores irreprobisse in Ecclesiam ob hanc causam: exod facram Scripturam peregrinis & o-

Idem scriptus & librum de hereticis, & de justa eorum punitione : & adversus omnes heres. Extant autem etiam Ambrosii de Vignate, Francisci Bechiae, Joannis Lopes, & Pauli Chirlandi libri de hereticis & heresi.

Idem sacrificè commendat Reges populumque Hispaniæ, atque hoc nomine summis extollit laudibus : quod nempe per omnem vitam à tectione sacrarum literarum, veluti à peste, abhorreant & abstineant. Novum hoc est, & inusitatum certe laudandi genus.

1546

Eduardus Hallus libro 8.

Anno Domini 1540. ac die 28. Maji, David Betonius Scotus, Archiepiscopus & Cardinalis, in cathedrali Ecclesiæ urbis S. Andreæ, Primas regni Scotiæ, Capitulo loco, cum episcopis, abbatis, prioribus, prepositis, doctoribus, fraterculis, scribis & aliis Antichristi ministris, pro tribunali, ut vocant, in pestilentie cathedralia sedens, quendam militaris ordinis viuum nobilem, Joannem Borthunyck hereticos damnavit, ob sequentium articulorum assertiones.

Dixerat enim dictus dominus Joannes primo, quod Romanus Pontifex majoris auctoritatis non esset, quam alius quisquam episcopus aut sacrificus. 2. Quod ejus indulgentie res essent nihil, nisi sint decipiendarum animarum instrumenta. 3. Quod Papa sit spiritualium rerum venditor, & Simoniacus. 4. Quod matrimonia contrahere ex DEI verbo etiam sacrificis ac monachis liceret. 5. Quod Angelorum liturgia nova laudabilis sit, & à Christianis servanda. 6. Quod Scotiæ populus à suo Clero sit excusat. 7. Quod Ecclesiastici temporalibus non gauderent. 8. Quod Rex Scotiæ debaret in piis usus suarum ecclesiarum preventus convertere. 9. Quod scotorum ecclesiæ Anglico more deberent gubernari. 10. Quod Episcoporum canones & decreta nullius sint valoris. 11. Quod sectæ monasticae, ut monstra de forma, tolli debeant, sicut in Anglia. 12. Quod hereticorum (ut vocant) libros haberet, utpote novum Christi testamentum in Anglico sermone, Oecolampodium, Melanchthonem, & Erasmum, cum unione dissidentium. 13. Quod pertinax sit in istis assertiōibus, & Romanæ ecclesiæ obedire nolit.

Pro his articulis non solum hereticus, sed & heresiarcha ab hoc Cardinale simul adjudicatus ac damnatus est. Imaginemque ejus fieri precepit, & in foro publico ignis fuisse.

Sexto post anno, eodem mense, id. 8 hora eadem, occisus prefatus Cardinalis quibusdam nobilibus ejusdem cum nobili concremato familiæ, qui castrum ejus 23. Maii intrabant, evaginatisq; gladiis ilum interiuebant, ac tandem Cardinalitii ordinis insigniis ornatum ad murum suspenderunt. Imper. Carolo quinto Papa Paulus tertio ut sup.

Bernardus Saccus, patritius papae Papiensis.

Scriptis libros novem de rerum Italorum varietate & elegantia, inter quos septimum ita incipit: Lugubris mihi oratio incunda esset, flebilique stylo repetendum Italiz excidium, quod non tam humano consilio, aut casu, quam Divina providentia hoc seculo patratum fuit, Italicis januariis animis, moribus que ocio, luxuque corruptis, nimisque idcirco, nimis in religione & virtute labantibus: sed videamus, num Religionis debitum honor ab Italibus DEO praestitus fuit?

Respondeo, minime quidem. Ab ortu enim Christi, tot annis, vix sexaginta annis viguisse religionem reperies. Atque quod est detestabilius, adorationis honor, qui solidi Deo impendendus erat, nephario Principum, ac populorum ascensu, ipsis Principibus attributus fuit, Divique illi non solum post fata, sed etiam dum in scelerum foeditate viverent, appellati sunt, Deo ipso palam posthabito.

Idem. Nisi aliquando Romanorum imperatio concidisset, sceptri quidecum eternitatem sibi soli Roma, & non divinis potestatis arrogasset.

Idem. Omnis origo Romani domini in Ecclesiæ constituti, ab Exarchi ejectione potius, quam a Constantini largitione initium habuit.

Quod in fure nullus sit ordo, nulla methodus, sed mera confusio: Protestatio eiusdem.

Nec illa juris compositione, quam aliqui mirantur & celebrant, digna commendatione est. Ordo enim rerum omissus in componendis legibus fuit. Realia passim cum personalibus, Civilia jura cum iis, quæ juris gentium sunt, Praetoria cum aliis, & c contraria immiscentur. De acquirendo rerum dominio & possessione, quæ sunt prima hominum jura, in extremis ferme Digestorum partibus translata leguntur, de rerum divisione Titulo preposito, longeque collocato.

Idem quod uni Titulo five inscriptioni subjiciendum erat, procul ab eo alibi referatur. Propter quod in multis libris internorum

jure Filci, de re militari, de Decurionibus, & alia, privatorum obligationibus postponuntur, quæ mallo aptius conjungenda videbantur cum juribus ad publicas personas referendis, ubi stratur de Senatoribus, de officio Consulis, Praefecti urbis, Questorum, Praetoris, & aliorum Magistratum.

Denique ut agnoscas inconditum, atque inordinatum opus in ipso Digestorum limine, inspicere licet Titulum primum de origine juris, Paragrapho, Juris Civilis scientiam, ubi, cum proponuntur enumerandi Juris Scriptores, quinquaginta viri omnittuntur, à quibus major Digestorum pars confecta fuit. Istorum enim virorum mentio habenda in illa enarratione fuerat, ut eorum industria ac disciplina ratio exigebar.

Plura alia referre possem, ad indicandum operis Justinianæ incompositionem. A qua demum effectum est, ut fuerit necessaria posteriorum cura, atque sedulitas, in conjungendis Codicis & Autenticorum innovationibus cum Digestorum juribus, in multis abrogatis, & in distingendo casus, sive propositiones aut similitudine parcs, aut ex parte dissimiles, & in iis conciliandis, in quibus vis contradictionis inesse apparuit. Quo quidem in negotio Aetius Bononiensis, vulgo Azo dictus, diligens Scriptor fuit, & scilicet Tribuniano & aliis collegis ejus doctorem in eo munere obcundo probavit.

Sed heu infelix nimis sculorum status juris scriptoribus fuit. Mille enim, vel paulo minus anni intercesserunt à Justiniani Imperio ad CAROLUM QUINTUM Imperatorem, in quibus vix quisquam ex Imperatoribus in Juris communis volumina detergenda oculos vertit, sed suo quisque arbitrio in subjectis provinciis leges tulit Iuri communi adversantes. Hinc Scriptorum copia crevit, crevitque simul dissensio, casuum etiam varietas, ac multitudine excrevit. Rerum deinde, & personarum, Principatum, ac Regnorum immunitatio subsecuta, multa ademit, vertitque in diversum.

Pontificum quoque Romanorum scita, canones, interdictaque, plura subverterunt, aliaque immensa introduxere volumina. Populorum denique jura, quæ municipalia vocant, suam similiter copiam, ac variationem effuderunt. Quæ quidem omnia juris peritiam in opinionum certamina deduxerunt. Unde communis opinio dicta illa est, quæ numero, non quæ sensu præstantior appareat, hinc etiam consilia peti scribi, edique necesse fuit. Tandemque juris

tis, non iolum Justiniani causa, sed etiam successorum, possumus, qui expurgandis desvetis antiquatisque juribus, peritos viros sua quicunque etate non adhibuerunt: sed Imperatorum culpam leviorem facit Pontificum injuria, qui suum jus Pontificium in simili fermè rerum commixtione palli sunt versari.

Nemo tamen hæc legens, deterreatur à juris facultate agnoscenda, quoniam ingeniop. 5.3 præditis, studiumque adhibentibus scientiæ, etiam confusa, in lucem vertuntur: & quamvis plurima circumferantur Jura Regnorum, & Populorum, Juri communi adversantia, attamen ad istius Julis fontes peritiae causâ descendere oportet. Ab eo enim rerum, & personarum, obligationum, actionum, exceptionumque capita five argumenta elicimus. Ab eo petimus regulas contractum, successionum, substitutionum, legatorum, Dotium, Alimentorum, & cetera ad impuberis spectantia. Ab eo divisiones bonorum facere, servitutes constituez, & communionem inter socios necesterem dicimus.

Quisquis igitur istius facultatis penetralia adire optat, minimè difficultates à me enarratas pertimescat, tibeat laborem virtute Duce, labor enim virorum est, quem sequitur oblectatio cognitæ disciplinæ, disciplinæ autem cognitionem sequitur præstantia animi, quæ quis honorificentia dignus efficitur. Cum unus peritus plurascire videatur, quam universa civitas, illum unum omnes adeunt, consulunt, audiuntque.

Ludovicus olim, me puer, Gallorum Rex, & Mediolani Dux, Jasonis Maioritatem commotus, Papiz moram fecit, ut tandem virum iuralegentem audiret. Ingreditusque Auditorium manu silentium indixit, vetuitque, scholasticos juvenes loco cedere. Sedit itaque Rex quasi unus ex illis, centum illic astantibus nobilissimis Proceribus. Auditum deinde Jasonem commendavit, sociumque sibi adesse à latere, operto capite, in egressu honoris causa eccegit. Togæque aurata, id est, auro filo contextæ, munere ipsum honestavit.

Vide igitur, quid unius viri præstantia in orbe possit, quando Regi Francorum in Italia Jurisperitum audire jucundum fit. Commodè quoque Juris facultas, exhibito ordine, percipi poterit scribendi cura adiecta, de qua alibi fortasse aptius.

Prodigiæ.

In Daniâ hoc anno non procul à Copenhagen, præclaro oppido, captus est piscis marius capite humano, sed instar

Scripsit de undarum in Pannonia miraculis, & de fonte, cuius aqua ferri consumandi vis ineft. Imper. Car. 5. Papa Paulus ut sup.

Portentum.

Calendis Octobris ejusdem anni in Saxonie manè circa solis Orientem visa est in celo tumba mortui, atro panno testa, superimposito panno rufi coloris cruciformi, quam præcesserunt lugubri vestitu ornati viri sex: secuti autem sunt homines infinitæ multitudinis, alacres, plaudentes, ovantes, ac jubilantes, & cum tubis, lituisque tantum strepitum atque sonum edentes, ut clangor etiam ab incolis facile sit auditus: quidamq; putaverint, fieri hoc in ipsa urbe Witteberga.

Dum autem hic solemnis processus funebris duravit, pannus ater cruce rubra pictus evanuit, & ejus loco in tumba apparuit pañus candidissimus & mundissimus. Deinde visus est miles cataphractus, loricatus, & armis totus testus, horrendo spectu: is gladio evaginato pañum album aliquaque parte secuit, ac deinde, quod reliquum erat, ambabus manibus in duas partes dilaceravit, & circa dextrum suum brachium circumvolvit: postmodum cum omnibus ab hominum visu sublatus est. Imp. Car. 5. Papa. Paulo 3.

Monstra.

Ante bellum Germanicum, quod Carolus quintus Imperator adversus ducem Saxonie & federatos geslit, natus est infans in pago quodam Francorum, quo exempto ex alvo matris, culter jacuit in ventre, emiens cuspidem extra ventrem, qui & paulatim facta suppuratione extractus est. Omnes judicarunt, bellum civile significari, mutuasque civium inter se cedes, qui velut in viscera sua ferrum postea trinxerunt. Fritsch. Lyco. Ut sup.

pag. 514.

1547.

Ominosum.

* Dic 24. Aprilis non tantum in Saxonie, Turingia, Misnia: sed apud nos etiam in Helvetia, Sol non tristi modo, sed planè sanguinolento vultu ad quatror fere integras horas, magno multorum stupore, visus est. Quem diem cum in Calend. meum historicum annotasse, deprehendi possem, eodem die Joannem Fridericum Saxonie Principem, sanctissimum atque constantissimum in fide heroem, ad Mylbergam à Cæsare in clade cruentâ captus esse. Lyco, Imp. Car. 5. Papa. Paulo 3.

1547.

Consul Papista.

Cum Christiani degentes Hoxter, de captivitate Principis illius Friderici Electoris dolorem conciperent, ut obortis lacrymis gemerent: tum ibi consul hoc eos sarcasmo ridebat: En, iniquens, o vos cruduli, ubi jam religio & Sacramenta vestra? Hisque se domum conferebat, defecato planè animo, siveque secesserat quendam ad epulas invitabat. Ac vero noctu Deus illi imparat lethum & ineluctabile fatum

Prodigiosum.

Hoc anno die S. Mariæ Magdalena, id. Julii, in Helvetia & alibi conspectum est prodigium circa vesperam diei, sole nondum Horizontem sublapso, quod ad noctem usque duravit.

Erat crux alba, ejus infima pars vertebratur contra Orientem & Meridiem, & delinebat (in longitudinem extensa,) in speciem virginis seu flabelli, quod flabellum scel magis flectebat ad Orientem quam ad Austrum. Interea ex montibus utrinque fitis prodierunt duo Iones fulvi, egregiæ formæ: unus à regione meridionali, alter boreali: & cum congregari ad crucem pervenisse, ibi fixo gradu se se invicem conruebantur.

Stante autem sic immito Leone Australi, Leo Borealis paulatim processit contra illum, tandemq; audacter aggressus est, & invaserat, eq; caput de corpore mordicus & vulsum: & truncum secum abripuit iterum versus Boream, unde processerat, & sic dissipauit. Interea è regione supra crucem paulatim prodiere duo exercitus militum:

inutuo recesserunt : & qvilibet ad locum ex qvo venerat, denuo se recepit, siccq; ambo evanuerunt. Crux autem ad ingruentem usq; noctem permanxit. Valent. Myntzer Fuldensis in Chronographia.

1547

Mirandum.

Augustani proceres ubi de sibi confederati Principis Electoris Joannis Friderici vinculis audivere : inqve lētitiz signum tormenta bellica & sclopeta gratulabundi displosere : continuo propugnacula qvādam munitionesq; ac plurimz domus & ædificia, nemine turbante, corruebre.

Sed & Joannes Eislebius qvoq; tunc plurimis atrocibus & blasphemis utebatur cavillis, contra eundem pium Principem Joannem. Verum haud impunē tulit. Ostendit enim Deus judicium suum mirabilē qvodam morbo cuiusdam famuli, qvo morbo invalecente, subinde clamavit iste : Vz Cælari ! Vz Eyslebio : vztibi N. & N. & N. vzt omnibus proditoribus & hostibus innocentis Electoris ! & hæc iterum atq; iterum reperens, horrendam mortem operiit. Spangenb. Imp. & Papa ut sup.

1547.

Joan. Guib. Saxo Princeps.

Eulgatis literis monuit suos, ut sibi diligenter caverent. Nuper enim non procul à Vinariâ oppido Turingiæ, comprehensum esse qvendam, ex suspicione Italum, qui, sibi & non nullis aliis Romæ datum esse pecuniam, fateatur, nomine Pontificis, ut incendio & veneno, quantum omnino posse, per Germaniam damni darent. Imp. & Papa ut sup.

1547.

Thomas Stybarus in historica narratione de vita Joannis Friderici Electoris Ducis Saxonie.

Anno 1530. cum Joannes Fridericus una cum D. suo parente comitiis interfuisset: disputabant Sacerdotes de Sacramento, nempe de verbis Christi: Bibite ex hoc omnes. Et cum D. Eccius mordicus suam opinionem defenderet: Christum solummodo initiatis Sacerdotibus, non autem Laicis utramque speciem concessisse: tunc è Principibus qvidam primarius vocabulum illud OMNES natibus ejus admovit, qvo obtainere volebat, Christum omnibus suis discipulis utramque speciem instituisse, velut & Ecclesia Corinthiaca cœna Domini postmodum ufa est : Eccius tamen vocabulum omnes ad unctos faltem sacerdotes detorfit.

etiam habetur: Mundi estis, sed non Omnes: seqvitur ergo, & hoc solum Sacerdotes concernere, ideoq; eos esse nequam, nebulones, & nefarios, concluditur. Sic ergo Sacrificorum plus qvām asinam ruditatem confudit, & eorum stoliditatem omnibus deridendam propinavit.

Iisdem in comitiis, cum inter seqvestros articulus de invocatione Sanctorum ageretur: D. Eccius dictum Gen. 48. protulit, ubi Jacob de Ephraim & Manasse inquit: Et invocetur nomen meum super pueros istos. Et cum post multa verba M. Philippi, D. Joannes Brentius fortè dixisset: Nihil in sacris literis de invocatione sanctorum extare: ad hæc D. Cochlaeus prorumpit, rei succurrere volens, tanquam profundæ cogitationis vir, dicit: Qvōd in veteri Testamento Sancti non invocati fuerint, id in causa esse, qvod sancti tunc temporis nondum in cœlo, sed in vestibulo inferni fuerint.

Tum Princeps Joannes Fridericus retia contrahens, & utrumq; Cochlaeum & Eccium vanitatis convincens, Eccio dicit: En tibi perbellè defensum tuum dictum, qvod ex veteri Testamento de Jacobo protulisti. Imper. Carolo quinto Papa Paullo 3.

Idem. Cum in alterum iam annum belum Smalcaldense protraheretur, anno 1547. pietissimus Elector Joan. Fridericus Dux Saxonie ante Mylburgum in castris, quarta die Aprilis obrutus & captus fuit, & ut fama fert, proditione id factum est, sicut de his in libello qvodam legi: qvod Elector optimus praesenserit, & dixerit: Beatus ego sum Christo. Christus enim unum solummodo proditorem secum accubetem habuit, ego plurimos in eis mensæ mecum affidentes habui.

Idem. Carolum V. Imperatorem saepenumero doluisse & pœnituisse, perhibent, qvod se instigari & exacerbari adversus omni laude dignissimum Electorem Joannem Fridericum passus fuerit. Nam cum Imperiale magistratum abdicasset, & ejus administrationem fratri suo Ferdinando Regi commisisset, in Hispaniam concessit, & in regiâ suâ juxta monasterium qvoddam vitam consumpsit. Ibi tunc omnes suas res gestas in mappis depingi, quarum viginti aut plures fuere, curasse ajunt, qvas mappas in monasterio parietibus circuitus affigie fecit.

Et in istum circuitum monasterii illius sepe se, ac si expatiaretur, deportari jussit, & ibidem præ mappis pictis sedet, secundq; ipse recoluit, qvid in expeditionibus, obsessionibus, aciebus, & alibi acciderit, qvos duces belli, qvos centuriones & eqvi-

Pag. 516.

mens & suspirans dixit: Hunc si reliquias
sem, qualis fuerat, manifissim & ego, qualis
eram. Et verum dixit. Nam ex eo, quo
Dux hic laudatissimus captus est, paru for-
tunæ & victoriæ ab hostibus reportavit.

* Idem. Anno 1547. statim à clade & ca-
ptivitate excellentissimi Electoris Joannis
Friderici Ducis Saxonie, Canonici Zeit-
zenes Misere supra modum jubilaverunt,
plauferunt: & in templum concurrerunt,
hymnumque Te Deum laudamus, de canta-
verunt propter stragem & captivationem
hujus præstantissimi septenviri Electora-
lis. Tum Deus justissimus vindicta, in mali-
gnorum & perversorum illorum hominum
Ἐπιχαρεσκεία exemplum statuit,
manifesto que signo, se abominari pravo-
rum gaudia, declaravit. Actum enim
templum illud de cœlo fulmine tactum, &
incendio correptum est: & desuper omnia
edificia in cinerem redacta sunt: campanæ
& organa musicalia liquefcentia perierunt:
& incendium illud à quartâ pomeridiana
ad sextam matutinam alterius diei horam
continuè duravit.

Carolstadius.

1547. Habuit homo sectarius triduo ante,
quam decederet, concessionem ad populum:
prædicante vero ipso, procerus, & totus
ater vir quidam templum ingressus est, quæ
nemo, præter Carolstadium, videbat. Ha-
bita concione, prætorem de viro illo inter-
rogat, qui se ignarum ejus esse dicebat.
Porro inter concionandum niger ille do-
mum Carolstadii ingreditur, & arrepto il-
lius filio, humique extenso, de Patre quæ-
rit, ubinam sit? trepido pufione affirmante,
se nescire, dicit: indica ergo parenti tuo,
me intra triduum reversurum, ipsumque
mihi comitem abductum esse. Auditio
nuncio illætabili, in tantum expavit Carol-
stadius, ut ægritudine contracta decumbe-
ret, & triduo post cum illo gigante, nescio
quo locorum mortuus abiit. Imp. Car. 5.
Papa Paulo 3.

F. Hentinus Mechliniensis in pra- fatione in Biblia Lovani- ensis.

Panæ, ait, soli competere, Biblia corri-
gere. Et ibidem probat: quod Lovaniense
Biblorū exemplar longè melius sit, quam
Hebræorum & Græcorum: licet illis lin-
gvis divina volumina initio conscripta sint.
Sua enim esse corrasa ex omnibus vetustissi-
mis Bibliothecis Belgicis. Imp. Carolo 5.

primordius retinet: unde versus:
Roma manus rodit, quos rodere non valet,
videt.

Imp. & PP. U.S.

Dethlevus Reventlovius, nobilis Holsatus, Mathematicus, Yates.

Prædixit hic Friderico I. & Christiano
III. gubernationem regni Danie ac Nor-
vegia & diversas viætorias, cum regna illa
Christiernus II. gener Philippi Regis Hi-
spaniarum adhuc teneret: quemadmodum
& tempus horum filiorum, quo die essent
nascituri, & cujus sexus essent futuri, statim
post conceptionem.

Idem Andreæ de Barbi, Episcopo Lube-
censi dignitatem genus mortis, annum &
mensum de nunciauit, ut exemplar Schenck-
tis & judicij sui, propria ipsius manuscri-
ptum testatur, quod in Biblioteca Razzo-
viana Bredenbergæ extat.

Imperatori Carolo V. etiam belli ex-
tum, quod gessit cum Protestantibus, Elec-
tore Saxonie & Landgravio, prædixit, &
profectus est ad eum versus Gengam, in
quo itinere periit, aut propter honestum
munus, quod à Carolo accepérat, inten-
ctus, eut alioquin ab ignotis, ut sit in belli-
cis tumultibus, trucidatus. Pp. Paulo 3.

Ostenta.

Hoc item anno in Italia non procul à
Roma, idibus Decembris, circa horam ter-
tiam pomeridianam, cœlo sereno, visa sunt
flagellum seu virga sanguinea, & crux ru-
bea, ad lavam: super cuius vertice alas
Iuas Aquila vibrando subinde, quasi volans
ascendebat & descendebat, in aere conspe-
cta tribus fere integris diebus. Eo an-
no Tridentinum concilium à Cardi-
nalibus & Episcopis Romanæ curia, con-
tinuatum est: & INTERIM, novus Papa-
tus, ad Germanię interitum, Augustæ vin-
delicorum promulgatus. Lyc. Imp. Car. 5.
Pp. Paulo 3.

Joannes Igneus f. C.

Hic I. necessarios, §. non alias, ff. ad SC.
Silan. inquit: Curia Papæ defiderat, ut to-
tus mundus in eam influat: tanta est in ca-
auri & argenti sacra famæ. Cynus. I. eos
§. ne temerè. C. de appellat. Archid. c. hoc
videtur, col. 2. 22. q. 5. & gl. c. si clericus, Ex.
de foro competit.

Ex libro, cui titulus est INTE-
RIM, & de signis ante novissimum
diem.

Quidam Joannes, cui nomen Hofmei-

libri illius INTERIM maturā divulgatione, qui jam in fabricā pontificiā cudebatur: Ecce dērepente eō insaniē delabitur, ut Guntzbergz, furoris ejus edomandi gratiā, catenis adstringeretur. Sed & horribiliter ejulando, se in æternū à facie Dei projectum, & Diabolo mancipatum esse, clamabat.

Ubī verò de misericordia Dei magna, de p̄sonitentia agenda monebatur à circumstantibus: ajebat miser ille, h̄c se nihil amplius attinere, ut qui hactenū apertam veritatem dicit & factis acerit, mē oppugnaverit, & conscientiam suam obstinatā mente sauciaverit. Ita vociferans, & de salute sua desperans, extinguis est in eodem diversorio, quo paulo ante Cæsarēus Cancellarius D. Navis quoq; miserabilis fato defungebatur, ut & Trevirensis Episcops quidam, de quo alibi nonnulla scribuntur, G. Spangenberg. Imp. Carolo V. P. P. Paulo 3.

Paulus III. Papa 227.

1548. Ministrum est cum Papa ullum fœdus inire, quam cum Turca. Semper enim negabit successor, sibi legem imponi potuisse, ad diminutionem juriū Papatus: quæ tanquam divina, infundabilia putant: & ab omni juramento nō minus se, quam alios absolvunt: ut omnīam, quod habent jura pejora: ut Paulus 3. contra Malatestā Balionem, cui securitatem è Perusio ad se juraverat, quem iussit occidi, dicens: se deveniendo jurasse, non de redeundo. Molineus de abusibus Paparum. Imp. Carolo V.

Rex Gallia Henricus I.

1548. Vehementer persecutus fuit Christiānos. Cum autē in quodam ludicro eques stri (quod deversum Trojz vocant) quēdam comitē Montgomerium provocasset, & concurreretur: Montgomerio lanceam in Regis thoracem tam acriter jaculante, ut contracta schidia in Regis galea bucculam facile leaperientem provolaverint: horum unum in dextrum Regis oculum proflit, eiq; mortiferam plagam infligit: Mortuus autem est decimo Augusti, anno 1559. Morti vicius admodum deplorabat suam temeritatem, & in religionis purioris sectatores savitiam: verūm Cardinalis Lotharius, ejusmodi cogitationibus, tanquam cacodæmonis suggestis, resistendum esse monebat. Meteranus.

Signa:

1548. Rosenfeldz, in Ducatu Wirtenbergē: si haud ignobilis op̄ di, vigesimo tertio Iulij die primum Luna iam plena, con-

naturalem splendorem receperisset, iterum cum trahibus subnigris tribus, per transversum rectā quasi lineā deductis, est cōspecta. Deinde his omnibus evanescētibus, tertio crux Burgundica, nigra, ac postrem supra lunam, ex utraq; ejus partē duz aliæ lunæ, sed multo minores, appa- ruerunt. Lyc. V. S.

Eodem anno Brettz in Thuringia conspectæ sunt in ære effigies Joannis Friderici Principis Electoris Dicis Saxoniæ: & Doctoris Martini Lutheri.

Guilhelmus Turnerus.

Scripsit inter alia carmen jocosum ad 1548: Papam, & pro insequenda Romana vulpe Imp. 217. Car. V. PP. 227. Paulo 3.

Bar. Chassanans I. C. l. 4. Catal.
gloria mundi.

Dominium temporale Paparum, justo 1548: titulo acquisitum, initium habuisse à Moysè, duce populi à Deo constituto, affirmat. Imp. Car. V. PP. Paulo 3.

Idem narrat, audivisse se Mediolanū: quod eximius Astrologus dixisset Duci Mediolanensi, Galeacio Maris Vicecomiti, ipsum ex vulnere peritum, quod esset ei proprius Vasallus inflicturus. Astrologus autē interrogatus à Duce, quo mortis genere esset ipse interirurus: cum respondisset, se in publico interemptum iri ex trabe ligni cadente. Dux ita accensus, ipsum mox decollari iussit, ut ex rei eventu cerneret, Astrologicam artem esse falsam.

Igitur cum interim pararetur locus, & campana solito modo pulsaretur, populū que concurrisset, & ipse traditus executor, riad locum supplicii deduceretur, exiendo palatium sub porta magna, quæ est ante Ecclesiam Cathedram, cecidit turris, quæ dictum Astrologum cum aliis interfecit: sed Dux Mediolanensem in festo Sancti Stephani, & in Ecclesia ipsius sancto dicata Mediolani, universo astante populo & ipsius Aulicis, interfactus est à proprio Vasallo: & sic prædictio Astrologi de proprio exitu, & de morte principis vera fuit. Etsi enim Princeps vatis voluerit prævenire fatum, ut Domitianus Ascleptarionis, tamen non potuit: & est in his exemplis quadam similitudo, nisi quod Ascleptarionis corpus à canibus statui post mortem dilaceratum est.

In Epistola Ecclesiasticorum Imperiū statuum ad Paulum III. Papam, ex p. 119
Conventu Augustano, in: er alia
hec existant.

Supplicamus, Sanctitati vestræ, quan- 1548:
to: possumus studio & observatione, ob-

opera efficiat, ut expulsis errorum tenebris, omniq; dissidio procul ab Ecclesiastica doctrina, atque animis hominum profigato, reddatur lux pristina Ecclesiae in Germania &c.

Hoc si fecerit Sanct. V, nostrisq; precibus, quam non justasmodò, sed etiam necessarias arbitrati sumus, locum dederit: habebit nos paratos atque obsequentes ad omnia, quæ pro extirpandis hæresibus, quoq; pacificatione non tantum Germanicæ nationis (quæ ut laborat præ ceteris: ita majori etiam cura, præsenterioriq; medico opus habet) sed totius etiam Imperii, atque adeo catholicæ Ecclesie tranquillitate suscepta fuerint.

Sin minus (quod divina Clementia in hoc anticipi periculo soque rerum statu avertat) quid agemus, aut quo confugiemus? Beatissime Pater? unde petemus auxilium certissimis ruinis nostris? Cujus deniq;, nisi sedis Apostolicæ, quam contra procellas omnes servator noster supra firmam petram constituit, præsidium implorabimus? undique urgent venti, & ad extrema jam ventum est. Videat Sancta paternitas vestra, ac pro fide summaque sollicitudine sua erga Rempublicam Christianam reputet: si nihil proficerint preces nostræ: nihil pericula Germania (quæ nec progredi longius, nec ampliorem dilationem ferre possunt) quis tandem exitus malorum futurus sit? Adeo q; illud provideat, ne cessante diutius in hoc opere sede Apostolica, alia sumantur consilia, aliisque viis & rationibus hæc causa tandem expediatur.

Responso Pontificis Pauli tertii.

Quod extremis vestris literis, verendum nobis esse, significatis, ne, cessante in hoc opere diutius sede Apostolica, alia sumantur consilia, aliisque viis & rationibus hæc causa tandem expediatur: nos quidem, si agnosceremus, in procuranda salute illius inclytæ provinciæ à nobis cessatum fuisse: omnia sane timemus: præcipue vero divinam iram, quæ nos in hac sancta sede, tanquam in specula collocavit, ut omnium Christi ovium, præcipue autem illarum, quæ à reliquo grege se subtraxerunt, curam haberemus. Quod vero non defuerimus hac in causa provinciæ Germanicæ, quæ supra scripsimus, satis testimonio esse possunt: præsertim cum nota scribamus non tam vobis, quam universo Christiano orbi.

Quare quod ad nos attinet, eo minus nobis timendum duximus, quo magis nostri studii & laboris in hac causa no-

expediundæ causæ rationem, nisi quæ rega, & ipso ac vobis digna sunt, probatros credamus. Hoc enim experta velis, & constans semper in aliorum defectione pietas & fides, nos sperare jubet.

Quod si non fiat, nova vero consilia contra authoritatem hujus sanctæ sedis suscipiantur: nos quidem non ii sumus, qui prohibere possimus, quo minus in eam, tanquam in domum aliquam descendat pluvia, veniant flumina, flent atque irruant venti. Hæc enim omnia futura esse, ab ipso summo Architecto, cum eius fundamenta jaceret, sunt prædicta. Nevero propterea cadat, ne dissolvatur, timere quidem non possumus: quia scimus, fundatam esse super firmam pe- tram.

Illi potius timemus, & eorum vicem dolemus valde, qui nec irritis conatibus illorum, qui hanc sibi oppugnandum nimo proposuerunt, nec gravibus Dei judiciis cum veteribus tum novis, in omnes, qui hoc aliquando tentaverunt, deterrentur: quo minus eiusmodi consilia capiant: malintque se certo periculo cum totius Ecclesie perturbatione expondere, dum opus Dei dissolvete conantur: quod nullo non seculo ab improbis oppugnatum, nunquam expugnatum iriputuit, quam in pulchritudine pacis nobis, unanimes in una domo vivere. Imp. Carolo.

Protestatio habita Romæ nomine Caroli quinti.

Sanctissime Pater. Cum Respublica Christiana miserabiliter convulsa esset, religio labefactaretur, mores vehementer corrupti essent, tota fere Germania ab Ecclesia descivisset: invictissimus dominus meus Carolus Cæsar, Romanorum Imperator semper Augustus, cuius ego oratoris & procuratoris vices gero, primum à Leone, deinde ab Adriano, deinde à Clemente sanctissimæ memoriz Pontificibus maximis, postremo à Sancti. V. beatissime Pater, Paule 3. sape summis & continuis precibus universale concilium efflagitavit, & ratione suæ dignitatis, & ut satisfaceret assiduis supplicationib; ordinum Imperii, ut solum eversarum rerum perfugium, ad quod semper in doris Ecclesia accedere consuesset, quas quidem ob causas à Sancti. V. primum Mantuanum postremo Vincentiam convocatum est generale concilium: sed harum civitatum neutra satis apta fuit, in qua diversarum & multarum provinciarum homines, libenter simul & commode conveni-

stentibus, ipsisq; adeo poscentibus Germanis, Sanct. V. Tridentum delegit, Germanorum gratia, propter quos id præcipue concilium fiebat, quod illam approbaverant civitatem, quemadmodum Imperatori, iisq; in publicis eorum Ratisbonæ habitis comitiis, in provincia Germaniæ celebrandū concesserat eadem Sanct. V. quod locus esset aptissimus ob libertatem, securitatem & opportunitatem. Ita enim positus est, ut tam Italiz propinquus (particeps) quam Germaniz situs esset: nec à Gallis aut Hispanis longissime distare videatur. Cujus civitatis Episcopus esset Christophorus Madruzius, vir sane probus piusq; ac sancti Imperii princeps, & Sanct. V. multis nominibz amicus: & quod omnium rerum, que ad vi etiam necessariz sunt, commoditas non desit. Sanct. V. in sua balia inductionis latius declarat.

Tridenti est inquam, indicum concilium generale omnium consensu: legati, Cardinales missi, primum Reverendiss. Panutius, Moronus & Polus adfuere, qui vices pontificis representarent, oratores Imperatoris admodum illustrissimus, & religiosissimus Episcopus Artebazzensis, Illustrissimus vir dominus de Granvella, & ego Iacobus de Mendoza. Sed nondum visum fuit Sanct. V. ut appareret in secunda bulla sanctitatis vestre, tempus satis idoneum ad inchoandum concilium, post aliquot dies iterum à Sanct. V. missi sedis Apostolicz legati, Cardinalis Reverendus de Monte, reverendus sancte crucis, & iterum reverendus Polus, rursum oratores, Ego Iacobus Mendoza, & illustris vir Franciscus Toledo absens: accesserunt nonnulli aliorum principum itidem oratores, nonnulli erant in itinere, multarum nationum Episcopi etiam ab ultimis terris convenere magnis impensis, magno labore inchoatum est, & petitum ab omnibus Christianis concilium. & causa religionis & reformationis morum in eo tractari cepta.

Eodem quoque tempore bellum adversus hostes & sacri Imperii violatores Imperator gerebat, in quo suscipiendo potissimum cuende & amplificanda religionis, idq; interveniente Sanct. V. ratio habita est, ita ut quos ratione flectere non poteramus, armis cogeremus. Cum res essent in hoc statu, cœpto, ut dixi, religionis negotio, causa morum (que totis viribus & consilio indigebat ad quam legitime & absolute prorsus peragendam Sanct. Majestas & Germaniæ ordines à retro pontificibus & Sanct. V. jam antea remedium tam

aduentus, tum etiam, qui huc usque concilium recusaverant, & eorum qui in tam necessario religionis negotio adhuc occupati, Imperatori adjutores erant.

Ecce reverendissimi asserti legati tumulatuose, præter omnium exspectationem, Sanct. V. (quod ipsi dicunt) inscia & inconsulta, levissima sane causa procurata, & confusa de tralatione consilii retulerunt ad patres, nullo consultandi, sed neque cogitadi spacio dato, ita ut pridie proposuerint, postridie decreverint, perendie discesserint cum multis patribus, atque iis quidem tum temporis vel unius fere Italiz nationis, vel ante adeptum Episcopatus nomen in Italia degentibus.

Huic confilio, sanctissime Pater, plures Episcopi, magnæ fidei & autoritatis viri, quibus religionis & morum causa cordi erat, tanquam callido nimis & immaturo, Christianazq; reipub. periculoso, contravenere, planeq; & publice, inspirante eis Spiritu sancto, cuius sane causa in primis agi debebat, tum tralationem proposiciam, tum legatorum assertorum & patrum, qui eos secuti sunt, injustam esse tralationem consilii, velieq; se manere Tridenti, libero & legitimo concilii loco, publice potestati sunt.

Inter haec Imperator, dum Episcoporum congregatio Bononiæ manet, hoste ad Albidum devicto, Saxonia provincia superata, duobus belli ducibus, altero pugna, altero deditione captis, pacata prorsus Germania, arduum & periculosis. sum bellum solus confecit: nec destitit sepius S. V. per nuncios, per legatum sedis Apostolicz, per illustrissimum virum Ioannem Vegam, per me & Majestatis sue apud S. V. oratores, & ante & post confessum bellum magnis & continuis precibus solicitare, juberet patres, quod Bononiæ persistant, ad concilium Tridentinum redire, eandemque ipsam admonere, prævideat, quot scandala, dissidia, pericula, impudentant Christianæ religioni, si jam cœptum concilium Tridenti non continuetur & absolvatur.

Comitia interim Augusta Germanis inde dixit, quo quidem adhuc celebrantur. In his libere, spontaneo, generali totius Germaniæ ordinum & statuum, præterea omnium civitatum consensu, petente Imperatore, decretum est, Germanos omnes ad concilium Tridenti convocatum venturos, ut ea, super quibus indicium fuit, tractentur, & factos sancta concilii autoritate decidantur. Ipsi S. sanctam Tridentinam Synodus se suscepuros, idq; prorsus & absq; ulla conditione se præstituros, Imperatori sunt polliciti.

cri imperii nomine S. V. pium hoc & san-
ctum Germaniz concilium judicaret, sup-
plicaret, juberet patres, qui Bononiz agut,
ad concilium Tridenti inchoatum revertit
hortaretur & admoneret, ut honestissimam
& necessariam occasionem, tot laboribus
& periculis tam diu quæsitam, nunc de-
mum partam, susciperet & amplegetetur,
in qua & patres cum dignitate Tridentum
redire, & religionis causa generali Christi-
anorum consenso, ipsorumque Germano-
rum, quorum potissimum gratia ipsa S. san-
cta Synodus Tridenti convocata fuerat,
tractari & confici, & S. sanctæ sedis Apo-
stolicæ autoritas magna cum Pontificii no-
minis Majestate, & ipsis S. V. immortalis
gloria augeri posset: idque non privatim
solum, sed publicè faceret in Reverendissi-
morum Cardinalium consensu.

Præterea jussit me, qui Senas ad compo-
nendas illius reipublicæ res veneram, idē
negotium præstare. Quod si S. V. dilatio-
nem aut excusationem aliquam interpone-
ret, neq; præsentem occasionem suscipe-
ret, hujuscerei, ut tam justæ petitionis,
promptissimique Christianam religionem
majestatis suæ animi, tam publice quam
privatim vos ipsos Reverendissimos Cardi-
nales, & omnes omuium principum orato-
res, qui Roma augunt, testes vocarem,
præcepit.

Præterea jussit procuratores & consili-
rios suos, qui Bononiz expeditabant de ea
re responsū, & à patribus ibi congrega-
tis, & à sanct. v. si unquam vel ipsi patres
vel Sanct. V. id recusassent, vel dilationem
aliquam interposuissent in generali pa-
trum cœtu, nomine majestatis suæ prote-
stari, iniquam fuisse translationem, &
omnia inde facta & secuta ab ipsis patribus
affectata, & nulla esse atque futura fore; fa-
ctum est (beatissime Pater) post requisiti-
ones privatas etiam publice primum à Re-
verendissimo Tridentino die nona Decem-
bris: deinde à medie 14. ejusdem mensis,
horæ antemeridiana, in hoc reverendissi-
morum patrum consensu cum debita humi-
litate instantissime rogando, idq; per vi-
scera, & per sanguinem Domini nostri JE-
SV CHRISTI: tempus tameni Sanct. V. in-
terposuit ad consulendos super responso
patres qui Bononiz sunt, qui quidem non
disimili secessioni, sive (ut ipsi dicunt)
translationi consilium dedere vanum, sub-
dolum & captiosum, in gravissimum reli-
gionis, & universalis Ecclesiæ disfidium,
scandalum & detrimentum.

Sanctit. autem vestra id consilium ap-
probasse, illorumq; sententiam suscepisse

tantumq; ei congregationi autoritatis in
suis reverendissimum Cardinalem de Mon-
te, Episcopum Prenestinum, & ad vos qui
adestis, literis & suo ad Imperatorem re-
sponsa tribuere videtur, quantum Episco-
pi prænominati autoritatè propria sibi
ipsis arrogare ausi sunt.

Præterea responsum ad Cæsarem dat di-
latorium & illegitimum, præsenti occasio-
ni & negotio impertinens, ineptum & in-
conveniens. Quid enim magis alienum,
quam in gravissima causa, in negotio reli-
gionis & Spiritus sancti, & causæ cognitio-
nem antevertere, & sententiam ferre: &
se judicem constituere, antequam judici-
um sibi deferatur: & his qui ægrotabant,
& sanandi erant, qui hocque remedium
detrectare videbantur, qui nunc religio-
nem, qui morum reformationem, qui uni-
onem publicarum dissensionum petunt à
Sanct. V. Concilium enim petunt: Triden-
ti, ubi cœptum fuerat, continuari & absolu-
vi, quod omnium bonorum causam futu-
rum certissime credunt, præsentissimam
medicinam tergiversationibus & ambagi-
bus producere & denegare.

Ecce cum probationem causarum transla-
tionis à perspicuis & religiosissimis & pro-
batissimis testibus sumi, conveniens sit, in
hac ipsa testibus parum inter se conveni-
entibus, nullius autoritatis infirmis de ple-
be hominibus fidem adhibere: Imperato-
ris autem & Regis Romani, & principum
statuumq; Germaniz, qui in publicis co-
mitiis congregati sunt, & qui & per sanctæ
sedis Apostolicæ Cardinalem atq; eundem
facri Imperii principem S. vestram certio-
rem faciunt: de hoc tam sancto, tam pio
Germanorum proposito atque decreto si-
dem in dubium vertere, quod ex ipsis
& S. vestræ responso cum publicè tum pri-
vatim dato, intelligi potest.

Multa alia à me prætermittuntur, san-
ctiss. Patér, quæ tempore & loco, si opus
fuerit, in hac causa dicentur. Quid præte-
rea desiderabamus à Germanis, quid ab
eis petebamus, toties à Casare repetitis
itinibus, tot impensis, tot laboribus, ma-
ximo & ancipiiti suscepto bello, atq; con-
fesso? Perdet omnes labores hos Sanct. V.
pro religione susceptos, perdet optimam
& præstantem sanandæ restituendæque reli-
gionis causam, admonitus & requisitus?
Id vero certissimum consilium universale,
ob causas gravissimas & maxime necessari-
as Tridenti congregatum, vestræ Sanct. in-
dictione, flagitante Imperatore, principi-
bus Christianis assentientibus, potentibus
Germanis, convenientibus Episcopis, jam

Sæpe enim tralationes callido & præcipiti consilio sine causa factæ, in causa esse solent, ut magno religionis periculo, magnis in repub. Christiana turbis & dissensionibus, interdum populi Christiani pernicioса divisione concilia dissolvantur. Causa autem tam subitæ translationis nulla fuit, sed arrepta, quæ se primū obtulit. Orationem vos reverendiss. asserti legati, ut à me dictum est, & reliqui Patres, fecisti, id quod jam pridē meditati fueratis. Febres enim nescio quas, & aëris vitium causati, affectatum & procuratum quorundam medicorum, sed præcipue ancillatum & coquorum, vilissimorum hominum testimoniū recitantes, Tridento præcipites discesserunt: nempe & tunc & deinceps apertissime patuit, nullam extitisse vanz formidinis causam.

Præterea ut illa fuerit ratio discendi, P. Sanctitatem in hac prætensa causa consuissent, cum tam parui temporis mora nihil periculi esset allatura. Neq; enim tam repentina res erat, quod exitus morbi, quem causati fuerant, comprobavit. In consulta autem sanctitate vestra, discessisse illos Episcopos, fassili ellis, & S. vestra postmodum affirmavit. Cui quidem S. vestre testimonio multum certe fidei & autoritatis detrahunt vestræ ad reverendissimum de Monte literæ, & responsones ad Cæstrem daz.

Imperatore quoq; consulto & assentiente, id facere debuissent, cui curæ sunt & tutelæ omnia universalia concilia, atq; id ex munere officii Augustalis: cuius quanta sit in conciliis autoritas, manifestum est. Verum tanta fuit legatorum assertorum festinatione & simulatio, ut nec ipsi voluerint consulere, nec eos qui dicebant, S. Vestrā & Imperatorem prius per sanctam synodum certiores fieri oportere, audiendos putarint. Cumque Imperator ipse pro tenuenda & amplificanda religione, pro Ecclesia, pro concilio laboraret, ipsi vano & inani timore simulato, Imperatore inconsulto, abcesserunt. Atqui sæpe Imperator per oratores suos cum ipsis assertos legatos, tum S. & Vestrā admonuerat, se neque tralationi concilii, sed neque suspensioni aut vacationi tacite vel expresse assentiti posse.

Præterea iuris ordinem contemserant, & eam cause cognitionem, quæ in synodalibus tralationibꝫ sanctorum patrum sanctionibus instituta est. Rem enim fere omnium gravissimam propere sane & leviter confecerunt, debuerant certe justas multorum gravissimorum patrum, qui illis haudquaquam assentari docti, rei ex recta conscientia consulebant, contradictiones

libitu definire: quorum quidem iententia, quod graviores & firmiores erant, sanioresque reipublicæ Christianæ, debuissent jure præferri: potuissentque multitum nationum patres, et si multitudine aliis impares, tralationē mere voluntariam, eadēque reipub. Christianæ perniciosaam impedire. Quam si fieri oportebat, fuerant sacrorum conciliorum decreta servanda, ne discederetur à terminis eius regionis, eligendus erat in Germania locus propinquior & opportunior: atque ob id maxime fieri oportebat, ut de quorum causa præcipue agebatur. Germani tuto posset ad concilium venire: quod proculdubio fecissent, omnibus non veniendi subterfugiis, impedimentis & difficultatibus sublatis, ut exitus ipse comprobavit.

Illud vero nulla ratione defendi potest, quod Bononiam, in medio Italiæ collocatam, subditam Imperio Ecclesiæ, delegarent: quo nemini dubium est, non adituros Germanos. Locum itaq; delegerunt, quem possent omnes merito multis de causis, quæ nunc à me prætermittuntur, recusare, non ut concilium prosequantur, sed ut summo exitio Christianorum decoloratione & deformatione status reip. bl. Christianæ concilium præpropere & ex abrupto dissolvant, aut ex animi eorum sententia confiant. Ac tū sit conciliorum officium dissidia tollere, religionem sustentare, mores emendare: hic recessus, quem ipsi translationem vocant, turbabit concilium, perdet omnia.

Verum cum piissimus imperator, satissime ac summe Pontifex, ut verus & legitimus Romanus Imperator, Ecclesiam omnium matrem augere ac defendere tenetur (quod semper ab initio regnum suorum & imperii fecit) cumque 2b antiquissimis retro temporibus Imperatorii muneriis fuerit, universalia concilia protegere, & eo usq; integra & salva præstare, quoad negotia, quorum gratia congregantur, debito loco & ordine absoluta sint: cumque Germaniz dissidia componere, eamque provinciam partem imperii potissimum, magnumque Ecclesiæ membrum pacare, & ad veram Christianamq; religionem reducere constituerit: comq; ad cunctum etiam Hispaniarum, aliquumque regnum & statuum suorum, quorum rex verus ac Dominus est, auxilio S. nctit. Vestr. & lacrosancti concilii, corrigendorum, & ad veram Christianam vitam reducentorum, cura pertinet: quæ ita demum vana non erit, si S. & Vestr. concilium Tridenti indictum, Tridenti cœptum, Tri-

nec ratione, neque causa, neque consilio inniti, omnem sancti iustique propositi sui rationem perturbare: præterea totam Germaniam, ad quam hæc potissimum causa spebat, concilium postulare Tridenti, polliceri se concilio Tridenti affuturum, sanctam Tridentinam synodum suscepturnam S. Vestræ, quam semel atque iterum obtestatus est, nunc quoque, ut bonus obediensq; S. Vestræ, & Ecclesiæ filius, maxime contestatur, debita humilitate, & Christiana monitione per viscera Domini nostri Jesu Christi, ne magno labore tam diu quæfitam componendæ, instaurandæ, religionis occasionem prætermittat.

Ovibus à Deo Opt. Max. sibi commissis auxiliū feratis, j. bebat suos assertos legatos cum reliquis Episcopis, qui recesserunt, sine mora Tridentum reverti, qui locus visus est sanctitatis vestræ approbatione tutus & liber, ipsiusq; invicissimi & patientissimi Imperatoris fidetutior atq; liberior: cuius munera est, concilia protegere atque tueri: ibique ut decet, ac necessariū est, sacrosanctum concilium, autoritate Imperatoris, efflagitatione & assensu principum, Tridenti inchoatum, diuque habitum prosequatur: quod nullo pacto recusare possint, & sane id jam antea polliciti sunt, si utique Germani ad concilium accedissent, se, quam primam illa falsi morbi suspicio refrixisset esse reditores, atque adeo Sancti Vestræ, id ipsum Cæsari per numerosa lèpe & legatos promisit.

Anno jam fere elapso, cessante morbo (si quis fuit) re tranquilla & pacata, ablazzatione timoris, postulantibus principibus & statibus Germaniæ, iisque denique pollicentibus, se libere ac absque illa condicione aut prætextu synodum sanctam Tridentinum suscepturos, cur non reveruntur, & intermissione continuant opus ut cœperant, ut continuare oportebat. Hoc si S. V. fuerit executa, & nunc assertos legatos Tridentum redire sua autoritate & imperio coegerit, neque dilationem aut difficultatem ullam interposuerit, rem populo Christiano valde necessariam, & divinæ majestati gratissimam faciet.

Sin autem tam justæ petitioni tempore & occasione necessaria, quæquidem nunc se ultero præsens offert, assentiri noluerit (quod abhorrendum sane est ab eo, qui prorsus totius reipubl. Christianæ curam gerit, atque adeo ipsius Domini nostri Jesu Christi vices representat) Ego Jacobus Harcadus Mendoza, nomine pientissimi & invicissimi & domini mei Caroli, Cæsar. Rom. Imperatoris, ex illius speciali mandato, a nomine totius sacri imperii,

nes, idone non solum (ut superioris d'rum est à me) semel atq; iterum, sed etiam plures in hoc amplissimo & religiosissimo Cardinalium consensu, die Mercurii, hora antemeridiana: XIII. Decemb. & in hoc eodem loco rursus, die Martis hora pomeridiana 27. ejusdem Decembri, præsentibus reverendissimis patribus & principum oratoribus, aliam protestationem die Luna 16. mensis Januarii, hora meridianæ, a procuratoribus & consiliariis Imperatoris Majestatis prolati, in generali cœtu convenientibus, Bononiæ habitam: tandem novissime protestor, dictam trahitionem seu cessionem fuisse & esse illegitimatam, & nullam: atque omnia inde acta atque secuta, & quæ posthac quomodounque de re qualibet agentur atq; sequentes affectata fuisse, & futuras rixas & contentiones in Ecclesia Dei inducere atque nutritre, ac deinde nullius momenti, nullius effectus, magnam cladem & exitum populo Christiano minari, fidem Catholicam & sacrosanctam religionem in periculum adducere, universalem Ecclesiam Dei scandalizare, deformare, ejusque statum & majestatem pervertere, ac proinde nullius momenti, nullius effectus, nullamque habuisse vim, sed nec habitura vigorem ullum, ullam penitus subsistentiam: neque eas posse esse autoritatem assertorum legatorum Sancti Vestræ & eorum Episcoporum, qui Bononiæ sunt, sanctitati vestræ majori ex parte obnoxiorum, atque ab illius nutu omnino pendentium, ut in religionis & morum reformationis causa, tantum momenti negotio universa reipubl. Christianæ, que provinciæ, præsertim cujus mores & instituta parvem nota legē præscribant.

Præterea ejusdem invictissimi Romani Imperatoris semper Augusti nomine & speciali mandato, prout supra, protestor, atque denuncio, Sancti Vestræ responsionem illegitimatam, præsenti negotio & necessitatí ineptam & inconvenientem, fuso & figmentis plenam, ac prorsus delusionem fuisse & esse, nulloq; jure nullaque ratione subsistere.

Protestor præterea, omnia damna, tumultus, dissidia, clades, ruinas, excidia populorum, adhæc divisiones & scandala in Ecclesia Dei, & religionis pericula, atq; reipubl. Christianæ detrimenta, quæ inde evenire atque eveniunt, & possunt contingere, vestræ Beatitudini, non sibi imputanda. Ad quæ quidem facilime & potuit & debuit, ex forma & essentia Pontificatus usque ad sanguinem, usque ad animam, remedium commodum adhibere.

defectu, culpa, & negligentia Sanctitatis
Vestræ, Ecclesiæ procellis & tempestatibus,
quas metuit ex hoc facto, viderq; impende-
re, totis suis viribus obviam iturum, ejusq;
protectione & tutelam omni studio susce-
pietur: tecumq; id quod sui juris, mune-
ris, officii & dignitatis est, quo Imperator
est, quo Rex est, quatenus jus patitur, & le-
gibus sanctorumq; Patrum institutis, & or-
bis eo consensu decretum atq; observatum
est, ex nunc non omissum, omniaq; alia,
qua ejusdem domini mei Imperatoris no-
mine possum & debeo, quod melius expedi-
at acq; convenienter modo & ordine.

Protestor vobis etiam, Romani Patres,
amplissimi Cardinales, salvo omni jure &
facultatibus, quomodo cunq; domino meo
Imperatori competentibus, ubi Sancti S. in
premissis negligens fuerit, aut quacunque
alia causa instaurationem religionis, uni-
onem provinciarum Germaniae veram,
absolutam, & generalem in sancto univer-
sali concilio fieri oportet, morum refor-
mationem omiserit, aut distulerit, vosque
itidem in his negligentes fueritis, eadem
omnia, quæ Sanctitati suæ protestatus sum,
eodem modo & ordine, nomine invictissi-
mi & piissimi domini mei CAROLI Ro-
manorum Imperatoris semper Auguli,
protestor atq; denuncio: atq; hanc prote-
stationem bsis, ter, & roties, quoties & ubi
mihi visum fuerit, esse necessariam: &
quacunque, aliam super promissis, & ab eis
dependentibns connexis, & demergentibz
facturum affirmo, & facultatem mihi re-
servo. Testes vos omnes, qui adegitis huic
mea protestationi, sistens, petoq; à vobis
Notariis, & à quocunq; vestrō, ut publi-
ca de his omnibus conficiatis instrumenta.

Hac Bononiensi protestatione lecta, idē

p. 524. Magnificus dominus Fiscalis Cæsareus suo
& Collegæ nomine, dictam protestationis
scripturam sic legitam & recitatam, virtute
mandati Cæsarei presentavit, illamque in
actis redigi petiit & requisivit, modo &
forma, prout in ipsa continetur. Atque o-
mnia reverendissimus dominus Cardinalis
de Monte predictus, repetita protestatio-
ne, lega per dominum Claudium notarium
supradictum, ex mente & sententia patrū
existentium, ut supradicta, respondit, narrata &
recitata per dominum Doctorem Velasco,
prout recitantur & narrantur in protesta-
tione seu scriptura per eum lecta, præfer-
tim contra honorem ipsius reverendissimi
COLLEGÆ sui: & patrum in civitate BO-
NONIÆ congregatorum, & ea quæ pro-
posita fuere de invaliditate translationis

the veritate veritatis typis, &c.
stantis de hoc DEUM, qui est ipsa veritas:
prout suo loco & tempore, si opus fuerit,
deducetur & ostendetur; afferens etiam &
affirmans, se esse paratum unâ cum patri-
bus concilii, mortem, oppetere, & martyrio-
um pati, priusquam consentiant, quod hoc
exempli in Ecclesiam introducatur, quod
secularis potestas velit concilium cogere
prohibetu suo, & ei libertatem adimere: &
Imperatorem (quod cum pace ejus dicitur)
esse Ecclesiæ filium, non autem domini-
num vel magistrum: & se & collegam su-
um esse sedis Apostolicæ legatos, & de his
qua eis imponuntur, & de tota villicatio-
ne sua paratos se esse reddere rationem
Deo primum, deinde S. Domino nostro in
ipsa sede sedenti.

Et nihilominus, cum proposita per ipsos
dominos procuratores Cæsareæ majestatis
longam contineant seriem verborum, &
non possint omnia memoria retinueri, di-
xit & obtulit, quod dabitur eis congruum
& plenius responsum die Veneris proxi-
mè figura, hora congregationis consuetu-
monendo eosdem, ut ipso die & hora com-
pareant responsum ipsum accepturi. Et ni-
si comparuerint, dixit & protestatus est,
quod nihilominus responsum dabitur, &
publicabitur mundo universo, repetens
protestationem prædictam, & pro repetita
haberi volens. Quibus prolatis, præfatus
magnificus dominus Fiscalis Cæsareus di-
xit, suo & collegæ nomine se ea responde-
re, que tantum in protestatione sua dicta
erant, de quibus publicum instrumentum
seu publica instrumenta confici, & sibi redi-
di in autentica forma, petiit, & requisivit.
His peractis, omnes discesserunt hora ter-
tia noctis.

Super hisce omnibus atq; singulis supradictis,
partes ante dictæ stantes, ut supradicta
rogaverunt nos JULIUM Cipatam & Jo-
annem Salvam Notarios, adductos ad in-
stantiam prælatorum magnificorum domi-
norum procuratorum Cæsareæ Majestatis,
& dominos Claudium dela Casa, ac Nico-
laum Dziel, notarios pro parte dicti R. D.
Cardinalis de Monte, & aliorum Episco-
porum & prælatorum, adductos, ut de pro-
missis omnibus instrumenta vel instrumen-
ta publica vel publica conficeremus,
ipsis partibus danda.

Acta fuerunt hac in civitate Bononiæ,
die, loco & anno, quibus supradicta, prædictibz
ibidem domino Francisco de Vivero, do-
mino Joanne de Lignysamo, domino Jo-
anne de Fonseca, domino Petro de Vargas,
domino Garcia Hernander, Hispanis,
testibus ad prædicta omnia adhibitis,
pro parte Doctorum magnificorum do-

domino Joanne de Modestis Ariminensi;
domino Bartholomeo Foscaratio, notario
Bononiensi: & domino Alexandro Gar-
ganello Bononiensi, testibus similiter adhi-
bitis ad praedicta omnia, pro parte praefat-
ti reverendiss. & illustriss. D. Card. de Mon-
te, & aliorum Episcoporum & Praelatorum,
qui omnes testes idonei ab omnibus parti-
bus vocati fuerunt, & rogati, &c.

Responsum Pontificis datum ora- tori Cesareo ad protestationem.

Magnam superiori consistorio, Illustriss.
domine Orator, mæoris causam dedisti
sancto domino nostro, & sacro Cardinali-
um collegio, cum ex diplomatis illius ver-
bis, quod mandatum appellabas, hoc in lo-
co abs te prolati & recitati, facultatem tibi
ipsi, coram sanctissimo Domino nostro &
sacro collegio protestandi, à Cæsarea Ma-
jestate datam esse, affereres, qua statim es
usus. Magna idem mandatum postea dili-
gentius expensum & examinatum, lætitia
eos ipsos affecit, quorum animos dolore
ante affixerat: cum nihil in eo repertum
sit, quod tibi istam facultatem, quam tu tibi
sumeras, daret:

p. 525. Hæc vero duo cum explicavero, ac si-
mul doloris & mæoris causas atq; ratio-
nes reddidero, scias, tibi maxima ex parte
ad ea omnia, quæ alicujus momenti vel di-
cta abs te prolixius, vel acta in superiori
consistorio fuere, de quibus nunc respon-
sum expectas, esse responsum. Quæ enim
protestatio illa tua completabatur, licet
responsum non indigerent, tamen silen-
tio minime præteribo. Hunc vero ordinem
in respondendo sequar, Sanctissimi domi-
ni nostri autoritati obtemperans, qui eum
mihi prescripsit, cum mihi has partes tibi
respondendi imposuit.

Igitur ut à mæoris causa explicanda
incipiam, ea quid. in ejusmodi est, quam
per te facile intelligere possis, præsertim
cum partem hujus molestiaz tam in ipso
protestandi munere fungendo, quam gra-
vij onere portando, te ipsum sensisse mini-
mè dubitandum est: eò autem majorem,
quod nihil magis studium tuum erga cla-
ssissimam Cæsareæ pietatis & religionis fa-
mam, vel major pietas erga Ecclesiam esse
debet: cui ex hac re non minimam per-
urbationem impendere, quisq; ac prudē-
terum estimator merito suspicari potest.

Hæc ergo est ipsa causa doloris, quam
protestandi asserta à te facultas, merito
utrisq; attrulit. Quam si in te ipso, quod mi-

inceps protestandi proposito abducitur;
hanc, qualis sit, potuisti facile agnoscere.

Illud vero omnibus notum est, rem malum
exempli esse, & ab iis potissimum usurpatum,
qui vel prorsus ab obedientia discesserunt,
vel in ea vacillare coepierunt. Quare si hæc
maxima perturbationis Ecclesiæ signacera-
tissima graviter S. Domini N. animum co-
moverunt, qui paterno amore semper Cæs.
Majestatem est prosecutus, & Ecclesiæ pa-
ci, ut pastorem Ecclesiæ duceret, semper du-
xit: nihil mirum. Eò vero graviorem do-
lorem & ejus Sanct. & sacro collegio, &
omnibus, qui pacem Ecclesiæ amant, intus
serunt, quo minus hoc tempore aliquid
eiusmodi expectabatur.

Quid enim minus expectari poterat
Cæs. Majest. quam eo tempore, quo contra
eos, qui quæ rebellionis nomen erga ejus
Majestatem, maxime vero erga Ecclesiam
Rom. obregerent, Protestantes se appellau-
runt, gloriosissimam victoriæ reportavit?
id quod non tantum interveniente S. nati-
tate sua (ut tu, domine Orator, nimis levi-
ter æstimans Sanctitatis suæ auxilia, in hoc
ipso bello Cæs. Majestati nulla dixisti) sed
ita prolixè copiis & pecuniis adjuvante, ut
vires patrimonii Ecclesiæ excesserit; omnia
autem tempore ita opportuna data, ut plena
opportunitate auxilio utetur; magna be-
neficio & utilitate superarent. Quid igitur
minus expectari potuit, quam ut adepta
victoria, & ad huc recenti, tales fructus pie-
tatis & benevolentiaz Sanctitatis ejus Cæs.
Majest. redderet, ut finis illius belli, princi-
pium protestandi contra eam futurum es-
set?

Cum expectavit, ut faceret uvas, fecit
labruscas, dicit propheta in Dei persona
ad populum suum, post multa beneficia il-
lis collata, cum eorum ingratum animum
redargueret. Si vero ipse Dei in terris vici-
tus, Cæs. Majest, tanquam plantam nobilis-
simam omni studio jam inde ab initio
pontificatus semper colens, ex qua Sanctiss.
& nobiliss. fructus ad pacem & concordiam
Ecclesiæ expectabantur: haec sua dili-
genti & assidua cultura non fraves, pacis
& concordie tanquam uvarum fructus, sed
protestationis minime decentis, & discor-
diarum acerbissimas quasi labruscas per-
cipiat, cui magis eonveniret mæcenti ani-
mo dicere, Quid potius facere vineæ mez, &
non feci? & quæ seqvuntur.

Hæc ergo fuerunt, quæ Sanct. Domini
N. & universo huic sacro collegio mæ-
rem animi meritò attulerunt: cum tamen
(domine orator) diplomatis seu mandati

gentius examinatum primum sententiam inde reliquos omnes, qui ob hanc causam dolore sunt affecti, omni dolore levavit. Quod uno verbo minime à te expectato, dicere possum: hoc scilicet, nihil in mandati diplomate contineri, neverbum quidem, quod tibi facultatem praebat, sed ea forma verborum contra S.S. & hoc sacrum collegium protestandi, qua in tua protestatione es usus, cum minime honorifica sancti sue, tum Cæsar. Majest. parum digna.

Dico verò iterum atq; iterum, ut melius audias & intelligas, nullum scilicet verbum esse in mandati diplomate, quod fugiunt, talem voluntatem Cæsaris fuisse, ut eo modo contra Sanctissimum dominum nostrum protestareris, quo jam es protestatus: nullum, quod hanc tibi facultatem daret. Tu enim, quasi facultas tibi data esset contra sanctitatem suam & sacrum collegium protestandi, sic ea usus es: hujus verò rei in mandato tuo nullam non modò expressam, sed ne leviter quidem adumbratam voluntatem Cæsar. Majest. habes: in hoc verò expressam, contra legatos sanctitatis sue, & prælatos Bononiæ existentes, quos translatione concilii à Tridento Bononiam autores fuisse accusat: ac ut contra eos sui procuratores protestentur, mandat.

Tu verò cum audires, contra illos à procuratoribus Cæsaris jam protestatum fuisse, quasi idem esset protestari coram sanctitate sua, & sacro hoc collegio, & contra ejus sanctitatem & sacrum collegium, eo modo protestandi es usus in hoc sacro loco, assertus hac in causa procurator, quomodo alii procuratores Cæs. Majestatis apud assertos, ut appellas, legatos sanctitatis sue Bononiæ sunt usi: quam tibi facultatem, ut dixi, non competere, ex tenore & data mandati planè constat. Præcipua enim quæ tu protestando objicis, aliquot mensium spacio, postquam mandatum factum fuerat, acciderunt: ita ut in illo S. Majest. compleSSI ea, quæ necdm contigerant, nulla ratione potuerit.

Sed qui melius hoc intelligi potest, quam ex ipsius mandati verbis? Recitabitur igitur bona fide, quæ tu bona fide scripta esse dixisti, cum descriptum exemplar mandati mihi traderes. RECITETUR MANDATUM. Carolus V.&c.

Intellexisti nunc tandem domine Orator, quod antea non animadvertisisti in verbis mandati? Si enim abs te animadversum fuisset, non tam longè extra fines mandati fuisses progressus. Sed nunc admonitus, annón animadvertis, quo pacto, cum de legatis Bononiæ, & de protestatione mandatum loquitur, hanc voluntatem Cæ-

legio contra ipsos legatos: ex quo semper his Majest. S. judicium à sanctitate sua, quæ legitimus & unicus judex hujus negotii est, reposcere censenda est.

Nunc ergo ex his vides, quod videamus omnes, & libenter prædicamus, legitimos fines modestissimi Principis Cæsarem suo mandato non egredendum: qui si se offensum existimabat à legatis sanctitatis suæ, & ab illis prælatis, nihil à justitia alienum fecisse videbatur, si contra illos coram sanctissimo D.N. & sacro hoc collegio protestaretur: neq; extra hos terminos diploma illud, quod mandatum appellas, quoquam progreditur. Quod si Sanct. S. hujus cause cognitionem suscipere recusasses, tunc deum, si unquam, protestationi contra S. S. locus aliquis & tempus fuisse.

Tu verò non modo hoc tempus non exceptasti (quod certè si futurum fuisset, exceptare debuisses, si vel speciem aliquam justitiae tuam protestationem habere voluisses) sed nec tale judicium unquam postulasti: si quod verò postulasti, quod ad judicium hujus cause attinet, hæc summa tuz protestationis fuit, ut legatos ipsos, una cum maxima parte ipsorum prælatorum, indiciæ causa S.S. condenneret,

Quid enim aliud revera petis, quando à SANCTITATE sua postulas, ut decretum illud concilii, quod statuit translationem ejusdem concilii à Tridento Bononiam, quod illi ut necessariæ & salutariter, sic & justissimis modis factum afferunt, rescindere & abrogare tanquam injustum, & factione potius quam jure factum, sine ulla ulteriore cause cognitione postulas: & ut multò maximam partem prælatorum una cum legatis minimæ parti, quæ Tridenti manserat, cedere cogat: quod quid magis omnem autoritatem ipsi concilio, non modò in præteritis actis, sed etiam in futuri adimere possit, præsertim cum nullam æquitatis formam, nullam juris, id judicium habiturum esset, non video.

Quantò & quius fuisset, ut pauciores illi, qui Tridenti remanserunt, si quid à majori parte minj justo factum fuisse in hac translatione, cognovissent, ejus Sanctitati suas vel excusationes vel querelas porrigerent: quas quidem ejus sanctitas nunquam sibi recusasset accipere, quemadmodum neque nunc recusat. Imò quoniam Cæs. Majest. mandati verbis huic spectant & provocant, quemadmodum justissimum & religiosissimum principem decet, sancticas ejus hujus cause cognitionem & controversiam de jure translationis ejusdem, veteri & perpetuo more & jure Rom. Pontific. ad se re-

vides, domine Orator, quantum cautiam habet & sanctitas ejus & sacrum hoc collegium, ac omnes pii: tu ipse deniq; PRINCIPIS tui causa, ECCLESIAE gratulandi, erexit ex tanto timore, quantum asserta protestatio tanti principis tali tempore meritò incutere potuisset. Quia in re divinitate bonitati maxima sunt agenda, gratia, quod cum seditiosa consilia non decesserat, quae Cæsar. Majestat. huc impellerent; tamen Dei tutela in eam tanta extitit, non modò, ut non permiserit eum aliquid eiusmodi in suis scriptis complecti, quod Ecclesiæ perturbationem afferre possit, sed contraria veram & legitimam viam aperuerit ad ipsam pacem Ecclesiæ, & concilii ipsius concordiam firmandam. Principis igitur tui causa habes, domine Orator, quod gaudias: tua vero, quantum vel gaudendum vel dolendum tibi sit, tuo judicio perpendendum relinquitur.

Atque haec quidem hac tenus dicta sunt, cum eiusmodi sint, quæ fundamenta tuorum dictorum & actionum in superiori confistorio tollant. Iisdem sanè Sanctitas ejus omnem suam respositionem concludere posset, nec quicquam præterea ad protestationem tuam, quæ nulla est, nullam vim habet, nullo jure consistit, respondere: Verum quia fieri possit, si, quæ abs te sunt dicta, silentio præterirentur, ut suspicionem ea res alicujus verè objecti criminis (eò vero plura objectisti) ignaris rerum afferre possit, idq; cum detrimento salutis animarum eorum, qui illis fidem essent habituri: ideo Sanctitas ejus omnium saluti consilere volens, & falsos rumores sparacos, quantum fieri potest, ex omnium animis depellere, me etiam iussit, ut ad objecta tua in asserta illa tua protestatione responderem ea quæ nunc es à me auditurus: si primum, quod spectat haec tota protestatio, quem finib; proponat, edixero.

p. 527. Scopus vero eum esse video, ut negligenter in rebus Ecclesiæ S.S. tergiverantem, ac moras afferentem, ne concilia ritè celebrentur, ostendat. Contra autem, vigilantem & diligentem ipsam Cæs. Majest. Cum igitur hunc scopum tibi tua protestatio proposuerit, argumenta omnia, quibus viam ad hanc conclusionem firmandam munire tibi contendis, ejus quidem generis sunt, quæ maximè Cæs. Majest. pierat et & studium erga Ecclesiam declarare videatur: præcipue vero procuratione celebrationis concilii generalis, quod præcipuum remedium rebus Ecclesiæ afflictis & perturbatis semper est judicatum.

Hæc omnia si ab te hoc animo prolata fuissent, ut Cæsar. pietatem testacionem

et cetera forem. Ecclesie dederit: nec enim S. Sanctitas Cæsar. virtutes obscurare cupit, ut suæ illustrerentur, quod esset invidi: nec minores videri eas, desiderare potest, pro quibus unâ cum Ecclesia preces toties fundit.

Sed quoniam tu, in hac tua asserta protestatione quo magis CÆSARIS virtutes illustras, hoc magis obscuriora ejus Sanctitatis studia, & ejusdem negligentiam in rebus Ecclesiæ testacionem reddere existimasti: ideo huic parti, quæ prima pars est protestationis tuæ, in qua Cæsar. studium extollis in procurandis rebus Ecclesiæ, maximè autem frequenti postulatione concilii generalis, primùm apud beatissimæ memorie Pontifices Leonem & Clemensem, tandem apud S. Sanctitatem: siccpondet S. Sanctitas.

S. Cæsar. animus hic fuit, si hocejus desiderum, ut generale concilium celebretur, commune quidem hoc desiderium fuisse suæ Sanctitati cum illius Majestate. Sive ro commune, ut Sanctitatis ejus voluntas sit hac in re, quemadmodum est illo statu, sic tempore etiam antiquior, quam candem fuisse etiā antepontificatum adeptum sic declaravit, ut nullus ex hoc S. Collegii frequentius ea de re cum eisdem Pontificibus egerit: idq; testimonio ipsius S. Collegii, præsertim eorum, qui tum in Cardinalium numero adscripti fuere.

Nec vero inanem hanc ejus voluntatem fuisse, sed sinceram & stabilem, factus Pontifex statim declaravit: cum nulla de re potius apud principes, quam de celebratione concilii egerit. Simul ac autem eis et minima occasio ejus celebrandi fuit oblata, id indixit primum quidem Mantuor. et tu domine Orator rectè quidem commoras: deinde Vincentiæ. Quibus in locis si res ex voluntate Sanctitatis suæ non successit, quod Mantua ferè nulli, Vincentius pauci prælati convenierant: tamen nondem fuit cura & studium suæ sanctitatis, quæ Vincentiæ suos legatos sex mensium spacio expectare Episcopos fecit, quos per litteras suas ad omnes provincias directos, ad concilium invitaverat: & simul nuncios ad principes dimiserat, ut bona eorum pace liceret Episcopis ex quavis provinciæ, qui convocati erant, venire.

Quod si Mantuæ ac Vincentiæ nulla frequentia Episcoporum fuerit: non ob eam quidem causam id accidit, quam tu domine Orator affers, cum dicis, illas civitates minimè aptas fuisse, quo diversarum provinciarum homines convenienter: qui solam TRIDENTINAM nunc aptam esse contendis. Præsertim cum hoc consteret,

celebrationi concilii sunt necessariae, nec urbes Tridentinam longè superare. Sed aliae causæ fuere, maximè verò ipsa bella inter principes Christianos, quæ hoc sanctum studium celebrandi concilium, nusquam ullam causa penè sola impedivit.

Hic vero magis eminere sanctitatis suæ studium celebrandi concilium, Cæsar's studio est necesse, quod Cæsar sive invitus id fecerit, sive quacunque causa addu&g; & tract⁹ ad bella, quæ gessit, maxima impedimenta interposuisse celebrationi concilii, nemo negare potest. Quæ hanc tamen maiorem occasionem ejus sanctitati declarandæ suæ piz voluntatis dedere, quod assiduus favor pacis semper fuerit, bellum ipse nunquam gesserit: quod vel minimum impedimentum concilii celebrationi dare potuerit, nulli parti plus quam alteri adhæserit: nulli principi se sociū belli adjunxerit, præterquam ipsi Cæsari, eo in bello, quod videbatur maximum viam munire celebrando concilio: & ut tu domine Orator recte dixisti, ut quod ratione suaderi sibi non permittent, ut sacris concilis obedirent, vi cogerentur.

Verum ne singula retenseantur, quod esset nimis longum: & ut omnis actionū comparatio tollatur, quam sanctitas sua fieri non vult, præsertim hac in re, in qua de pietatis laude sit contentio [quæ qualiscunq; sit, tota tribuenda Deo est] sed ut concludatur hic locus de studio suæ sanctitatis, de laboribus, de impensis pro celebrazione concilii, in cuius commemorationem tu domine Orator S.S. compulisti: sic brevia me expeditetur tota haec oratio: si tu domine Orator, apud animū tuum paulò diligentius recensere volueris acta singulorum annorum pontificatus sancti, suæ, quæ publicè omnib. sunt nota. Quod si feceris, ejus piam voluntatem statim clarissimè in nunciis & legatis agnosces: quos singulis ferè annis eū iis mandatis præcipue ad diversas provincias misericorditer, ut quories ab atrmis cœfatum esset, & intervalla bellorum spem aliquam alicujus opportunitatis celebrandi concilii darent, de hoc cum iis principibus agerent, quorum autoritate & opera concilia indigere solent, cum bella flagrarent, de pace, cuius tamen finis & fruct⁹ esset ipsa concilii celebratio.

p. 522. Hac in re ita fuit ardens animo Sanctitas ejus, ut nec iterum longitudine, nec incommodis deterreri potuerit: licet annis admodum gravis, quod minus ejusmodi legatione, dicitur: non semel apud principes discordes, per se obire vellet pro ipsa Ecclesia, ut ei simili cum pace concilium transferre reddaret. Hoc certè anno 5

num Concilium: neq; etiam quicquā hic objicis, antequam venias ad translationē: ac ne in ea quidem aliquid accusas, fate ris enim, inscas sanctitatem sua, id factum fuisse: & ob eam causam legatos accusas, quod incōsulta sanctitatem sua id fecerint.

In hoc tantum factum sanctitatis suæ improbas, quod quibusdā literis, in quibus prælatorum, qui Tridentino Bononiā unā cum legatis concilii se contulerant, mentionem faciens, concilii Bononiensis nomine illorum congregacionem appellat, in grave [ut tu dicis] præjudicium illorum prælatorum, qui Tridenti remanserunt. Si verò hoc præjudicium concilii aellatione attulisse illis affirmas, non idem præjudicium est, quod Cæsar ipse suis in literis attulit, quod tu ipse domine Orator, quod reverendiss. Tridentinus, cum verba literarum Cæsar's sequentes postularetis, ut sua sanctitas Concilium Tridentinum revocaret, reverti faceret, reduceret? Quod fieri quidem non posset, si nusquam nisi Tridenti concilium esset.

Quare cum de congregatione Bononiæ constet, Imperatorem intellectisse, concilium eam congregationem illū quoq; appellasse, non est dubium. Cur ergo hic non idem est præjudicium? an quod summi Pontificis verbum, qui legitimus est judex, vim sententie habere videatur? In hoc sanctitatem ejus accusas, quod præ proprio judicio antevertens judicis sententiam, causam eorum qui Tridenti remanserunt, damnaverit, congregationem Bononiensem Concilium appellans?

Ausculta ergo, & intellige, domine Orator, qui recte hac in causa suæ sanctitatem judicem cognoscis, ne latum quidem unguem eam ab officio judicis discessisse, nullumq; præjudicium alteri parti attulisse, etiam si concilium conventū Bononiensem appetat: quia donec causa cognoscatur, liberum est judici, communī vocabulo, quo omnes utuntur, ut O nnes vero ita vulgo & loquuntur & scribunt, concilium esse translatum Tridentino Bononiā, & illic nunc esse: imo Sanctitas sua, donec aliter sibi per contrarias probationes constituerit, cum videat, multo maximam partē Episcoporum unā cum legatis S. Apostolicz Bononiā causa transferendi concilii se contulisse, aliter, si justi judicis partes sequi velit, dicere aut appellare nō potest, nec enim minor pars in re dubia, quod tu in tua protestatione afferis, sed major debet sanior haberi.

Non igitur alia aellatione majoris partis Episcoporum se ex Tridento Bononiā auctoritate priorū, præsertim

conservat: concilii tamen appellationem non auferit, donec, ut dixi, alterius partis probationibus error & injustitia modi transferendi ostendatur.

Sed transeamus ad reliqua, quae aperitis verbis obiicis S. S. Adjungis autem necessario quid in illa tua querela *injustæ* (ut dicas) translationis concilii: quod non tam ad prælatos illos pertinet, qui autores eius rei fuerunt, quam ad eius *Sanctitatem* in eadem causa, & ut dicas, criminis involvendam: cum dicas, prælatos quosdam obnoxios & addictos nomini *Sanctitatis* suæ hoc fecisse.

Quid vero tu, domine Orator? an ut hoc accusas, quod sunt addicti: sic illos laudas, qui Tridenti manserunt, quod nomini Pontificio non sunt addicti? At vides, quale periculum inde timeri poterit. Nec enim schisma ex alia renasci solet, quam ex eis prælatis, qui nomini Pontificis Roman. minus sunt addicti. Si vero addictos intelligis factiosos quosdam, qui partes *Sanctitatis* suæ jure vel injuria defendere velint: tales quidem sua sanctitas nullos cognoscit, quia partes suas nullas proprias agnoscit, præter eas, quae sunt patris erga filios, & pastoris erga gregem: nec vero accidit adhuc illa talis controversia in concilio, ut ejusmodi addictis opus esset: tantum denique sua *Sanctitas* sibi addictos Episcopos esse cupit, quantum sua conscientia & libertati, cuius præcipue semper concilio habita est ratio, addicti esse velint.

Neque vero quicquam fuit, quod sua *Sanctitas* legatis suis discedentibus majori cura commendarit, quam ut viderent, ne patribus in concilio ullam occasionem ademta sibi libertate sententiarum discendarum conquerendi præberent.

Sed transeamus nunc ad reliqua, quae aperitis verbis obiicis S. S. Ad illud vero in primis, in quo insistis maxime, quod S. S. nullis nec Cæsaris nec serenissimi regis Rom. hortationibus, nullis denique aliorum principum Germaniæ vel hortationibus vel precibus sibi persuaderi praetitatur, ut concilium revertatur Tridentum. Ex quo argumentaris, minime curæ esse *Sanctitati* luæres Germanorum, corù salutem pro nihilo apud eam haberi: pressertim cum Majest. eius studio & cura tantum effectum sit, ut si concilium redeat Tridentum, ii statim Tridentinæ synodi decreta sint suscepturni, qui jam pridem ab Ecclesiæ obedientia discesserunt.

Hic quidem sua S. hoc primum responderet, nunquam se præcisæ negasse redditum

hoc credit, experientia superiorum annorum satis admonetur: quæ haec ratione adducta, quod salutarem Germanicæ populis indictionem concilii Tridenti futuram speraret, jam bis eodem in loco concilium vocavit, bis legatos misit: quod sat is ostendit, sanctitati suæ non minime, sed maxime curæ esse res Germanorum.

Sed cum legati eius in prima indictione, 7. menses integros expectassent aduentum Germanorum, & aliarum provinciarum Episcopos, quam pauci venerantur, quam nulli potius, quis te melius noverit, domine Orator? qui una cum Illustri domino Granvella, & Reverendiss. domino Episcopo Atrebaten. tenitus Orator Cæs. Majest. eo accessisti: cum legati tamen eò in loco adesserent reverendiss. Cardinales Parcianus Moronus & Polus, quorum patientia in expectando ipse optimus testis esse potes: eo autem loquacius testimonium hac in re date, quod invitatus & collegaz tui à legatis, ut canadæ imitaremini, ut saltem vel unus vestrum maneret Tridenti, quia vestrum exemplum multos facile invitare posset, ut se nirent: vos ipsos excusatiss., quod id minime facere possetis: & cum pauculos di es illic fuissetis, tandem discessistis.

Sequitum est postea eodem in loco maturiori tempore, ut est existimatum, indictionem à S. D. N. concilium, misis eodem legatis reverendiss. de Monte, S. C. V. eis. & eodem Polo: cum tu domine Orator, una cum illustri domino Francisco de Toledo, Cæs. Majest. iterum oratore venisses. Quanta vero & quam longæ exspectatio legatorum fuerit, cum tu cum patientia particeps esses, nihil attinet a pud te commemorare: sed meminisse potes, quot menses pene frustra consumti sunt, antequam principium Concilii dari poterat. Post vero, cum jam per Dei gratiam, & solicitudinem S. D. N. & legatorum suorum, concilium inchoaretur, & jam præclaros progressus fecisset, multa præclara tum de fide cum de morib[us] reformatione decreta edidisset, omniaq[ue] abunde adessent concilio, quæ Germanos, ut convenirent, invitare possent: tu vidiisti, quam pauci accesserint: ex illis quidem, qui medicina concilii maxime indigebant, nulli,

Ex episcoporum numero etsi aliqui inventi sunt, sicutem qui procuratores suos miserint: tamen quod attinet ad id remedium, quod ex concilio Tridenti celebrando, salutis Germanorum causa, sperari potuit, ne minima quidem ex parte signa voluntatis in recipienda medicina

ca natio licet propinquior, passa est le vinci ab aliis nationibus, ab aliis episcopis, qui satis magno numero venerunt ex Hispania, Gallia, Italia, & remotioribus provinciis, quibus civitas Tridentina non erat ita commoda.

At alia nunc tempora sunt, au&a nunc est magis autoritas Casaris, qui in se recipit Germanos, si concilium redeat Tridentum, omnes ad obedientiam reddituros. Hoc enim se effectum, Casar, ceteriq; Princes & status Germaniz pollicentur. Tu verò domine Orator, tecum considera, si Germani hanc voluptatem habent, cur non simpliciter se concilio submiserunt? Quāquam non hoc propterea dictum est, quāsi multū laboret sua sanctitas, Bononiāne an alio loco perficiatur concilium, modò publice & communis Ecclesiae utilitatis ratio habeatur.

Tu verò, dominē Orator, ita vim loci & urbis Tridentine in hac causa verbis exageras, ita necessariam esse illam civitatem, affirmas, quō redeat concilium: ut, nisi in eo loco, ubi incepsum est, illud quoq; concilium finiatur, actum esse de salute populi Germaniz, asseras. Quare culpam hanc si & sanctitati tribueritis, nisi ejus autoritate eō rursus redeat concilium. Considera quāso quā dicis de hac necessitate cogendi concilii eo uno in loco, quo videbis idem facere in re concilii, atq; factum est (divina providentia statuente) in veteri populo, cum nondum Spiritus esset datus, ut uno tantum in loco, in una tantum civitate Hierosolymitana sacrificare possent.

Cur enim concilii universalis vim, in quo Spiritus san&us pr̄sideret, ad unius civitatis muros cogis, in quo de Germanorū salute agatur? annō eandem servitutem in celebrandis conciliis pro salute populi Germaniz introducis, quā erat populi Iudeorum in sacrificiis, qui nusquam salutares hostias, pr̄terquā Hierosolymis offerre poterant? Nunc enim, qui certum locum pr̄scribere velint conciliis, de cujus cunctis populi salute agatur, quasi nusquam pro illis quicquam salutare decerni possit, nisi eo in certo loco, vim quidem & injuriam facit Spiritui sancto & illi, ex cuius merito, & per cuius misericordiam per orbem universum est diffusus:

Vide verò, si h̄c ratio valeret, qua soli nati videris, cum contendis, concilium necessariō Tridentum reduci oportere: hoc scilicet, quā Germani illis morbis laborant, qui per concilium necessariō sanari debeant. Quid ergo, si Daci, si Bohemi, si Gotthi, si Angli eisdem morbis laborant, an singulis Generale Concilium domi

lunt decreta conciliorum: sed eorum, qui facti sunt decreta conciliorum: qui sunt ipsi Episcopi, qui pr̄sunt in Conciliis, quorum commoditati ea re maximē consultiunt: nec ita spectatur unius nationis hac in re commoditas. Quot enim concilia nominari possunt, ad extirpandas unius provinciæ heres, in aliâ indicta, & celebrata, quā non minus erant utilia illi provinciæ, in qua natæ sunt heres, quām si in ipsa celebrata fuissent?

p. 530.

Deniq; quām iniqvum hoc videtur, ut lege vel decreto facto à Germanis, de loco certo unius urbis statuendo pro concilio, ipsi ceteris libertatem, & ejus eligendis locis auferret & sibi vendicare velint?

Hac verò nunc sint dicta, ut intelligas, cum de concilio celebrando conveniat, nullam esse causam, cur tam pertinaciter de uno certo loco cogendi debeat, ut necessere sit, ad tam extrema remedia, qualia sunt h̄c genera protestationum, venire, quibus tu nunc apud S. D. N. apud quem minimē oportuit, es ulus. Quoram capita in fine tuę prolixę orationis colligis: ad quā nunc respondebo, sed mutato ordine, ut ad primum caput, in q: o cœstra illos, qui concilium Tridentino Bononiam transulerāt, protestaris eorum factum, ut alie- num à legibus & moribus Ecclesiae & conciliorum, accusans ultimo loco respondeā.

Tamen in his, quā superius à me dicta sunt, quā justè & legitime dici possunt à S. S. jam intellexisti. Illud autem in primis, quod si sua sanctitas verbo approbare visa est illam translationem concilii [sequens majoris partis sententiam] cum nondum talis controversia exorta esset, ut pro ea di- judicanda judicis personam sumere esset necesse: tamen nunc in eo non persistit, rō jam vocata ad judicium. Sed in fine distin- tiū declarabitur, quid in hac re sua sanctitas respondere statuerit.

Nunc quod in secundo capite totam protestationem convertis contra sanctitatem suam, objiciens, ejus responsonem ad Cr. Majst. illegit: mam, pr̄senti negotio & nec: sanctitati ineptam & inconvenientem, fuso & figurantis plenam, ac prorsus delu- foriam fuiss: & esse, nulloq; jure, nulla ra- tione subsistere.

Hic enim tua verba repeto, quā utinam aut modestiora fuissent, aut saltē ejusmodi, ut non in genere tantum dicta, sed ali- quibus probationibus nixus distinctius ostendisses, quā in re, quo in capite (nam plura continebat) responso sur sanctitatis illa peccaret. Scilicet enim distinctius posset tibi responderi. Nunc cum in genere dicas, etiam in genere erit respondendum, tem- contraria habere aro: ri affirmas. esse sci-

Si verò his, quæ præcipua capita sunt, quæ postulant, ut rata ac firma ea decreta habeantur, quæ jam tractata sunt, quæ pertinet ea, quæ ad securitatem loci pertinent præstandam, quæ ad libertatem eorum, qui venturi sunt ad concilium, ut tutus sit eorum itus & reditus: quæ petunt, ut is ordinetur in conciliis, qui jam inde ab Apostolorum temporibus per sanctam Romanam & universalem Ecclesiam fuerit observatus: quæ postulant rei frumentariz & commeatus rationes explicari, anteaquam Tridentum redeatur: hæc omnia conservata sunt postulari in conciliis omnibus, ac non tam legibus pontificum, quam ipsorum Cæsarum firmata. Quare quid ex his magis te offendat, quod in justitiae speciem præseferat, cum tu nihil explices, difficile est divinare: utcunq; sit, ex his satis ad hoc caput responsum erit.

Restant duo alia, in quorum priori protestaris, omnia damna, tumultus & pericula, quæ in tempopl. Christianam sunt evenitura, sanctitati sua Majestatem Cæsaream attributuram: in altero, suam Majestatem non defuturam Ecclesiæ: sed in omnibus, in quib; negligens invenietur, sua S. in eisdem eandem Cæs. Majest. protectionem Ecclesiæ suscepturam. Ad quæ duo capita sua S. sic simul respondet: se, quatenus humana imbecillitatem per divinam gratiam vincere possit, non commisuram, ut jure negligens in rebus Ecclesiæ haberi posset.

Sin ita contigerit (septies enim in die cadit justus) se eò minus dolere posse, si ejus negligentia Cæsar vigilantiæ acuere posset, ut necessitatibus Ecclesiæ subveniat: modò ita ejus curam suscipiat, quæ admodum tu Majestati sua in hac asserta protestatione præscribis, cum dicis, quatenus jus patitur, & legibus sanctissimorum patrum institutis, & orbis consensu hoc decreatum atq; observatum fuerit. Quem modum & modum si Cæsar sibi observandum animo proposuit, tum sanctitatem suam in optimam spem venire, facile per Dei gratiam, omnia ea mala, quæ hæc protestatio minatnr, depelli posse: nihil autem in posterum opus fore protestationibus.

Nec enim unquam talem suam negligentiæ futuram sperat, quin si Cæsar hanc diligentiam præstet, quam hæc protestatio pollicetur, uterq; suo officio fungens, Ecclesiæ utilitatibus ad Dei honorem, cuius in diverso munere ambo sunt ministri, cum pace & tranquillitate populi Christiani,

torum scandalo dediles, quantum te vel falsum rumorem protestationis hujus multorum animis attulisse est verisimile. Quia igitur tu procuratorio nomine S. Majestatis protestationem contra legatos & alios prælatos Bononiæ, sub nomine concilii congregatos & congregandos, coram sancta sua & his venerabilibus fratribus suis interposuisti, ad quod tantum faciendum & proponendum Majestas sua te procuratorem & mandatarium fecit, constituit, & deputavit, sanctitas sua, habita super his cum eisdem venerabilibus fratribus suis, sanctis Rom. Eccles. Cardinalibus, matura deliberatione, de ipsis concilio & unanimi assensu, protestationem hujusmodi admittit, si & in quantum de jure admittenda vniat, & non alias aliter, nec alio modo.

Non intendens propterea, per hujus modi admissionem concilio, aut prefatis legatis & prælatis, seu aliis quibuscumq; [quorum interest, aut interesse potest, vel poterit quomodolibet in futurum] in aliquo præjudicare: nec eis iacturam aut ullam præjudicium inferre, sed eorum jus [si quod illis jure, privilegio vel consuetudine qualitercumq; competat] salvum, integrum, & illæsum præservari: neq; ex hoc S. Majest. aut quibuscumq; personis, regnis, & dominiis suis protestationi hujusmodi adhærentibus seu adhærente volenter, actionem vel exceptionem, seu jus aliquod de novo acquiri: sed nihilominus (cum in dicta protestatione, translationem concilii ex Tridento ad Bononiæ civitatem faciam, nullam, & invalidam, & injustum, nulliusq; momenti & effectus fuisse, coram beatitudine sua, & ejusdem venerabilibus fratribus suis proponatur, & quam plures quidem cause & rationes ad id allegentur & deducantur, quia probationem causaq; cognitionem requirant) volens S.S. (prout ad suum incumbit officium) conquestione coram ea propositam hujusmodi cognoscere, illamq; ad universalis Ecclesiæ unitatem, pacem, & conjunctionem membrorum ad unum caput, Christum videlicet conservandam: ad divisionem ovilis S. Sanctit. ex alto commissi: & illud schismata [per quod ipsa Ecclesia scindi & scandalizari, grecq; Dominicus sibi creditus turbari potuit] prohibendum, nec non scandalis & damnis, quæ exinde evenire possent, occurrentum concordia vel jure, aut aliter fine debito, quam celerrime poterit, decidere & determinare.

Igitur de eodem consilio & assensu, tam ex officio quam per viam querelæ, & instantiam omnium & singulorum, quorum

litatis, invaliditatis, & injustitiae translatiō-
onis hojusmodi, & processuum omnium
desuper habitorum, & exinde sequitorum
quorumcunq; ad se assumit: & illam & illas
cum dependentibus, emergentibus, anne-
xis & connexis etiam summarie, simplici-
ter, & de plano, ac sine strepitu ac figura ju-
dicii, solaq; facti veritate inspecta, audien-
das & in sacro consistorio referandas, Re-
verendissimis D. Parisiensi, Brugensi, Polo,
& Crescentio S. Rom. Eccl. Cardinalibus
committit & mandat, cum potestate citan-
di, & inhibendi etiam per publicum edi-
tum, constituto summarie & extrajudicia-
liter de non tuto accessu: ac omnia alia &
singula, quæ in p̄missis necessaria fue-
rint, seu quomodolibet opportuna & ne-
cessaria, faciendi, gerendi, & exequendi:
inhibens propterea in virtute sancte obedi-
entie, ac iub. excommunicationis, ana-
thematis, & maledictionis æternæ, & digni-
tatum ac beneficiorum Ecclesiasticorum,
quorumcunq; feudorum, indultorum, pri-
vilegiorum, concessionum, facultatum,
privationum poenis, ipso facto incurren-
dis ipsis legatis ac prælatis utrobivis exi-
stentibus, nec non quibuscunq; personis,
quacunq; Ecclesiastica seu mundana præ-
fulgeant dignitate, ne interim, pendente
hujusmodi cognitione, aliquid in ejus præ-
judicium attentare, aut renovare audeant
vel presumant: deceptricis ex nunc irritum
& inane, si secus à quocunq; super his scie-
ter vel ignoranter contigerit attentari.

Mandans igitur sub eisdem p̄teniis, tam
legatis ac prælatis, Bononiæ sub concilii
nomine commorantibus, quām prælatis
Tridenti existentibus, ut aliquos ex eis, vi-
ta, moribus, & scientia commendabiles, &
ad hoc instructos & peritos, [qui, postpositi
tis odiis, conciliatis animis, & Spiritu san-
cto, non autem passionibus, repleti dicant;
quid sentiant] quanto citius mittere pro-
curent: monens Episcopos omnes, & quo-
cunq; alios, sua interesse putantes, ut infra
mensem, à die intimationis præsentium
computantes, per se, vel per alios, ut in præ-
sentia ejus compareant propterea coram
sua sanctitate, vel ipsis judicibus, ad alle-
gandū, deducendum, probandum, quic-
quid allegare, deducere, probare vole-
rint, ut in p̄missis.

Veruntamen pendente hoc translatio-
nis judicio, ne ulla ex parte sanctitas sua
saluti provinciæ Germanicæ deesse videa-
tur: quemadmodum parentem decet nun-
cios & legatos eò mittere offert, si id præ-
sempore expadiens. & infra Casariæ

nulla aut iniusta translatio reperiatur, co-
cilium Tridenti persequendum omni sua
autoritate & studio curabit: in omnem ve-
rò eventum S.S. charitate, qua complecti-
tur inclitam Germanorum nationem,
nullum officii genus prætermittet, quod in
ejus potestate sit, quod mindus eam provin-
ciam ad Catholicæ Ecclesiarum unitatem re-
volet, & in ea pristinum Christianæ reli-
gionis splendorem restituat: quemadmo-
dum à Deo Opt. Max. votis omnibus pre-
catur, atq; exhortatur illustrissimus D. O-
rator.

Tœdet sanctitatem suam, te cum suis
continuis protestationibus contendere:
nec ipsam agrè ferre credas, Crl. Majest. ac
sancti Imperii jus, cui tantum præjudicare
times, si quod competat per te, illæsum
perservari, cum illud lœdere sua S. nusquam
intendat. Sunt tamen pariter sanctitatis suæ
ac S. Apostolicæ sedis; & hujus sacræ senatus
jura semper salva, & præservata, nec per has
tuas quantumcunq; repetitas protestatio-
nes, ac quantumcunque per te & nuper &
hac præsenti die gesta & dicta in aliquo lœ-
sa, satis est per protestationem per te in
præterito consistorio factam, congrue esse
responsum: illudq; tibimet, ut illi, qui eam
proposuit, ac temet præsente & intelligentie,
nec non coram eisdem notariis ac testi-
bus datum: quod quidem nec tua proba-
tione indigere, nec ei tua negatione aus
inficiacione seu improbatione aliquid ju-
ris detrahi posse constat:

Eritis igitur iidem vos & alii, si qui
præsentes sitis notarii, de omnibus & sin-
gulis rogati & requisiti, ut adhibitis eisdē
& testibus, ac ceteris præsentibus, qui pari-
ter ad hoc rogantur & requiruntur: unum
vel plura instrumentum seu instrumenta,
prout necessarium fuerit, desuper conficia-
tis, ac in notam redigatis, &c. die 1. Februa-
rii, 1548. in consistorio secreto jussu domi-
ni nostri sanctiss. legi suprascriptam re-
sponsem ipsis D. Didaco oratori Cesareo,
præsenti & audiensi ac intelligenti,
præsentibus ibidem, &c:

*Responsum datum in congregatio-
ne Oratori Cesarea Majestatis, die 27.
Decembris post Missam, 1548.*

Cum in ultimo consistorio secreto, illud
stris domine Orator, sanctissimo domino
nostro, nomine Cesarez Majestatis suppli-
casses, ut sua sanctitas universale Conciliū
pro salute Germanicæ nationis Tridentum
remittere dignaretur, sanctitas sua, sicut
Excellentia tua recordari potest, et
sufficiat, ut etiam ad propria nosce-

nz Cardinalibus, exponere voluerat, merito eosdem Reverendissimos dominos pro rei etiam gravitate consulendos duxit, & excellentiam tuam monuit ad revertendum in Consistorium, pro respōso. I. & sanctitatis accipiendo. Quia in re ne longior mora interponeretur, negotium cum eisdem Reverendissimis dominis Cardinalibus eo ipso in consistorio discussit, ac de eorum consilio & assensu Reverendissimos Episcopos & Prelatos, qui Bononiæ in concilio sunt, ante omnia consuli debere decrevit. Quod sanctè statim sua sanctitas fecit, celeri & tabellario dedita operâ ad eos cum literis misso, hujus tenoris.

Epistola Papa Pauli 3. ad Joannem Mariæ, Cardinalem de Monte, legatum in Concilio Bononiensi.
si, &c.

Venerabilis frater noster, salutem. Missus ad nos his proximis diebus à sereniss. Cæsar, dilectus filius noster Christophor⁹, tituli S. Cæsaris Cardinalis Tridentinensis, ipsius Cæsaris nomine nobis retulit, Majestatem suam magno studio & diligentia procurasse, ut universa natio Germanica Concilio jam indicato & incepto Tridenti celebrando, se submitteret, prout se submisserat, Addiditq; , se habere in mandatis à Cæsare, ut sua Majestatis ac serenissimi ej⁹ fratris Rom. Regis, & statuum facti Imperii nomine, à nobis peteret, ut pro unione dictæ nationis, ad gremium Ecclesiaz ipsum concilium Tridentum redire faceremus. Et deinde dilectus filius Didacus de Mendoza, ipsius Cæsaris apud nos Orator, in nostro consistorio, interessentibus [de nostra voluntate, cum ipsi id cuperent] cæteris Oratoribus Principum ac rerum publicarum, qui apud nos sunt, idem dixit & petiit, ac ne n. ora aliqua interponeretur, instanter postulavit.

Nos vero, re cum venerabilibus fratrib⁹ nostris, S. Rom. Ecclesiaz Cardinalibus, communicata, de ipsorum consilio & voto, pro communis pacis conservatione, ac pro evitandis scandalis, & ut tam illud, per quod concilium Bononiæ translatum est, quam cætera istius sacrosanctæ synodi decreta illæsa conservarentur, ante omnia in re tam ardua, more majorum, ipsius synodi fratres nostros Episcopos & Prelatos, qui ex omnibus ferè nationibus istic sunt, consulendos esse decrevimus. Quam obrem de salute dictæ nationis solliciti, & ne mora ad respondendum ipsi Cæsari in-

omnia ea mature examinetis, & perpendatis: & quid ipsi Cæsari à nobis super hoc responderi posse putetis, ad nos scribere non differas. Datum Romæ, &c. die 15. Decembris, 1548. anno 14.

Ipsa autem sacro sancta synodus, auxilio Spiritus sancti implorata, tollitisq; orationib⁹ & precibus per Reverendiss. D. Cardinalem de Monte, praesidentem & legatum Concilii, antes lectis, ac literis nostris prædictis alta & intelligibili voce, ita ut nemo ipsarum literarum tenorem commode intelligere non posset, recitatis: sc̄ re in duabus desuper factis congregationibus discussa, imprimis quidem humiliter à sanctitate sua, & D. Majestate petiit, ut quocunq; ipsa synodus de hac re, de qua consultatur, responderit, boni considerare, ac pro Dei gloria & Christianæ reipub. salute & pace dicta esse, censere vellent.

Deinde respondit, quod cum conferre aliquos prelatos, (concilio è civitate Tridentina ad civitatem Bononiensem legitime translato) ibidem post generalē motionem in publica sessione, ipsa translationis die ab omnibus prelatis facta, post amicabiliter ejusdem Cardinalis de Monte praesidentis & legati, & ejus collegi litteras, unicuiq; ipsorum Prælatorum ex Bononia ad civitatem Tridentinam per specialem nuncium missas, & presentatas jam per totus mentes Tridenti remansisse, & adhuc remanere non sine magno vilipendio concilii: ac fortasse aliquorum scandalo, qui remansionem illam divisionem arbitrantur, proptereaq; minoris autoritatis concilium esse putant: non videt ipsa sacra sancta Bononiensis synodus, qua via, quo modo, quare ratione, salva dignitate, majestate, honore, exultimatione ipsius synodi, ac sine perniciose pestiferoq; in omnem ævum exemplo de redditu ad civitatem Tridentinam deliberare possit: nisi prius Prælati ipsi Bononiæ veniant, & cum reliquis patribus se conjungant, atq; ipsius Sacro sanctæ synodi autoritatem & potestatem agnoscant, & amplectantur: quod synodus ipsa [ad tollenda scandalia in populis suscitata, ac pro Ecclesiaz pace atq; unitate] maxime cupit, ac parvo negotio, ac solo ipsius Cæsaris nutu fieri posse confidit: & de hoc Majestatem suam enixa precatur.

Quodq; eadem sancta synodus non videt, quomodo de hac liberatione tractari possit, nisi prius certa reddatur, quod ita se natio Germanica concilio Tridentino celebrando submittat ut fidem concernen-

rata, firma, stabilitate, & perpetua futura sint. nec alterius in controversiam aliquam, quovis praetextu, colore, occasione, vel causa deducentur: cum, juxta sacros canones sanctorum patrum exempla ac statuta, ac Imperiales etiam constitutiones, exploratissimi juris sit, quæ contra unamquamque heresin coacta semel synodus pro fidei communione & veritate Catholica atq; Apostolica promulgasset, non esse novis postea retractionibus mutilanda: & injuriam fieri reverendissimæ synodo, si quis semel iudicata revolvere & publicè disputare contenterit.

Præterea cum rumor increbruerit, quod prætextu cujusdam vulgaris seu populatis concilii ex omni hominum genere colligendi (quod Christianum colloquium appellant) mutanda esset forma generalium conciliorum, quæ per Apostolos, & ab Apostolorum tempore per S. Rom, & universalem Ecclesiam célébrata fuere: post habitu laudab. more sive modo procedendi, atq; indiqtæ synodi definitionibus hucusq; retento: cupere propriea ipsam S. Synodum de hac ipsa re certam reddi, ac sibi opportune caveri, antequam de redditu ad ipsam Tridenti urbem deliberetur. Insuperq; scire ante cupere, quænam cautio dabitur patribus Tridentinum ituris, pro suis personis, rebus & bonis: ita ut tam singuli quam universi plena securitate, ac libertate fruantur & gaudeant, & unicuiq; pro suo libitu eundi, standi, ac recedendi libera potestas futura sit, atq; à nemine via facti compelli possit.

Scire etiam ipsam synodum antea cupere, & certam reddi, quæ cautio ipsi concilio dabitur, nt quandocunq; videbitur majori parti, legitimas & rationabiles causas adesse, se ex Tridento ad locum ab ipsa majori parte, eligendum transferendi: itemq; causis, ob quas concilium indicatum fuit, satisfactum esse: liberum sit ipsi majori parti, cuiusvis contradictione, oppositione seu reclamatione non obstante, concilium transferre, vel etiā claudere & finire.

Ex quibus quidem Excellentia tua cognoscere clare potest, non posse ipsam synodum de redditu ad ipsam civitatem Tridentinam deliberare antea, quam præmissa omnia dilucidentur, & declarentur, ac plenè fiant. Quæ tanquam rationabilia, & sanctorum Patrum ac cæterorum conciliorū decretis conformia, & ad bonum publicum ac quietem reip. Christianæ tendentia, etiam sui sanctitati & eisdem reverendissimis D. Cardinalibus, ab his qui se concilio submiserunt, sicut tua excellentia afferit.

petrini, et p. o. et, ic. b. n. votis cupere salutem, pacem & quidē pugnationis Germanicæ: sicut jam multis & claris argumentis ostendit, & ipsi in primis Cæsarez Majestati cognitum est: ac paratum esse, ac semper fore, omnis curare & facere, quæ pro ejusdem nationis salute, ad boni pastoris & amantissimi parentis officium quomodolibet pertinebunt: certò sibi persuadens, rem ipsam à pientissimis & optimis Cæsare & rege Romanorum, nobilissimaque illa provincia eatenus peti, quateus sine scandalo & perturbatione, imò cum pace & concordia cæterarum nationum & provinciarum, servata etiam autoritate concilii & libertate Ecclesiastica, fieri possit. Ad quæ omnia sanctitas sua, pro universalis ejus curâ & officio, invigilare universaliter debet.

Acta, quæ præcesserunt protestationem Bononia habitam.

In nomine Domini, Amen. Noverint universi & singuli, presentis instrumenti seriem inspecturi, lecturi pariter & audiri, qnōd anno à nativitate Redemptoris & Dom. nostri Jesu Christi, 1548. indictione 2. Pont. S. D. Pauli, divina providentia Pat. p. III. 14. & invictissimi Cæsaris Caroli V. Rom. Imperatoris optimi max. Imperii 28. regnumq; suorum 38. die vero lunæ 26. mensis Januarii, de sero, hora circiter prima noctis, Bononiæ, in palatio nobilium ac magnificorum dominorum de Campegio, dum ibidem convenirent reverendissimus & illustrissimus dominus Cardialis de monte, & quidam Episcopi ac Prelati numero quadraginta quatuor, vel circa) in nostrorum notariorum & testium infra scriptorum presentis, introduci fuerunt in ipsum locum magnifici domini, Franciscus Vargas, procurator generalis fisci regni Castellæ: & Martinus de Soria Velasco Brugensis, Jurium D. D. & ipsius invictissimi Cæs. Consiliarii: quib. coram reverendissimo & illustriss. D. Card. de Monte comparentibus, ut Invictissimi Imp. procuratores Mag. D. Franciscus Vargas, fiscalis Cæsareus petiit, sibi restitui mandatum Cæsareum, quod antea ipsis per ipsam & collegam suum traditum fuerat: quo ei restituto, Reverendiss. & Illustriss. D. Card. de Monte præfatus, mandavit, legi per D. Claudium de la Casa notarium, infra scriptam protestationem.

Antequam autem D. Claudius protestationem præfatam legeret, ipse magnificus D. Franciscus Vargas, fiscalis Cæsareus petiit audiri, sed reverendiss. & illustrissimus ipse D. Cardinalis de Monte manda-

Liceret hæc iuncta congregatio cum praesidentia Reverendiss. & illustrissimi D. Card. de Monte legati Apostolici, non debat & non teneatur audire aliquam propositionem vestram, faciendam occasione mandati Cæs. Majestatis, per vos exhibiti, quod mandatum verè & cum effectu non dirigitur ad hanc S. synodum universalem & ecumenicam, in hanc civitatem Bononiæ legitimè translatam & congregatam: tamen ut nemo unquam possit prætendere, in hac sancta synodo non esse omnitudinem libertatem omnib. loquendi: contenta est vos audire, solenni tamen protestatione præmissa, quod per hanc audientiam & qualemcumq; propositionem vestram, factam, aut faciendam, non intelligit aliquo modo approbare aut admittere personas vestras, nec dicta, nec dicenda, nec facta, nec facienda per vos, juxta tenorem prætensi mandati, & ipsius mandati occasione: & etiam protestatione solenni præmissa, quod per ipsum mandatum, & quemcumq; exinde subsecuta & subsequenda, non intelligit ipsa S. synodus, aliquod prejudicium sibi, neq; etiam Sanctissimo D. N. qui & ipsius concilii caput, inferri: nec aliquid jus ipsi invictissimo Imperatori mandanti acquiri, nec cuicunq; alteri personæ, per quod ipsa sancta synodus minus possit ad ulteriore prosecutionem, celebrationem, expeditionem sacri concilii (Deo dante) procedere, & omnia alia facere, quæ sibi videbuntur necessaria & opportuna: reservans sibi nihilominus ipsa sancta synodus potestatem & autoritatem, omnia & singula præmissa, & quemcumq; ab eis quomodocumq; dependentia & dependenda, & emergentia & emerenda, pleniùs & uberiùs, uno vel pluribus sessionib. per eam celebrandis, prout ipsi sancta synodo utilius videbitur, declarandi & decernendi: nec non contra contumaces & rebelles quoscumq; ad pœnas juris & literarum Apostolicarum, & arbitrii ipsius Sacri concilii procededi, quam protestationem voluit sancta congregatio in principio, medio, & in fine, & semper esse repetita, & pro repetita intelligi & haberet.

Qua quidem protestatione lecta, Reverendissimus D. Hercules Severolus, ibidem astans & præsens hæc verba protulit: videlicet, & ego, tanquam promotor istius sacri concilii, pero à vobis notariis, fieri unum vel plura, publicum seu publica, in-

D. Franciscus Vargas, Cælareus fiscalis fons est, & protulit quedam verba, quæ postea in scriptis tradidit D. Claudio Matorio suprà scripto, quorum tenor sequitur & est talis.

Adsumus, reverendissime D. reverendi que admodum patres, Cæsariorum domini nostri Rowanorum Imperatoris optimi maximi, procuratores legitimi (cujus mandatum autenticum vidistis: nunc igitur solenniter audietis] adsumus, inquit apud vos, acturi de re omnium maxima, quam & vos futuram jam diu appetatis estis, & respub. Christiana summis virtutis efflagitat, ut vos hac in re æquos prebeat. Est enim apud omnes in confesso: ob oculos versari jam videtur, quantatenus humanarum calamitas eventura sit necessariò, si mordicus persistere velitis in tentia, quam semel haud satis provideamus, & contraria, quanta orbis tranquillitas ac felicitas, si [ut decet vos] velitis in commune consulere, & Cæs. Majestatis voluntatem pro vestra virili fovere.

Verum ut omnia constent, non tam vobis, apud quos nihil novi dicturi sunt, sed universæ etiam reipubl. Christianæ: paulò altius repetemus rem omnem. Sic enim planum faciemus, quam penitus osè sitis erraturi, si persuaderi nolueritis & invictissimi Imperatoris domini nostri animus, quam latè pater orbis Christianus omnibus, manifestus erit. Illud tantum præfabor, nos nec verbum quidem addimicimos ex nostri animi sententia: sed bonitate explicaturos, quæ à Cæsarea Majestate in mandatis habemus.

Quo facto, Reverendissimus & Illustrissimus dominus Cardinalis de Monte præstat, respondit ad ea, quæ datus magnificus dominus Franciscus Vargas, fiscalis Cælareus dixerat, primò verbo, deinde scripto, & sequitur.

Adsum & ego, hujus sacrosancti concilii, à sanctissimo D. nostro Paulo, divisa providentia Papa 3. vero ac indubitate & certo beati Petri successore, ac Jeti Christi, Domini & redemptoris nostri in terrâ vicario, præsidens & legatus. Adsum & hi sanctissimi patres, concilio ex civitate Tridenti legitimè, & ex causis ipsi concilio probatis, translato, ad ipsum concilium cum Dei adjutorio, & Spiritu sancto regente, pro ipsius Dei gloria, & reipublicæ Christianæ salute, prosequendum & ce-

rata, firma, stabilitate, & perpetua futura sint. nec alterius in controversiam aliquam, quovis praetextu, colore, occasione, vel causa deducentur: cum, juxta sacros canones sanctorum patrum exempla ac statuta, ac Imperiales etiam constitutiones, exploratissimi juris sit, quæ contra unamquamque heresin coacta semel synodus pro fidei communione & veritate Catholica atq; Apostolica promulgasset, non esse novis postea retractionibus mutilanda: & injuriam fieri reverendissimæ synodo, si quis semel iudicata revolvere & publicè disputare contenderit.

Præterea cum rumor increbruerit, quod prætextu cujusdam vulgaris seu populatis concilii ex omni hominum genere colligendi (quod Christianum colloquium appellant) mutanda esset forma generalium conciliorum, quæ per Apostolos, & ab Apostolorum tempore per S. Rom, & universalem Ecclesiam célébrata fuere: post habitu laudab. more sive modo procedendi, atq; indiqtæ synodi definitionibus hucusq; retento: cupere propriea ipsam S. Synodum de hac ipsa re certam reddi, ac sibi opportune caveri, antequam de redditu ad ipsam Tridenti urbem deliberetur. Insuperq; scire ante cupere, quænam cautio dabitur patribus Tridentinum ituris, pro suis personis, rebus & bonis: ita ut tam singuli quam universi plena securitate, ac libertate fruantur & gaudeant, & unicuiq; pro suo libitu eundi, standi, ac recedendi libera potestas futura sit, atq; à nemine via facti compelli possit.

Scire etiam ipsam synodum antea cupere, & certam reddi, quæ cautio ipsi concilio dabitur, nt quandocunq; videbitur majori parti, legitimas & rationabiles causas adesse, se ex Tridento ad locum ab ipsa majori parte, eligendum transferendi: itemq; causis, ob quas concilium indicatum fuit, satisfactum esse: liberum sit ipsi majori parti, cuiusvis contradictione, oppositione seu reclamatione non obstante, concilium transferre, vel etiā claudere & finire.

Ex quibus quidem Excellentia tua cognoscere clare potest, non posse ipsam synodum de redditu ad ipsam civitatem Tridentinam deliberare antea, quam præmissa omnia dilucidentur, & declarentur, ac plenè fiant. Quæ tanquam rationabilia, & sanctorum Patrum ac cæterorum conciliorū decretis conformia, & ad bonum publicum ac quietem reip. Christianæ tendentia, etiam sui sanctitati & eisdem reverendissimis D. Cardinalibus, ab his qui se concilio submiserunt, sicut tua excellentia afferit.

petrini, et p. o. et, ic. b. n. votis cupere salutem, pacem & quidē pugnationis Germanicæ: sicut jam multis & claris argumentis ostendit, & ipsi in primis Cæsarez Majestati cognitum est: ac paratum esse, ac semper fore, omnis curare & facere, quæ pro ejusdem nationis salute, ad boni pastoris & amantissimi parentis officium quomodolibet pertinebunt: certò sibi persuadens, rem ipsam à pientissimis & optimis Cæsare & rege Romanorum, nobilissimaque illa provincia eatenus peti, quateus sine scandalo & perturbatione, imò cum pace & concordia cæterarum nationum & provinciarum, servata etiam autoritate concilii & libertate Ecclesiastica, fieri possit. Ad quæ omnia sanctitas sua, pro universalij ejus curâ & officio, invigilare universaliter debet.

Acta, quæ præcesserunt protestationem Bononia habitam.

In nomine Domini, Amen. Noverint universi & singuli, presentis instrumenti seriem inspecturi, lecturi pariter & audiri, qnōd anno à nativitate Redemptoris & Dom. nostri Jesu Christi, 1548. indictione 2. Pont. S. D. Pauli, divina providentia Pat. p. III. 14. & invictissimi Cæsariss Caroli V. Rom. Imperatoris optimi max. Imperii 28. regnumq; suorum 38. die vero lunæ 26. mensis Januarii, de sero, hora circiter prima noctis, Bononiæ, in palatio nobilium ac magnificorum dominorum de Campegio, dum ibidem convenirent reverendissimus & illustrissimus dominus Cardialis de monte, & quidam Episcopi ac Prelati numero quadraginta quatuor, vel circa) in nostrorum notariorum & testium infra scriptorum presentis, introduci fuerunt in ipsum locum magnifici domini, Franciscus Vargas, procurator generalis fisci regni Castellæ: & Martinus de Soria Velasco Brugensis, Jurium D. D. & ipsius invictissimi Cæs. Consiliarii: quib. coram reverendissimo & illustriss. D. Card. de Monte comparentibus, ut Invictissimi Imp. procuratores Mag. D. Franciscus Vargas, fiscalis Cæsareus petiit, sibi restitui mandatum Cæsareum, quod antea ipsis per ipsam & collegam suum traditum fuerat: quo ei restituto, Reverendiss. & Illustriss. D. Card. de Monte præfatus, mandavit, legi per D. Claudium de la Casa notarium, infra scriptam protestationem.

Antequam autem D. Claudius protestationem præfatam legeret, ipse magnificus D. Franciscus Vargas, fiscalis Cæsareus petiit audiri, sed reverendiss. & illustrissimus ipse D. Cardinalis de Monte manda-

*Sanctissimis & observandissimis
in Christo patribus, conventus
Tridentini, &c.*

Henricus, divino beneficio Francorum Rex, sanctissimis in Christo, & observandis summopere patribus Tridentini confessus, S. P. D.

Hoc imprimis visum est convenire cum cuidam singulari observantie nostrae, majorumq; nostrorum in universam Ecclesiam, tum egregio praeterea studio erga ordinem vestrum. Patres ornatissimi, quod apud vos minime nos quidem dissimulandum duximus, quib. causis, quam justis, quam necessariis non modo adducti, impulsi, verum etiam coacti sumus, nullum Episcopum, qui nostrae ditionis esset, Tridentum mitere, ad eum conventum celebrandum, qui esset a beatiss. patre Papa nostro Julio indictus, nomine publici consilii: eaq; de causa perscribenda breviter ad vos omnia curavimus, & quæ pro vobis exponenda, & quæ vobis ipsis ista dignitate, hominibus diligenter & attente perpendenda videbantur: præsertim eum nobis dubium non esset, valde alienum a sapientia, prudentia, integritate vestra, sanctissimi patres, factum aliquid aut nostrum aut alterius cuiusdam temere condemnare, quod perspecta diiudicatione a vobis facilime probaretur.

In iis itaque, quæ pro causa nostra scripta mittimus, quæ partim communis omnium partium, quæ præcipuo jure aut profitemur ultero, aut aspernamur a vobis, ac deprecamur necessario quodam deplorato pene injuriæ ac contumelie metu, cum a nonnullis, si quis a vobis retineatur humanitatis sensus, aut benignitatis, vehementer ac præter modum videamus oppugnari, qui tantum non repugnaremus quidem, si liceret nobis ab omni justitie ac equitatis instituto & suscepto semel patrocinio recedere,

Sed patres, non secus ac honoratii arbitri, comiter atque benigne uti cui has literas ipsas, ad vos nulla alia de re dedimus, vos vehementer etiam atque etiam obtestamur, eaq; sic accipiatis obsecramus, non tanquam ab ignoto, aut alieno, aut adversario profecta, sed veluti ab eo, qui hereditario nomine maximus, aut (sicuti loquuntur) & perhibetur, & sit Ecclesiæ Catholicæ filius: quo quidem in domestico ornamento obtinendo, & sustinendo me

gionem, omniaq; præstituros esse studiorum officiorumq; nostrorum: tantumab. est, ut dum factam aut illatam ab aliis injuriam necessario cogimur repellere, ut traditam nobis a majoribus nostris Ecclesiæ Catholicæ charitatem depotere, quamvis aut nostra sponte desinere, prosequi quicquid ab ea pertrafecum, decretum, constitutum fuerit, quomodovis ab illa per tractari, decerni, & constitui par est.

Dum ne quid interea sincero atq; integro ob haereticorum recordiam principi immerenti atque innocentem, aut captiosum comparetur, aut contumeliosum sit, fixe Dom. noster Jesus Christus ipse qui autor est, custos etiam & conservator, Patriam, salutis, incolumentis, dignitatis, vestra, Valet. Ex villa Regia, que fontis bellis aquæ dicitur, ante diem Idus Augusti 1551. Sic signavimus.

*Henricus Durbür
Protestatoræ.*

Hæc, sanctissimi patres, quæ post suscepimus primum agri Parmensis patrocinium, a Christianissimo Rege, post exortam deinde ea de re gravissimam illam quidem querimoniam, post oblatum postremo proximum hunc tumultum, & certissimum civilium armorum intestiniq; belli eterno ostentatum, rex ipse Christianissimus cum beatissimo patri Papæ nostro Julio, tum sacro Cardinalium collegio profici denunciariq;, quæ totidem prope verbis sunt deinceps exposita, cum faga quedam sua, quæ non modo reprehensione nulla, sed summa laude digna essent, trahit tamen atque vocari in invidiam animadverteret, idque quorundam hominum iniqua interpretatione fieri, eoque dissensionum semina jaci, qæriq; materiam armorum: illud in primis seduloque curavisse, ut quod integrum res esset, & consilii & facti totius rationem illius sanctitati, collegioque accuratissime redderet Paulus a Thermis orator suus, vir equestri dignitate clarissimus, idque eo consilio a se factum esse, ut si qua in animis illorum minus commoda de se opinio insedisset, ingenua illa satisfactio revelleretur: atque ita imminentibus malis, si repudiata pace occasiones armorum cupidius arriperentur, iret ipse obviandum, & quoad eius fieri posset, tale ante refutaret.

Itaq; primum omnium illud proposuimus, id quod fecisset, ut eius propugnationem susciperet, qui in fidem suam, quasi

ralis officium. Nec æquum esse, le dete-
ri conditione haberi, quam cæteros. A se
nihil astute aëtum, nihil subdole cogita-
tum, nihil commodialicujus sui causa ge-
stum: sed unius Ecclesiæ tantummodo ha-
bitam esse rationem, pro perpetua quadam
Francorum regum ac majorum suorum
consuetudine: qui illam ipsam non opibus
solum suis exornaverint, aut armis extule-
rint, sed corpora etiam sua gravissimis il-
lorum temporibus, periculis omnibus ex-
posuerint: idque quod fieret, illius causa
cœptum esse, his conditionibus esse testa-
tissimum, quas ipse pacis concordiaque
constituendæ obtulisset: quæ quidem eo
semper spectasset, uti qua de re agebatur
ea res ne Ecclesiæ aliqua vel surretetur,
vel eriperetur, quam vellet perpetuo juris
eiusdem ditionisq; esse, id unum tantopo-
re contuleret.

Quæ cum hujusmodi essent, neminem
sanx mentis existimare, quicquam à se vel
aëtum vel suscepimus, quod non maximum
generosissimumq; præstisset: sed etiam
maximis suis sumtibus, ac nullo non rerū
suarum dispendio, Italiz pacem, ocium
libertatemque obtulisset, & omni studio
suo conatuq; Ecclesiæ dignitatem & auto-
ritatem procurasset: se præpteræ palam
denunciare, atq; testatum esse, si beatissi-
mi Papæ nostri sanctitas hanc justam esse
causam armorum decrevisset, ac proinde
Italiam, at; adeo universam Europam bel-
lo implicasset, ex quo Ecclesiæ status con-
velleretur, cum mores, tum religio, tum
fidei ipsiæ causa, in ultimum discrimeti ad-
duceretur, maximo id quidem cum suo
dolore futurum. Sed fibi tamen nihil illo-
rum metito imputatum iri, qui omnia an-
te fecisset, quo minus illa acciderent, om-
neisq; præterea conditiones, quæ modo
& honestæ & temporis illius essent, non
solum ferre, verum etiam aecipere volu-
isset.

Denique concilii quod nuper indicatum
esset, solutionem (quæsi, si ad arma ieretur,
necessæ erat consequi) fibi minime assigna-
ri posse: orare atque obtestari enixius sum-
mi nostri Pontificis sanctitatem, confide-
raret etiam atque etiam, quanta ex bello
semel suscepto damna atque incommoda
reip. Christianæ impenderent, eaque ne
evenirent (quod pace tuenda facilissimum
esset) efficeret. At tamen cum hac tot ac
tanta ipse pro se, per supra dictum illum
Oratorem egisset, monuisset, denunciasset,
hortatus esset: ut illis omnibus quæ sum-
mopere, jure omni divino humanoque
interetur, ullo modo summus Pontifex
Christianorum moveretur. ut eam pacem

re, vel funditus tollere, ocium atque rebus
ritatem omni ratione celebrando cōcilium
parare: Italiæ tamen funestissimum bellum
concitare, quo totam mox Europam con-
flagrare necesse esset, nova excitare animo-
rum dissidia, aditus ad Concilium omnes
præcludere maluisse videretur: tamque
omnibus suspicionem inducere, istam
ipsam concilii Tridentini indictionem
non communis universæ Ecclesiæ ut litatis
gratia repetitam esse, sed factam potius
conditionem cum iis, quorum privatis ra-
tionibus ac commodis illic inserviretur,
nullo reclamante, nullo repugnante.

Videri summi Pontificis nostri sancti-
tatem se excludere, ac fructu optatisimi
concilii privare voluisse. Id retum initia,
progressus, exitus consiliorum sanctitatis
eius videri declarasse, cum illa de causa
nec hoc tempore, nec hoc autore, aut bel-
lum tam perniciosum tanto reip. periculo
suscipi, aut tanta ejusdem jactura & cala-
mitate geri debuerit. Claros sæpenumero,
& admirabili quadam animi magnitudine
principes, disimulandis gravioribus inju-
riis, pacem retinuisse, eoq; modo restin-
uisse initia communis incendi: nunc quæ-
fitam videri ultro, & adornatam; à quo
minime debuit, flammæ istiue perniciose-
simæ ac luctuosissimæ materiam:

Constituendam fuisse, aut revocandam
magis, exemplo sanctitatis illius, concilio
ipso jam indicto, veteris Ecclesiæ severio-
rem disciplinam, ac speciem: non labefac-
tandam, aut deformandam eam, quæ cum
paucissimorum hominum religione nici-
tur tum ex pauciorum multo honestate ac
moribus agnoscitur. Nec spargenda Chri-
stianis principibus odiorum semina, nec
obiiciendam Petri principis Apostolorum
naviculam majotib; prope fluvib; quæ
ulla unquam majorum nostrorum memo-
ria objecta fit: nec se ab eo concilio, quod
magnopere expetivisset rex perpetuo sen-
su, non modo nomine Christianiss. cuius
cum tanta majorum beneficia in Ecclesiam
existant, ipse in communis fidei atque reli-
gionis causa nec hæserit unquam, nec of-
fenderit, nec titubearit ullo modo, nec ani-
mo futurus sit unquam ab Ecclesiæ Catho-
licæ rationibus alieno.

Se facere non potuisse, quin apud illius
sanctitatem, apud sacrum Cardinalium
collegium, dolorem suum exponeret, ac
vere & ex animo conqueretur. Illudq; cum
conquerendo, tum precando postularet,
ne alienum existimarent, aut suo aut ma-
jorum suorum more, quod deprecaretur
quædam, hoc est, ut nunc loquimur, pro-
testaretur ipse: quomodo guidem omnino

pos: quippe quibus nec liber nec tutus parteret eo accessus, neue id ipsum concilium,
p. 538. à quo excluderetur invitatus, tale, quale totius Ecclesiæ Catholicæ aut haberetur aut appellaretur: quia potius privatum existimaretur concilium, quod videretur illud quidem quæsumum & expeditum, non reformatæ restituendæq; disciplinæ, nec secessas optimendi studio'. sed quibusdam obsequendi: quoque privatæ utilitatis magis quam publicæ ratio habita esse videatur.

Deniq; nec concilii hujusmodi, eorumque decretis, aut ipse, aut populus Gallicus, aut illæ Gallicæ Ecclesiæ ministri, in posterum tenerentur: imo vero se testari palam, ac denunciare, ad eadem se remedia ac præsidia discessurum (si necesse videatur) quibus majores sui Francorum reges in re consimili, causaque, uti consuevissent. Nec sibi quicquam antiquius fore (secundum fiduciæ ac religionis integratatem) libertate ac incolumente Ecclesiæ Gallicæ: nihilominus se hoc profiteri tamen, non hæc ita à se dici, quasi aut cogitaret ullo modo, aut haberet in animo meritam ac debitam à se S. Apost. fedi observantiam & obediendi conditionem, aut excutere, aut diminuere: quin contra operam daturum esse, ut magis ac magis indies se dignum probaret hoc Christianiss. regis cognomine, hocq; max. ecclesiæ ac fidei elogio.

Animi hujus sui ac studii propensionem ad feliora melioraque tempora reservari cum S. hoc humano generi, ac præcipue reipub. Christianæ summis ipsius ac populi totius Galici votis, Dei Optim. Max. gratia tribuisse, ut honeste depositis armis, quæ essent parum modeste illata, & motiones animi eomponerentur, & hoc modo pax ipsa conveniret. Se præterea supplicare cum ab eius sanctitate, tum ab ipso collegio postulate, ut ne moleste ferret, si ipse professionem, instationem, denunciationem, depreciationem in acta referri pateret, sibique justitiam his de rebus publicæ confici, quibus quotiens aut tempora aut res poposcissent, ut posset ad superiorum omnium fidem: sibique ut ad singula responderetur, rogare, ut his de rebus omnibus Christiani nominis principes, populos, civitates liceret certiores facere.

Nunquam itaque S. Patres, cum vobis promptum sit, ac facile, notum Christianiss. animum, & explicatam apertamq; fæti consiliique sui mentem perspicere: posse in eam suam, non habita ordinis iñ-

secus ac commodum est judicare: in quo uno vestro judicio adversus malevolorum & iniquorum hominum sermones, suis adversus suggestiones argumenti, simul acquiescere, & innocentia suæ conscientia, officiorumque suorum.

In quibus Regis literis, ubi in ipso statim primordio deprehensum est, concilium simpliciter appellari conventum, gravis summo cum clamore contentio orta: & ex legato regio quæsumum, quare non potius proprio nomine appellaret Concilium? an quia tale non agnoscitur? Post longam, atque adeo scurilem disceptationem, surrexerunt omnes, secum trahentes legatum, & super hæc re seorsum deliberauerunt: unde redeentes, quidam Papalis Doctor easdem regis literas taliter repetit, &c.

Paulus III. Pont. Max. Carolo V. Imperatori.

Charissime fili, salutem & apostolicam benedictionem. Ex edito Majestatis tuae acta conventus tui Spirensis cognovimus, de quibus cum paternus noster erga timor, tum vero officii & munieris à Deo nobis per Christum commendati ratio in cura universalis Ecclesiz, ut apertis verbis te admoneamus, compellit. Nec vero pa- rum nos ad hoc movet grave severitas di- vinæ in Heli sacerdotem exemplum, in quem liberos indulgentius tractantem, & ad eorum errata conniventer extat severa illa Dei in hæc verba sententia: Quia in- digna noverat agere filios suos suos; nec corripuit eos, idcirco, inquit Deus, non expietur iniquitas domus eius victimis & muneribus usq; in æternum.

Hæc quidem Dei sententia fuit, quam statim liberorum primum, deinde ipsius Heli repentina & violenta mors consecuta hincque posteritas à sacerdotio repulsa, verbum Domini verum & ratum fecerunt.

Nos vero fili, cum te indigna quædara decreta in conventu Spirensi ex ipsis actis animadverterimus edidisse, indigniora vero designata esse, & talia, quod si proposatum exitum, quod Deus avertat, consequantur, non solum te in certissimum ani- mæ salutis periculum adductura, sed Ec- clesiæ paci atque unitati, cui super omnia studere debemus, majorem quam qua ha- tenus laborarint, perturbationem sint allatura.

Noluimus sane prætermittere, quin te à Deo nobis honore & amore primogeniti conservandum: hi nostris literis de tan-

indociles prope ad rectam disciplinam reddiderant, sed ut eum potius, qui multorum annorum cursu non abiit in consilium impiorum, quo majorum in spem venimus, non frustra nos admonitione paterna esse apud te usuros.

p. 539. Omnia vero (fili) in eo sunt, si ab unitate Ecclesie te abduci non sinas, à consuetudine majorum tuorum religiosissimorum principum non recedas, sed eundem, ut debes, morem in omnibus, quæ ad Ecclesie disciplinam, ordinem, & instituta pertinent, observes, quem multos annos summa cum pietatis animi tui significacione edidisti. Is vero est ejusmodi, ut quoties de his, quæ ad religionem pertinent, discrepatur, ad sedem Apostolicam omne iudicium semper referatur, nihil illa in consulta statuatur.

Tu vero nunc fili, cum vel de concilio generali, tanquam de remedio omnium opportunissimo afflitiis ecclesiæ rebus & ipsius imprimis Germanie mentionem facis, vel de nationali, cuius etiam memini-
mi, vel de futuro ad proximum autumnum Imperiali conventu, in quo de religione, ceterisque rebus quæ ad illam pertinent, tractare promittis, ita agis, ita statuis, ut supprimas eius nomen ubique, cui divina & humana iura approbante tot seculorum consensu, supremam cum cogendi concilia, tum statuendi de his, & ordinandi, quæ ad Ecclesie unitatem utilitatemque spe-
& auctoritatem dederunt.

At vero neque haec sola sunt, in quibus conquerimur Ecclesie & Majorum aste morem atq; institutiones divinas minime servatas fuisse, sed alia præterea, & ea quidem non pauca, peracti jam conventus decreta legantur, quæ maxime, & omnem legum ordinem confundunt. Nam quod laicos de rebus spiritualibus judicare vis posse, neque laicos modo, sed nullo discrimine laicos, & damnatarum heresum assertores, quod de bonis Ecclesiasticis, & de cœturis controversiis statuis, quod eos, qui extra ecclesiam sunt, & per edictum tuum pridem damnavi, honoribus, pristinis in judiciis ac tribunalibus restitutis, atq; hoc pro tua & imperatoria potestate facis, minimo approbantibus ceteris, qui antiqua & sancta obedientia perseverant.

Quid tandem horum cum divinis institutionibus ac legibus, quibus perpetuo Ecclesia est gubernata, convenit? Quæ omnem potius disciplinam, omnem ordinem, sine quo nullus hominum cœtus regi potest, ab Ecclesia prorsus tollunt. Hoc vero quo magis ab omni recta disciplina, & consuetudine majorum sunt aliena, eo minus nobis persuadere possumus, è tuo ipsius sen-

dem ad tempus malorum consiliis, qui huic langle sed i sunt rebelles, putamus, qui si à te impetrare non potuerunt, ut quæ contra iam volebant facere, probares, silentem ut ejusmodi edictis aliquam alienatæ animi tui significationem dare, abs te contendisse, facile possumus existimare, impetrasse vero tanto magis debemus, quanto id tibi & Ecclesie, n si cito ad te ipsum redeas, majori damno & detrimen-
to fore nobis maxime est persuasum, quod non possumus non indies magis magisque timere, quo attentius consideramus, qui buscum amicitiam inieris.

S. enim, ut inquit Apostolus, corrumpunt bonos mores colloquia mala, quanto gravius, si quis cum malis coniuncta consilia & fœdera habeat, hoc de cœtimendum erit. Quamquam quidem non dubitamus, sub specietatis, utilitatis, honoris ad hæc eoste sollicitasse, sed nullum profus est tam malum consilium, quod non specioso aliquo ejusmodi nomine quasi veste preciosa se ornaret.

Tu vero (fili) interroga potius patrem tuum, & annuncias tibi: maiores tuos, & dicent tibi. Si enim omnes una voce te ad unitatem Ecclesie atque houorem & obedienciam hujus sanctæ sedis hortabuntur atque jam pridem facti ipsi sunt hortati, si vero sanctissimum quenque & in divinis legibus peritissimum consules, gravissimas in eos divinas iras vindictas proferent, qui quacunque de causa, quacunque pietatis specie adduci, summi sacerdotis munera sibi sumere voluerunt: est vero ea maxima, quam rebelles adducere solent, cum principes, ut eius cathedram ascendant, atq; ut jus & auctoritatem cognoscendi causas religionis & judicandi sibi assumant, hortantur.

Sacerdotum enim negligentia pro stimulo ad impellendum eos utantur, ut Ecclesie curam in componendis religionis controversiis, & in ordinandis Ecclesie rebus, in se suscipiant. Qui enim hoc factum non dignum summa laude judicet? Nemo quidem, si factum tantum respi-
ciatur.

Sed ut in domo bene instituta, in qua disvisa officia & munera non licet unicuique pro suo arbitratu omnia exercere, etiam si singula in suo genere sint præclara, quod quicquid tantum, quamvis bono id animo faciant, à patre tamen familias merito reprehenduntur, quippe qui suo intempestivo zelo, quod pulcherrimum est in domo, nempe ipsum ordinem, sine quo nulla dominus diutius stare potest, quantum quidem in ipsis est, tollunt: & prudentia eius, qui illum instituit, summam injuriam faciunt: sic prorsus in Ecclesia Christi, quæ est domus

jore prudentia est ordinata Ecclesia, quam de ulla domo cogitari possit. Estque ea semper gravissima in Dei prudentia ac sapientiam injuria. *A:* omnes hoc vident, sed nec te etiam satis adhuc videre arbitramur, Cæsar, quantum injuriæ inferas divisione providentiae in hac domo Dei, in qua supremum munus sacerdotibus est commendatum, cum horum tibi partes & honorem sumis. Nec verovidit Ozias, eum honoris causa arcam Dei curru boum ve-

p. 540. *C*tam prosequens, illis calcitantibus, manu admota, dum ruinam timeret, sustentare voluit. Quis vero hominum hoc factum improbare ausus esset? Vel quis non potius illud summopere laudaret, sacerdotibus absentibus, in præsenti periculo ruinæ ipsius arcæ, quam bos lasciviens (ut inquit Scriptura) jam inclinaverat, manum, ut eam sustineret, admoverit.

Nemo quidem hoc non ut pie factum laudasset, nisi severitate vindictæ minime id sibi gratum suisse Deus ostendisset, cuius quidem ultio Ozam statim è vita sustulit, nullam aliam ob causam (Scriptura testante) nisi quia temere quod ad Sacerdotum & Levitarum officium pertinebat, supplere ipse ausus esset. Tantum vero peccatum in hoc fuisset, qnisi unquam cogitasset?

Sed ex hoc exemplo Deus nos admonerovuit, ne in eundem divinæ iræ laudem incidamus. De quo nunc (fili) te admonere voluimus, ne fallacibus illorum persuasionibus adductus, qui in ore semper habent reformationem Ecclesie, in tanto non bonum, sed sacerdotum quasi lascivientium cœtu, quorum illa humeris sustentatur, tu manus temere admoveas: est enim hoc sacerdotum Dei munus atque officium. In eundem vero laqueum incidunt Dathan & Abyron atque Core, qui ægre ferentes in sancto populo, unum præ ceteris dignitate summi sacerdotii fulgera, se tam Moysi quam Aaroni opposuere cum dicerent, sufficit vobis, quod omnis multitudo sanctorum est, & in ipsis est Dominus, qui elevamini super populum? Licet vero hæc verba contra ambos dicti videantur, tamen Moysc interprete didicimus, omnis eorum indignationis causam, summum sacerdotium Aaronis fuisse. Non enim ubi omnis multitudo est sancta, virum aliquem eminete dignitate æquum esse censebat.

Quam vero graviter hæc res displicuerit Deo, insigne in eos divini judicii & severitatis exemplum. Sed & quod de debi-

discant omnes, si in sacerdotio quod deficiebat tabernaculo & umbræ, quoque una cum tabernaculo abolendum divina providentia statuerat, tantam curam Deus ostenderit, ut nec minimam quidem in ea mutationem ab humano ingenio iustam permiserit: quanto major reverentia tribuenda sit illis sacerdotibus, qui non amplius serviant typo & umbræ abolendis sed ipsi vero tabernaculo quod nunquam transferetur? quanto minus de mutatione vel minimæ ordinationis, quæ ad eos pertinet, cogitare debeant?

Quanto denique gravius & magis intolerabili superbia putabimus eos in divinam providentiam peccate, qui vel hanc confundere vel ad se transferre postulant, vel alio modo de illa statuere volunt, quæ longa Ecclesiæ consuetudo fundata in testimoniis scripturarum promittit, & declarat? Quocunque vero modo, quacunque specie pietatis proposita hæc tententur, radicem quidem mali superbiam, Deo semper odiosam esse non est dubium.

Sed ad id, quod maxime declarat Oz Regis exemplum, in quo simul & radicem hujus mali, & gravem illius vindictæ Scriptura nobis exprimit. Hic autem Rex alias laudatissimus, idque testimonio Scripturæ, in hoc tantum superbie arguitur, quod incensum ad altare thymiamatis adolere voluerit. Quis vero hanc voluntatem non piam potius, quam superbam indicasset? Sed spiritus DEI in scriptura cum ad hujus facti narrationem pervenit, elevatum, (inquit) est cor Ozie.

In quo vero elevatum, nempe quod alieno ministerio fungi voluit, de quo potius à sacerdotibus admonitus, nec illis paruisse, statim à Deo lepra est percussus. Hæc vero nunc charissime fili recensemus, ut intelligas, si superbum fuit Ozia factum in adolendo incenso super altare thymiamatis, quanto superbius esset hoc tandem adolere incensum super altare corporis Christi, ceteraque religionem ipsam comitantur, perle qui. Quid autem, an non putas hoc incensum esse coram Deo, leges de religione sancire.

Est quidem incensum, idque omnium Deo gratissimum (Nullum enim odorem tibi persuade Deum gratius suscipere;) sed non tuum munus illud, Imperator, est sacerdotum Domini, est nostrum imprimis, quibus Deus potestatem ligandi & solvendi dedit. Vide vero, in quam tum partem templi intres, cum hodie tibi ministerium facias, ut in eum, in eum aut in san-

sancta sanctorum , atque ipsum corpus Christi penetras , ejus officium tibi arrogans: nec te excusat, quod sanctum sit factum, vel quod non perpetuas, sed ad tempus hoc est , usq; ad futurum concilium duraturas leges iaturum te esse dicas : ut enim id per lepium sit, tamen in eo , cui Deus hoc ministerium non dedit, maximè est impium.

Sumis enim tibi jam personā, quæ propria est Dei, cui solum de sacerdotibus iudicium relinquitur , quam ne ad tempus quidem cuiquam sumere licet. Dei enim vox est ad malos sacerdotes, Ego ipse (inquit super pastores) requiram gregem meum de manu illorum: quod ut suo tempore penitus facturus est Deus; ita si quis interim quasi de manu ejus præcipere hoc tentaverit, si semper pro tali autu, gravissimas poenas dedit, veluti contrà nullo unquam seculo intermisit certis quibusdam signis testari, illos majoribus gratiis tum interius tum exterius, & omni genere bonorum dignos esse, qui augendo & ornando sacerdotum genus, Ecclesie suæ unitatem ad principem sedem auxilio & gratia foverunt, ut in Constantino Magno , in Theodosio, in Carolo Magno accidisse videntur, quibus nulli nunquam Christiani Imperatores vel divinis gratiis, vel victoriis illustiores fuerunt.

p. 541. Contrà verò Deus, eos qui sacerdotibus testitare, non solum paullus est in omne genus turpidinis labi, sed sapè & insignib; quibusdem poenis in testimonium divinæ iræ suæ castigavit. Nec verò de illis loquimur, qui Ecclesiam nascentem adhuc, extinguere sunt conati, Neronibus, Domitianis, & ejusdem generis reliquis : sed de his qui illam persecuti sunt, jam adultâ etate, incipientem in principes authoritatem sui muneric exercere, postquam constituta jam & confirmata est Petri sedes in oculis omnium principum.

Qui verò hujus autoritati testitare , à Deo sic castigatos constat, ut manifestè appareat, quam grata sit ac semper fuerit Deo hujus sedis obedientia: contrà autem quam ingrata & odiosa in eandem inobedientia. In primis cum ex Imperatoribus, qui in apertam defectionem & contemptum hujus sanctæ sedis erupit, legimus fuisse Anastasium primum, quem à Gelasio Pontifice Rom. admonitum, ne Acatii Episcopi Constantinopolitani à sede Apostolicæ damnati partes solveret, cum nec monitis ejus paruisse, & Hermas dæ ejusdem successoris legatos, ad eum eā de caussâ missos, ut à communione cum hereticis desisteret, contemptim primum auditos contumeliosè dimisisset, divina tandem ira fulmine à vita fustulit.

quales fuere Mauritius, Constans secundus, Justiniani , Constantini Pogonati filius, Philippus, Leo. Sed hos numerare longū esset, qui diverso quidem genere mortis, sed omnes aut violento aut ignominioso, spoliati ante imperio & omni dignitate pierunt, ut manifestè appareat in eis ultrix inobedientiæ vindicta divina. Quæ series usq; ad Henricum illum perduci posset, qui cum gravissimè sedem Apostolicam vexasset, tandem eum à suo filio captum Leodii, ultio divina in carcere mori fecit: justissimam quidem inobedientiæ pœnam ab ipso reperens, ut à filio castigaretur, qui eum, quem patris loco divina providentia in Ecclesiâ constituerat, tot modis vexaverat, ejusq; autoritatem neglexerat. Id quod & de Friderico secundo dici potest, nisi quod infelior: mortis genere est Inobedienti, qui filio suo ipso carnificis munere fungente, strangulatus interiit:

Tametsi a. Deus non semper hoc modo rebiles castigare soleat, quandoquidem nonnullos desiderius suis frui permittat, ut quod ad exterritam castigationem attinet, impunè peccare, & in magnâ retum omnium affluentia quasi felices vivere videantur: id tamen eâ ratione factum à divinâ providentiâ sancti Petres piè existimaverunt, ne; si omnes hi impii castigarentur, nullum aliud tribunal divinæ justitiae reliquum esse, homines judicarent;

Quosdam ergo hic in aliorum exemplum, Deus, ut justus agnoscat, aperte castigat: quosdam verò dum hinc castigare dissimulat, ad tribunal suum futurum severius judicandos referunt. Nullum verò peccatum impunitum dimittit divina justitia. Ea autem omnium gravissima est castigatio, cum ii qui Deum gravissimè offendunt, impunè id se facere existimant. Omnes enim tales cœcitate mentis sunt percussi, & in passiones, ignominias ac in reprobū sensum traditi, quæ ceu propria impiorum flagella Apostoli numerat.

Cum autem hæc omnibus impiis sint communia, tum verò maximè illorum propria, qui suam impietatem in oppugnanda principe fede & in Ecclesiæ unitate scindendâ exercuere, hoc quidem in quibusdam animadvertisimus, qui quo pluribus (dum sanctam erga illum obedientiam erârunt) virtutibus splendere sunt visi, eò magis post impiam ab eo defectionem in prodigiosas animi passiones avaritiz, libidinis & crudelitatis fuerunt tradici: id quod Anastasio ei, de quo supra mentionem fecimus, evenisse historiaz narrant.

Similibus verò exemplis in hæc nostrâ etate utinam quidem careremus. Nec verò in singulos tantum homines hæc ultio di-

castigari, qui Christum Dominum habere recusarent, proximum miseriae locum eos sortitos esse, qui Vicariis Christi aet veritati restitere. Duas vero nationes a Deo inter primis castigatas, atque afflictas videmus quae olim florentissimae fuerunt. Quarum una pertinax in negando Christo permanxit, altera aliquandiu cum Vicario ejus praeceteris omnibus contendit.

Illa est Iudeorum, quam nulla majori miseria est oppressa; haec vero Graecorum, qua proxime ad miseriam Iudeorum accessit, quia proxime ad eorum impietatem accesserat. Quare si Christus ipse in ceteris Imperatoribus, Regibus, populis & nationibus nunquam inultam tulit Vicarium sui spretam auctoritatem: ea interim perpetuam successionem conservata, si tum severis iudiciis eorum inobedientiam castigando odiosus sibi semper fuisse hujusmodi contumus ostendit: quanto in te Cesar, si [quod Deus avertat] hinc oppugnares, cum apud Deum, cum apud homines hoc odiosus judicaretur, qui ex illis Imperatoribus originem ducis, qui non plus honoris sed apostolicæ detulerunt, quam ipsi ab ea receperint?

At neque haec charissime filii scribimus, quasiullo modo nobis persuadere possumus hujusmodi te consilia in animo rata & confirmata habere: sed ut amans Pater, salutis filii & honoris, ac de utroque sollicitus, simulatque editum editum ipsius Spirensis conventus vidi, te admonendu duximus, eò quidem gravius, quod magis exploratum periculum, in quo versaris, habemus.

p. 142

Denique si pluribus dissimilamus, ne in disceptationes super his, quae ad religionem pertinent, componendas, jus tibi vel auctoritatem sumeres: non ob id scripturam, quod disceptationes componi non maxime optaremus, qui (cetero nostrâ conscientia) ut hoc ritè fieret, vitam & sanguinem libenter effunderemus: sed ut exemplis, cum ex divina Scripturâ, tum ex ecclesiasticis historiis citatis, te admoneremus, ne, quod ad tuum ministerium non pertinet, ipsi non arrogares, & pro tua & imperatoriâ dignitate juberes: sed potius Constantini Magni servi Dei maximi, ac felicissimi Imperatoris, exemplo te hortamur, quod tantum facimus, ut eos primum suo iudici & suis iudicibus judicandos & corrigidos relinquas.

Ille vero cum rogatus esset ab ipsis sacerdotibus, ut in eorum disceptationibus se iudicem præberet, prorsus recusavit. Cu-

tt: propter quod Dei iohannes inter vos expectare iudicium, & vestra iurgia, quae sunt, ad illud divinum referentur examen.

Hac ille Magnus non tam imperio, quod erat maximum, quam pietate & ceteris virtutibus, dixit: cuite Cesar in omnibus persimile esse cupimus & optamus.

Quod vero prete fers studium & desiderium, ut componantur controversie in religione, & ut aliqua disciplina morum universâ Ecclesiâ renovetur, te in hoc quidem magnoperè laudamus, & abs te petimus, ut in hoc operam tuam prebeas, cuius Deus curam hujus ministerii commisit. Ut enim te tanquam caput in rebus hujusmodi tractandi minimè ferendum censem, ita tanquam brachii accommodissimi tuam in primis opem desideramus,

Hoc vero nostrum desiderium fecit, ut ad minimâ quamq[ue] spē cogēdi consilii attenendi non solum nos semper promos praebuerimus, ad illud indicendum, sed ubi vel minima spei scintilla eluxerit, cogipose, eò statim legatos miserimus: quemadmodum ultimo loco etiam fecimus, quamquam non cū eo fructu, quem asfidius opamus: sed maluimus sanè omnia tentare, quam vel minimâ occasione deesse, quam divinâ bonitate semper expectamus.

Cum autem universalis Ecclesie utilitatis causâ concilium fieri summopere cupimus, tum vero præcipue illius incluz nationis Germanicæ, qua jam pridem discordiis, in his quae ad religionem pertinent, plurimum vexata disfidelit, cuius salutis ut tua etiam Majestas fatetur, commodissime per generale concilium opitulari nos posse, semper speravimus. Horum autem consiliis, qui jam ab hac sede sunt damnati, te usum esse, nunc conquerimur, quod semper hos remotos a tua amicitia esse cupimus: aut id quaramus, quia semel damnati, ut semper damnati maneant.

Testis enim nobis est Deus, quam nihil magis in votis habeamus, quam ut ores perditas ad Dominicum ovile reducamus, & ut illam nobilem provinciam universam in fide & religione cum capite & reliquo corpore in omni amore atque amicitia coniunctam videamus, idque ob eas, quas diximus, causas.

Sed tu nunc (dum in discordiis cum capite & reliquo corpore manent, de iis qui tales sunt loquimur, cum extra ecclesi-

torum edictorum declarationes ieparatū
ā te factz , non solum haec tenus illis non
profuerint, ut ad saniorem mentem redi-
rent, sed potius , quod reipsā compertum
est, occasionem dederint, ut insolentiores
sint facti, & ad occupanda vicinorum bona
animosiores, dissidium certe ipsorum ma-
gis hoc modō fovere quam tollere videris.

Sed hzc quia ad meliorem formam, non
iis quidem viis alienis ab omni more &
consuetudine majorum , atq; ab ipso jure
divino, sed per generale concilium opti-
mē perduci potuisse , semper in Domino
speravimus, & nunc etiam speramus, ideo
nos plus illius provinciz comodis , quam
ullius alterius consilentes, ad Germanic
fore Tridentum usq; legatos nostros mi-
simus & vocavimus, & non erat qui audiret
venimus & non erat vir.

Verū nec propterea desistimus, sed ad-
hoc vocamus, & clamamus ad te & ad cæ-
teros principes, clamamus verò cum Pro-
phetā Davide : Venite ploramus coram
Deo, nec enim aptius principium concilii
esse poterit : & cum Daniele: O o pro pec-
catis meis & populi, accuso, confiteor, ob-
secro, Domine peccavimus, iniquitatem fe-
cimus, & impiè egimus & recessimus, nobis
confusio facie, Regibus nostris, principi-
bus & patribus nostris, quia peccavimus:
tibi autem Domine misericordia est & pro-
pitatio.

Ad tale ergò concilium te vocamus, in
quo angelos ascessores habere speramus,
qui si super uno peccatore poenitentiam
agente gaudent, quanto magis super uni-
versā Ecclesiā, cujus ipsi pars sunt ad pe-
nitentiam congregata, gaudebunt ? Huc
accedit, quod saluti Christiani populi ab
imminente potentissimo & perpetuo no-
minis Christiani hoste Turcarum tyranno,
quo pacto nisi per Christianorum conju-
cta in fide & charitate auxilia consuli pos-
sit, non videmus. Quare steme viam dile-
cte fili, ad tale concilium,

Hoc enim cui muneric proprium erit,
sternes autem si vel pacem reddas, quantū
in te est, Christiano populo, tantopere ab
omnibus expertitam: vel saltē arma co-
hibeas, dum Ecclesia in concilio congre-
gari possit, ubi æquius est quam per vim
vestras disceptationes decidi. Hoc verò tu
& cæteri Christiani principes, quos etiam
atq; etiam de eadem hac re admonebimus,
præsertim verò eum, quo cum bellum ge-
ris, faciatis. Jam concilium adest, jam pri-
dem enim indictum est, neq; verò abruptū
est, et si bellorum causā in commodius
tempus dilatum.

Icaq; huc [charissime fili] incumbe, &
hanc letitiam primum populo Christia-

num vero nobis, qui te minit charius
in terris nos habere iudicamus, qui primo
geniti apud nos locum in amore tenes, id
que specimen divinæ in te virtutis præbes,
ut non modò patrem , te pie monentem
non averseris: quod faciunt ii, quos Deus
in signum abdicationis, suis desideriis tra-
dit: sed ut eundem ad te, tanquam Deo
iubente, tali tempore missum, qui labantē
sustineat, & magno animæ salutis periculo
liberer, omni pietate amplexeris, ejus vocē
libenter audias, monitis obtemperes, satis
verò obtemperabis, si cum te à semitā san-
ctā , ut appellat Propheta, quæ eadem est
regia via, majorum tuorum, religiosissimo-
rum principum, humana consilia ut homi-
nem deflectere potuere, hoc itatim de eā,
qualis sit, admonitus , divinam indelem
proferens videas, atq; ita in animum indu-
cas, nullum ut in iis , quæ ad religionem
pertinent, tibi jus & autoritatem vindic-
ces, si divinam institutionem & Ecclesiæ
consuetudinem sequens ab ipsis conven-
tibus imperialibus, à quibus absunt, qui
authoritatem de ejusmodi rebus cognoscendi
habent, omnes de sacerdotibus at-
que de religione disceptationes prorsus
excludas, & ad eorum proprium tribunal
rejicias, si de bonis Ecclesiasticis, quorum
judicium ab ipso Domino , cui sunt con-
servata, sacerdotibus relinquitur & com-
mendatur, & ipse nihil statuas: sepositis
armis aut studeas paci, aut si aliter pax cō-
ciliari non potest, concilio generali judi-
candi de iis , quæ tam pernicioſa bella in
populo Christiano tam diu alunt, potesta-
tem facias.

Sideniq; ea, quæ per nimiam indulgen-
tiā rebellibus huic sanctæ sedi, & contu-
macibus concessisti, ipse rescindas ac tol-
las. Hæc enim (charissime fili) cum ita sint,
quæ tuam ipsius animam in magnum salu-
tis periculum adducant, & Ecclesia pacem
magis magisq; perturbent, facile videre
potes, nisi per te quam primum his malis
remedium adhibeatur [quod te facturum
speramus] in quas angultias sis nos com-
pulsurus: ut aut officio aut muneri nobis à
Deo per ejus Filium dato deesse cogamur,
cum omnium maximo Ecclesiæ detrimen-
to: aut iterum severius agere , quam vel
conseruando nostra, vel natura, vel voluntas
ferant. Quanquam in officio quidem dees-
se in tanto Ecclesiæ discrimine, nec debe-
mus prorsus, nec volumus, quantum per
ejus gratiam, cujus vices, licet indigni , in
terrī gerimus, de nobis polliceri possumus.

Insidet enim in animo, & ob oculos no-
bis obversatur illud idem, de quo princi-
piò diximus, divinæ leuitatis in Heli sa-
cerdotem exemplum , quem non ob id

pturæ, ne quoq; in compiendo, ut inquit
divus Hieronymus, lenitatem patris, non
autoritatem pontificis agebat. Nos lenita-
te patris integris propè adhuc rebus usi su-
mus, quibus ex editi formâ transactis,
quod Deus avertat, in Heli exemplo facis
video, in quam nos necessitatem sis addu-
cturus.

Quare tecum considera Cæsar, quid te
magis deceat, quid ad tuum in primis offi-
cium erga Deum & Ecclesiam magis perti-
near, quid honori & rebus tuis magis expe-
diat. An ut brachium nostræ severitati in
iis, quæ ad unitatem Ecclesiæ pertinent,
præbeas, an potius illis faveas, qui hanc se-
mel ruptam in plures adhuc partes scin-
dere miserabiliter laborant & oprant. De
pacis pro immensâ misericordiâ suâ, tuam
Majestatem ab iniquorum consiliis libe-
ret, ac pacis consilia in tuo corde confr-
met, ut unanimes uno ore honorificemus
Deum patrem per Jesum Christum, cui cù
sancto Spiritu sit honor per eterna secula.
Amen. Datum Romæ apud S. Marc. XXIV.
Aug. M.D. XLIV.

*Bulla Pauli III. Papæ pro redu-
ctione multorum populorum Ger-
manica nationis.*

Petrus Dei & Apostolicæ sedis gratiâ
Farnensis, Aloysius Veronensis, ac Sebasti-
anus Ferentinus Episcopi, sanctissimi do-
mini nostri Pauli III. Papæ, ac sanctæ sedis
Apostolicæ per totam Germaniam nuncii
ad infra scripta specialiter deputati, Reve-
rendo patri Francisco Bonuallat Abbatii
Luxoviensi, administratori archiepiscopa-
rus Bisontinensis, salutem Domino, & in
commissis diligentiam debitam, nostrisq;
hujusmodi, imò verius apostolicis firmiter
obedire mandatis.

No veritis, quod nuper sanctissimus do-
minus noster, dominus Paulus, divina pro-
videntia Papa tertius, ad instantiam & re-
quificationem Cæsareæ Majestatis, tam suo
quam totius sacri Imperii ordinis nomine,
nosuos & sanctæ sedis Apostolicæ nuncios,
pro reductione multorum populorum
Germanicæ nationis, qui ab unione Eccle-
siæ se separaverunt, in Germaniam cum in-
fra scriptis facultatibus, pro receptione
eorum, qui ad gremium Ecclesiæ redire
cupiunt, ad honorem Dei, augmentum fi-
dei, & saltem animarum: & ut latius in
literis ejusdem sanctissimi Domini nostri
Papæ sub plumbo expeditis, sub data Ro-
mæ apud S. Mareum, Anno incarnationis
divini millesimo quingentesimo, quadra-

venerabilibus fratribus, Petru Farnensi, &
Aloysio Veronensi, ac Sebastiano Ferenti-
nensi, Episcopis nostris & Apostolicæ sedis
nunciis, salutem & Apostolicam benedi-
ctionem. Benedictus Deus & Pater Domi-
ni nostri Iesu Christi, pater misericordiaru-
& Deus totius consolationis, qui innume-
ris nos curis circumseptos, in hac procura-
tione Universalis Ecclesiæ, quæ nobis ab
illius divina providentia est commenda-
ta, ea parte consolari cœpit, qua major do-
lor urgebat, & majus periculum, nisi divina
benignitate remedium aliquod adhibere-
tur, eidem Ecclesiæ imminebat.

Quid enim magis dolendum fuerat Ec-
clesiæ, cuius exordium ab unitate profici-
scitur, & quam Spiritus sanctus ex persona
eiusdem Christi Domini unam esse desi-
gnavit, dicens: una est columba mea, per-
fecta mea) & nobis, qui in ejus ministerio,
tanquam pro omnibus rationem redditu-
ri versamur: quam plures qui Christi ve-
stimenta suscepserunt, à ceterorum com-
munione suspensos videre? Qui cum nec
divisum Christum possent configere, nec
Ecclesiam, quæ Christi corpus est, in duo
vel plura dividere, ipsam Ecclesiam, siue
indiscissam Domini tunicam, ut de super
contextam, per frustra discerpere niteren-
tur. Quod nos & omnes principes Catholi-
cos, qui Ecclesiæ statum salvum & tri-
quillum cupimus, majore dolore affecti,
quod nunquam intermittebam Ecclesiæ
pacem procurare, tantum aberat, ut qui-
quam proficeremus, quod etiam inde
omnia in deterius labi experiebamur.

In hoc verò rerum statu, & Ecclesiæ pe-
riculo, cum maximè affligeremur: illa nos
spe primùm sustentabamur, quam Domi-
ni verba in omni Ecclesiæ perturbatione
nos habere jubent. Qui futuros graves in-
sultus Sathanæ contra Ecclesiam prædicet,
remedium simul, & qualis futurus esset
eventus, demonstravit, cum ad primos ejus
pastores verba faciens, dixit: Sathan expe-
tit, ut vos cribraret tanquam triticum:
Et statim conversus ad Petrum sermone,
ait: Ego autem pro te oravi Petre, ut non
deficiat fides tua: volens in hoc significa-
re fidem Petri ejus oratione confirmata,
illam futuram, quæ triticum Ecclesiæ con-
tra omnes Sathanæ tumultus conservaret:
qui nō illum exitum habituri essent, pri-
ter eum, qui cribrandi verbo est significa-
tus, ut Ecclesia purgator, cum à Sathanæ
agitaretur fieret: & Petri fides, dum quod
purgatum erat, conservaret, redderetur il-
lustrior, ad ejus gloriam, qui pro eo oravit;

um & consuetum sedis Apostolicæ remedium ad purganda omniz, quæ Sathanæ malicia in dogmatibus vel in moribus Ecclesiam invaserant, mala, adhibuimus. Cu-jas quidem fructus cum in aliis provinciis statim appareret, idem quoq; ut in nobiliſſima & latiſſima Germaniaꝝ provincia fieret, votis omnibus à Deo optimo maxi-mo petebamus, quam variis ac plurimis in religione diffenſionibus & controverſiis jam multos annos p̄z ceteris Christianis provin-iiis, magno cum animi dolore agitari vi-timus.

Cumq; ob id etiam clarissimus in Chri-sto filius noster, Carolus Romanorum Im-perator semper Augustus, postula verit, ut legatos nostros in eam provinciam mitte-remus, qui pro hujusmodi diffenſionibus & controverſiis fedandis p̄ſentaneam aliquam curationem afferrunt: eos, qui hoc illi provincie maximè salutare, & ad reſtituendam Eccleſiz pacem admodum validum & potens remedium esse spera-mus, ac certò nobis persuademus, brevi gloriā Dei in iphis Germaniaꝝ unanimi-tate, ac Eccleſiz obedientia & unitate viſu-ros: habita ſuper iis cum fratribus vene-rabilibus noſtris, sancte Eccleſiz Romanz Cardinalibus, matura deliberatione, de eorum conſilio & aſſenſu, fraternitates veſtrias, de quarum pietate, doſtrina & pru-dentia plurimum in Domino confidimus, in Germaniam mittendos duximus.

Primum quidem, ut illis, quorum corda Deus terigerit, ad fidei Catholice unitatem redire, declaratis ob paternum nostrum, quem erga illos animum gerimus, nos non tantum promtos esse, omni paterna indul-gentia & charitate eos benignè amplecti, ſed quod ad nos attinet, pro ea potestate, quam à Deo parte in ſericordiarum per ſanguinem filii ſui partam habemus, nulla in re reſtricdos aut diſſiciles futuros ad eis indulgendum: modò non leges dare, ſed accipere velint, p̄ſertim quas acceptas à majoribus noſtris ipſe Dominus omnium, & Eccleſiz conſensus, & illis & nobis fer-vandas dedit.

His itaq; & hujusmodi monitionibus animos illorum in obedientia ac cetero-rum communione, quam veram, niſi in uni-tate, conſtat eſſe non poſſe, omni diligentia veſtra confirmabitis: & hoc cum illis vo-bis agendum eſt. Et haec ſumma manda-torum noſtrorum eſtit, ut in illorum ani-mis pulchritudinem & ſanctitatem veteris disciplinz, qua maximè ſponsa Christi or-natur, omni mihiore ratione inſerat. Quod si poſt omnem adhibitam ſalutarem

quæ diſciplina leveritate remittenda, judi-caveritis, quibus in rebus fieri id poſſit, fa-cultates, quas vobis per p̄ſentes conce-dimus & p̄ſcribimus, extra quas vobis progredi non liebit, declarabunt.

P. 545

De ſimilibus igitur, conſilio & aſſenſu, ac apostolicæ potestatis plenitudine vo-bis, & cum conſenſu reliquorum duorum, cui libet veſtrū: ſeu, ni unuſ ex vobis legi-timo impedimento detentus, interelle non po-terit, ceteris duobus, ſive omnes & ſin-gulas utriusque ſexus, tam laicas quam Ec-cleſialticas, leculares, & quorumvis ordi-num, vel regulares personas, in quibusvis etiam ſacris ordinibus conſtitutas, cujuſ-cunque ſtatus, gradus, conditionis & qua-litatibus exiſtant, aut quacunq; Eccleſiaſticas, etiam Episcopali, Archiepiscopali, & Pa-triarchali, aut mundana etiam, Marchiona-li, Ducali, aut Regia dignitate p̄ſ fulge-ant: etiam ſi capitulum, collegium, univerſitas, vel communitas fuerint, quarumcun-que hæreſium aut novarum ſectarum pro-feffores, aut in eis culpabiles, vel ſuſpeſtas ac credentes, receptores & fautores, etiam ſi relapsi fuerint, eorum errores recogno-ſentes, & de illis dolentes, & ad orthodo-xam fidem recipi humiliiter poſtulantes, cognita in eis vera & non ficta aut ſimulata p̄enitentia, ab omnibus & ſingulis per eas perpeſtratis, hæreſes, & ab eadem apoſtaſias, blaſphemias, & alios quoscuq; errores etiam, ſub generali ſermone non venien-tes ſapientibus, peccatis, criminibusq; ex-cessibus ac delictis, nec non excommuni-ca-tionis, ſuſpensionis, interdictorum, &c aliis Eccleſiaſticiſ ac temporalibus, etiam corporis afflictionibus, ac capitalibus ſen-tentiis, censuris & poenis, in eos p̄missio-rum occaſione, à jure vel ab homine latis & promulgatis, etiam ſi in eis trīginta & pluribus annis inſtruuerint, & eorum abſolu-tio noſbis & diſceſt ſedi per literas in die cœnæ Domini legi conſvetas, reſerva-ta exiſtat. Quorum omnium qualitates, & circumſtantias, p̄ſentibus haberi volu-mus pro expressis, in utroq;, conſcientia-videlicet & contentioso foro plenariè.

Nam n̄t ſuper legitimo omnibus exces-sibus & delictis per eas uſq; ad diem abſo-lutionis & liberationis deſuper faciendo-rum commiſſis, nullatenus inquire, accu-fari, denunciari, aut moleſtari poſſint abſolvendi & liberandi, ac alioctum Christi fi-delium conſortio aggredandi. Nec non cum eis ſuper irregularitate per eos p̄misſorum occaſione, etiam cum ſic le-gati miſſas & alia officia divina, etiam contra ritus & ceremonias ab Eccleſia

seculares vel regulares, vere autem iure, ieiunias qualitercumque incursa, etiam si ex eo, quod iidem clerci in sacris constituti cum viduis, vel alias corruptis matrimonii de facto contraxerint, pretendatur, quodque bigamia, irregularitate, ac aliis praemissis non obstantibus, in eorum ordinibus, dummodo ante lapsum in heresim, hujusmodi ritè & legitimè promoti vel ordinati fuerint, etiam in altaris ministrare, & quæcumque & qualiacunque etiam curata beneficia, secularia vel regularia, ut prius, dummodo super eis, alteri jus acquisitum non existat, retinere, & non promoti ad omnes etiam sacros presbyteratus ordines, ab eorum ordinariis, si digni & idonei reperti fuerint, promoveri, ac beneficia Ecclesiastica, si eis alias canonice conferantur, recipere & retinere valeant, dispensandi & indulgendi: ac omnem inhabilitatis & infamiz maculam sive notam ex praemissis quomodo libet insurgentem, penitus & omnino abolendi, nec non ad pristinos homines, dignitates, famam & patriam, & bona etiam confiscata, in pristinum, & cum, in quo ante præmissa quomodo libet erant statu, item & omnibus & singulis gratiis, privilegiis, favoribus & indultis, quibus ceteri Christi fideles gaudent, & gaudere quomodo libet possunt, ut & gaudere valeant, in omnibus & per omnia, perinde ac si à fide Catholica in aliquo nunquam defecissent, restituendi, reponendi & redintegrandi: ac eis, dummodo corde contriti, eorum errata & excessus alicui per eos eligendo Catholico confessori sacramentaliter confiteantur, ac pœnitentiam salutarem eis per ipsorum confessorem propterea injungendam omnino adimpleant: omnem publicam confessionem, abjurationem, renunciationem, purgationem, & pœnitentiam jure debitam, arbitrio vestro moderandi, vel in totum remittendi.

Nec non communites & universitates, ac singulares personas quascunq; à quibus illicitis passionibus & conventionibus, per eas cum dictis aberrantibus, seu in eorum favorem quomodo libet invitis, & eis præstitis juramentis, & homagiis, illorumque omnium observatione, & si quem haecenus eorum in occasione incurrerint, perjurii reatum, etiam absolvendi, & jura menta ipsa relaxandi.

Ac quoscunq; regulares & religiosos, etiam in heresim hujusmodi, ut præfertur, lapsos, extra eorum regularia loca, absque dicta sedis licentia vagantes, & apostasias

eis, ut anciens beneficiis Ecclesiasticis cura, de illius obtinentis consensu, etiam in habitu clericis secularis habitum suum regolare, sub honesta toga presbyteri secularis deferendo, deservire, & extra eadem regularia loca remanere liberè & licite possint, dispensandi.

Nec non quibusvis personis, etiam Ecclesiasticis, ut quadraginta annis & aliis anni temporibus & diebus, quibus elus ovorum & carnium est de jure prohibitus, butyro, caseo, & aliis lacticiniis, & dictis ovis & carnibus, de utriusque five alterius spiritualis, qui Catholicus existat, medici consilio, aut si locorum ac personarum qualitate inspecta, ex defectu pescium aut olei, vel dispositione personarum eundem, seu alia causa legitima id vobis facendum videbitur, vestro arbitrio, ut scienti possint, indulgendi & concedendi.

Nec non feriarum numerum juxta Lugdunense concilium, seu alias arbitrio vestro, dummodo singuli dies Dominicæ, & Nativitatis, & Resurrectionis Dominicæ, & Pentecostes, cum duobus illarum singulos immediatè sequentibus diebus, nec non Ascensionis etiam Dominicæ, & corporis Christi, ac Circumcisitionis, & Epiphaniae, nec non Purificationis, & Assumptionis, & Nativitatis beatæ Mariæ, & S. Joannis Baptistæ, nec non singulorum Apostolorum & Evangelistarum celebritates, ac omnium Sanctorum festivitates sanctificantur, minuendi ac reducendi.

Præterea, iis, qui haecenus contra statutum Ecclesiæ communionem sub utraque specie sumere presumserunt, si, ut eis id concedatur, humiliter devotionis causa petierint, sublatissime autem singulis erroribus & heresis, vestigiis patrum in concilio Constantiensi tunc existentium aliquorum prædecessorum nostrorum inherendo, facta prius per eos confessione in Ecclesia coram Catholico sacerdote, in sumptione sacræ Eucharistie tantum sub una, quantum sub utraq; specie, verum videlicet Christi Domini nostri, & integrum corpus, contineri, Catholicamq; Ecclesiam non errare, quæ sacerdotibus celebrantibus duntaxat exceptis, ceteros tam laicos, quam clericos, sub una tantum panis specie communicare statuit: sub unaque specie, ut præsertim ob eorum vitam vel ad tempus, de quo vobis videbitur, communicare valeant, separatim tum loco & tempore ab ea, quæ juxta statutum Ecclesiæ hujusmodi sub una tantum specie datur, et

ca tam lectoria quam regulare, etiam
quæ per Catholicos possidentur, de ipso-
rum tam Catholicorum consensu, seu absq;
eorum præjudicio, unicuique alteri benefi-
cio Ecclesiastico ob eius fructum tenuita-
tem, aut hospitali jam erecto, vel erigen-
do, seu studio universali, vel scholis lite-
rariis, uniendi, annexandi & incorporan-
di: aut fructus, redditus, proventus, seu
bona eorundem beneficiorum dividendi,
separandi, dismembrandi: ac eorum sic
divisorum, separatorum, ac dimembrato-
rum partem aliis beneficiis, seu hospitali-
bus, vel studiis aut scholis, seu piis usibus,
similiter vestro arbitrio perpetuo appli-
candi & appropriandi.

Ac cum possessoribus bonorum Ecclesi-
asticorum, restitutis in primis immobili-
bus per eos indebitè detentis, super fructu-
bus male perceptis, ac bonis mobilibus
consumitis, concordandi transigendi, ac
eos desuper liberandi, ac quietandi: ac
quicquid ex concordiis & transaktionibus
hujusmodi pvererit, in Ecclesiæ, cuius
erant bona, vel in alios pios tantum usus
convertendi: omniaq; & singula alia, q; z
in præmissis, & circa ea quomodolibet ne-
cessaria, & opportuna esse cognoveritis,
faciendi, dicendi, gerendi, & exercendi.

Nec non contradictores quoslibet &
rebelles, ac vobis in præmissis non paren-
tes, per sententias, censuras, & poenas
Ecclesiasticas, ac quæcunque alia juris &
fa&i remedia appellatione post habita
compescendi, & legitimis super ijs haben-
dis servatis processibus, sententias, cen-
suras & poenas hujusmodi, etiam iteratis
vicibus aggravandi, ac auxilium brachii
secularis, si opus fuerit, invocandi.

Necnon per vos omnes insimul Catho-
licos locorum ordinarios, aut alias perso-
nas Deum timentes, fide insignes, & lite-
rarum scientia prædictas, ac gravitate mo-
rum conspicuas, & zitate venerandas, de
quarum probitate & circumpezione, ac
charitatis zelo plena fiducia contipi pos-
sit, ad præmissa omnia, cum simili aut li-
mitata potestate, ac unione beneficiorum,
seu eorum fructuum & bonorum separa-
tione & applicatione ac concordia, cum
possessoribus bonorum Ecclesiasticorum,
& earum liberationis duntaxat exceptis,
substituendi & subdelegandi plenam & li-
beram, Apostolica autoritate, tenore præ-
sentium, ex certa scientia concedimus fa-
cultatem, & potestatem decernendi omnia
& singula per vos, seu à nobis pro tempo-
re substitutas, & subdelegatas vigore præ-
sentium, & illorum forma servata, alias
rite & recte pro tempore facta & gesta, va-
lida & efficacia fore, suosq; effectus fortis-
ti, ac ab omnibus inviolabiliter observa-
ti debere: nec ea aut præsentes literas de-

posse, sive in præmissis omnibus & fini-
gulis per quoscunq; judices & commissa-
rios quavis autoritate fungantur, etiam
caesarum palatii Apostoli auditores in
quavis causa & instantia, sublata eis &
cuilibet eorum quavis aliter & judicandi,
& facultate interpretandi, judicari & defini-
niri debere. Ac si secus super ijs à quoquam
quavis autoritate scienter vel ignorantia
contigerit attentati, irritum & inane, non
obstantibus quibusvis apostolicis, ac in
provincialibus, Synodalibus & generali-
bus comitiis editis, specialibus vel genera-
libus constitutionibus & ordinationibus
etiam plures emanatis, ac in corpore ju-
ris clausis, & quibusvis literis per nos &
prædecessores nostros addictam sedem,
cum quibuscumq; derogatoriarum, deroga-
toriis, aliisq; efficacioribus clausulis &
decretis concessis & emanatis ac innova-
tis, nec non quarumvis etiam Cathedrali-
um, & Metropolitanarum ac collegiate-
rum Ecclesiarum, nec non monasteriorum
& aliorum regularium locorum quorum-
libet, ac quibuscumque ordinum jura-
mento, confirmatione Apostolica, vel qua-
vis firmitate alia reboratis, statutis, & con-
suetudinibus: quibus omnibus, etiamsi
pro illorum sufficienti derogatione ex-
pressa, specifica & individua mentio ha-
benda esset, illorum tenores, ac si de verbis
ad verbum inserti forent, pro sufficienter
expressis habentes, illis alias in robore suo
permansuris, hac vice duntaxat speciali-
ter & expresse derogamus.

Contrariis in quibuscumq; aut si aliqui
bus communiter vel divisim, ab eadem se-
de sit indultum, quod interdici, suspendi
vel excommunicari non possint, per lite-
ras Apostolicas non facientes plenam &
expressam de indulto hujusmodi mentio-
nem.

Volumus autem, ut hi, qui per vos, aut
substitutos, vel subdelegatos vestros, vi-
gore præsentium quovis modo absoluti
fuerint, si eis per vos, aut substitutos, &
subdelegatos predictos, specialis peni-
tentia injuncta non fuerit, penitentiam
per Catholicorum confessorem, quem di-
ixerint eligendum, pro præmissis eis injun-
gendam adimplete omnino teneantur, a-
lioquin absolutioni, illis pro tempore con-
cessæ, minime suffragentur.

Nulli ergo hominum omnino liceat,
hanc paginam nostræ concessionis, decre-
ti, derogationis, & voluntatis infringere,
vel ei aucti temerario contrarie. Si quis au-
tem attentare hoc presumserit: indigna-
tionem omnipotentis Dei ac beatorum Pe-
tri & Pauli Apostolorum eius, noverit se
incursum. Datæ Romæ, apud S. Mar-
cum, Anno incarnationis Dominicæ 1548.

Nos igitur mandatis Apollonis ope-
dire volentes, cum primum nobis oblata-
fuit occasio, ad provinciam Germanicę pro
præmissorum executione & successione,
ad Cæsaream majestatem, ut de modo exe-
cutionis præmissarum facultatum agere-
mus, accessimus. Cognoscentes autem,
difficile admodum & sc̄ere impossibile esse,
ut nos in omnibus locis, in quibus usus di-
ctarum facultatum necessarius est, perso-
naliter interest possimus, nobisq; propte-
re ad substitutionis remedium necesse de-
veniendum esse, te, de cuius pietate, reli-
gione, integritate vitæ, gravitate morum,
literarum scientia plurimum in Domino
confidimus, juxta facultatem nobis con-
cessum, vigore clausulæ in dieis literis
contētz, que incipit. Nec nō per vos omnes
in simul Catholicos, &c. ad infra scripta
specialiter substituimus, subrogamus, ac
tibi vices nostras concedimus, in primis,
ut omnes & singulas utriusque sexus, tam
laicas, quam Ecclesiasticas, populares, &
quorumlibet ordinum Regulares perso-
nas, in quibuscumq; sacris etiam ordinibus
constitutas, cujuscunque gradus, status,
conditionis & qualitatis existant, etiam si
Ducali, Marchionali, aut alia quacunq;
majori vel minori præfulgeant dignitate,
archiepiscopis, Abbatibus, ac cathedrali-
um & collegiatarum Ecclesiarum præposi-
tis, jurisdictionem habentibus, nec non
illis, qui bona Ecclesiarum aut aliorum
piorum locorum occuparunt, seu occu-
pata detinent, restitutione non facta:
duntaxat exceptis, quas nobis specialiter
reservamus, quarumque hæresium aut no-
varum sectarum professores, aut eis culpa-
biles vel suspectas, ac credentes, recepto-
res & fautores eorum, etiam si telapsæ fue-
rint, suos errores tamen recognoscentes, &
de illis dolentes, & ad orthodoxam fidem
redire postulantes, cognita in eis vera &
non fīta aut simulata pœnitentia, ab omni-
bus & singulis per eas perpetratis, hæreses,
& ab eadem fide apostasias, blasphemias
& alios quoscunque errores etiam, sub ge-
nerali sermone non venientes sapientibz,
peccatis, criminibus, excessibus & deli&is,
nec non excommunicationis, suspensi-
onum, interdictorum, & aliis Ecclesiasticis
ac temporalibus, etiam corporis afflitionibus,
& capitalibus sententiis, censuris
& pœnis, in eos præmissorum occasione à
jure, vel ab homine latis, & promulgatis,
etiam si in eis triginta & pluribus annis in-
suruerint, & eorum absolutio sanctissimo
Domino nostro & sedi apostolicae etiam
per literas in die cœnz Domini legi con-
suatas, specialiter reservata existat.

contentrolo ioro, ita ut tempore hujusmo-
di criminibus, excessibus & deli&is, usque
ad diem absolutonis & liberationis desu-
per faciendorum per eas commissis nulla-
tenus inquiri, accusari, denunciari aut mo-
lestari possent, absolvere & liberare, aca-
liorum Christi fidelium aggregare confor-
tio: nec non cum eis super irregularitate
per eas præmissorum occasione, & quia sic
ligati missas & alia divina officia, etiam
contra ritus & ceremonias haeretis ab
Ecclesia probatas & usitatas, celebrave-
rint, aut alias se immiscuerint, contrafacta
nec non bigamia per eosdem clericos secu-
lares vel regulares, vere aut fīte, seu alias
qualitercumque incursa, etiam si ex eo,
quod iidem Clerici, in sacris constituti,
cum viduis, vel aliis corruptis matrimonii
de facto contraxerint, prætendatur.

Quodq; bigamia & irregularitate, ac z-
liis præmissis non obstantibus, in eorum
ordinibus, dummodo ante eorum lapsum
in hæresin hujusmodi, rite & legitime pro-
moti & ordinati fuerint, etiam in altaris
ministerio ministrare, & quæcumque &
qualiacunque etiam curata beneficia secu-
laria vel regularia, ut prius, dummodo su-
per eis alterius quæsumum non existat,
retinere, & non promoti ad omnes
etiam sacros presbyteratus ordines
ab eorum ordinariis, si digni & idonei
reperti fuerint, promoveri ac beneficia Ec-
clesiastica, si eis alias canonice conferan-
tur, recipere, & retinere valeant: rejectis
& expulsis tamen prius uxoribus, sic de
facto sibi conjunctis & copulatis, dispen-
sare ac indulgere, ac omnem inhabilitatis &
infamiz maculam sive notam ex præmissis
quomodolibet insurgentē, penitg & omni-
no abolere, nec non ad pristinos honores,
dignitates, famam & patriam, & bona ei-
iam confiscata, in pristnum, & in eum, in
quo ante præmissa erant statu, ita ut omni-
bus & singulis gratiis, privilegiis, favori-
bus & indultis, quibus ceteri Christi fide-
les gaudent, & quomodolibet gaudere
possunt, ut & gaudere valeant, in omni-
bus ac per omnia, ac si à Catholica in ali-
quo non defecissent, restituere & reponer-
re ac redintegrare: & eis, dummodo corde
contriti, eorum errata & excessus, alicui
per religendo Catholico confessori sacra-
mentaliter confiteantur, & pœnitentiam
salutarem eis per ipsum confessorem pro-
pterea injungendam omnino adimpleant,
omnem publicam confessionem, abjura-
tionem, renunciationem, purgationem, &
pœnitentiam jure debitam, arbitrio tuo
moderate: adhibita tamca per te mode-

qui per te absolvitur & restituuntur, per te absoluti & restituti fuerint, per aliquod tempus arbitrio tuo juxta vicinitatem locorum perfigendum, apud aliquam eadem saccam vel monasterium aut locum alium idoneum sequestrati a ministerio altaris abstineant, quascumque etiam personas a quibusvis illicitis passionibus aut conventionibus, per eas cum dictis aberrantibus, seu in eorum favorem quomodolibet initis, & eis praefatis juramentis, & homagiis, illorumque omnium observatione, & si quem hactenus eorum occasione incurserint perjurii reatum, etiam absolvere, & iuramenta ipsa relaxare, ac quascumque regulares, & religiosos etiam in hæresin hujusmodi, ut præfertur, lapsos, extra earum regularia loca, absque dicta sedis licentia vagantes, & apostolaz resto, & excommunicationis, aliisque censuris & penitentia ecclesiasticis per eas propterea etiam juxta saorum ordinum statuta incursis, pariter absolvere, ac cum eis ut alicui beneficio Ecclesiastico etiam curato de illius obtinentis consensu, etiam in habitu clericis secularis, habitum suum regularero sub honesta roga presbyteri secularis deferendo deservire, & extra eadem regularia loca remanere libere & licite possint, dispescere.

Necnon quibusvis personis etiam Ecclesiasticis, ut quadagesimalibus & aliis anni temporibus, & diebus, quibus eis usus ovoidum & carnium est de jure prohibitus, butyro, caseo, & aliis lacticiniis, & dictis ovis & carnibus, de consilio ramen utriusque, seu saltem spiritualis per te eligendi, qui Catholicus existant, medici consilio, aut alia legitima causa subsistente, ea tantum durante, uti & vesci possint, indulgere.

Necnon cum his, qui hactenus contra statutum Ecclesiaz communioni sub utraq; specie sumere præsumserunt, si aliter ad gremium Ecclesiaz reduci non possint, ad tempus, de quo tibi videbitur saluzi animarum eorum expedire, non tamen ultra determinationem, quæ defuper per Oecumenicum legitimumque concilium fieri contigerit.

In cæteris tamen juxta formam & tenorem præinsertarum literarum, dispensare, & cum eis, ut communionem sub utraque specie recipere possint, indulgere possis, & valeas. Notificantes nihilominus per te, ad dispensationem hujusmodi communionis sub utraque specie, & eis carnium, & aliorum, non nisi cum magna maturitate, ac cum Ecclesiaz utilitate, ac animarum salute deveniendum esse, super quibus ac omnibus aliis præmissis conscientiam tuam oneramus. Volumus antem, & expressè inhibemus, ut nec per te, nec per

quid quovis colore, etiamenca, Vergilli, seu laboris alicujus ministri, seu notarii, aut alias quomodolibet recipiatur, cum hæc omnia gratis accipienda sint, & concedi mandamus, in quibus si ut speramus te solerterem, vigilantem, ac ut tantum decet negocium, probum & integrum exhibueris, apud Sanctitatem suam, Cæsar: Majest: & Catholicos omnes, laudem magnam & gloriam consequeris. Et à Deo opt. max. beatitudinis retributionem spes rare poteris.

In quorum omnium & testimonium præsentes literas nostras fieri & per notarium nostrum subscribi, sigillorumque nostorum impressione munire mandavimus. Datum & actum Bruxellæ Cameracensis diecessis, sub anno à nativitate Domini 1549. indictione 7. Repe. Calend. Iunii. Pontificatus prælibati Sanctiss. domini nostri, domini Pauli Papæ 3. anno 15. præsentibus ibidem discretis viris, dominis Adriano Iuliano, & Lazaro Breanconio, clericis B. Lautiens. & Ianueni, diœcesis, testibus ad præmissa vocatis, & rogatis, sic subscritum. Et quia Ego Nicolaus Driel, clericus Coloniensis diœcesis, publicus Apostolica authoritate, nec non sacri Oecumenici & generalis concilii notarius, prædictæ substitutionis potestatis dationi, aliisque præmissis præfens interfui: ideo supra scriptum publicum substitutionis instrumentum confeci, subscripsi, & una cum reverendissimorum dominorum nunciorum sigillorum impressione publicavi, infidem præmissorum omnium rogatus: & signaverit tribus signillis duorum Episcoporum nunciorum Apostolicorum substituentium.

*Consilium tris Episcoporum, 1549:
quod de ratione stabilienda Romana Ecclesia
Paulo III. Pont. Max. datum est,
inventum in Palatio post illius obitum.*

Legatus tuus apud Bononienses, Beatis: Pater, significavit nobis, cupere sanctitatem tuam, ut qui tuo iussu hac in urbe recens congregati sumus, Episcopi terni seorsim consultaremus, quanam ratione stabiliri, augeriique sedes apostolica posit, quæ hoc tempore à perfidis Lutheranis sic infestatur, oppugnatur, ac debilitatur: deque cæte sententias nostras literis explicaremus, quas conferre inter se, atque examinare, & de his secum ipsa deinde deliberare cupiat.

Nos igitur tres infra nominati Episcopi, quamquam nec prudentia, nec doctrina, nec tecum usu plurimum possumus:

ponere decet etiam. Nihil enim
simo B: atitudinis tuz judicio omnia iate-
rit permittamus. Sed illam prius suppli-
citer oratam volumus, caveat, ne nostro
huic consilio idem forte eveniat, quod o-
lim sub eius felicis Papatus initia accidisse
meminimus.

Cumeniam s. illi cardinales, & una dele-
& aliquot Episcopi, de ratione reformatio-
næ Ecclesiæ consulterentur, ac sanctitati
tuz libellum obtulissent, in quo illorum
omnium sententiaz perscriptæ erant: illæ
cum supprimi & occultari debuissent
(quod & sanctitatem tuam voluisse mini-
me dubitamus) illico emanarunt, & in
Germaniam usque dispersæ ac dissipatæ
sunt. Atque in hunc modum detegi, pater-
ficerique Lutheranis hostibus nostra consi-
lia contigit: quæ res deinde in oppugnan-
dis nobis mirifice illis profuit.

Nam libellis illico editis incredibile est
quantum in nos undique odium concita-
verint, multos errores atque abusus fateri
nos in Ecclesia esse dicantes, quos tantum
abest, ut corrigere ipsi velimus, ut vi etiam
tueri ac defendere non dubitemus: Et si
quis est, qui de necessaria emendatione vel
hincere audeat, eum terra mariq; hostiliter
persequamur. Tua Sanctitas igitur videt,
quantum detrimentum consilium illud ita
evulgatum rebus nostris attulerit. Deus ei
ignoscat quisquis in causa fuit. Proinde
omnis cura ac diligentia adhibenda est,
ut nostrum hoc suprimatur, alioquin in-
commoda incommodis & mala malis cu-
mulabimus.

Nos enim res multo maximi momenti
hic perstringimus, & libere sineque ullius
respectu ipsius causæ arcem invadentes, in-
dicato prius morbo convenientem illi me-
dicinam afferimus: sed hæc silenda inquam
& occultanda sunt. Age itaque investiga-
mus gravissimæ hujus controversiaz sta-
tum, & ab ipsa origine omnia repeatmus.

Lutherani Symboli Apostolici articu-
los omnes recipiunt, ac confitentur:
atque id verisimum est. Neq; enim inficia-
rio portet (præsertim inter nos) quod adeo
verum esse omnes intelligimus.

Iudem Lutherani negant, velle se ullam
aliam doctrinam admittere, quam unicam
illam, quæ Christum & Apostolos autho-
res habet: cuperentque ut omnes paucissi-
mis illis contenti essemus, quæ Apostolo-
rum temporibus vel circiter ea tempora
observata fuere: & tantum præscas illæ Ec-
clesias imitaremur: nec de recipiendis ullis
traditionibz cogitare, quæ quæ ab illis
emanarunt. Sic sentiunt adversarii nostri,

etiam aliquo (bono zelo) introductæ sunt.
Hic est in summa, cardo totius con-
troversiaz: hinc tumultus illi, hinc illa con-
tentio. Verum omni opera ac diligentia
nobis providendum est (etiam si vita nobis
in ea re impendenda foret, nèdum facili-
tates, laborac vigiliæ) ne latius separat illo-
rum opinio: quanquam longe lateque ni-
mium jam dimanavit, quod valde dolen-
dum ac deplorandum est. Neque enim de
nibili hic agitur: sed de salute & incolu-
mitate universi status Beatitudinis tuz, &
nostrum omnium, qui ipsius membra &
creaturæ sumus.

Nam Apostolorum temporibus (et verum
S. tuz fateamur: sed silentio hic plane o-
pus est) vel aliquot annis post ipsius Apo-
stolos, nulla vel Papatus, vel Cardinalatus
mentio erat: sed nec amplissimos illos E-
piscopatum ac sacerdotiorum redditus fa-
isse constat: nec templæ tantis sumptibus ex-
truebantur: non erant Monasteria, non
Prioræ non Abbates: multo vero minus
hædoctrinz, hæsanctiones, & hæ consue-
tudines, & hoc Imperium, quod in gentes
ac nationes hodie obtainemus: Quin p. 73
omnes omnium Ecclesiarum ministri (Ro-
manæ non minus quam cæteratum) ultra
Regibus, principibus ac magistratibus pa-
rebant.

Æstimet ergo tua Sanctitas, quam male
nobiscum argeretur, si nostro aliquo fato
in pristinam paupertatem, humilitatem, &
miseram illam servitutem redigendi esse-
mus. Est igitur ea res magni momenti, uti
diximus.

Cæterum hæc una est gravissimi hujus
periculi declinandi ratio. Nos re bene ac
diligenter considerata, competimus, hanc
Ecclesiæ gloriam, autoritatem, ac poten-
tiam tunc primum exortam esse, cum pte-
esse in ea coeperunt sagaces & solertes epi-
scopi: qui per occasionem à Cæsariis
contenderent, uti sua autoritate ac poten-
tia primatum, summaræ in alias ecclesiæ
potestatem penes hanc sedem esse statue-
rent. Id quod inter alios Papa Bonifacius
3. à Phoca Imperatore imperialis dicitur.

Deinde illud etiam admivertimus,
coepisse tum Ecclesiæ res magis magisque
in dies crescere, cum creari cardinales,
augerique Episcoporum numerus, actor
tamque elegantes monachorum ac monia-
lium ordines emergere coepérunt. Nec ve-
ro dubium est, quin isti, Papæ, Cardinales
Episcopi, Monachi, & moniales: sua astu-
ria, scilicet illæ illæ suis cultibus ac

qui per te absolvitur & restituuntur, per te absoluti & restituti fuerint, per aliquod tempus arbitrio tuo juxta vicinitatem locorum perfigendum, apud aliquam eadem saccam vel monasterium aut locum alium idoneum sequestrati a ministerio altaris abstineant, quascumque etiam personas a quibusvis illicitis passionibus aut conventionibus, per eas cum dictis aberrantibus, seu in eorum favorem quomodolibet initis, & eis praefatis juramentis, & homagiis, illorumque omnium observatione, & si quem hactenus eorum occasione incurserint perjurii reatum, etiam absolvere, & iuramenta ipsa relaxare, ac quascumque regulares, & religiosos etiam in hæresin hujusmodi, ut præfertur, lapsos, extra earum regularia loca, absque dicta sedis licentia vagantes, & apostolaz resto, & excommunicationis, aliisque censuris & penitentia ecclesiasticis per eas propterea etiam juxta saorum ordinum statuta incursis, pariter absolvere, ac cum eis ut alicui beneficio Ecclesiastico etiam curato de illius obtinentis consensu, etiam in habitu clericis secularis, habitum suum regularero sub honesta roga presbyteri secularis deferendo deservire, & extra eadem regularia loca remanere libere & licite possint, dispescere.

Necnon quibusvis personis etiam Ecclesiasticis, ut quadagesimalibus & aliis anni temporibus, & diebus, quibus eis usus ovoidum & carnium est de jure prohibitus, butyro, caseo, & aliis lacticiniis, & dictis ovis & carnibus, de consilio ramen utriusque, seu saltem spiritualis per te eligendi, qui Catholicus existant, medici consilio, aut alia legitima causa subsistente, ea tantum durante, uti & vesci possint, indulgere.

Necnon cum his, qui hactenus contra statutum Ecclesiaz communioni sub utraq; specie sumere præsumserunt, si aliter ad gremium Ecclesiaz reduci non possint, ad tempus, de quo tibi videbitur saluzi animarum eorum expedire, non tamen ultra determinationem, quæ defuper per Oecumenicum legitimumque concilium fieri contigerit.

In cæteris tamen juxta formam & tenorem præinsertarum literarum, dispensare, & cum eis, ut communionem sub utraque specie recipere possint, indulgere possis, & valeas. Notificantes nihilominus per te, ad dispensationem hujusmodi communionis sub utraque specie, & eis carnium, & aliorum, non nisi cum magna maturitate, ac cum Ecclesiaz utilitate, ac animarum salute deveniendum esse, super quibus ac omnibus aliis præmissis conscientiam tuam oneramus. Volumus antem, & expressè inhibemus, ut nec per te, nec per

quid quovis colore, etiamenca, Vergilli, seu laboris alicujus ministri, seu notarii, aut alias quomodolibet recipiatur, cum hæc omnia gratis accipienda sint, & concedi mandamus, in quibus si ut speramus te solerterem, vigilantem, ac ut tantum decet negocium, probum & integrum exhibueris, apud Sanctitatem suam, Cæsar: Majest: & Catholicos omnes, laudem magnam & gloriam consequeris. Et à Deo opt. max. beatitudinis retributionem spes rare poteris.

In quorum omnium & testimonium præsentes literas nostras fieri & per notarium nostrum subscribi, sigillorumque nostorum impressione munire mandavimus. Datum & actum Bruxellæ Cameracensis diecessis, sub anno à nativitate Domini 1549. indictione 7. Repe. Calend. Iunii. Pontificatus prælibati Sanctiss. domini nostri, domini Pauli Papæ 3. anno 15. præsentibus ibidem discretis viris, dominis Adriano Iuliano, & Lazaro Breanconio, clericis B. Lautiens. & Ianueni, diœcesis, testibus ad præmissa vocatis, & rogatis, sic subscritum. Et quia Ego Nicolaus Driel, clericus Coloniensis diœcesis, publicus Apostolica autoritate, nec non sacri Oecumenici & generalis concilii notarius, prædictæ substitutionis potestatis dationi, aliisque præmissis præfens interfui: ideo supra scriptum publicum substitutionis instrumentum confeci, subscripsi, & una cum reverendissimorum dominorum nunciorum sigillorum impressione publicavi, infidem præmissorum omnium rogatus: & signaverit tribus signillis duorum Episcoporum nunciorum Apostolicorum substituentium.

*Consilium tris Episcoporum, 1549:
quod de ratione stabilienda Romana Ecclesia
Paulo III. Pont. Max. datum est,
inventum in Palatio post illius obitum.*

Legatus tuus apud Bononienses, Beatis: Pater, significavit nobis, cupere sanctitatem tuam, ut qui tuo iussu hac in urbe recens congregati sumus, Episcopi terni seorsim consultaremus, quanam ratione stabiliri, augeriique sedes apostolica posit, quæ hoc tempore à perfidis Lutheranis sic infestatur, oppugnatur, ac debilitatur: deque cæte sententias nostras literis explicaremus, quas conferre inter se, atque examinare, & de his secum ipsa deinde deliberare cupiat.

Nos igitur tres infra nominati Episcopi, quamquam nec prudentia, nec doctrina, nec tecum usu plurimum possumus:

tur, atque item sacerdotibus illis ac monachis præcipiendum erit, ut nova sodalitia (vulgò confraternitates vocant) in hujus vel illius divi honorem instituant. Nam frater Thomas Stella collega noster affirmit, magnum sed ad firmandum augendumque regnum tuum operæ precium fecisse, quod in multis Italæ partib; horum sodalitorum studium pro concione populo commendarit.

Adbac edicere illis quoque convenit, ut supplicationes maximo cum splendore ac magnificientia habeant, imagines ac statuas fieri mandent, illis cereos, lampadesq; accendi jubeant, organa & alia instrumenta musica, ne in templis desint, curent ac provideant. Hæc enim sunt quibus vulgus præcipue dele&tatur, & quorum gratia doctrinam illam, quæ adeo nobis exitialis & pernitiiosa est, fere oblitiscitur.

Non solum autem illa quæ jam à nobis commemorata sunt, observanda nobis esse videntur: Sed illud etiam reverendissimis Cardinalibus & Episcopis curæ sit oportet, missas ut quanta maxima pompa & apparatu poterunt, ipsimet factent: baptisteria in hominum conspectu atq; oculis consecrent: sacerdotes ordinent: templo, altaria, cœmeteria expient; baptizent campanas: moniales velent. Nam isthæc etiam vulgus stupere, & admirari solet: & horum contemplatione, veluti laqueis, mente animoq; ita irretitur, ut nullo alterius cibi ac doctrinæ tangi desiderio queat; scuti nec in alium usum (si vera fateri volumus) hæc omnia instituta fuere.

Quinimò augenda etiam istæc, ac multiplicanda nostro iudicio forent. Nam si parcarum istiusmodi rerum, quas modo retulimus, institutio atq; introductio adeo regnum promovere potuit: quid putat T. S. fore, si ijs nova ad huc quædam adiungantur?

Verbi gratia, consecratur quotannis quinta feria, quæ festum Paschæ proxime præcedit, triplex illud oleum, sanctum, chrismatis, & infirmorum; idque episcopo uno, & duodecim sacerdotibus, ierna illa adoratione, salutationeque, multis illis exorcismis, & infusationibus, admixto etiam opobalsamo. Statuat nunc T. S. ne paucioribus quinque salutationibus duodecim, istiusmodi consecratio fieri possit: & præter opobalsamum aliud pretiosum aliquem liquorem addi jubeas: cuiusmodi certe manna fuerit: quam cum plus in deserto constet, merito & illa in ceremoniis locum obtinere debet.

Sicut illa in deserto, sic & if

unde eius etiam aliquem in ceremoniis sum esse oportet. Item in tempiorum dedicationibus Episcop: Latinum & Græcum Alphabetum pedo exarare in cinere soliti sunt: mandatu, ut Hebraicum quoq; alphabetum adpingant, si quidem norunt (quanquam non magni illud refert. Nam nec græcum quidem pingere norunt, & tamen ab illis pingitur, perindeq; est ac si noscent) Etenim in Christi cruce triplici lingua, Hebraica, Græca & Latina ipius mortis causa inscripta fuit.

Deinde ubi Episcopi sacerdotum palmas tantum inungunt: Iube illos internam atque externam manum, ac simul caput ipsum & faciem totam perungere. Nam tantulum oleum sacrificandi vim habet, major certa olei quantitas majorem quoq; sacrificandi vim obtinetbit. Præterea quoties baptizantur campanæ, sufficiab illis ex thure & thymiamate fieri solent: editio, ut & moschus ac ambar illis adjungantur, ad maiorem religionem & admiracionem.

Denique Episcopum aliquis factorus cum solemnii pompa & apparatur rem diuinam, multa segaratim à privatis sacerdotibus ornamenta habere solet: cujusmodi sunt [ut reliqua omittamus] osla velutiliquæ mortui alicujus, quas illum in tunc inaugura ad pectus gestare convenient: Iube tu, ut brachium integrum, vel crux, vel caput alicujus divi detinatur, bene crasso funiculo è collo suspendat.

Augebit enim hæc res mirum in modum hominum religionem, & omnes incredibili admiratione obstupefacit. Istiusmodi ceremoniae omnes à summis Pont: inventæ & excogitatæ sunt.

Tu ergo cum æque summus Pontifex, pro imperio tuo easdem, si vis, augere potes: imo velle omnino debes, in eum, quem tibi ostendimus, finem atq; usum. Censemus: jam magnopere, ut tua 8. Cardinalibus & Episcopis omnibus, quos in suis residere Ecclesiis contigerit, præcipiat, ut sophisticam, artem scholasticam, metaphysicam: item Decretales, sextum, clementinas, extravagantes, & regulas cancellariæ, in sua quisq; civitate legi doceriq; curent.

Vtinam legendis hujusmodi autoribus homines passim diligenter incubuissent, Neque enim res nostræ in hunc deploratissimum statum pervenissent. Sed in contemptis hisce melioribus disciplinis, dare Græcae & Hebraicæ linguæ operam, & mox Bibliorum versionem ad Græcam & Hebraicam veritatem exigere, Theologizq; stu-

scholaisticam artem, & tuum Ius canonis, cum homines repeatant, quibus Theologiae studia sepulta pene atque obruta fuisse olim constat. Sed animum advertat hic tua sanctitas.

Nam decretalium & sexti & clementinorum & extravagantium tantum supra me minimus, ac non item decreti, quod minime mirum videri debet. Est enim perniciosus liber, & Autoritatem tuam valde veherenter immunit: licet alicubi extollere videatur, nam inter alia negat multis in locis posse papam vel tantillum ad eam doctrinam adjungere, quam nobis Christus ipse tradidit, & Apostoli docuere. Ita enim inquit canon, qui incipit, Transferunt. 24. q. 3. Immutant mendacio veritatem qui aliud praedicant, quam ab Apostolis acceperunt. Hoc plane est Lutheranum axioma.

Quid enim aliud quotidie inculcant nos, nisi adversarii, quam ne latum quidem unquam licere ab his rebus, quae Apostolis fuere in uso, recederet? At quis est ex nostris, qui non recedat saepe quotidie? certe vix umbram quandam retinemus in nostris ecclesiis eius doctrinae & disciplinae, quae Apostolotum temporibus (sicut etiam initio attigimus) floruerunt, & propterea a liam accessivimus. Verum interim in illo decreto diserte appellamus mendaces, quia hoc fecerimus: fecimus, summis pontificibus autoribus, & magistris, imo imperantibus & impellentibus.

Vt invero non essent multi hujusmodi canones, qui longe aliud præcipiant, quam indies pontifices solabantur, & nos omnes solemnis facere, (loquimur de doctrinis & de fide, non de moribus.) Audi nunc unum atque alterum, ita inquit canon, qui incipit: Contra. 25. q. 1: Contra statuta patrum condere aliquid, vel mutare nec hujus quidem sedis autoritas potest. Alius vero canon qui incipit: Ideo, ita inquit; Ideo permittente Domino pastores hominum sumus effecti, ut quod patres nostri sive in sanctis canonibus, sive in mundanis affixere legibus, excedere minime debeamus: Contra eorum quippe saluberrima agimus instituta, si quod ipsi divino statuerunt consulto, intactum non conservamus.

An non hic disertissime Zosimus, & Leo III. Pontifices (quin & tota ipsa Romana Ecclesia) clamant, autoritatem istius sedis non posse quicquam agere contra canones, contra leges, contra statuta veterum patrum, sed debere ea intacte servari? Quo pacto ergo respondebimus adversariis, qui hic urgent nos & exagitant, & de nobis usurpant illud Psal. 5. Non est certum, in ore eorum: accusant enim nos levitatis & inconstantiae, qui habeamus tam

piam agere contra ea, & nihilominus nihil frequentius videamus, quam istiusmodi mutationes & derogationes antiquorum patrum & conciliorum.

Quomodo inquam hic respondebimus, præsertim quum decretorum liber sit tam illustris, & celeberrimus, qui in omnibus ecclesiis summo in pretio atque honore habitus est? Verum interea non modo pauca ea quæ probuimus degustanda continent, sed plurima atia quæ causam hostium nostrorum juvant, & ita juvant, ut videantur ab aliquo ipsorum fuisse scripta.

Proinde de hoc decreto captandum erit nobis consilium aliquod, videtur enim res per quam absurdum, quod in eo illud doceatur cuius contrarium tua S. agat, & fieri mandet.

Denique (quod inter omnia consilia, quæ nos dare hoc tempore Beatitudini tuæ possimus, omnium gravissimum ad extremum reservavimus) oculi hic aperiendi sunt, omnibus nervis adnitendum erit, ut quam minimum Evangelii poterit (propter vulgari lingua) in iis legatur civitatis, quæ sub tua ditione ac potestate sunt. Sufficiatque tantillum illud, quod in Missa legi solet, nec eo amplius cuiquam mortali legere permittatur. Quamdiu enim pauculo illo homines contenti fuerunt, diu restuæ ex sententia successere, cædemque in contrarium labi cœperunt, ex quo ulterius legi vulgo usurpatum est.

Hic ille (in summa) est liber, qui præter ceteros hasce nobis tempestates ac turbas concitavit, quibus prope abrepti sumus. Et sane si quis illum diligenter expendet, deinde quæ in nostris fieri ecclesiis consueverunt, singulo ordine contemplatur: videbit plurimum inter se dissidere, & hanc doctrinam nostram ab illa propterea diversam esse; ac saepe contrariam etiam: Quod simul atque homines intelligunt, à docto scilicet aliquo adversariorum nostrorum simulati, non ante clamandi in nos fidem faciunt, donec tandem per vulgata nos invisos omnibus reddiderint.

Quare occultandæ pauculæ illæ chartulae erunt, sed adhibita quadam cautione ac diligentia, ne eares maiores nobis turbas p. 553. ac tumultus excitet. Legatus tuus apud Venetos D. Ioan. Della Casa Archiepiscopus Beneventanus præclare se admodum in ea re gesit. Nam et si aperte palamque librum illum Evangelii minime damnari, vel abscondi jussit, id tamen obscuræ ac dissimulanter fecit, dum in prolixo illo catalogo hereticorum, quem edidit, bonam partem eius doctrinæ inprobavit, quæ

tur, atque item sacerdotibus illis ac monachis præcipiendum erit, ut nova sodalitia (vulgò confraternitates vocant) in hujus vel illius divi honorem instituant. Nam frater Thomas Stella collega noster affirmit, magnum sed ad firmandum augendumque regnum tuum operæ precium fecisse, quod in multis Italæ partib; horum sodalitorum studium pro concione populo commendarit.

Adbac edicere illis quoque convenit, ut supplicationes maximo cum splendore ac magnificientia habeant, imagines ac statuas fieri mandent, illis cereos, lampadesq; accendi jubeant, organa & alia instrumenta musica, ne in templis desint, curent ac provideant. Hæc enim sunt quibus vulgus præcipue dele&tatur, & quorum gratia doctrinam illam, quæ adeo nobis exitialis & pernitiiosa est, fere oblitiscitur.

Non solum autem illa quæ jam à nobis commemorata sunt, observanda nobis esse videntur: Sed illud etiam reverendissimis Cardinalibus & Episcopis curæ sit oportet, missas ut quanta maxima pompa & apparatu poterunt, ipsimet factent: baptisteria in hominum conspectu atq; oculis consecrent: sacerdotes ordinent: templo, altaria, cœmeteria expient; baptizent campanas: moniales velent. Nam isthæc etiam vulgus stupere, & admirari solet: & horum contemplatione, veluti laqueis, mente animoq; ita irretitur, ut nullo alterius cibi ac doctrinæ tangi desiderio queat; scuti nec in alium usum (si vera fateri volumus) hæc omnia instituta fuere.

Quinimò augenda etiam istæc, ac multiplicanda nostro iudicio forent. Nam si parcarum istiusmodi rerum, quas modo retulimus, institutio atq; introductio adeo regnum promovere potuit: quid putat T. S. fore, si ijs nova ad huc quædam adiungantur?

Verbi gratia, consecratur quotannis quinta feria, quæ festum Paschæ proxime præcedit, triplex illud oleum, sanctum, chrismatis, & infirmorum; idque episcopo uno, & duodecim sacerdotibus, ierna illa adoratione, salutationeque, multis illis exorcismis, & infusationibus, admixto etiam opobalsamo. Statuat nunc T. S. ne paucioribus quinque salutationibus duodecim, istiusmodi consecratio fieri possit: & præter opobalsamum aliud pretiosum aliquem liquorem addi jubeas: cuiusmodi certe manna fuerit: quam cum plus in deserto constet, merito & illa in ceremoniis locum obtinere debet.

Sicut illa in deserto, sic & if

unde eius etiam aliquem in ceremoniis sum esse oportet. Item in tempiorum dedicationibus Episcop: Latinum & Græcum Alphabetum pedo exarare in cinere soliti sunt: mandatu, ut Hebraicum quoq; alphabetum adpingant, si quidem norunt (quanquam non magni illud refert. Nam nec græcum quidem pingere norunt, & tamen ab illis pingitur, perindeq; est ac si noscent) Etenim in Christi cruce triplici lingua, Hebraica, Græca & Latina ipius mortis causa inscripta fuit.

Deinde ubi Episcopi sacerdotum palmas tantum inungunt: Iube illos internam atque externam manum, ac simul caput ipsum & faciem totam perungere. Nam tantulum oleum sanctificandi vim habet, major certa olei quantitas majorem quoq; sanctificandi vim obtinetbit. Præterea quoties baptizantur campanæ, sufficiab illis ex thure & thymiamate fieri solent: editio, ut & moschus ac ambar illis adjungantur, ad maiorem religionem & admiracionem.

Denique Episcopum aliquis factorus cum solemnni pompa & apparatur rem diuinam, multa segaratim à privatis sacerdotibus ornamenta habere solet: cujusmodi sunt [ut reliqua omittamus] osla velutiliquæ mortui alicujus, quas illum in tunc inaugura ad pectus gestare convenient: Iube tu, ut brachium integrum, vel crux, vel caput alicujus divi detinatur, bene crasso funiculo è collo suspendat.

Augebit enim hæc res mirum in modum hominum religionem, & omnes incredibili admiratione obstupefacit. Istiusmodi ceremoniaz omnes à summis Pont: inventæ & excogitatæ sunt.

Tu ergo cum æque summus Pontifex, pro imperio tuo easdem, si vis, augere potes: imo velle omnino debes, in eum, quem tibi ostendimus, finem atq; usum. Censemus: jam magnopere, ut tua 8. Cardinalibus & Episcopis omnibus, quos in suis residere Ecclesiis contigerit, præcipiat, ut sophisticam, artem scholasticam, metaphysicam: item Decretales, sextum, clementinas, extravagantes, & regulas cancellariæ, in sua quisq; civitate legi doceriq; curent.

Vtinam legendis hujusmodi autoribus homines passim diligenter incubuissent, Neque enim res nostræ in hunc deploratissimum statum pervenissent. Sed in contemptis hisce melioribus disciplinis, dare Græcae & Hebraicæ linguæ operam, & mox Bibliorum versionem ad Græcam & Hebraicam veritatem exigere, Theologizq; stu-

gliam Legati ; literas , qui in hanc senten-
tiam scripsit : subtilissimus Tillingæ atque
Augustæ per aliquot dies , exploravimus
omnia diligenter , quæ ad religionem per-
tinent , at nihil in hoc genere vidimus ;
quod potuerit placere . Ecclesiæ enim ad-
versariorum mirifice fervent , & indies fre-
quentiores magna lætitia audiunt suos
concionatores : nostræ vicissim frigent , &
vastas dixeris si videoas , ita pauci tantum
vetuli nescio qui , & fœmellæ adeunt mis-
fas . Hæc ille , & familiares eius , imprimis
D. Aloysius Priulus , multa hujusmodi
scripsere . In summa , de illa natione pror-
sus omnia spes abicienda est .

Sed non est , quod tua S. ob id se nim-
tim cruciet : nam et si hujus tam populosæ
nationis defectio incredibile illi damnum
attruisse videatur , multumque ob id de ijs
Jins censu ac redditibus decelererit , remedi-
um tamen in promptu est . Poterit enim tua
S. amplius solito ab ijs nationibus , in quas
imperium adhuc habet , aliquid exigere :
ita fieri , ut , quod impia istorum defectione
illi periret , commodissime aliunde refarcia-
tur .

Verum illud quoque admonitam illam
volumus , ut in confiencia ex datariatu &
pœnitentiariatu (ut vocant) alijsq; officijs
& muneribus pecunia , tum etiam in exi-
gendas tributis ac decimis , cautionem &
dexteritatem quandam adhibeat : volens-
que pecuniam undiq; corradere , ita se in
ea re gerat , ut eius inexplicabilem habendi
situm homines percipere non possint , mi-
nusq; posthac clament .

Certum quidem est , omnes orbis facul-
tates esse tuas , qui Christi vicarium agas ,
cujus omnium rerum possessio est . ac pro-
inde undecunque tibi sumere licet : verum
cum dexteritate & elegantia quadam id fa-
cito . Nam [liceat verum fateri] incredibi-
le est , quanto tui odio homines flagrant ,
quamq; horrenda dære in vulgus sparse-
rint : adeo ut vix ullus pontifex unquam
extiterit , in quem immaniora fœdioraque ,
cum voce , tum scripto jactata sint probra
& convicia : & quo pontifice , tantam exi-
stimationis ac rerum omnium jacturam
Papatus fecerit .

Quare ad vigilandum est , & ire ob viam
periculo oportet : nisi omnem semel ale-
am jacere velimus . Valeat æternum tua san-
ctitas , cuius sanctissimum pedem ipsi deo-
sculamus . Bononiz 20. Aug. an. M.D.XLIX

Ejusdem Tua S. servi & creature devotissima
Vicentius de Durantibus , Episcopus Ther-
mularum Brixienensis .

Egidius Falceria , Episcopus Capruianus .

ci post mortem eius acci-
derunt .

Pub. Esquillus Magister Ponti-
ficum , M. Forio , I. V. perito , fratri-
que longe chariss. Gaudium &
Pacem .

Quam moleste tuum ab Urbe discessum ,
Marce frater , tulerim : & tu ipse discedens ,
& postea literis absens cognovisti . Ac mihi
quoq; tecum aut abeundum fuerat : nisi me
magis Papa absentem timuisset : aut si mor-
talis essem , moriendum . Conflictari vero
cum praesente non est ausus : quod , quam
male id cessisset cum Adriano sexto , tum
Clementi septimo , meminisset .

Nam cum me Deus opt. max. Magistrum
Pontificum , pontificorumq; esse volverit :
eam naturam & conditionem simul me ha-
re dedit , quæ mortis sensum ignoraret :
præsertim cum natura ita comparatum sit ,
ut semel duntaxat homines moriantur :
ego autem naturæ munus semel obivi .
Quare mori iterum non possum : ut Ponti-
ficios exercere , & castigare perpetuo pos-
sim . Te vero beatum , Mar. Fori , cui sta-
timeius , quam ex nostro illo congressu
disciplinae celestis acceperas , testimoni-
um accipere contigit tunc , cum , surente
Papa Paulo , & te vel ad necem poscente ,
cum paucis evasisti .

Quod enim certius testimonium habere
aliquis divinitæ erga se benevolentia & com-
probationis , potest , quam si cum Ponti-
fices , & sacerdotes , & pharisæi (quod ipsi ca-
piti Christo fecerunt) diris devoteant , ve-
xent , exagitent , & ad tormenta necrumque
depositant ? Verum ut hæc nunc omittam ,
quæ divinitus edocet , præclare nosti : ad
ipsum negotii caput , cuius gratia ad te
nunc scribo , veniamus . Memoria tenes ,
credo , cum de rebus celestibus sermonem
inter nos haberemus , te à me contendisse ,
ut si quando me , ut superas horas pergrave-
ram , sic in feras perlustare , id est , Orci ar-
cana , manumq; , contingere : eam rem
tecum communicarem .

Iam id peropportune cecidit , ut hoc sci . p. 555 :
licernio [Paulum Farnesum dico] defun-
cto , atque in Orcum delato , eo descendere-
rim , multaq; viderim , quæ si Pontifices , ca-
teriq; mortales crederent , nec illi Chris-
tum Jesum persequerentur , eiusq; Ecclesi-
am vastarent : nec hi se à Christo , nescio
quibus nugis & superstitionibus , abduc-
ti patarentur . Quoniam vero tecum in pre-
senta congregi non licet , atque ea coram
commorare , hac epistola tibi totam hanc
Tragœdiam , quam brevissime potero , de-
scribam . Tu vero ut soles , quæ leges , toto ,

num inter omnes cives Romanos cordatum, & quem vere possis sapientem appellare: cum eo ad multam noctem de Republice Christiane calamitatibus, deque remediis ipsarum, sermonem produxeramus: quo sermone non finito, sed in aliud tempus dilato, placuit Polybio, ut apud eum eam noctem quiescerem.

Vix autem somnus irrepserat, & ecce Genius is, qui me abhinc decennium in celum deduxerat, visus est adesse: &, Surge, inquit, Publi: si quidem videre aves, qua pompa, quove apparatu Paulus a Dite reliquisq; Manibus accipiatur. Quid? inquam, mortuosne est Noster Sanctissimus? Mortuus, inquit, tandem, si modo vixit unquam. Sanctitatem vero totam reliquit Christo, & sanctis eius: sibi satis esse ratus, si titulotenus & nomine Sanctissimus dicetur. Venio, inquam, & te dux fidissime, Iubens volensque sequor.

Imus, in Palatium ventum est, ubi Paulum invenimus adhuc paululum respirantem; agebat enim extremam animam. Ac circa eum multi Dæmones homines pauci. Nam jam de eius morte certi, alii arculas vertere, alii stragulam vestem, vasaque argentea, & aurea quadrare, diripere: alii alia, ut eiusmodi occasione solet, agitare. Dum haec aguntur, N. S. extremum vitæ spiritum edidit, ibi tum unus, qui inter Dæmonas dux videbatur, & reliquis dignitate præstare, accedens: Servet te Satanás, inquit, regni nostri columen & decus. Et apprehensa eius manu, deduxit in vallem quandam opacam, cuius latera cupressis altissimis referta erant ita, ut Solis juncundissimum lumen nulla ex parte posset admittere.

In vallis autem capite erat lacus fetidis. simus, quem aut Avernum, aut eius similem esse existimo. Hic Dracolycus (id enim erat ei Dæmonum duci nomen) proferri jubet stolam muliebrem (nam nudus exierat Paulus) ferrugineam, igneis serpentibus suffultam, cuius oras, limbi instar, scorpiones ambiebant. Tum vero mihi totus in turpissimam & temulentam anum mutatus Paulus videbatur: contra quam Joannes Papa ille fecit, qui viri sexum mentitus, fœminam se esse filium enixa, declarat.

Illud autem mihi permirram videbatur, cum in eius stola cernerem insigniora ipsius facinora figurata: parricidia, veneficia, prodiciones, incestus, & supra nefanda. Calcos ei induunt, sive potius ocreas, ex suillo corio. In capite pileolum ex vulpi-

monile pendebat, quod geminae viperae contortæ conficiebant. Ad aures vero binæ versicolores tanæ, pro in auro coarabant. Chirothecas addunt plumbas, & vipersæ armillas, ut nihil ad meretricium cultum & ornatum deesse videretur.

Tum imponunt eum feræ vastissime, quæ humano cruento concretos pilos habebat, & maculis versicoloribus distincta videbatur. In his maculis, omnium errorum, omnium in Deum & Christum convictorum nomina, quæ post natos homines unquam fuere, quasi inustis notis legebantur: Egyptiorum, Pharisaorum, Hesienorum, Hibernitarum, Manicheorum, Arianiorum, Maometanorum, Pelagianorum, præterea, quæ ipsi Papistæ in Dei Christique contumeliam invenerunt. Ipsa autem fera capitibus septem decemq; cornibus elata incedebat: ac singulis cornibus singulis erant coronæ, quæ regiam in fera potentiam significarent.

Tulerat secum Paulus poculum aureum, simile his, quæ ad altere operari facilius eius ferunt sacerdotes; cum calicem manu gestabat, eogenitu, quo solent Germani ad bibendum invitare. Ita exornatum Pontificem Maximum dedicunt Tartarei ministri perimam vallem. Me vero Genius meus per dextrum montis latus commodissime ducebat. Ita quæ fierent omnia, totamq; pontem ex editiore loco, inter cupressa latentes, facilius spectabamus. Arque ubi aliquantum processimus, fit ingens adventantis equitatus strepitus. Pauloque post, Genio monente, Petrum Aloysium Pontificis filium agnovi: qui audito patris adventu, ei obviam honoris causa processerat. Hircina pelle conctetus, ipse hircum insidebat, eumq; vastum adeo, ut tauri magnitudinem superaret. Pro aurea bulla, ad pectus eius ingens pendebat Priapus: & quod valde sum miratus, ad Priapum erat pusio nudus media parte corporis appensi,

Petrum Aloysium catamiri innumerabiles stipabant, reliqua molliter amicii, utes tantum nudas simiarum in mortem ostentantes. Qui cum eo erant reliqui, prægrandes captas inequitabant, & in vexillis (nescio ad terrendas aves) Priapos habebant. Ibi Petrus Aloysius, cum sorore Constantia, eademq; noverca qarentem in nigra illa equitum turma vix agnovit. Nam non idem erat ornatus, non ea facies, non equus albus, non idem comitatus qui fuerat viventi. Nec agnovisset prorsus, nisi formam quandam pontificis mittit,

unti; quem, si animi superfluit corporibus sunt (quod quidem nunc, heu me! sentio) in cœlum evolaturum credidisse. Nam te quasi Deum aliquem magna mortalium pars colebat. Tu tuis cultoribus cœlum promittebas: tu animas ab inferis revocabas: tu penas, ad tuam Sacram sedem, & devotionem redeuntibus, & de antiqua severitate multum remittebas: ut modo Germaniz principibus & populis, qui à te ad nescio quam Evangelicam discipinam defecerant, per tres Episcopos, tuos à latere nuncios, significasti. Quanquam qui tibi intimi erant (quemadmodum ego cum paucis fui) satis superque nōrānt, te illis ipsis, que aliis venditabas, fidem non habere, sed fabulas semper existimasse. Nam niemini, cum nullos esse manus affirmares, nec subterranea regna.

Verum te illa rueri, quod essent præclata atque admodum apta ad mortales decipiendos, ad opes & imperia non modo tuenda, verum etiam acquirenda. Hac ego filius tuus præclara disciplina institutus & imbutus, nihil non mihi licere putavi: hinc tot mea cum maribus, & Ieominis flupra, hinc cædes & rapinæ: hinc in Deum, & Christum, hinc in Virginem matrem, & superos omnes sacrilega nefandaque convicia: hinc innumera alia omnis generis sceleræ atque flagitia, que ego te genitorem imitatus, patravi: quibus coopertus, cum me nec Dii nec homines fere jam possent, tandem aliorum Tyrannorum more, quorum sine cæde & vulnere præci: hic descendunt, cecidi in hanc foream: ubi jam res ipsa exerior, esse Tartara, esse Furias & manes, esse deniq; scelerum supplicia, atque ignem sempiternum: que dum vita manebat, tuis documentis & domestica imbutus disciplina, nec cogitavi unquam nec exhortui. Quamobrem (pater) nihil est quod hic aliud expetemus, quam miseriam & sempiternam desperationem.

Ad hæc ingemuit pater, & obmutuit tantum in id intentus, ut finem suæ videter fabulæ. Et ecce dum procedunt, major eorum hinnitus, & rugitus leonum exaudiens. Hi erant aliquot Imperatores, Reges, Tyranni, atque alii Principes, ex iis præfertim, qui Bestiarum potentiam tradiderunt suam: quique de poculo meretricis Babylonicæ amatorio poti, cum ea concubuerunt. Hi ei venerunt obviati, atque eius calamitatem lozerunt. Post hæc longe major processit turba, Paparum, Cardinalium, Episcoporum, Abbatum, monachorum, & sacerdotum, hi omnes inequitabant locutas, similes equorum, qui ad prælium sunt instruti: in quorum capitibus erat species coronæ cujusdam aureæ.

Eis erat humana facies, capillique mulieres: at dentibus iconinis, loricisque fer-

quadrigæ, & prælii processiones habebantur. Caudas habebant, & in caudis acumina scorpionum. Ac ne te diutius tenebam, cum hoc comitatu pervenimus ad Distis ferream urbem, in amœnaq; regna: ubi arcus, ubi ingentes columnæ, ubi trophyæ erant erecta: in quibus tituli atque egregia N.S. Farnesii facinora inscripta atque incisa cernebantur. Primus arcus ante Vrbis portam, rudimenta illorum facinorum ipsius ostentabat. Machina ipsa ex gravissimo plumbo tota constabat. Et ibi opere celato Paulum vidi, qui Alexandro Borghis Pont. Max. fororem suam stuprandam tradebat, ut se ære alieno liberaret,

In altera arcus parte, idem Paulus altera forori, quæ familiæ Farnesii mores nō miserante sequeretur, atq; alios magis quam Paulum fratrem amare videretur, infundebat venenum, non dabat. Sed non possum non prodigè vivere, qui aliena bona sperant, cum effundant sua. Et vero eodem poculo matrem suam illum sustulisse arcus frons parsque superior aperte declarabat. Erat hujus arcus titulus: Paulo Farneſio, lenonum & particidarum patrono singulari.

Inde in Vrbem ipsam ingressis, occurrerit altera fabrica, ex solido ære constructa, in qua noster Paulus de puella quadam Anconitanam triumphabat. Nam cum iam consuetis lenociniis & dolis rubrum galorum meruisset, essetque legatus Anconæ, specie cuiusdam mercatoris fucum faciebat nobili pueris: sibiq; desponsam, uxorem docebat, quæ posteaquam eum esse, quæ erat, cognovisset, seque non legitimam matronam, sed concubinam (quod ex Pontificio jure tu optimenost) satis rescriber, parum absuit, quin in insaniam furoremque incidenteret. Ex eo tamen connubio Petrus Aloysius sustulit, Romani nominis decus scilicet, & ornamentum singulare. Hujuscem autem factielogium ita habebat: Paulo Farneſio Cardinali Nebuloni reverendiss. impostores posuerunt.

Procedimus, & ecce aliud monumentum, ex illiusmodi materia confectum, quæ ex plumbo, ære, & stanno conflatur ibi ostendere fusorio, Paulum jam Pontificem maximum cum filia sua Constantia vidi, quæ ei iucundior atq; obsequientior erat, quam parenti parest. E regione hujus, neptem quandam suam, Regiam matronam, non minus virginali pudore, quam forma bona præstantem, ad incestum, & nefandum stuprum, senex hircosus, puellam lectissimam, sollicitabat. In superiori arcus parte Petrus Aloysius Episcopo Farnensi per vim stuprum offerebat, ex quo adolescens ille bonus moriebatur. Et ibidem Paulus pater, eum subridens absolvebat.

xuriosorum turbam memoriz semper er-
go posuit. Hinc in plutonium, maximum
totius urbis campum, ventum est : ubi bi-
na trophæa, quæ dorissimo sale, eoque
subrufo constare videbantur. In altero
Perusini subacti & oppressi visabantur : in
altero, Ascanius Colona princeps justissi-
mus, è suo regno, magno furore, ab hoc
silicernio pellebatur. His erat unum elogi-
um, in hunc modum: Paulo Farnesio Pont.
Max. tyranno crudelissimo, tyranni po-
suere.

Non procul ab his ad alterum campila-
tus, erant geminæ columnæ quadratz, &
latæ, quarum materiem cognoscere non
potui: non enim erant ea his consuetis usi-
tatisq; materiis. In altera, Camerinum do-
lo malo (pulsa eius principe scemina, sin-
gnari sapientia & religione prædita) ca-
piebat : in altera cernere licebat,
quibus artibus collegium Cardinalium
in suam sententiam, de Placentia &
Parma pertraxisset, facta permutatione
Camerini non sui, in Parmam Placenti-
amq; non suas: quæ res Petro Aloysio filio,
quem duabus illis clarissimis civitatibus
dominum imposuerat, meritam mortem
attulit. Et harum titulus unus erat: Paulo
tertio Pont. Max. proditionibus innume-
ris & maximis, clariss. Iudas Iscariotes
cum aliis proditoribus posuere.

In tertio campi capite, & latere, arcus
erat ad coeli figuram efformatus : ibi Pla-
netæ septem, & signa duodecim, illa astro-
logis notissima, & stellæ innumerabiles.
Ibi erat noster Paulus, cum Dionysio Ser-
vita, & Gaurico, & quibusdam aliis: qui
omnes fata Pontificis, & suorum, in horo-
scopis, in aspectibus, & siderum domici-
liis inquirebant : in eoque tanto erant stu-
pore attoniti, ut in insaniam incidisse vide-
rentur. Hic erat titulus: Paulo Phrenesio
Pont. max. astrologo, mago, & Ariolo
summo, Chaldæi posuerunt.

In quarto campi angulo, & capite erat
fabrica quædam ex rubra cera compacta:
in qua mitrati multi, ac reliquis sublimio-
res, & canquam judices, purpurati tres
considerabant. Literis his locus, & causa no-
tata erat: S. S. T. C. Sacrosancti Concilii
cujsdam speciem, & locus & concessus re-
ferebat: in quo, ut literis quibusdam, quæ
illuc & legabantur, & scribebantur, ani-
madverti, de optimenda veritate, ac de
Cesare decipiendo, paucorum suffragiis
agebatur. E concilio vidisses quosdam ex-
hibili, & discedere, quod veritatem vel
leviter tueri, atque illorum perversis con-
silia, & dissensu, & quædam invenimus, & illi posuimus

& liberiora, & plura pro suay rannide inf.
fragia auferre, aut saltē protrahere ipsa
concilium posset. Ei medico, eruditæ sane
contradiciebat Alexander T. medicus non
vulgaris, probatq; cœlū ibi, & alia omnia
eis quam saluberrima: nec iu natura & lo-
ci indole quicquam esse, quod à Concilio
illic celebrando absterrere posse videretur.
Et tamen cont. dicente Medico, & repu-
gnante vehementer Cesare, corruptis &
pedariis effectum est suffragiis, ut magna
pars patrum Bononiam discederet. Hic et-
iam arcus suo non carebat elogio. In eo
enim hæc verba legebantur: Paulo tertio,
P. M. conciliorum & publicæ pacis pertur-
batori xxx. Papæ posuere.

Ad medium Plutonium columnæ erat ex
solido adamante, in qua satis mirari non
potui, cum viderem, adversus sanctos bel-
la cruentasque pugnas ita elucere, ut geri
tunc, non imaginibus ostendi viderentur:
sed novo & inusitato pugnandi genere.
Dux enim illic spectabatur certacionum
formæ. Erant ovium mitissimarum greges
stolis candidis amicti: in ovium autem ca-
pitibus erant aureæ coronæ, admirabi-
fulgore radiantes. Hi greges ducem habe-
bant Agnum, cui erant cornua septem, ac
totidem oculi.

Ex altera parte lupi rapaces, lupi qui
dem, verum non omnes uno ornati: nam
alii rubro pileo caput tegebant, alii mitra
bifida, alii cucullo, eoque vario: alii alio
modo. Unus vero inter eos erat eminenti-
or, is in capite tripli coronam gesta-
bat, quæ nihil prorsus à summi Pontificis
mitra & Regno differebat. Pallio omnes
quodam utebantur: alii purpureo, alii vio-
laceo, alii nigro, cinericio alii, alii albo.
Genus pugnandi hoc erat: Iterum pebam
in gregem diversis ex locis lupi: singuli
liquam ovem corripiebant, raptabant, eam-
que vorabant. Pavidæ oves nihil aliud age-
re, quam seiphas interdum una constringe-
re, interdum diffugere, & capitibus in ca-
lum sublati, misere balare, atq; in Agnum
ipsum respicere. Solus Agnus hasta qua-
dam, crucis instar, pugnare: lupos sepe ita
fugare, itaq; persequi, ut eos cogaret in
proximum quoddam barathrum precipi-
tes ruere.

Alterum bellum in hunc modum ger-
batur. Non procul hinc erant armatorum
legiones & copiæ, similes iis omnibus quos
supradixi, ob viam Petro Aloysio proces-
sisse: nisi quod omnes illæ copiæ Paulum
tertium summum ducem & imperatorem
habere videbantur. Horum alii districto

cujuſ veste h̄c erant inscripta verba, Ibo, & cantam efficiam stragem, ut meus eqvus in sanguine Lutheranorum innatet. Hi omnes in vexillo mundum inter duas claves habebant.

Contra hōs certabant magnā vi animi & spiritu homines prorsus inermes: niſi quōd eorum bona pars alterā manu calamum, alterā librum hostium i&tibus opponebat: pars puras manus, precantium ritu, ad montem quendam attollebat. Erant enim h̄e copiæ circum montem quendam effusæ: in cujus vertice fixam & erectam vidi crucem celſiſimam, ita ut cœlum ipsum capite videretur attingere: & in eâ crucifixus Dei filius ille Christus Jesus. Et titulus ad crucis caput affixus, in hunc modū: Hæc est vitoria quæ vincit mundum, fides noſtra.

Hic erat atrox pugnæ, & novum vincendi genit. Vidiffes enim alios ab hostibus vinciri, atq; in tetros carceres includi: alios gladio trucidati, alios veneno tolli, alios in mediis flammis Dei, & Christi laudes canere, alios in flumen vindos immergi, alios ad triremes, alios in exilium relegari. Quibus rebus ita stupebant, itaq; indignabantur hostes, ut linguis suās dentibus morderent, & barbz pilos vellerent. Hæc erant in illa vasta columnæ, & alia multa: quæ quibus eloquuntur verbis, non reperio. Nam ibi nonnullos ex Papæ satellitibus, atque ejus crudelitatis ministris agnovi, partim mortuos, partim adiuc in corporibus vitam agentes: quos si nominarem, totus stupērēt orbis. Quidam tamē ex his ita suis flagitiis & sceleribus noti sunt, ut nihil sit opus eos nominare. Reliquos rachebo, ne odio potius ipsorum, quam Reip. Christianæ charitate, à me nominati video antut.

Sed penè elogium hujus columnæ præterierat, quod circa columnæ epistylum, hujusmodi erat: Paulo tertio Pont. Max. ob ejus singulare in Christum Christianos, que odium, atq; ob rem adversus eos felicititer gestam, id quod carceres, triremes, flumina, cineres, exilia, clades, stragesq; in Italia, Gallia, Hispania, Anglia, & invicta Germania testantur adeo, ut Antichristi nomen jure optimo meritus sit: Cæſares, Reges, Principesq; reliqui, deinde Pontifices, Cardinales, Episcopi, ceteriq; Romanæ sedis proceres, atque uncti omnes, qui hic sunt, hoc ex solido adamante admittibile sternuntq; trophizum consecraverunt.

Interea dum maxima admiratione, & penè stupore, ob ea, quæ & videbam & legebam, teneor, moneret me Genius, ut in eam campi partem oculos convertam, ubi Regia Plutonis erat. Et ecce ministros video

collocare fuerunt & parata per totum cāpim mensæ, & sedes apposite: & inter reliquias una ceteris cum celsior, tum operatio, tum ornatior: quam pro basi, Lupa & Draco sustentabant.

Ita collocata est Meretrix N. S. poculum aureum, cuius suprà mentionem fecimus, ambabus manibus tenens: in quo poculo ipsa primum menstrui sui sceditatem, deinde Dæmones omnes genitale semen emittebant. Ad eam prōni accedebant Reges terræ, quibus illa post pedum oscula beatorum, poculum porrigebat amatoriū: Bibebant illi: quo facto, omnes Reges cū ea nefando concubitu misciebantur.

Verū ubi aës hic peractus, tuit accesserunt Plutonii ministri, & correptam Meretricem illam Babylonem, id est, Pont. Max. ad lanienam [horrendum dī&u] pertrahunt, laniāt, in mensas ferunt, & accumbentibus Reg b. apponunt: Illi carnibus mortis Romane vescuntur: & paulò post ratiū corupti, frusta esculēta, vinum illud obscenum redolentia, revomunt. Ex quib. sō rem tauram rufum coagmentatis, Pontificem vidi confitari: quib. peractis, omnes à menla (signum dante Draconyco) surrexerunt. Dī&taq; est meretrix cum suis amatoribus & copiis extra urbē, ad stagnum quoddam, totum ignis sulphureo accensum.

Genius innuit, ut sequeremur: instarē enim Tragediæ finem. Ubi eō ventum est, Meretrix, cum suis lenonibus, assessoribus, & amatoribus, & copiis, in stagnum, ut perpetuō ibi etiūtientur, præcipitantur. Hic Pauli, Pontificis maximi, filius: hæc pars calicis ejus, & impiorum omnium.

Genius autem meus, ut in Utris urbem reverteremur, non probavit: sed per arduum tramitē quendam ascendens, monuit, ne illo pacto subliterem, néve oculos retrō flecterem, quod si facerem, se extra culpm fore, nec quicquam prestatre posse. Parui, unā ascendo, nusquam oculos converto, unum præuentem ducent & oculis sequor, & passibus. Eo tramite pervenimus in eam viam, quæ ducit ad superos. Et ecce jam ante ibat unus ex Plutoniis ministris, qui septicipitem illam feram, quæ inequivocaverat Paulus, ducebatur: super cujus dorso vastum & ingēs illud populam, quo poti omnes fuerant Reges, erat collocatum, eadem meretricis obscenitate plenum. Rogavi ego ducent meum, quid hoc fieret? Ille: Monera sunt, inquit, quæ Pauli successor, novo Pontifici, à Plutone mittuntur: quadrupedem feram, ut ea feratur: poculum, ut eo potu principum sibi & populorum amorem, Pontificum aliorum more conciliet.

riq; Iuavillimum & Ialutarem Domini in
quorem incipient gustare, pauciores ad
meretricium poculum accedent.

Fateor, inquam, dux fidissime, vera c'ſe
quæ dicis. Nam non sola plebs, & dc. & i
quidam hunc Christi dulcisimum potum
gustarunt, verū etiam Principes: & quod
longè est mirandū magis, Cardinales, qui-
dam, & Episcopi, Scis, Fregosium, & G.
Contarenum, Cardinales: & Jo. Baristam
Tergerium, Polensem episcopum, ob hanc
causam à Paulo N. S. veneno fuisse subla-
tos: Petrum verò Paulum, ejus fratrem, Ju-
stopolitanum Pontificem, in magnum
vitæ discrimen eandem ob causam voca-
tum. Quem tamen Christus, quasi alterum
Paulum, ad multa Ecclesiæ suæ negotia &
vocavit & reservavit.

Nam vides, quām brevi tempore quām
præclarā pietatis ediderit monum, enta.
Mihi n. in hoc potissimum videtur à Do-
mino hic vir excitatus, ut sit Italiz nostræ
Doctor, & lumen. Complurz item alii
sunt, quos hic consultò prætereo. Ita pror-
sus est, ut dicis, inquit. Sed vidēsne, jam
nos ad urbem pervenisse? Video, inquam:
& jam me ejus piget & pudet. Est enim non
jam Roma, sed Babylonia, & Christiani or-
bis dedecus. Ne dubita, inquit, P. A. squille:
brevi tollerunt hæc labes: & omnium malo-
rum caput, Papatus iste Romanus: quo
sublato, non Roma modò, sed & cuncta
Italia suam illam veterem recipiet & di-
gnitatem, & sanctitatem, Christique flore-
bit ecclesia.

Sed quando jam te incolumen domum
redixi, tua cum bona pace discedam: tu
verò, Publi, perge in officio tuo, & Princi-
pes admone sedulò, caveant ab hujus scor-
ti pernitosissimo poculo, & blanditiis, &
cantu: si cupiunt, se suamq; navim, ad cujz
P. 119 gubernacula sedent, in salutis portum ap-
pellere. His dictis, discessit. Ego verò, mi
Fori charissime, statim hæc tibi exaravi, ut
eorum, quæ gesta sunt, quæq; gerantur. A
me, veritatem acciperes.

Farnesius Card. arcem S. Angeli statim,
avo suo mortuo, occupavit. Cardinalium
collegium, ad novum Pontificē creandum,
se comparat: magna fuit ambientium con-
cursatio. Principes non dormiunt: quisq;
suam partem urget: & vereor, ne tres cre-
entur uno tempore Pontifices: nisi Prin-
ceps aliquis potentior suffragia plurimo-
rum ad suam electat voluntatem. Quod si
fiat, brevi hæc belus cadet: nam quæ major
erit rerum omnium confusio & perturba-
tio, eò propriet erit salus, & spes major
Reip. Christianæ constituendæ.

urbis, ac potius orbis maxima ixtitia, &
opatissima Papæ Pauli morte, unum (ad
cumulandum gaudium) conspectum, ac
potius complexum mihi tuum defuisse.
Quem si mel na&tus, nunquam dimisero.
Ac nisi etiam prætermisso fructu tue sua
vitatis præteriti temporis omnes exegero,
profecto tua ista in me benevolentia me
ipse non satis dignum judicabo. Vale. Ro.
mz. 4. Idus Novembr. Anno M. D. XLIX.
Imp. C. t. 5.

Ordo Capucinorum.

Hic Ordo habuit authorem Gotfridum
Varagium Buscanum Pedemontanum,
qui etiam Generalis Ordinis fuit. Ad agu-
tionem erroris sui tandem, quod memora-
bile est, pervenit. Secutus enim Cardinalis
Carrafam, Papæ Legatum in Gallias cun-
tem, relicto eo, Genevam profectus est. Ibi
cum ex verbo Dei, à superstitionibus &
meritis hominum ad unicum Jesu Christi
Salvatoris meritum esse confugiendum,
agnovisset: institutum suum monasticum
toto corde detestatus est. Reversus igitur
ad suos, ob veritatis confessionem captus,
& Taurinum, quod tum Galliz Rex tene-
bat, du&tus, ante arcis portam, penultima
Decemb. anno Domini 1557. in vera eis
persistens, crematus est. Liber Martyr &
hyst. Gallicz.

Regulam habent Minorum, sive Franci-
scanorum: unde etiam loco calceorum li-
gneas tantum soleas, pro cingulo fuses
nodosos, vestes grisei coloris, grandecu-
culos, & oblonga caputia, (unde dicti sunt)
gerunt.

Ex Deut. cap. 6. Et Num. cap. 15.

Cave diligenter, ne obliviscaris Domini
DEI tui. Narrabis mirabilia ejus filii &
nepotibus tuis, Meditaberis de illis sedens
in dome, ambulans, dormiens, consurgens.
Ligabis signa ad manum, quæ ad animum
tibi revocent ea, & te ad obedientiam irri-
tent. Scribes illa in limine & ostiis domus
tuæ.

Facite vobis fimbrias per angulos pal-
liorum, ponentes in eos vittas hyacinthi-
nas, quas cum inspicietis, recordamini ma-
datorum Domini: nec sequantur cogita-
tiones suas, sed sint memoræ præceptorū
Domini.

Hoc igitur tempore apud Magnates his
sacræ Scripturæ locis motos, magna fuit
devotio & ardens religionis verbiq; Dei
zelus & studium: adeò, ut eorum impulsu
literas has V. D. M. I. A. (verbum Do-
mini manet in æternum) in publicis
testimonium amoris sui erga Evangelium.

majorum vestigiis insistamus: & ea, quae ab aliis pio zelo nobis parta sunt, eodem pictatis studio & ardore conservare pergam: ne si procrastinando non hodie faciamus officium [ut, proh dolor, nostram ignaviā plus satis experientia testatur] ob nauseam & ingratitudinem cibis divinus cras com- putrescat, & exeat per nares nostras, e- que manibus nobis eripiatur: ut sic cor. Iesu Manna (quo Deus nos, quemadmo- dum olim populum suum in deserto, quo- que iam ultra 40. annos hinc ab illo tem- pore, à 1552. quo pax religionis Passauij constituta est, ad saturitatem usque pavit) destruamur: & (sicut Israëlitis ingratis evenit Jpro Moabitis & Philistæis, Tur- cas nostræ improbitatis ultores habemus?.

Signa.

1549. Anno quadragesimo nono quidam ho- nesti viri Brunsvicenses, cum noctu iter facerent, lunam viderunt circumdatam esse conspicuâ specie, quæ nominatur Ha- lo, & juxta eam duo *ωρασίληνα*, ipsam verò lunam quater circumvolvi: deinde juxta *ωρασίληνα* igneum conspexerunt leonem, aquilam fodientem sibi pectus.

His successit horribilis species inha- tarum urbium, & circa has camelii, figura Christi pendens in cruce cum latronibus & circa eam cœtus hominum quasi Apo- stolorum.

Extrema species omnium maximè ter- ribilis fuit: stetit vir truculentus stri- gladio minitans puellæ, quæ ante ipsum specie supplicantis, lachrymans petere vi- debatur, ne feriretur. His similes & alibi visæ sunt.

Sunt autem hæc publicè per Germani- am, cum piâ ad penitentiam adhortatio- ne Nicolai Melderis edita. Ut sup.

Wolfgangus Musculus.

1549. Traet hic questionem: An liceat ho- mini Christiano, Evagelicæ doctrinæ gna- ro, Papisticis superstitionibus ac falsis cul- tibus extérna societate communicare. dial. 4. Imperatore & Papa ut suprâ.

Franciscus Xavierius in epistolis Japannicis.

1549. Bonzi Ethnici, inquit, Sacerdotes non negant (ut hodie Papistæ faciunt) sed in- genuè fatetur, se animas è pœnis & inferni cruciatibus eripere non posse: sed tantum hac de causa ab ipsis doceri, ne sibi ad vi- tam luctuandam necessaria defint. Vn- de vides, quomodo ut in aliis pluribus, sic etiam in quatuor, tanquam primario illo- rum fidei articulo, Papistis cum Ethnicis

persuadent, quod qui multum in eos con- ferat in hac vita, decuplū in altera recipi- at: & ita ingentem pecuniam colligunt, & pro certitudine hujus promissi Chirogra- phum etiam dantibus impertiunt. Paupe- res quia nihil dare possint, pejoris esse cō- ditionis: quod idem Albertum Magnum in libro de officio Missæ affirmare alibi di- cūm est.

Quia autem Epistolarum Japannicarum facta est mentio, notandum est, quod Gas. Vilella Jesuita insuis Epist. Jap. scribit: ipso die, inquit, qui D. Lucas ficer est, Mœ- acum venimus, quare ipsum Evangelistam in Divum tutelarem provinciæ & omnium nostrarum actionum delegimus. Unde Le- & Gor habes, quis Jesuitarum sit Deus?

Emericus Zigerius.

1549.

Scripsit ex Turcica civitate Tolza, epi- stolam ad Matth. Flacc. Ilyricum de statu Ecclesiarum sub Mahometo: in qua similitudinem paucitatem ministrorum & alia scita di- gnissima deplorat. Edita est Magdeburgi anno Dom. 1550. Imp. Cat. s. Papa Paulo 3.

Stupenda.

p. 561.

1549.

In Pannonia, cum vipera ac lacerta in hominum corporibus nascerentur, magna hominum copia, cum remedium deesset, cruciatibus ac doloribus multis extingua est. Quidam demum ad solem expositi, ser- pentes calorem naturalem sentientes, eva- muerunt ac liberati sunt. Inventa est etiam magna hinc inde serpentum copia in ædi- bus, qui cum fustibus & flammis interfice- rentur ab incolis, serpentum unus aliorum nomine, voce humanâ, apertisq; verbis di- xisse fertur: Nihil efficietis, contra ultio- nem divinam pugnantes. Fr. Bebeccius, E- gidius Aquila: Lyco. Fincel. Imp. Cat. s. Papa Paulo 3. ut sup.

Petrus Bembus lib. 4. Histor.

1549.

Veneta.

Quoniam libido ea inter cives Venetos creverat, ut quam plurimi sacerdotis, quæ habere bonis artibus non poterant, Romæ coemserent, quæ in urbe ejus conseruudo facultasq; ab Alexandro VI. Papa institu- ta, latè palamque invaluerat: Decemviri Veneti lanxerunt: si quis imposterum id faceret, ut ejus bona fisco inferrentur, ipso ab urbe, atq; urbis finibus, quamdiu vive- ret, exul esset. Imp. & Papa ut sup.

Idem, Joannes Michaelis civis Venetus Cardinalis, qui Pauli secundi Romani Pon- tificis Max. sororis filius fuerat, Romæ ve- neno interiit, quod ei Alexander Papa à

Alexandri animum cupiditas ad omnem iniquitatem incendebat, ut filio pecuniam exercitibus alendis suppeditaret, quod is Italorum principum Regna occupare celerius posset, se jam sene.

Idem lib. 8. Cum Julius Pontifex Maximus multa nimis injusta à Venetis peteret, omnes magistratus ira, indignationeque arsere; sed reliqui fremuere, atque in illos contumaciam invecti sunt: nemoque, quid agi oporteret, scivit. Unus Laurentius Laurentianus, Leonardi Principis filius, claram voce cur non, inquit, ad regem Thracium, qui nobis sese obtulit, legatos statim mittimus, auxilium contra istum non Pontificem max. sed carnificem omni crudelitate praeditum, imploratum?

Idem libro 6. Aliis post hos reliquis populis, mare Rubrum ingressi, complures nigrorum item & bonorum hominum, ac bello fortium civitates adierunt, qui natis statim scemini naturam consuunt, quo per id urinæ exitus non impediatur: easque cum adoleverint, sic confutas in matrimonium collocant, ut sponsi prima cura sit, conglutinatas atque coalitas puellæ horas ferro intercindere: tanto in honore apud homines barbaros est non ambigua ducendis in uxoribus virginitas. Hæc ille.

Mirum equidem, Barbaros tum Dei cum æternæ vitæ ignaros, castitatem tam constanter colere, cum tamen illi, qui certam sibi faciunt æternæ salutis spem ex juratae castitatis votis, ad servandam ipsam, nec hujusmodi mediis, nec medicamentis [qualia in promptu essent ad perennem continentiam prætentissima] utantur: vetum sic horrea [ut Gallis est in proverbio] vacarent trituratoribus.

1549. *Sigismundus ab Herberstein de rebus Moscoviticis.*

Nulli hominum infensiorem Moscum, ait, quam Romano Pontifici, quem non nisi doctoris titulo dignatur. Unde Mosci in catalogo certos Romanos Pontifices habent, quos inter sanctos venerantur; alios vero, qui post illud schisma fuerunt, execrantur, tanquam eos, qui ab Apostolorumque patribus, & septem conciliorum ordinationibus defecerunt: & exinde hereticos, & schismaticos appellant: eosdemque majori odio prosequuntur, quam ipsos Mahometanos.

Dicunt enim, septimo generali Concilio conclusum esse, ut ea, quæ in præcedentibus constituta ac determinata erant, in posterum quoque firma, rata & perpetua

ad instantiam Eugenii Papæ, synodus in Italiâ convocatam accessisset, ubi & Ecclesiæ erant unitæ, reversos in patriam, capitulo, & omnibus bonis spoliatus, inque carcere conjactus fuit: ex quo tamen tandem evaserit.

Et infra: Ajunt, Principem Moscoviz, cum audiendi sunt Romanæ fidei Oratores, pelvum cum duobus gutturniis, adjuncto impositoque mantili, apud se habere, ut continuò porrectam manum Oratori, quem pro immundo & impuro homine, propter Romanam fidem habet, abluere possit. Imp. Carolo 5. Papa Paulo 3.

Idem. Erat eo tempore, cum Cæsaris Maximiliani Oratorem Moscoviz agerem, Bartholomæus Metropolita, vir sanctæ vitæ: cumque princeps violasset juramentum, per se & ipsum Metropolitam ducisse, misit præstitum, & alia quædam designasset, quæ videbantur contra autoritatem illius esse, accessit principem & iacuit: Dum omnem autoritatem tibi usurpas, ideo officio meo præesse non possum. Porrectoque sibi baculo suo, quem in modum crucis ferebat, officium resignat. Princeps baculum cum officio sine mora suscepit, atque pauperem catherinis vinculum, continuo Bieloglesero mituit. Ajunt, hunc ibi aliquando in vinculis fuisse: liberatum tamen post, privatumque in monasterio reliquum vitæ exegisse.

Exemplum sanè hoc apud Ecclesiastum rectores rarum est: utinam huic omnes sint similes, & non muti canes: in tuto loco certo res Ecclesiæ se haberent: simile votu Lutheri habes infra anno 1597.

Huic metropolitæ Daniel quidam xxx. ferè annos natus, homo corpore robusto atque obeso, facie rubenti, successit: qui, ne ventri magis quam jejunii, vigiliis ac orationibus deditus videretur, quoties ad publicum esset celebraturus, sulphuris fulmo faciem, ut impallesceret, inficeret, atque ita pallore imbutus, in publicum prodire solebat.

Idem. Purgatorium Græci & Rutheni negant, sed dicunt, unumquemque secundum opera sua, post mortem locum delignatum habere, ubi diem judicii extremi expectaret: pios quidem cum Angelis placidis, in lucidis &c; amoenissimis Alis viridiferis campis recumbere: impiis autem in obscuris, cæcis, nigrisque ac caligine obductis voraginibus, cum angelis terribilib. destinatam esse mansionem, ad exp. & andam judicii diem, unde illæ anime, quæ in locis amoenissimis & splendidis,

Aliz contrà condemnationem sibi imminere, in caliginosis voraginibus fitz pœnas terribiles præsagiunt: idque eò maxime allegant, quod animæ post mortem in cœlum statim non descendant, nec in infernum. Quibus enim illud verbum à Christo in novissimo die diceretur: venite benedicti patris mei, possidete regnum celorum, & cæt. cum jam omnes aurea in cœlo sint: & conrrati maledicti in ignem æternum, cum jam olim in inferno condemnati fuerint?

Idem. *Sacramento Eucharistiz Rutheni* sub utraque specie utuntur.

Idem. *Sacrum sive Missa lingua Sclavonica* peragitur, intermixtis etiam aliquando cantionibus Græcis. *Epistola & Evangelium*, quod magis à populo percipientur, extra chorūm in medio Ecclesiæ, astanti populo clara voce recitantur. *Concionatoribus* carent, satis enim esse putant sacris interfuisse, ac *Evangelii Epistolarumque* verba vernacula lingua recitata audivisse. *Concionarij* in suis ecclesiis obstinatissime prohibent, dicunt enim, se hoc modo varias heresies & diversas de fide opiniones effugere, quæ ex concionibus subtilibusque argumentis, sophisticisque questionibus oriuntur.

Panem ad sacrificandum hoc modo sacrificant: unus eorum præparatum panem ad sacrificandum in patena super capite, per minorem portam de sacrario egressus portat: alter vero cooperatum calicem viño repletum (cæteris Diaconis vel sacerdotibus imagines sanctorum, Petri, Pauli, Nicolai, vel Michaëlis Archangeli, magna populi circumstantis acclamatione & veneratione, portantibus) præferunt, quidam ex circumstantib⁹ acclamant vulgari oratione, Domine misere, alii fronte terrâ, gentili more percutiunt, quidam se signo crucis, caput frequenter inclinando, mununt, varia denique veneratione ac cultu circumdata signa venerantur:

Postea finito circuitu, per medium chorū portam sacerdotes in sacrarium ingrediuntur, sacrumq; peragunt. Quoties se signo crucis muniunt, id manu dextra sic faciunt, ut frontem primum, deinde pectus, mox dextrā, ac demum sinistram pectoris partem punctis in formam crucis tangat: quod si quis aliter se crucis signo munierit, hunc velut hereticum objungant,

Gloriantur Rutheni, se solos cum Græcis veros Christianos esse, Romanos vero & alios Christianos damnant & exsecrentur.

Idem. Archiepiscopi in toto imperio Moschorum duo sunt, unus in Novogardia magna, qui habet prærogativam, insulam albam bicornem, uostrorum Episcoporum more, gestandi. Secundus in Rostovia. Episcopil. multi, videlicet Permiz, Sudaliz, Tverensis, Columniz, Cernigoviz, Rhesanensis, Smolenensis, Pleskoviensis, & cæt. Vestes eorum sunt sicut aliorū Monachorum, nigrae, nisi quod aliquando sericeas ferunt, & præsertim pallium nigrum, quod habet à pectora tres fimbrias albas, ad similitudinem rivuli fluentis inflexas, quod significat, ex cordibus eorum rivulos doctrinæ fidei, & bonorum exemplorum scatere.

Metropolita autem, Archiepiscopi, & Episcopi, Abbates, Monachi, carnis perpetuò abstinentiæ. Proventus necessarios ex prædiis, & aliis extraordinariis accidentibus, & beneficiis habent. Acces vero & civitates, & omnes administrationes seculares eis admittuntur sunt. Sed metropolita Russiz, Polono Regi subjectæ, & alii Episcopi villas civitatesque possident.

Ibidem. Scribunt quidam, Moscum à Pontifice Romano & à Cæsare Maximiliano nomen expeditissime, & titulum Regium. Mihi verisimile non videtur: præsertim cum, ut dictum, nulli homini infensor sit, quam summum Pont. & quem non nisi Doctoris titulo dignatur. Cæsarem autem Romanum non majorem se existimat: ut ex literis suis apparet, in quibus nomen suum Imperatoris titulo præponit. Nomen itē Ducis apud eos dicitur Knes.

Ibidem. Sacerdotes Romanos confundunt, qui celibem vitam ducere sese jureamento obstringunt, cum sancta Synodus, quæ fuit in Gangra, scribat in quarto canone: qui spernit sacerdotem secundum legem uxorem habentem, dicens, quod non liceat de manibus ejus Sacramentum sumere, Anathema sit: & omnis Sacerdos, & Diaconus, propriam uxorem dimittens, Sacerdotio privetur.

Idem. Abbatcs, qui Iconomie, Priores, qui Archimandritæ dicuntur, & omnes Monachidurissimas, molestissimasq; leges & regulas præscriptas habent: nullo foliati genere eos recreari conceditur. Omnes non solum principis, sed & cæterorum nobilium mandatis parent: plures eorum ex Monasteriis in eremum se conferunt, ibiq; in arctis tuguriolis, aut foli, aut cum sociis manent, vicum de radicibus arborum, & variis terræ herbis acquirunt.

In sacerdotii gradus hitantum promoventur, qui diu apud Ecclesiæ servierunt. In diaconum autem nemo consecratur nisi uxorem habuerit, unde interdum

uxore, primo concubitu, animadverterit, in Diaconatum non ordinatur.

Mortua uxore, Sacerdos à sacris prorsus suspenditur, nisi monasterium ingressus juxta regulam vivat, in officiis etiam peragendis, si castè viduus vixerit, velut minister, cum ceteris Ecclesiae ministris choro interesse potest. Si autem viduus Sacerdos aliam uxorem (quod eis liberum est) duxerit, is munere sacerdotali privatur, nihilque commune cum clero habet.

Nullus sacerdotum Monachorum ve, horas canonicas dicit, nisi habeat imaginem alicujus divi presentem, quam etiam nemo nisi cum magna veneratione attingit (cui autem etiam in publicum profert, manu eam in altum extollit, quam omnes prætereunt, cruce se signantes, inclinando plurimum venerantur. Libros Evangelii maxima veneratione prosequuntur, neque eos manib[us] tangunt, nisi prius, caput multo inclinando, cruce se munierint.

Omnis Sacerdotes ex contributione quadam certa sustentantur: assignantur etiam eis domunculae cum agris & pratis, unde viuum suis vel famulorum manibus, more agricolarum, acquirunt.

Index Expurgatorius.

1549.

Exstet liber hoc titulo, qui Philippi II. Regis Hispaniarum iussu & auctoritate, atque Albani Ducis consilio ac ministerio in Belgia concinnatus est, in quo multorum recentium autorum libri mutilantur, corruptiuntur, adulterantur: & si quæ minus pro Papâ prolata in iis sunt, expunguntur: & substituuntur sententiis authorum planè contraria verba: & ita veritatem in alienis libris occultant: ne dici queat, aliquid unquam contra Papam & ejus corruptelas scriptum fuisse: & sic scelerè cum omnibus patribus ante hac à pontificiis factitatum fuit, dum pias sententias, doctrinas, comprehensiones, & correctiones ex eorum libris sustulerunt, & suas blasphemias inseruerunt. Quæ potest esse nequior & crudelior carnificalibrorum, & quæ major injuria piis viris & Ecclesiae infertur, quam hæc pontificiorum?

Servari autem clam hunc Indicem interfantum, voluerunt, ut libri juxta eum in vulgus emitterentur: sed depravationem hanc detectam esse, reip. Ecclesiasticæ maximopere expedire. Imperatore Carolo s. Papa Pauloz.

Franciscus Junius in Indicis Ex-

quente) Correctore quodam typographico usus sum familiariter, cui Ludovico sa. p. 16 vario fuit nomen. Habitabat ille non procul à Mercuriali vico, in ædibus conjunctis trium columbarum signo. Cum adsumptum hominem venisset, casu vel positionis singulari Dei providentia accidit, ut versantem eum offenderem in recognoscendis D. Ambroſi operibus, quæ tum Frelonius excudebat.

Variis autem sermonibus ultrò citroq[ue] habitis, cum me avocare ei esse ab opere nolle ostenderem, ille percurrentis legiōnem unius paginæ, video, inquit, hanc formam Ambrosianæ editionis nostræ: quæ sit elegans, accurata, & in specie omnibus anteponenda aliis, quæ adhuc in lucem prodierunt? postea contuenti opus & probant elegantiam ejus dixit. Egoverò, si quod exemplum Ambrosiani operis mihi emendum esset, quodvis exemplum aliud potius, quæ hoc quod vides, compararem.

Sciſcitatus sum hujus d[i]i causam. Tum ille de forulis sub mensa suâ latenter, illi, quot paginas promens (erant autem paginæ, ut loquuntur, cancellatæ, aliæ ex parte, & aliæ universæ) hæc est, inquit, prima forma paginarum, quas his paucis diebus ad exemplum veteris & certi exemplari optimâ fide impressimus: Franciscanum duo pro auctoritate has omnes paginas dispuixerunt, ut vides, & illas subiit in locum priorum curaverunt, præter omnem nostrorum librorum fidem: quæ res sumptum & molestiam Frelonio creavit gravissimam. Nam pretium chartæ operarumq[ue] amissit universum: temporis jacurâ passus est, & typographicas illas priores plazulas commutari novis ad libidinem istorum oportuit, magno malo nostro & admiratione meâ.

Complura ejusmodi exempla profiri cum veritate possent, nisi hoc unum, quod meis oculis vidi, putarem sufficere ad demonstrandam quorundam audaciam libbris interpolandis intolerabilem.

Casparus Bruschijs P. L. in Præfatione operum suorum manuscriptorum.

Scribo mensuraz illius nostræ Germanicæ saltæ Ecclesiæ historiam, & magnis laboribus per omnem Germaniam longe lateq[ue] eam collegi, in præsensq[ue] opus redigi, nequaquam propriæ gloriæ aut ambitionis causâ, aut quod ejusmodi impiam Ecclesiæ, pontificiam illam aut Romanam, probem vel instauratam cupiam: sed in eum non solum summiæ confusionem

buscunque etiam modis id hat, detegenda & patefacienda est: scripsi item in gloriam Dei & Domini nostri Iesu Christi, cuius denuò patefactam, & postlimimo renatam veritatem, (cuius æternam lucem tam feliciter ante imminentem finem mundi iterum accensam Christianitati gratulor) sed & ipsam simul omnium temporum Magistras historiam, ego, hoc quoque accenso quasi funali, pro mea virili adiuvare volui.

Deinde in gratiam, in utilitatem & laudem dulcissimæ patriæ meæ, Germaniæ, & omnium Majorum nostrorum memori, am instaurandam, idem libentissimè feci, qui uti edo&i fuerunt, ita Deum coluerunt, veritatem proculdubio, si ipsis, ut nobis ostensa fuisset, non ita oppugnaturi, ut multi nostra ætate fecerunt, & multi hodie adhuc faciunt, qui vel primi in Ecclesia esse & haberi volunt. Videamus [inquam] charissime lector: quomodo Germanica etiam Ecclesia à prudentibus illis Antichristi Geometris dimensa, & quibus pompi personata & quo meretricio cultu induita, & ad admirationem, imo naufragia etiam usque fucata sit.

Initio constitutæ sunt in universa Germania à pontificibus summis & Imperatoribus Romanis septem Archiepiscopales seu Metropolitanæ sedes, quarum quælibet singularibus, privilegiis, juribus & opibus aucta & illustrata est: in quibus antesignani & Coryphæ, hoc est, præcipui aliarum omnium totius Germaniæ Ecclesiarum gubernatores, vigiles, & inspectores habent, qui Regni latissime patentis populum omnem in Romani, (tanquam œcumени & universalis) pontificis obedientia, timore & officio pergetuo conservarent, & retinerent. Hæc sunt Moguntia, Colonia, Treveris, Magdenburgum, Salisburgum, Bremis.

¶ sub Mænalo sydere Riga rigerat

Harum Archiepiscopalium sedium una, quæque suos certos etiam sub se habet Episcopatus insuper alios, eosque itidem preciosis titulis ac juribus conspicuos, quos comprovinciales, id est, ejusdem provinciæ & administrationis collegas & synergos vocant, & alia voce, ab unanimi cum ceteris sublimioribus consensu, suffraganeos: ut qui pedarii senatores, & capita sine linguis, una cum Archiepiscopis, tanquam præcipuo Ecclesiastico in Germaniis senatu, nusquam, ac ne latum quidem digitum ab Ocumenicis sententiis discedere: sed omnia ipsius, concordibus suffragiis & approbare, & simul adjuvare teneantur, quæcunque à pontifice Romano in universali Ecclesia jubeantur, statuantur, ordinentur aut decernantur: adhuc ipsum singuli

tia correctis jurando formulis, inde ipsius humano pontifici devincti sunt, & veluti ministeriales aut potius subiecti servi certis conditionibus obligati.

Sic Magantia ad Rhenum (principem p. 165. Germaniæ fluviorum) in umbilico pene Germaniæ, aut in veteri potius termino inferioris à superiori, sita, prima Archiepiscopalis Germaniæ Ecclesia & præcipua Metropolis, ex Wormatia nata & eius Antistes est princeps Elektor, ac sacri Romani imperii per Germanias Archicancellarius: comprovinciales Episcopatus sub se habet duodecim, Curiensem nimis, Constantiensem, Argentensem, Wormatiensem antiquitus Archiepiscopatum, Heribolensem sive Wyrzburgensem, cuius flamen Dux etiam Ostrofrancorum est, Augustanum, Aychstetensem (cujus Antistes, ex dono & speciali gratia Bonifacii primi Archiflaminis, cancellarius est hujus Archiepiscopatus Maguntini) Hildesheimensem, itidem Baderborensem, Halberstatensem & Verdensem.

Hi certam etiam ac dimensam (ne quid omnino in Antichristi Ecclesia sit non diligenter mensuratum) sessionem habent in Imperii & provinciæ conventibus, non quidem eam, quam commemoravi, aut in hoc præsentis etiam operis contextu simulatus sum, sed istam quæ sequitur, et si etiam de hac non plane inter omnes conveniat.

Vormaciensis præful, propter habitam olim Archiepiscopalem dignitatem, præmrium inter Moguntini Archiflaminis suffraganeos locum obtinet: proximum Heribolensis, quod is dux Franciæ orientalis cæteros opibus plurimum antecedat: Tertium Aychstetensis, ut metropolitanus Cancellerius: quartum Spirensis: quintum Argentinensis: sextum Verdensis: septimum Curiensis: octavum Hildesianus: nonum Baderbornensis: decimum Constantiensis: undecimum Halberstatinus: ultimum Augustanus: etsi quidam Verdensem ultimum faciant, & Augustano proximum ab Argentinensi locum concedant.

Talem vero de loco & sessione contentionem inter Apostolos Christi aut veteres Episcopos fuisse, nusquam legitimus, nisi mater filiorum Zebedæi tale fere quiddam meditabatur, ac filiis petebat: quam vero una cum filiis & Apostolis aliis gravissime reprehendit Christus Luc. 22. inquiens: principes gentium dominantur, & qui possunt testatem habent, vocantur benefici: vos autem non sic. Vnde iterum, cuius Spiritus mancipia Episcopi nostri sint, quivis lippus ac tonsor potest dijudicare.

Subiiciebatur olim Moguntino huic Archiepiscopo-

sed extensis et paulo posteriori, ex manu
jugo Archiepiscopali, & ingenuus ac liber-
tius pronunciatus (ut qui nulli alteri
mortali, nisi Romano pontifici subesse de-
beret) cum ab ipso fundatore, Imp. Henri-
co clando & sancto, tum è pontifice max-
imo Clemente secundo, qui antea Bamber-
genis Ecclesie secundus fuerat Episcopus,
Suidigerus dictus. Ita Bambergenis quili-
bet Episcopus, suz diocesos Archiepisco-
pus est, & appellari potest. Is sub se habet
Episcopatum Pomeraniz Iulinensem, ab
antiquiori & prima sede Iulina, mox vero
alio translatum à nova sede, Caminensem
nuncupatum.

Secunda sedes Archiepiscopalis & Me-
tropolitana in Imperio Germanico est Co-
lonia in inferiori Germania ad Rhenum sita,
& latissime per Westphaliam, h. e. occi-
dентalem Saxoniam, & Angeriam hodie
imperitans: cuius antistes sacri Romani
Imperii itidem princeps Elector est, & ejus-
dem Archicancellarius per Italiam. Hujus
amplissimæ sedis comprovinciales Episco-
patus numerantur hi quinque: Leodiensis,
olim Tungensis dictus: Traiectensis, seu
Vlrajeſtinus: Mindensis: Monasteriensis,
antiquitus Münigardevordensis à prima se-
de appellatus: & Osnaburgensis; codem
ordine etiam in publicis vel Imperii vel
provincialium Synodorum congressibus
sedentes, quo eos recensui.

Tertia sedes Archiepiscopalis in Ger-
mania, situ media fere inter Colonensem
& Moguntinam, constituta & ordinata est
TREVERIS, omnium totius Christiani or-
bis fere urbium antiquissima, ad Mosellam
in Lotharingiæ finibus quidem sita, sed
quæ ad Rehnum etiam letissime domina-
tur. Hujus flamen ex vetustissimo Sylvestri
pontificis maximi induito & privilegiis
singularibus primas constitutus fuit omni-
um totius Germaniæ & Galliæ Episcopo-
rum, unde distichon Sylvestris papæ ad A-
gricium Archiepiscopum Treverensem tale
vulgo jaſtatur:

Sume prioratus post Alpes, Treuir, ubiq;
Quem tibi lege novâ Roma dat, & veteri.

Sed primatus seu prioratus hujus per
Germanias [proculdubio ficticia etiam:
sed diu tamen usurpata à Treverensibus]
dignitas, sub Imperatoribus Othonibus
postea huic ademta, & Magdenburgensis
concessa est. Vero Treverensis Archifamen
unus etiam ex Imperii septemviris, h. e.
civibus Electoribus, simulq; ejusdem Im-
perii Archicancellarius per Gallias, & re-
gnum Arelatense ad Rhodanum situm, &
Allobrogibus, h. e. Sabaudis vicinum. Hæc
tertia Metropolitana Ecclesia habet sub se

Quarta Archiepiscopalis Germanie se-
des est Magdeburgum, in primo Saxonie
aditu & initio ad Albim sita, primatus tu-
tulo & dignitate præceteris à Pontifice
Max, Ioanne VIII. gratitudinem in hoc
suam Othoni Imperatori ostendente, ho-
norata, de qua Conradus Celtis Albim ce-
lebrans in 4. lib. Amorum, Elegia secun-
da sic canit:

Eius & ad ripas Madeburgum nobile splendet.

De septem sacris sedibus una nitens.

Condidit hanc Cæsar primus qui dicitur Oddo,

Oddo Saxonica gloria summa plaz.

Huic Archiepiscopatuui provinciales Episcopatus subditi sunt, Mörsenburgen-
sis, in Thuringia ad Salam fluvium situs:
Numburgensis, quin & Mammillensis,
qui in Misnia partim ad Hellstram am-
nem, partim in Thuringia itidem ad Salam
situs est: Brandenburgensis in veteri Mar-
chia ad Hortellum amnem: Haveburgens-
sis, in eadem fere vicinia ad Havelum flu-
vium fundatus. Suberat eidem olim & Mis-
nensis Episcopatus, sed & ille exemptus, &
pontificum ac Imperatorum munificentia,
ingenuus, & ab omni Archiepiscopalijugo &
obedientia liber est, soliusq; Papæ ele-
citur.

Quinta Archiepiscopalis sedes SALIS-
BVRGVM [etsi ea quarto loco, quod Ma-
gdeburgensi antiquior sit, collocanda
erat, ut etiam in publicis confessibus quar-
tam sedem tenet] est in Bavaria ad Salam
seu Saltisium amnem sita, dicta olim lo-
vavia, & Germanica voce Helfenburg
quod antiquitus Romanorum ibi collocata
fuerint præsidia adversus Bojos & Allemá-
nios: unde aliqui fluvium etiam luvarum
appellarunt. Hujus sedis mentionem fa-
cit Celtis in l. secundo Amorum, Elegia
prima, talibus versibus.

Est locus, aëreus ubi noricus excipit Alpes,

Hic magnum numen Bavara terra colit.

Hic ubi consurgit septem de sedibus una:

De salsa clarum nomen in orbe gerens.

Quæ quondam fnerat Romana Invavia dicta,

Invit ut Italicos seua per arma vitos.

Hæc Tauriscis vicina Metropolis, & Ec-
clesia Archiepiscopalis omnium, quas Get-
mania habet, opulentissima, & Taurisiorum
provinciæ magna ex parte, & Carinthia
imperit: & habet se comprovinciales E-
piscopatus octo, tali mensura, serie & or-
dine collocandos: Frysingensem in supe-
riori Bavaria ad Isarum amnem: Patavien-
sem, infima Bavaria ad Oeni ac Danubii

bonenlem in medio xima bavaria: Bre-
nensem, ab antiqua & prima Sede: Sabio-
nensem in Apestri Tautiforum vel Rhetia
prima, ultra Brennum ad Isarum amnem
situm: Chyemensem, urbe Salisburgensi
conterminum, & pene inclusum: Garcen-
sem in Charinthia; Seccoviensem in Sti-
ria seu Taurimarchia: Laventinensem in
amoenissima Carinthia valle, quæ à Laven-
tibus nobilis fluvio nomen accepit, splen-
dide fundatum.

Sexta Archiepiscopalis sedes est BRE-
MIS sive BREMA, ad VVertam, alio no-
mine Visurin, Usurum, seu Weseram,
amnem amplissimum in Saxonibus sita cuius
jus itidem Celtis poeta meminit in 4. libr.
Amorum Elegia secunda his versiculis:

*Visure, Saxonius amnis clarissimus oris,
Sedibus è septem quā Bremis una micas.*

Hujus sedis comprovinciales Episcopae-
tus sive suffraganeatus sunt Lubecensis, o-
lim Altenburgensis ab antiquiore sede,
oceanio septentrionali vicinus & Cymbricæ
cheroneso: Suerinensis in Mechelburgia
seu ducatu Megapolitano: Lebusinensis
seu Lybusinus in veteri Marchia, Bran-
denburgensi seu Vandalorum terra: Schles-
wicensis, Danic & Diethmarscæ vicinus:
Razenburgensis in VViredis & Slavonib.
situs: Hamburgensis, olim Archiepisco-
patus & omnium Aquilonarium provinci-
arum Metropolitanus, nunc Bremensi
unitus.

Septima sedes Archiepiscopales in Im-
perio Germanico est & nominatur RI-
GA: hæc in Livonia ad mare Balticum,
aut in maris potius Baltici viciniad navia-
gabilem & amplissimum flumen Dunam si-
ta est, hujus sic etiam Celtis meminit in 1.
4. Amorum, Elegia nona:

*Vel pete Sanromatae, ubi Revala Rigaque
surgent,*

Ultima de septem sedibus, alta micas.

Hic subjecti sunt Episcopatus compro-
vinciales Revaliensis, ad mare Balticum:
Coronensis, Oefelicensis, & Tarbatensis
seu Derptensis, in mediterranea Livonia
situs. Sed autem adhuc alii Episcopatus in
Germania, aut certe Germaniae annexi, à
germanis septem sedibus item culti & gu-
bernati, qui majori etiam ex parte Germani-
ca lingua utuntur, quos non his com-
memoratis septem sedibus, sed aliis Archie-
piscopatibus subjectos, ordine etiam re-
censebo. In Borussia (illic enim, Rigensi-
bus nunc vicinus auspicari volo) quatuor
sunt celebres & præclarri Episcopatus:
VVarmia, Germanice Ermenland/ cui no-
stro seculo præfuit clarissimus Antistes Io-
annes Dantiscus, Poloniæ Regum olim Se-
cretarius, cujus extant quædam insignia
poemata. Sambia, vulgo Somland, cui præ-

& omnium seculorum memoria dignissi-
mus antistes, Paulus Speratus, Theologus
in signis, & recens patefactæ veritatis Evan-
gelicæ fautor, & illustrator, & propagator
fidelissimus. Quartus est Calmia: huic pra-
fide magna virtute Diedemannus Gieso.
Has quatuor Episcopales sedes hodie una
cum reliqua Borussia, Regno Polonico
subditas, [qui ea melius novit] ornandas
& illustrandas relinquo. In Silesia Episco-
patus est celeberrimus Uratislavensis, is
(si recte edo & usum) ab omni jugo Archi-
episcopali exemptus est, Episcopatus olim
aureus, sed quem bella Hussitica luteum
fecerunt: eius antistes Nocesti residere, &
habitare solet. In Moravia Marchionatu
est Episcopatus Olomuntinus amplissimus.

Is Prageni Episcopatus penitus devorato,
suffraganeatus titulo subiectus fuit. In Au-
stria duo sunt, Viennensis antiquissimus,
sed mox collapsus, at nuper ab Imperato-
re Friderico III. ex Austria Archiducatu
Regnum facere parante, postliminio in-
stauratus: Episcopatus tenuis, & cujus dice-
cessis cum urbis Viennensis mœnibus fere
terminatur. Alter tenuior fere, Neostadian-
us est, octo germanicis milliaribus infra
Viennam situs, & ipse ab Friderico III.
Imperatore recens fundatus, Hi ambo,
singularibus prærogativis & speciali gratia
Curæ Antichristianæ Romanae, nulli Archie-
piscopo subjecti, sed liberi & exempti
sunt ab hoc, & ab omni regno Dei. Sequi-
tur Carniolæ Episcopatus, plane etiam no-
villus & exiguis, Labacensis: qui eundem
Fridericum III. Imperatorem authorem
habet. Is una cum Wesbrunnensi seu Ve-
sprimiano, & lauriensi, h. e. Rabensi, infe-
rioris Pannoniæ Episcopatibus & Ecclesiis,
Strigonensi Archiepiscopo subesse dici-
tur. Non procul inde & Tergestinus est, in
foro Iulii & ad Martis Adriatici estuaria
situs. Is Veneræ ditionis, & Patavino seu
Paduano Antistiti, ad Medoacum seu Brem-
tam habitanti, subiectus est. Infra Carinthi-
am in Achena provincia est ad Ahein,
fluvium vele Germanicum, & in Germani-
am ortum, in ipsis mediis fere Alpinum
faucibus, Episcopatus Tridentinus, vere
unus ex Germaniæ Episcopatibus, & qui
semper Germanos gubernatores habuit. Is
Patriarchæ Aquileiano, una cum Longo-
bardia Episcopatibus, aquileiensi, Man-
tuano, Cumano ac Veronensi, subest. In
Helvetiis sunt Episcopatus celebres tres,
Basiliensis ad Rhenum, cujus sedes hodie
Bruntrudum est: Sedunensis in Valesia, ad
Rhodanum & Sedunum confluentes situs: &
Lausannensis, ad lacum Lemannum seu Ge-
nevensem, ex veteri Aventico translat. Hi

des, studiole lector, Episcopatum Germania
niam omnium, numero videlicet sexaginta
sex, ordinariam commemorationem, &
quo quemq; loco querere debeas: horum
omnium annales in hoc opere nostro vide-
bis, collectos à nobis mediocres, et si ali-
quos aliis copiosiores, aliquos jejuniores,
neque n. ubiq; perlustrandis, evolvendisq;
Bibliothecis admissi sumus, ut certe ali-
quibus locis clementer sumus, non bibli-
othecis solum, sed & Archivis admissi.

Hivero mansurata illius Ecclesiaz, de
qua Angelus in Apocalypsi loquitur, non
exigna pars, non ea solum harmonia &
mensura (quam haecen recensuimus) di-
stincti & ordinati, sed singuli aliis insuper
splendidis ornamentis, mirisq; insuper ful-
cris & sustentaculis, praesidiis secularibus
(ut videlicet is ordo totius mensurata Ecclesiaz, & maxime conspicuus esset, & diu-
tissime inconclusus maneret) primum illu-
strati, postea vero ad omnem hostilem im-
perum ac violentiam incomperabiliter
suffulti & muniti sunt: qua de re libet etiam
tecum pauca adhuc colloqui ac confabula-
ri. Oportet enim omnino nos tam accurate
mensurata illam Ecclesiam diligenter vi-
dere, ut alteram postea, nudam scilicet,
in mem, & omnibus humanis praesidiis
spoliatam, nullaq; externa specie superbi-
entem, certius ac facilius agnoscere va-
leamus. Quemadmodum ergo Romanus
pontifex (mensurati hujus templi caput)
non Cardinalium & Archiepiscoporum
tantum ac Episcoporum, non Patriarcha-
rum & Abbatum speciosa corona, tamque
diversissimorum ordinum innumeris Mo-
naesticis utriusque sexus cœribus, circum-
quaque vestitus & ornatus est [qua omnia
& ad pompam & ad maiorem existimatio-
nem, apud summos pariter insimosque se-
culi hujus homines comparandam, præcla-
re facere, & plurimum momenti afferre
posse videntur] sed & insuper adversus
omnem vim secularem, nequaquam beatæ
Virginis, nequaquam Beati Apostolorum
principis Petri, beatorumq; aliorum mille
divorum ac tutelarium numinum (quorum
patrocinium tamen Papistæ indesinenter
jactant) tuitione contentus, Regum poti-
us ac totius orbis Christiani potentissimo-
rum principum amicitia, benevolentia &
praesidiis armatus est. [Hi enim omnes tan-
quam subjecti vasalli, omnia regna sua ab
hoc uno, tanquam supremo directo domi-
no, accipere, & hunc unum regnum
omnium datorem confirmatoremq; agno-
scunt: Vnde sepe factum est, ut quoties u-

sic, inquam, Archiepiscopi & Episcopi
omnes in nostra Germania [de aliis me-
nim orbis partium tutelaribus Episcopis
innumeris nihil hoc loco plane agimus]
incomparabili superbia, fastu, ac insati-
abilis latissime dominandi cupidine incensi,
sua secularia quoque ornamenta, & arma-
ta præsidia non quæsiverunt tantum stre-
nue, sed apud ignaros rerum simul ac ver-
pietatis Reges & principes facilime obti-
nuerunt, & consecuti sunt: siquidem omnia,
qua habent ex Regibus & orbis terrarum
principibus, illa humilime primum, sub
ornanda pietatis, sub augenda & promo-
venda Christianæ religionis sceleratissima
prætextu postularunt, & idcirco nullam
usque repulsam passi, à pietatis Christianæ
studiosis nimiumq; credulis Germanis ci-
tra laborem & difficultatem omnis impe-
trarunt. Utq; de Moguntino incipiam &
primarie agam (nolo. n. imo non possum
etiam omnium & singulorum superbiam ac
fastum commemorare, sed exemplum sa-
tem unum aut alterum inducere volo, ex
quibus ceteri etiam judicari possint) habet
iste aulæ suæ, non aliter ac Reges & Im-
peratores ipsi solent, proprios in Imperio
eosq; certis conditionibus & juramentis si-
bi obnoxios & obligatos (etiam inter prin-
cipes viros) ministeriales, corporis suorum
gerentes, Marsallos, Camerarios, pa-
ceras, ac dapiferos, non solum supremos
(quales Imperatori sunt quatuor Electo-
res, Saxo, Marchio Brandenburgensis,
Palatinus Rheni, & Bohemia Rex) sed &
his subdelegatos, quales itidem in Im-
perio designati sunt, qui vices absentium Im-
periis Electorum gerant, Bappenheyminus,
Falckensteinius, Archimagi us de Norten-
berg, & pincerna Limpurgius. Sic Mogun-
tinus Archiepiscopus Archimarsallum,
primarium eiusferum seu protospatarium
habet illustrem principem Landgravium
Hassiz, & huic subdelegatum hereditarium
Salæ, id est, aulæ Magistrum, seniorem ex
nobili familia Vbeniana: Archipincernam
generosum comitem de Veldenz, heredita-
rium huic absenti subdelegatum, nobilem
virum à Cronberg. Archidapiferum comi-
tem Anaxovianum: Subdapiferum, nobi-
lem Regulum à Kronnweg. Sic Archica-
merarium, illustrem comitem Rinegianum,
& huic absenti substituendum, heredita-
rium cubicularium, majorem canem, vul-
go den Rüden de Collenberg.

Hæc maguntini Archiflaminis superbis,
magnificentia & splendor est. De Treve-
ri, Colonia, ceterisq; multis nihil dicam,
quis enim fastum sacrificiorum omnem,

p. 563. Argentinensis habet ducem S. eviz camerarium, ducem Wurtembergensem Marschailum, Lantgraphionem Alsatiæ dapiferum, & nescio quem alium provincialem comitem, Ecclesiz suz pincernam. Babenbergensis vero, omnium (quos orbis habet) Episcopatum fastuosissimum, eosdem habet Archimarschallū, Archidapiferum, Archicamerarium, Archipincernam, quos habet Romanus Imperator: sed hirsus ita privilegiati sunt, ut suo loco talibus ministeriis substituant. Saxo Elector seniorem ex familia Marsallorum de Ebmur, P. latinus Rheni seniorem ex familia dapiferum de Bommersfelden, Marchio Elector seniorem ex familia nobilium de Schweinsberg, Schweinsbergiis vero extintis, eam Babenbergensis camerariatus dignitatem nobiles Reguli de Rotenhain ducentis Rhenensib⁹ aereis compararunt, & ab ultimo de Schweinsberg canonico Babenbergensi redemerunt, sibiq; ac posteris suis, tanquam illustre ac magnificum quiddam, vendicarunt. Rex Bohemiz substituit pincernam suo loco, seniorem ex familia nobilium de Auffseſi.

Et hi quatuor seculares sacri Romani Imperii Electores, Saxo videlicet, Palatinus, Marchio Brandenburgensis, & Rex Bohemus, Vasalli sunt Antistitis Babenbergensis, & singuli certarum civitatum ab hoc ipso Episcopo feidis investiuntur: Rex enim Bohemiz Electoratus dignitatem, & simul veterem civitatem Pragensem: Elector Palatinus Electoratum cum oppido Ambergensi, Elector Saxonius unacum Electoratu civitates etiam Vittebergam & Mylburgum (acepitq; hanc investituram a wigando Episcopo Babenbergensi. Ioan. Fridericus Elector, postea in Schmalkaldo bello captus:) Elector Brandenburgensis Septemviratus dignitatem una cum civitate Berolinensi ab hoc veluti primario directo Domino, petere tenentur. Et hanc præminentiam & singularium privilegiorum amplitudinem ac Majestatem, ab Imperatore Henrico II, & a S. Kunigunde, ejusdem conthorali, primariis Ecclesiæ Babenberg fundatoribus ac patronis concessam, vocant Sericatum, seu sericinum filium divæ Kunigundiæ Imperatricis, quo ipsa videlicet Ecclesiæ sibi charissimam munire & circumdare voluerit. Venio ad Heripolensem, is inter suos ministeriales, Hennenbergensem principem & comitem Rinegianum habet. Sed desino hæc commemorare, quæ nescio an Germaniæ ornamento sint, aut non potius summo dedecori: quod eo res principum clarissimorum pervenerit, ut sacrificiorum, impurissimorum hominum servitores, & penitancipia facti, ad infinitam prope fortem

tem præclaræ hypocriti simulantibus, & eandem vendentibus, ipsi Eleemosynas tam munifice tamque liberaliter subministrârunt. Hunc incomparabilem Episcoporum fastum paulo post etiam Monachiz sequuti, ex ipsis quoque aliqui talem rerum eminentiam ac sublimitatem consecuti sunt. Sic Abbas Sancto Gallensis 4. suos officiales habuit, duces Suevæ dapiferos, Comites ab Hohenberg pincernas, comites à Zollern Marsallos, comites à Regensberg Camerarios. De aliis Abbatibus nihil dicam, inter quos tam commune etiam hoc fuit, ut ad muliebrem quoque sexum eiusmodi dominandi cupiditas & ambitio per venerint. Sic n. Abbatissa Quedlinburgensis q; aucto officiales habuit quatuor illos imperii prætores & advocatos, a quibus Voytlandia seu terra Advocatorum & prætoriana nomen accepit, Barones videlicet a Geraw Barotes de Plauhen, Rhutenos d. Grez, & Barotes de Windau. Nonne vero hæc est infinitis Geometricis formis præclare mensurata illa [de qua in Apocalypsi tam prolixe agit] illustris & pomposa admodum, totique terratum orbis spectabilis Ecclesia? ad quam totam elucidandā, ad cujus omnes superbitæ formas explicandas, aliquot etiam opus erat linguatum Myriadibus. Sunt vero hæc tandem Apostolica? suntne Ecclesiastica? Quid [obsecro] Ecclesiz pincernis, quid Camerariis, quid Marsalis opus erat? Si quidem humilis ille & abjectus cœtus est contemti & crucifixi in hoc mundo Christi Iesu fidelium.

Vbi vero hæc a Deo mandata? a quove Christi Apostolo ostensa, quove spiritu monitore deprehensa & producta sunt? Tamen aliquid Moses, aut Elias, aut Christus, aut hujus præcursor Baptista præcipit? Tamen quiddam Paulus doctor gentium monstravit, aut orbis terrarum invexit? Hæcne pater cœlestis instituere jussit, cum de cœlis propria voce dilectissimo filio suo testimonium perhiberet, eumq; audiri serio mandaret: Taliæ doctor ille totius humani generis (qui per triennium in hac mortali vita concionatus est) secum cælo attulit alto? Si non attulit, sed humana sapientia (veri Dei ignara) excogitavit: que rebus & sententiis, pompis & ceremoniis, cum Christi veritate & sanctissimis præceptis ex diametro pugnantibus, tantus hæbetur honos? Si vero attulit, a quo Apostolo hæc conscripta? cur ita turpiter a regni cœlestis quatuor illis Archicancellariis (qui vitam omnem, qui dicta simul & facta Christi sollicite, & Dei instanter, & Spiritus sancti præsidio annotarunt) neglecta sunt? An vero (ut ciusmodi pompæ & mensurationes instituerentur) tum mandavit

virtute sublatus ferretur in cœlum? omnino non. Quid ergo mandavit? certe mandavit aliquid: certe non mutus ab Apostolis & charissimis discipulis suis discessit? quid ergo facere eos jussit?

Iussit redire eos Hierosolymam, & ibi expectare brevi mittendum paraclerum, quo veritatis duce accepto, indui virtute ex alto, postea irent in orbem universum? an ut tales mille ceremonias & pompas paupisticas & Monasticas circumquaque instituerent? nequaquam. Ad quid ergo? Ut prædicarent Evangelium omni creaturæ. Evangelium? certe diligenter illud ipsum & legitur & canitur, honorificentissimeq; tractatur omnino in tot Episcoporum, Monachorum & sacrificiorum Missis: & ut unius saltem templi mentione faciam, in solo summo Ratisbonensi singulis annis cani solent Missæ num. 7254. Nonne vero hoc est placere iterare, ornare & celebrare Evangelium? sacrificuli. n. legentes & canentes, in honorem Evangeliorum, quæ legunt, auro argento, & serico & gemmis ornati, cereos accendunt, nolas pulsant: & omnia ordinatissime simul & pulcherima serie faciunt. Imo ad librū etiam ipsum non nisi singulari veneratione accedunt, p. 569. toties flexis fœse poplitibus inclinantes, toties capta cum toto corpore incurvantes, tot crucibus librum signantes, tot osculis eundem excipientes imo librum Evangeliorum ipsis etiam Regibus exosculandum proponentes.

An vero hoc non est Evangelium honorare & late propagare? quod Episcopi & sacrificuli sane faciunt, ac ita quidem magnifice ac pomposè, ut regibus etiam terram admirationi simul ac terrori sint. At hæc inepta ac mundi superbiam referentia Christus nusquam jussit. Quid ergo jussit prædicare & docere id Evangelium, quod ipse totius generis humani Do&t. prius docuit, quod ipse è sinu æterni patris ad nos transportavit. Id solum & unum Bonum ac lætū nunc inum, de placato per se dilectissimum filium æterno patre, de gratuita remissione peccatorum, de donatione Spiritus sancti & vita æternæ: hoc inquam toti terratum orbi annunciari voluit, hoc prædicari, hoc doceri mandavit ubique: addita insuper illustri & luculenta promissione, qua huic Evangelio credituris pollicetur salutem & vitam sempiternam: adduta item gravissima comminatione, qua interminatur non credituris æternam damnationem.

Quid hic obsecro de pompis? quid de

dorem & dominationem fugiebat? Ino qui discipulis regnum mundanum somniantibus aperta vocedicebat, principes gentium, principes dico, & principes super gentium, id est, gubernandis & frenandis gentibus, amplissimisq; populis divinitus præfeti: Hi, inquam, dominantur, & vocantur beneficj. Vos autem non sic: vos inquam, quos ego Do&t.ores humani generis, quos Ecclesiarum, non Imperiorum gubernatores, quos animarum pastores esse volo: vos (inquam) non sic, id est, non debetis dominari, non regere, non gubernationes instituere more secularium principum. Quid ergo facere debent? Ministrare debent, servire debent, circumire & pascere oves Christi: hoc unum, hoc scilicet verum est Ecclesiasticorum omnium & Christi sequacium, verorumq; Apolloniorum munus. Sic Filiushominis in hunc mundum venit, non ut ei ministraretur, sed ut ministraret omnibus ipse. Et alibi: Sicut me misit pater, ita ego mitto vos: nempe non ut civile aliquod instituatis in hoc mundo regnum aut amplissimum imperium, sed ut serviatis toti humano generi, ut doceatis & prædiceris, ut crucis meas fitis testes, & eam etiam mercedem recipiatis, quam ego recepi. Non mitto vos, ut vobis quartatis regna, sed ut mihi Christo, regnum æternum inchoanti, colligatis Ecclesiam, quæ mihi vere credat, vere invocet me, recte colat, & me ex hoc seculo tandem liberata in omni æternitate prædictet, honoret, illustret.

In hoc mittam Spiritum sanctum, qui arguat impium & sceleratum mundum, h. e. omne mundi satellitum sodalitumq; idque per vos, & per ministerium Ecclesiasticum, in quo mihi vos servietis, indui virtute Spiritus sancti ex alto. Non arguet verum solum modo mundum, sed vos etiam consolabitur in omnibus ætrumnis, in cruce, quæ itidem vobis bajulanda est, ut mihi fuit.

Idem ille Spiritus erit non superbi, non fastus, non pomparum author Spiritus, sed Spiritus veritatis. Quis vero est veritas? Nonne ego Christus? Ergo ille meus Spiritus ex me & patre meo procedet, qui ducet vos in omnem veritatem, i. e. in perfectam cognitionem mei & dilectissimi patris mei qui est in cœlis, inquam. Spiritus erit meus testis, i.e. testificabitur cor am omni, quantumvis ferociente & gruoniente. Mundo, hanc solam & unicam doctrinam vere cœlestem vocem, quam ego patris mei susci, in hoc mundo docui. Sed & vos discipuli mei, quos nolo de externo aliquo re-

virtute induit & roborati, Testes mei eritis: i.e. nihil aliud euntes in orbem universum concionabimini, nihil aliud decebitis, nisi hoc unum: Me Christum Iesum æterni & immortalis Dei unigenitum filium, verum Deum ab æterno genitum, verumque hominem, sed ex Spiritu sancto conceptum, & ex intemerata virginie in seculo natum, qui triennium in hac vita docui, jam à vobis propediem abiturus, ut siam vitam pro peccatis mundi, ut patiar sub Pontio Pilato, crucifigari, moriar, sepeliar, descendam ad inferna, tertiam die resurgam, ascendam & dextræ patris assidueam: me (inquit) vere esse Semen illud mulieris, quod conterere debet caput serpentis, mordendum tamen prius ejusdem calcaneo.

Me vere esse semen promissum patribus, in quo benedicendz sicut omnes gentes: Me vere esse serpentem illum æneum, cuius intuitus sanet infernalis serpentis mortus: Me vere esse eum, per cuius vulnera sanandum sit genus humanum omne: Me vere esse Agnum Dei tollentem peccata mundi, propiciatorem, Mediatorem inter Deum & hominem, Sacerdotem & pontificem sumum, verum Ecclesiaz Deicaput, lapidem item angularem & fundamentum omnium sanctorum, inquit viam, veritatem, resurrectiōnem & vitam sempiternam.

Hujus, inquam, nec ullius alterius doctrinæ, à me primum patefactæ, uti Spiritus sanctus testis erit, quid nihil novum afficeret, aut antea in auditum confinget, sed de meo accipiens vobis annunciabit, sic vos etiam testes & predicatorum, atque propagatores eritis hujus unius, & solius æternæ, & immutabilis meæ sententiaz. Hoc concors est, eritque semper ad finem Mundi usq; durabile, & Spiritus sancti & Apostolorum, & omnium piorum doctorum concionatorumque, de Christo æterno Dei filio testimoniūm: in quo præter prædicationem Evangelii, præter baptismum, absolutionem, & cœnam Domini, nihil præterea doceri audiatur, nihilque omnino traditum de titularium Episcoporum & Monachorum pompis ac ceremoniis vides, nihil de Antichristi Romanī fasti incomparabili, & innumeris ac infinitis illis traditionibus, de quibus ut aliquid tamen etiam dicit Christus, hoc unum ex veteri Prophetæ dicit: frustra secoli mandatis & doctrinis hominum.

Videant itaque nunc, secundumque, quod amittere prolapso sint, tandem aliquando cogitent non hic solum, qui mensuraz hujus Ecclesiaz capita sunt & principes, Episcopi nimirum & Canonici, nobilitatis Germanicæ lepra, reliqui item sacrificuli & Monachi: sed & orbis terrarum maximi quaque principes, qui hujus in templum Dei induitæ traditionum humanarum incomparabilis

superbia, ineffabilis itidem Tyrannus & crudelitas, non specatores tantum, sed & approbatores confirmatoresque, & munificentissimi simul etiam illustatores fuerunt, parumque fastigii & lumine dignitatis (in quam divinitus collocati sunt) memores: inquit, quod magis dolendum est, omnis ve-

rioris functionis sua penitus ignari.

Dum enim veram pietatem à Christo & Apololis traditam & verbo Dei comprehensam agnoscere, profiteri, & tueri debuerunt: hujus planè oblii & securi, omne religionis studium (à quo penitus ferè exercitos se arbitrabantur) solis sacrificulis & Monachis, ignorassimis simulque imputissimis hominibus commiserunt, à quibus in æternas tenebras & omnis pietatis ignorantiam precipitati sunt. Cum his seductoriis non nihilominus interea summi pariter infirmi & prolixissime scortatis sunt, dum ad Romani Pontificis, Meretricis illius Babylonicae omnium procacissimæ, impestivæ, & universi ejusdem Sodalitiæ natum, nihil non fecerunt non aliter ac libidinosissimi proci, Meretricularum amoribus ita occupati, vivi & occicati, ut negare ipsarum desideriis aut cupiditatibus nec possint nec ausint etiam quicquam.

Utque meretricium semper ulterius progreditur & in dies crescit superbia, petulantia, & fastus, nunc hoc nunc istud deliciarum genus à procis suis ficticiâ & complicitâ verborum savitatem, innumerisque lenociniorum generibus eliciunt: Sic Thaidis etiam hujus Antichristianæ semper magis, & eo tandem usque excrevit ambitio, fastus, superbia, cupiditas, & omne desiderium, ut, absuntis propè procorum opibus & thesauris omnibus, latius progrederetur omnino.

Hinc domina orbis terrarum facta est cum sodalito suo omni, Meretrix illa imperiosissima, cui turpiter servierunt, & adhuc majori ex parte serviunt (non secus ac Omphaliz libidinosæ Lydorum Reginæ, strenuus & invictus aliquandiu, sed meretriciis lenociniis fractus & eunochatus Hercules) Imperatores, Reges, & principes terræ, etiæ ad oscula turpissimorum pedum usque: lenociniis eisdem impudentissimæ Laidis ita evirati ita demæcati, ut nec quid pius, nec quid justum, nec quid Deo acceptum, nec quid humano generi utile aut salutare sit, usque amplius possint, ac ne quidem cogitare.

Interim vera Dei Ecclesia, quæ Christi vocem audit & sequitur, tanquam veri sui pastoris & salvatoris divinitus misit, eamque alios etiam fideliter docere parat, horribilibus modis ab hac ipsa superbissima impurissimæ meretrice contemnitur, vexa-

meretrix, reprehenſionis omnis impatiens-
tissima, procos suos circumquaq; pellicit,
excitat & armat non aliter, ac lupa in agnā
insurgens, hanc unam omnis fontis turba-
tricem, hoc est, publicam orbis pestem ac
perniciem, & omnium totius humani ge-
neris calamitatū authorem & causam ubi-
que clamitat, hanc non proscribi tantum,
sed universaliter excindi, & radicitus ex
hominum societate ejici cupit, idq; procis
suis imperiosè mandare, & imperare ne-
quaquā erubescit, per omnia nimurum po-
tentia, & immanissimæ meretrici simillima;
imò omnium quas orbis terrarum habere
potuit, impudentissimarum Laidum atq;
Thaidum incomparabilis antesignana.

Atq; ita tandem habes lector, cuius Ec-
clesiæ historiam aut Annales à nobis ex-
pectare debebas: nempe mensuraz illius, &
tam incomparabiliter personaz, infatia-
biliterq; luxuriantis Meretricis, quam se-
cunda Babylon, rerum domina Roma fo-
vet, Sathanz filiā & Erebī sponsam certissi-
mam. Dabimus tamen in operis hujus co-
lophone, aliquid etiam de verz, & nostro
seculo resuscitat Ecclesiæ doctorisibus: ut
non meretricis tantum Babyloniz, in splē-
didissimo imperiorum mundi currū luxu-
riantis & triumphanteis, superbiam ac for-
tunas admirari, sed sanctissimæ etiam filiæ
Sionis, innocentissimæque Christi sponsæ
(quæ supradicto splēdidissimo currui tan-
quam abjectissimum lutum adhæret) humi-
lia & contempta quidem coram mundo, sed
xterno Deo gratissima saltim vestigia, re-
verenter intueri & piis precibus adjuvare
possit. Bene vale. Pestendorphi in Palati-
natu 20. Maii Anno Domini 1556.

Idem. Altmannus patriâ Sažo, aut ferè
Westphalus, extra honestum conjugium il-
legitimè natus [ut peretus Chronicon ha-
bet] constitutus Episcop. Patavienis Anno
1065. in luxuriantem clerum gravis & acer-
rimus erat animadversor: quē idcirco uni-
versaliter reformare, & in meliore [ut sibi
videbatur] statum redigere volebat. Cum
que, tanto labore oneriq; imparem se esse
videret: Romanum scribit, confilium pontifi-
cis Gregorii septimi expedit. Is rescribēs,
fulmina sua in conjugatum clerum sine di-
scrimine omnem conjicit: Altmanno ple-
nariam potestatem confert, ejiciendi ex
Ecclesiis sacerdotes uxoratos omnes, &
substituendi cœlibes. Hac autoritate ful-
gus Altmannus clerum omnem suum con-
vocat, literas pontificias in ipso Patavien-
se Ecclesiæ gratimo publicè prælegi iubet

daðer respondet, nec posse, nec velic etiæ
se conjugale hoc vitæ genus, divinitus non
permisum solummodo, sed & insuper etiæ
mandatum, cōmutare: hanc se vitæ ratione
sacris literis congruam, ab antiquis patri-
bus quasi per manus accepille, & eandem
nullo Episcopo haðenus oppugnatam, aut
prohibitam esse: in hac divinâ ordinatio-
ne natos se, in eadem permanuros etiæ se
esse, quoad viverent. Altmannus proposi-
tionem suam intelligens parum fuisse gra-
tiam, nec se satis tutuſi esse in hac rerum
perturbatione, primo furori aliquantulum
cedendum esse, ratus, concionem dimisit:
paulò pôst, ipsâ nimurum S. Stephani die, in
festo solenni, ministeriales suos accersive-
rat & invitârat omnes, aliosq; vicinos viros
nobiles plurimos, quibus conjugii sacer-
dotalis prohibitio, ut res nova, non ingra-
ta aut injucunda erat: non videntibus ex-
czzatis ac insultissimis hominibus, quanu-
mali aut turbarum, ex cære enasci, aut exor-
riri aliquando posset. Horum presentia
frerus, & præsidiis stipatus Altmannus (ha-
bito prius solenni sacro) iterū in concio-
nem venit, ascendit suggestum, & ibi veluti
in theatro, magnâ voce pontificium diplo-
ma, totum fulminibus plenum, secundariò
recitat: gravissima simul intermissione P. 17.
canonicis ac presbyteris omnibus, juxta
Canonum decreta ac instituta, simpliciter
omne conjugium prohibens: & de facto ex-
communicans omnes, qui huic ordinationi
vel medium ostenderent digitum, vel op-
ponere sese conarentur. Ibi universus cler^r
majore furore accensus, tanto tumultu in
Altmannum consurgit, ut nisi ministerialium
suorum & eorum procerum (quorum
authoritatem & præsidia profore sibi ducū
existimârat) ope & auxilio defensus, mox
fugam quoq; è templo arripuisset, vitâ co-
mite è S. Stephano abiisse nō fuisset permis-
sus. Postquam autem in tutum sese locum
recepisset, ne nunc quidē quiescens, sed of-
ficiosus ac diligens Pontificii decreti & ex-
secutor esse volens (securus Dei mandato-
rum, aut illius etiam veteris dicti, non faci-
enda mala, ut proveniant bona) quod uni-
versaliter haðenus facere & exequi nō po-
tuerat, moderatori jā consilio particula-
riter aggreditur, proscriptit nunc hunc, nūc
illum, donec paulatim & per gradus uni-
versum uxoratum clerum totâ urbe ejice-
ret: assumptis in eorundem locum aliis, qui
celibem vitam, et si eandem impurissimâ
ore magis quam corde, verbisque prolixis
quam facto, hypocrisi tantum quadam
profiterentur.

Clerus è Pataviâ expulsus, ad imperato-

cum electione, ac de Episcopatum collatione & investiturā, qua Cesar ex antiquo more ad se pertinere: pontifices verò, nusquam non novitati studentes, & Imperatorum potentiam anchoratèq; carpere non erubescentes, sibi deberi affirmabant. Imperator conjugium sacerdotum, ut ordinationem à scripturis sacris non alienam, ap. probans, hypocritico cœlibatui antiferēs, exulantem clerum Pataviensem defendendum sulcipit, ac Ecclesiasticis muneribus præficit: contumaces sacrificulos ejicit, Altmannum vero, pontificiam autoritatem nusquam non allegantem, ac mordic⁹ defensantem, proscribit.

Fecerat idem in aliis etiam Episcopatis, ubi similityrannide conjugium sacerdotibus exceptum ac prohibitū fuerat. Unde Romanus pontifex Gregorius VII. ante Hildebrandus dictus, iterum in Henricum Imperatorem exarſit: quem Romā citatum, denuò (quod non illic cōpareret) non solum excommunicavit, sed Episcopis insuper Germaniæ, suas partes ad. verius Cesarem foventibus, alterius Regis eligendi (qui idoneus, ut ipſi loquebantur, esset, & Pontifici obtemperaret) negotium dedit.

Electus itaq; est advers⁹ legitimū Imperatorem Henricum [qui] jam transiendi omnis hujus negotii causa in Italiam profectus era⁹) pontificiā & Episcoporum quorundam autoritate, non in loco legitimo, & honestæ electioni designato, sed in abstruso angulo, ac loco obscurō: non in Vorcheim Bibenbergēsis Episcopi oppido (ut aliqui annotarunt) sed in Pfortzēsi Sueviæ ducum oppido (in quo hodie Marchiones Badenses habendas moderātur) Rudolphus Sverorum Dux ac Rhinfeldiaæ comes, anno 1077. qui tribus annis adversus dominum suum imperatorem Henricum, seditionis arma gerens, cœlum terris miscuit, & sursum ac deorsum volutans omnia, totam Germaniam sanguine, incendiis, cœdib. ac rapinis implevit: donec tandem post commissā in variis locis multa prælia [in quibus aliqui etiam Episcopi motæ seditionis pœnas dantes occubuerunt] anno 1080, ad Elysterim amnem casus ab Henrico est, & manu dextrā (quæ præstiditum Cesarii juramentum fregerat) amissā Morsenburgum (id celebre Thuringiæ oppidum est, ad Salam fluvium situm) confugiens, justas motæ advers⁹ optimū Imperatorem seditionis pœnas dedit, paulò post (cum tamen acerrimè prius eum seditionis hujus consiliis authorib. Episcopis, objectā ipsis etiam manu sibi amputatā, expostulasset) rebus humanis exemptus.

Sic decretum istud pontificium de abrogando sacerdotum conjugio, maximorum

IV. monachū cœnobes [qui] s. Nicolai aedes muranum oratorium ab Agneta Imperatrice & Altmanno Episcopo fundatum testebant, & nuper Henrico Imperatori emendationē vitæ promiseran⁹) novum tumultum exorsi⁹ sunt, antequam etiam Imperatorii ministeriales ex urbe discessissent omnes Conjugatos enim monachos seu Canonicos à Cesare eidem etiā cœnobio restitutos, iterum expellunt unā cum uxori⁹ bus: templum verò (quoad ab his pollutum ac profanatum vocerabantur) scopis mundant, & aquā benedicta lustrant. Hos igitur imperatorii satellites cœnobio extractos, virgis publicè cœduunt: & restitutis prius sacerdotib⁹ conjugatis, magnā ignominia cœteros nō è monasterio solū, sed & urbe & omni viciniā ejiciunt. Altmann⁹ tali rerum Patavianarum facie animadversā, cum nullam haberet spem in Episcopatum suum redeundi, in Saxoniā primum fugit, ubi cum Halberstatensi Episcopo, Bernhardo Baccone, pontificiarum machinationum ac seditionum omnium veluti chorago, novis contra Henricum IV. consiliis habitis ac initis, aliquandiu maneat: postea in patriam vicinam, nimis in Westphaliū inversus est. Cum verò nec istic quidē esset admodum acceptus iis, qui honestum conjugium impuro cœlibatui antiferrent: Romā abiit, remedium (unde malum accepérat) repetiturus. Cumq; illi et Gregorio Pontifici Maximo ærumnas suas magnis querelis explicuisset: mox etiā ecclesiā Pataviensem (quā jam, merito suo exciderat) eidem spe fortassis amplioris beneficii resignavit: additā protestatione lugubri, sed nimium pharisaicā, ne dicam etiam sycophanticā, se eam videlicet Ecclesiā non (ut̄ decuisset) à pontificiæ sanctitatis, omnibus mortalibus reverendā & tremenda plenitudine, sed ab Imperatrici Agnetis laicā ac profanā manu accepisse, atq; idcirco infeliciter cesisse hoc, quie quid esset ornameuti seu fastigii, ad quod male paratus & indignè accessisset. Pontifex vel simplicitate, vel hypocriti potius tali delectatus, jubet bono eum esse animo: curatur, n. se, ut in brevi vel redeat ad Ecclesiā, ex quā ejactus fit: vel pro sylvestri hac Amaryllide formosiorē aliquando Galathēam consequatur. Sic Altmannus aliquandiu Romę haret, spe secundioris aurę. In Germaniā interim exardescit balbum, ut supra dixi, inter duos Reges plus quam civile, ac toti imperio Germanico perstiferum, ac perniciosum summè. Henricus Imp. in Italiam audiens, electum esse à G. r. mani Epistolis alium contra se Regē, mox p. 574. in Germaniam revertitur, Moguntiæ comitia indicit: ac tantum ibi etiam efficit, ut & armis & justis prædiis adversus rivalem

mis turbis implicaret.

In his ipsis comitiis Altmannum' (quem in suis opinionibus ac seditionibus firmato jam animo harrere ac permanere sentiebat) à Pataviensi Ecclesiā in universum excludit, eidemq; Hermannum Leutholdi ducis fortè Francorum fratrem, substituit, qui duobus annis feliciter p̄fuit. Emigrati vero postea ex hac vitā, annum Christi circiter 1080. Thiemone quidam successit, Heribolensis Canonicus, qui favore & pecunia verius quām pietate aut virtute (ut hodie fieri solet) Episcopatum sibi comp̄travit.

Is occupavit Episcopatum omnem ad Anasum usque. Quæ enim infra Anasum erant Episcopalia, tive allodia, sive feuda, ea Leopoldus Austriz Marchico, & ipse contra Henricum IV. seditus, in Altmanni gratiam occupārat, ac potēter tenebat. De Hermanno ac Thiemone Heribolensi canonico, schismaticis (ut vulgo vocant) Episcopis, hoc est, sub schismate designatis, aliud nihil in literas relatum est. Reliq̄is itaq; iis, ad Altmannum redeo.

Is Romæ clementiam pontificiam expectans magnā spe, & subinde in curiā hoc ipsum negotium suum, ut vocant, solicitās: tandem aliquando, anno nimirum 1080, à pontifice Maximo in summum divi Petri templum vocatus, ibidem inspectante & annuente toto clero Romano, denuo non Episcopus tantum Pataviensis designatur & consecratur, sed pontificius etiam in Germaniam legatus constituitur, & cum privilegiōrum ac autoritatum plaustris alegatur.

Ajunt, Altmannū magnā modestiā onus hoc verius, quām honorem, diu recusasse: sed columbam albā in templo circumvolitāsse, & Altmanni tandem capiti insedisse: quo prodigio Papa motus suam ipse sibi insulam à capite tolli, ac Altmanni vertici imponi iussisse legitur: quod sive fabulosum sit, ut esse apparet, sive verum, omittere hoc loconolui. In Germaniā itaq; versus Altmannus non ad Pataviam amplius redit [nam omnia illuc ei occlusa erant] ac si venvisset. Ovidiana Helenes forte audivisset egregium quidem illud, sed parum jucundum distichon;

*Ad possessa venis, preceptaq; gaudia serua:
Spes tua tota jaces: quod peris, alter habet.*

Itaque apud Leopoldum Austriz Marchionem divertit, cum quo contra Henricum IV. novā conjuratione facta, strenue paciscitur: quod dum sit Rudolphus interim [de quo pontificii nihil non sibi polli-

ille] mox Altmanno Episcopo ac legato suo. Literis his (quæ in Gotwicensi cōnicio adhuc in columnes habentur) juhet aliū regem idoneum in Rudolphi cōfili locum adversus Henricum eligi, idq; quammaturom.

Quid in hoc negotio amplius egerit Altmannus, non intenio. Certè unus ex his fuit, qui filium etiam Henricum V. contra patrem tandem excitārunt. Iterū enim in Saxoniam profectus est ad Halberstadiensem suprā nominatam furiam: quæ tam paulo pōst, anno nimirum 1083. ineditione civium suorum Halberstadiensem, sagittæ i&u verberata, misere etiam extin&a, motarum à se maximarum seditionum justas pœnas dedit, & dabit deinceps in omnia secula seculorum.

Altmannus in cā secundariā ad Saro. nes & Westphalos peregrinatione, anno nimirum 1082. Abdinghovenis cōobil in Baderbonensi Episcopatu templum ea ipsa tempestate recens eretum dedicavit. Postea in Austriam reversus, in Mauterensi oppidulo Austraciō reliquum vitæ exegit, tantum illustrando suo Gotwicensi, nobio vacans. Circa hęc ipsa tempora Leopoldus etiam Austriz Marchio, Henrico IV. parere negans, intentatum nihil relinquebat, quo Cæsarem vel impedire vel op̄primere se posse arbitrabatur. Cum itaque Henricus, vi&to Svevo Rudolphi, Italizā arma inferret, quærens ipsum pontificem, de quo justas etiam pœnas sumit: Bohemiz duci Vratislao secundo, constantissimo amico, [quem idcircò etiam Regē pos̄tea creavit,] ut in Austrium animadverteat, cumdemq; aliquantulum disciplinaret, injungit: qui monenti Henrico Imperatori libenter parens, citra moram armā in Leopoldum Austrium movet: ac cum ipso in Moravz finibus configens ac rapinis admodum etiam defēdasset. Factum est id anno Domini 1082.

Hanc Austriz vastationem ingens pos̄tea annoz difficultas subsecuta est: quæ durante, Altmannus in Mauterensi oppidulo, magnam pauperum multitudinem mirā beneficentiā indies pavisse legitur. Vir bonus alias, si pontificum saltē imp̄is constitutionibus non tantum tribuisset, & adversus apertam Dei ordinationem, vitam nimirum coniugalem, non tam strociter, in pontificum gratiam, pugnasset. Objicit in oppido Austraciō Zeyselmaur. Iduum Augusti, Anno Domini 1092.

Idem. Georgius comes de Alta Flamma

francos familia natus: ab Alberto ejus nominis tertio, Austriz duce adjutus ac promotus: ab aliquibus tamen & paucioribus canonicis, Pataviensis antistes designatur anno 1388. Et ad ejusdem Austraci ducis preces ac commendationem ab Urbano VI. Pont. Max. illicò confirmatur: cum tamen à majori capitularium parte, ad Bojariz ducum intercedentes preces, legitime electus fuerat egregius, & magna virtute prædictus juvenis Rupertus, Wilhelmi ducis de Monte primogenitus filius, Bavariæ ducib⁹ nescio qua vel sanguinis vel a finitatis proximitate conjunctus.

Orta est ex discordi hac electione magna controversia, sed Austrius Georgium à se commendatum & oblatum promoveri cupiens omnino, post multam contentiōnem, ad armatandem configuit, Patavium. p. 573. que obfitione cingens, eò rem brevi deduxit, ut Georgius pontifícia autoritate confirmatus, neglecto Ruperto, susciperetur à Pataviensis cùm templi, tum urbis senatu, populoq; omni. Rupertus vero hīc impeditus ac neglegitus, annuente Papa Urbano, Paderbornam tamen (is Westphaliæ Episcopatus est, Moguntino Archiſtamin obnoxius) illuc accersitus est anno Domini 1390.

Georgius Pataviensi Ecclesiaz violenter intrusus potius, quam legitimè introducens, in ejusdem gubernatione ac cathedra ab inchoate litis tempore XXXV. annis & quatuor mensibus sedet: vir tantum secularibus rebus deditus & corporis deliciis vacans, de Episcopali officio rarissimè, aut omnino non sollicitus. Breviter bos (ut proverbio dicitur) in quadra argentea. Quarumvis levissimarum injuriolarum sibi illatarum adeò tenax & memor, ut eorum à quibus lexsum fese arbitrabatur, nomina pupillaribus inscripta nusquam non, ad finem vite suæ usq; diligentissimè secū cireumferret, ac de reddenda talione miro studio cogitaret.

Mortuo autem Strigonensi Archiepiscopo Joanne, anno 1416. eam etiam Ecclesiam Imperatoris Sigismundi beneficio in comedendis, dico, commendis, habuit. In quam descendens, cum paucis illis annis sedisset, homo vetulus jam & viribus exhaustus, Ungarici aëris fervor non ferens, febris contraxit: quæ præcordia ipsius ita depascebatur, ut mox vitalem illie spiritum exhalare: sedulò prius rogata & expertita è Deo opt. Max. erratorum & peccatorum venia. Erat auriè subditis suis extortor, sed & ejusdem decoctor mirus, & qui ex concubinariis sacerdotibus (cùm tamen in eodem luto hæreret) magnam quoq; pecuniam emulsi, nihilominus ære, alieno Pataviensem Ecclesiam redimens, & ab eadem plurimas confessiones ab aliis.

fratribus ac Baronibus de S. M. necno erg. castrum Belli collis, vulgo Schönbüchel dic̄ū, & arcem Teresburgensem liberz civitati vicinam. Vendidit & aliis quibusdam ministerialibus suis arces Riedeck & Matt. fech, aliasq; plures possessiones. Erat enim sumtuosus admodum. Habebat symbolum, quod parietibus plerumq; inscribere solebat, Germanicum illud Epiphonema, O Welt! O Welt! cui Aristarchus aliquid hoc noctem rhythmicum aliquando non inventasse subjecerat. Wie verichresti so übel S. Stephans Gelt? reprehendens nimirum illum, & Episcopo in primis indecorum, ac ne secularibus quidem principibus convenientem, & à majorum virtute prorsus degenerem luxum. Aliud de eo extat nihil, nisi quod S. Stephanus singulis se primis etiam colendum, & cantionibus quibusdam peculiaribus salutandum, mandavit: metuens nimirum iram & ultionem ejus, cuius opes male se pessundare agnoscebat.

Epistola, Udiloni caterisq; Bavariae Sacerdotibus omnibus, de reformato Ecclesia statu, à pontifice Gregorio III. missa, ex eodem.

Gregorius III. Servus servorum Dei, dilectissimis vobis Episcopis in regione Bavariae. Continuò (ubi nostram receperitis Epistolam) Udilonem ducē vestrum à vobis adiri volo, ut illius editio convetus sacerdotum, antistitum, procerum, gentis que indicatur: ibi veros sacerdotes omnium suffragiis nobis cooptate, pravos & criminibus designatos exauthorate: concilia pro salute Christiani populi bis quotannis juxta Danubium, ubi libuerit, cogite. In hisce cōtroversiæ ac causæ omnium, secundum Christi servatoris nostri legem, & placita Evangelii, Pauliq; legati Christi scitæ, cognoscantur: omnes concordiam & pacem Christianæ operibus comprobent, & juxta Evangelii doctrinam, & more Christiano vivant, Oves sedulò pascite, parochos sapienter visitent Episcopi: presbyterios rectè vivere compellant.

Dent deniq; operam, ne lupi teat i pelle ovina ovile irrumpant: archimythes communis omnium suffragio delegatur, sq; continuo Romam eat, ut si dignus fuerit, qui populo Christi præsit, à Romano pontifice eo secretur. Nemo pravus arq; ineptus sacrif admoveatur. Cum Ecclesiasticis opib⁹ celestis lavacro ita fieri par est, sicuti Gregorius prædecessor meus statuit. Nemo scortum aut concubinam alat: quisq; aut castè vivat, aut uxorem ducat, quam repudiare fas non esto. Nihil immundum in cibis judicetur, nisi simulachria falsorum deorum immolatum: omnia, auguria, incantatiores dies: nullus observeretur: dissidentia

itum, nemo ianculatur, che comoda vita Christiana, pœnitentia est & bellum: imbecilles, & homines sumus: omnes egemus clementia Dei Opt. Max. quæ sit in omnibus nobis. Amen.

Idem Brusch. Tempore Archifl. Sidonii, nempe circiter ann. 745. erat in Bavaria sacerdos quidam, latine locutionis ignarus: quales hodie non in Germania tantum, sed in Italia etiam maximis ac populoſiſſimis civitatibus reperias innumerous. Is Christianæ religionis candidatos hisce verbis lustrare ac baptisare solebat: *Baptizo te in nomine patriæ, & filia, & Spiritu sancta.* Hos parum eruditè, & omnino non latine baptizatos, divus Bonifacius Arch flamen Monguntinus, omniumq; toti⁹ Germaniæ Ecclesiarum uisitator reformatoř; , ceu prophanos, ac non recte baptizatos, abominabatur, & iterum aquâ lustrali tingendos arbitrabatur. Sidonius vero, maximus ille Bojorum pontifex, & Vergilius Juavensis antistes, ab eo dissentiebant, & hujmodi neophytiſ (quos recte lustratos cœſebant) rebaptizari omnino prohibebant. Cumq; Bonifacius sententia sua non cederet: alii duo ad Zachariam P. provocant. Is Bonifacio ſcribens, Sidonii ac Virgilii ſententiam approbavit. Epiftola ſuper hoc negocio ad Bonifacium ſcripta, extat in libris Con. Tom. I. inter Zachariæ P. Epift.

p. 174. Idem in annualibus Epifcoporum Constantiensium. Joannes VI. nobilis à Wezā, ex inferiori Germania, Juliano videlicet ducatu natus, Epifcopus primūm à Roma. no pontifice designatur Lundæ in Regno Daniz, ubi à Christierno Rege, divi Caroli V. ſororio, in tanto habitus eſt prelio, ut ille unicum filium ei traderet erudiendum. Postea eodem Rege Christierno incomparabili Tyranno, crudelissime, & omnibus phalarismis ſuperiore immanitate, cum in Svecia & ejus Metropoli Stockholmia, tū in regno ſuo Danenmarchico graffante & ſæviente, subduxit ſe ex Dania etiam Archipresbyter ifte, in Brabantiam concedens, ubi Imp. Carolo V. à legationib. & confiliis fuit. Missus a. anno 1548. à Carolo Imp. in ſuperiore Germaniam ad fratre Ferdinandum, in eo ipſo itinere ad gubernatorem Epifcopatus Constantiensis, ipſis Regis Ferdinandi confiliis & auxiliis, peruenit. Conſecratus eſt poſtea Ratiſbonæ in comitiis, anno 1541. Unde in præpotentem Narifcorum terræ Abbatiam VValdſafſensem, ad VVundlebum fluviolū, in amēniflīmā paradyſo fitam (quam itidem præcedente anno ex Imperat. & Palatini Friderici manu emendicarat) reverſus, egre-

puella zdes venit, rapuit, per vim stupravit, & palliolo (quod eſſet τραπεζοφέρουπο) donatam, parentib⁹ poſt aliquot dies contumeliosè remiſit. Devoravit eodem anno, & exhausto Epifcopatuſ Constantienſi, ſi incorpoſavit præpotens Diviſis Augiſtæ coenobium Benedictinum, in lacu Veneto ſitum, & præpoſituram ſimul etiam Oenię genſem, ad eundē locum firā, quod utrumque dudum etiam Romæ impetratum face re conatus erat antecessor, ſed fruſtra, obſtantē ei tantum Rege Ferdinandō.

Interfuit plurimiſ comitiis, praciōne verò illis ſuperbiſiſimis ſimul ac leueriſi mis, quæ Carolus V. Imp. Augiſtæ Vindelic. celebrauit annis 1547. & 1548. poſt confeſſum bellum Germanicum ſeu Smalchalcidum, in quo hic flamen etiam hofli bus Evangelii, cuius ipſe quoq; hofliſuit, non parum profuit. Idecirkò Galerum Cardinalium conſecutus eſſet, ſi diuinus ei ſuperſtitii licuiffet. Nam in hiſ ipsiſ comitiis ſubitaneā morte ex hac vitā ante tremendum Dei judicium evocatus: ioq; no. & u factum eſt, cum paucis horis priuis, inter conandum, horribilia Constantiensi urbi, & Lutheranis in diocesi ſuā habitatibus, interminatus eſſet, hac ipsā voce tuuſ. Ich will ſie bugen/ oder die Hand Gotts ſol mich rühren: h.e. traſtabo eos egregio, aut Manus Domini tangat me.

Hæc vero non tetigit modò eum ita, ut mortuus in leto inveniretur poſtero die à cubiculariis, qui horribilia ſe quædam eā nocte audisse fasli ſunt: ſed in pureum intetitus præcipitem veritatis hoflem dedit. Vectus eſt ex Augiſtā ad devoratum Augiſtæ diuīſis monaſterium. Sepelitur illuc in pri mario templo, ſine monachorum lachrymis, ut ipſi mihi fasli ſunt, prolixe de co querulantes pluriſima.

Idem. Erat Resp. Constantiensis ſub Epifcopo Christophoro Mezlero. Docto res legum, Canonico Churenſi & Constantienſi, homine tenacißimo, avaritiae deditiſſimo, propterea, quod Schmalchalcidi ſederis & belli ſocia fuiffet, nondum reconſiliata victori Carolo V. Imp. eò, quod ille peteret, quæ Constantiensibus iniquiſimis viderentur, & apud posteros eſſent futura ignominiosa. Volebat enim, ut Constantienses etiam, quemadmodum reliquarum urbium Imperialium Consules, & multi principes feciſſent, ad Cæſaris pedes proſtrati ſupplices fierent, culpatam depreca rentur, & omnia privilegia, a majoribus olim ſuis honeste parta, Cæſari redderent, item clerum universum & ſimul pontifici.

xam deprecantibus, & reconciliatione nūn-
lime quārentibus: Urbe etiam tota nihil
hostile sub talibꝫ quasi induciis metuente:
interim eo ipso tempore, quo Mezletus E-
piscopatum ingreditur, & ea ipsa die, sex-
ta videlicet Auguſti, qua clerus Constanti-
ensis defuncti flaminis sui exequias in Au-
gia divite ad sepulchrum celebrat, iuſſu Im-
peratoris Caroli, & suauis Episcoporum;
Hispanus miles, qui aliquandiu in VVit-
tembergensi ducatu latuerat; & incompa-
rabilit̄ illic grassatus fuerat, noctu
Überlingam ad lacum Actonitum, venit:
ubi navigiis & machinis oppugnandꝫ urbi
necessariis & idoneis instruētus & postero
die ante Solis ortum transportatus, ex im-
proviso urbem Constantieniem invadit;
& acerrime oppugnat ea ipsa hora, qua
plebis aliqua pars, præcertim ad labores &
operes manus vias itura, in sacram ædem,
audiendꝫ prius matutinæ concionis & ro-
gationis usitatæ ergo, convenerat, majori,
præcertim opulentiorum civium, & non ad
excubias delectorum, parte in plumis ad-
huc jacente, & secure in utramque aurem
dormiente. Erant in ponte Rhenano [qui
ex Petridomensi suburbio in urbem dicit]
dispositæ excubias, quibus nondum erat
cantatus recessus, in his cives erant circiter
tāo. Hi in pontem irruentibus Hispanis
magnanimitter fere opposentes, hostis im-
petum fortiter sustinuerunt, & eo usque,
donec post acerrimum conflictum, excubito-
res in ipso ponte pro patria conciderunt,
& occubuerunt omnes, quorum aliqui, ap-
prehensis utraque manu Hispanis, una cum
ipsis ex ponte in Rhenum præcipites se
dederunt, dulcissimæ patris, ſepe repetito
eius nomine, extremum vale dicentes.

Dum hæc in ponte geruntur, interim, qui
in ubi partim adhuc dormiebant, patim
vero ad audiendam concionem conflue-
rant, excitati, & præsentium rerum certio-
res facti, ad pontis & sociorum, in ponte
vīm hostilem sustinentium, & pro patriæ
libertate, sinceraque Evangelii religione
acerrime dimicantium, defensionem, & ipsi
armati prosiliunt, quibus omnia desperata
eſſe animadvertentibus, hoc consilium fu-
it, claudere oxyus portas, & afferre machi-
nas, quibus hostis ponte quam citissime
pelleretur, simulque vicinis Helvetiis [qui
plurima quidem promiserant, ſed in tam in-
ſperata ac ſubita rerum pro operatione pa-
rum facere poterant] motus majoris, & ad
eiusmodi tumultus præparatæ campanæ ſig-
num dare.

P. 175. Produc̄ta ergo una machina, & portæ
admodum, per ipsam portam in medium
pontem immensa vi & maximo fragore ex-
onerata est, dum conflitus in ipso ponte
etiam acerrimus, tantuſque omnino ut quis

telicopiatice, percuti, vix ut illa. filius eiusdem, qui paucis diebus prius Con-
stantiæ fuerat, & sub induciis totam urbem
& omnem eius ſitum exploraret, ſimili iſtu
graviter vulneratus, prælio excedere coa-
etus est, qui in Ridophina cella poſtea ex
codem vulnere obiit.

Hac lugubri rerum facie Hispaniæ exter-
riti, & à fortiter morientibus Constantiæ en-
fib⁹ civibus plenarium jam etiam di minu-
ti, cum & Helvetios metuerent, quos (ca-
pitales Hispaniæ gentis hostes) pulsu no-
larum acciri animadverterent: aliqua pon-
tis parte prius incensa & eversa, fugam ar-
ripientes, in Petridomense suburbium re-
trocesserunt. Id cum cædibus & incendio
deformassent, & vastassent adeo crudeliter,
ut nec mulierculis quibusdam cum infantib⁹
cymbæ impositis, & per Rhenum, ver-
sus civitatem fugientibus, parcerent, quas
immanissimi nebulones ſlopetis etiam è
suburbio petebant & traſciebant: tandem
pulchre confeſo latrociniò per Überlin-
gam, fidelem (ſi diis placet) Constantiæ ſu-
vicinam, in ducatum Wittenbergensem,
quingentis tamen ſociis amissis, glorioſi &
jaſabundi revolarunt.

Conciderunt in funesto hoc confli-
ctu plurimi præstantes ac egregii cives Con-
stantienies, qui patriam libertatem, religi-
onemque Evangelii puriorem & ſalutificam
generofo ſanguine tuo fortiter, ut probos,
virtuosos, Christiq; affeclias decebat, ho-
nestissime tutati ſunt, quorum animæ nunc
vivunt meliore loco, utpote martyrio in
terris ob fidem Christi coronatae: nunc ve-
ro in cœlis corona & insignib⁹, vita æternæ
oratae.

Sed inter nos diuturniore vita & meliore
fortuna [ne silentio præteream] præcipue
dignus erat Ioannes Jacobus Menlihofer
rus, Medicinarum D. & in omnibus Muſi-
cæ partibus exercitatisimus juventis, cor-
poris item ſtatura vere heroica conſpicu-
us, patricio ſanguine natus. Quicun in-
ter dimicandum in Rhenum quoque pro-
lapſus eſſet, & Dei præſidio ſervatus pene
enata eſſet, & in Reno tamen (qua parte va-
dosus is erat) collotenus adhuc ſtans, Hi-
spanos in ripa videret, eos comiter latina
oratione allocutus, & prædz jam in hianti-
bus ſapplex faqus eſt.

Videns autem unus ex his, aurea eum ca-
tena ornatum, data fide & addito ſacra-
mento, Menlihofeum ex Reno advocat,
eumq; in columnen fore pollicetur. Huic
latroni credens clarissimus j.venis, pro-
greditur ſupplex, inermis, & ex natione
jam non parum defatigatus, & aquis onu-
ſus, ſeo illico ab immitti, ac perfido Hi-
spano ſuada tranſerberatus, erit indignis

non mirum. Nam statim ab exordio mundi, post lapsum protoplastarum, Cain latro & Ecclesiæ Malignantis princeps, in pium Abelem, ob veros Dei cultus, ipsique placentes, ejusdem generis exercuit perfidiam & latrocinia.

Idem in m. sc. de monasteriis Germaniæ in loco de cœnobio Badensi Austriae. Scribitur à Ioh. de Turre Cremata & aliis, Papam posse alicui dare plenariam indulgentiam omnium peccatorum: h. e. omnium peccatorum, & scelerum remissionem pecunia posse parari apud Papam. Et vide quæso lector, quot hæc fabula tragedias pepererit, & innocentissimas animas in profundum inferni immerserit.

Dum enim Magnates autemant, flagitia & scelera nummis aboleri & expiari posse: certe eo plura perpetrare non dubitant. Ut inter alia abominabilis hæc recitatur historia.

Badense cœnobium Augustinianum, in oppido Thermarum Austriae [quæ medio inter Viennam, & novam civitatem itinere sunt] situm, & ipsis majoribus Baliniis pene contiguum, et si mendicantium Monachorum tantum caveat, hodieq; vacuare: tamen huic descriptiani inserere volui, vel propter solum Fridericum Kreimsbeggum illustrem, & plurimæ experientiæ virtutum, qui hujus cœnobii facello quodam, sub insigni Mausoleo quiescit, cui talis est superaddita inscriptio: Anno 1360: obiit strenuus, ac nobilis miles, dominus Fridericus Kreimsbegg, dictus der Landfahrer, hic sepultus:

Iste Creimsbeggius (quem, corrupta & immutata voce, alioqui Krebsbeggum à cancer, quem in insigni gestat, vocant) vicinas arces Rauhenneggū & Rauhensteinum (inter quas per sylvestrem vallem Schwverhadius fluvius versus Badenses thermas defluit) condidisse dicitur, cum ex Babylone aliisq; procul disitis regionibus opulentissimus domum rediisset. De hoc Creimsbeggio talis à thermarum Badensium seu Austriae incolis narratur historia.

Habuisse ipsum bellam uxorem, dominam de catenis, vulgo Reitnerin, hujusque amore exarsisse Regem quendam, quem et si non nominant, tamen Austriae ducem fuisse affirmant. Eum venisse aliquando cum uno aut altero Ministeriali in ædes Creimsbegii, nihil violentum aut hostile metuentis: quæ vero comprehensum columnæ alligari Tyrannus, & in eius libero, unquam ejusdem conspectu, fœminam ada-

missa, ut cultellus ibi portigeretur, qui talia in mensa jacebat: id vero filiam patri negasse. Puerum autem filiolum, absente tandem fratre, accessisse ad mensam, & patri cultellum exhibuisse, quo cum vincula ille fecidisset, se seq; liberasset, justa ira Tyrannum adulterum cum adultera uxore, ob indignissimum facinus, moxq; filiam etiam ob negatum cultellum, eodem per filium exhibito cultello sibi trucidavit. Hujus familiæ illustre est Mausoleum in hujus Monasterii templo ante aram maximum.

Idem Tuiciense Benedicti & in orum Monachorum ampliss. opulentissimumq; cœnobium, è regione Coloniae Agrippe inde extra descendensis in Belgicum Rhenum fundatum est circiter annum 1012, ab Henrico Archiepiscopi Coloniensis Germano quodam fratre, comite Rotenburgio ad Tubarum: cujus tamen nomen nihil constat. Is in magna attionæ difficultate crudele Hattonis Moguntini Archiepiscopi exemplum imitatus, ingentem mendicantium pauperum (ut inutilem) multitudinem in horreum ruri situm convocata, incendio cum delevisset sceleris tanti penitentia tandem ductus Romam pontifici supplicatum venit, à quo (haud dubie interveniente pecunia) absolutus, iubebatur cœnobium construere pro talis peccati satisfactione,

Ejusdem Bruschii jocus de Julio 2:

Julius adversus Rome egressarui in hostem;
Magne sub imperio Maximiliane suo;
Clavibus in Tiberium projectis, ocyu ensis
Fulmineum arripiens, talia latu' ait:
Quandoquidem Petri nos nil juvav' astuta
clavie,

Arma, arma & gladios experiamur eis;
Quos Paulus nostra Tarsensis in urbe reliquit:

Forsitan hi melius limina nostra tegent.
Si nunc Pontifices etiam magis arma requiri
runt,

Quam claves, doceant ut Galilat. tuus.
At quanto melius facerent, & rectius ipsi
Consulerent sibi, consulerent que suu';
Si veram fassæ pietatem, & tam manifestam,
Hec spargi sinerent dogmata vera Dei,
Quæ Paulus quondam & Petrus docnere, de-
centque

Germani hoc nostro tempore mille viri?

Idem apud S. Lambertum, inquit, tale

xam deprecantibus, & reconciliatione nūn-
lime quārentibus: Urbe etiam tota nihil
hostile sub talibꝫ quasi induciis metuente:
interim eo ipso tempore, quo Mezletus E-
piscopatum ingreditur, & ea ipsa die, sex-
ta videlicet Auguſti, qua clerus Constanti-
ensis defuncti flaminis sui exequias in Au-
gia divite ad sepulchrum celebrat, iuſſu Im-
peratoris Caroli, & suauis Episcoporum;
Hispanus miles, qui aliquandiu in VVit-
tembergensi ducatu latuerat; & incompa-
rabilit̄ illic grassatus fuerat, noctu
Überlingam ad lacum Actonitum, venit:
ubi navigiis & machinis oppugnandꝫ urbi
necessariis & idoneis instruētus & postero
die ante Solis ortum transportatus, ex im-
proviso urbem Constantieniem invadit;
& acerrime oppugnat ea ipsa hora, qua
plebis aliqua pars, præcertim ad labores &
operes manus vias itura, in sacram ædem,
audiendꝫ prius matutinæ concionis & ro-
gationis usitatæ ergo, convenerat, majori,
præcertim opulentiorum civium, & non ad
excubias delectorum, parte in plumis ad-
huc jacente, & secure in utramque aurem
dormiente. Erant in ponte Rhenano [qui
ex Petridomensi suburbio in urbem dicit]
dispositæ excubias, quibus nondum erat
cantatus recessus, in his cives erant circiter
tāo. Hi in pontem irruentibus Hispanis
magnanimitter fere opponentes, hostis im-
petum fortiter sustinuerunt, & eo usque,
donec post acerrimum conflictum, excubito-
res in ipso ponte pro patria conciderunt,
& occubuerunt omnes, quorum aliqui, ap-
prehensis utraque manu Hispanis, una cum
ipsis ex ponte in Rhenum præcipites se
dederunt, dulcissimæ patris, ſepe repetito
eius nomine, extremum vale dicentes.

Dum hæc in ponte geruntur, interim, qui
in ubi partim adhuc dormiebant, patim
vero ad audiendam concionem conflue-
rant, excitati, & præsentium rerum certio-
res facti, ad pontis & sociorum, in ponte
vīm hostilem sustinentium, & pro patriæ
libertate, sinceraque Evangelii religione
acerrime dimicantium, defensionem, & ipsi
armati prosiliunt, quibus omnia desperata
eſſe animadvertentibus, hoc consilium fu-
it, claudere oxyus portas, & afferre machi-
nas, quibus hostis ponte quam citissime
pelleretur, simulque vicinis Helvetiis [qui
plurima quidem promiserant, ſed in tam in-
ſperata ac ſubita rerum pro operatione pa-
rum facere poterant] motus majoris, & ad
eiusmodi tumultus præparatæ campanæ ſig-
num dare.

P. 175. Produc̄ta ergo una machina, & portæ
admodum, per ipsam portam in medium
pontem immensa vi & maximo fragore ex-
onerata est, dum conflitus in ipso ponte
etiam acerrimus, tantuſque omnino ut quis

telicopiatice, per eam, vix datur. filius eiusdem, qui paucis diebus prius Con-
stantiæ fuerat, & sub induciis totam urbem
& omnem eius ſitum exploraret, ſimili ita
graviter vulneratus, prælio excedere coa-
etus est, qui in Ridophina cella poſtea ex
codem vulnere obiit.

Hac lugubri rerum facie Hispaniæ exter-
riti, & à fortiter morientibus Constantieni-
bus civibus plenarium jam etiam di minu-
ti, cum & Helvetios metuerent, quos (ca-
pitales Hispaniæ gentis hostes) pulsu no-
larum acciri animadverterent: aliqua pon-
tis parte prius incensa & eversa, fugam ar-
ripientes, in Petridomense suburbium re-
trocesserunt. Id cum cædibus & incendio
deformassent, & vastassent adeo crudeliter,
ut nec mulierculis quibusdam cum infantibꝫ
cymbæ impositis, & per Rhenum, ver-
sus civitatem fugientibus, parcerent, quas
immanissimi nebulones ſlopetis etiam è
suburbio petebant & traſciebant: tandem
pulchre confeſio latrociniò per Überlin-
gam, fidelem (ſi diis placet) Constantiæ ſiū
vicinam, in ducatum Wittenbergensem,
quingentis tamen ſociis amissis, glorioſi &
jaſabundi revolarunt.

Conciderunt in funesto hoc confli-
tu pluriſimi præstantes ac egregii cives Con-
stantienies, qui patriam libertatem, religi-
onemque Evangelii puriorem & ſalutificam
generofo ſanguine tuo fortiter, ut probos,
virtuosos, Christiq; affeclas decebat, ho-
nestissime tutati ſunt, quorum animæ nunc
vivunt meliore loco, utpote martyrio in
terris ob fidem Christi coronatae: nunc ve-
ro in cœlis corona & insignibꝫ, vita æternæ
oratae.

Sed inter nos diuturniore vita & meliore
fortuna [ne silentio præteream] præcipue
dignus erat Ioannes Jacobus Menlihofer
rus, Medicinarum D. & in omnibus Muſi-
cæ partibus exercitatisimus juventis, cor-
poris item ſtatura vere heroica conſpicu-
us, patricio ſanguine natus. Quicun in-
ter dimicandum in Rhenum quoque pro-
lapſus eſſet, & Dei præſidio ſervatus pene
enata eſſet, & in Reno tamen (qua parte va-
dosus is erat) collotenus adhuc ſtans, Hi-
spanos in ripa videret, eos comiter latina
oratione allocutus, & prædz jam in hianti-
bus ſapplex faqus eſt.

Videns autem unus ex his, aurea eum ca-
tena ornatum, data fide & addito ſacra-
mento, Menlihofeum ex Reno advocat,
eumq; incolumen fore pollicetur. Huic
latroni credens clarissimus j.venis, pro-
greditur ſupplex, inermis, & ex natione
jam non parum defatigatus, & aquis onu-
ſus, ſed illico ab immitti, ac perfido Hi-
spano ſuada tranſerberatus, erit indignis

Idem. Anno Dominicæ incarnationis 1128 Ioannes patria Herbipolensis, ab ipso S. Nortberto fundatore constitutus est primus novæ (nempe cellæ Dei superioris) monasticæ congregationis præpositus & pater, cuius sub gubernatione cœpit anno 1130. in eodem cœnobio, Embriconis Episcopi consensu, Monialium etiam congregatio. Habuit enim hoc ordo iste Nortbertinus initio peculiare, ut ubi esset monachorum collegium, ibi puellarum etiam non tantum non procul abesset, sed continua etiam esset habitatio: ne decesset monachis costa, quam adem tam primo humani generis parenti, & postea cum multo lucro redditam eidem sciebant. Locus vero monialibus deputatus paradyfi nomine appellatus, S. Michaëlis patrocinio suberat: is postea in eum locum, ubi hodie est cella Dei inferior, paululum infra superiorem, in eadem sinistra descendenter Mœni ripa, translatus est.

Idem in manuscripto. Nota, calices duos argenteos vetustissimos, deauratos & unionibus distinctos, supereffle in Kanshoffen [Canonicorum Regularium S. Augustini coenobio ad Oenum, ubi olim Reges Bojarii sedem habuerunt] quorum maior duarum mensurarum, minor unius mensuræ capax est: quo olim in primitiva Ecclesia soliti fuerunt in sacra synaxi uti Christiani. Horum calicum uni inscripti sunt hi vericuli: patenz nempe circumferentaniz:

*Sancte Deus fortis, portis nos subirabe mortis,
Nostros dignatus hoc munere dele reatu.*

Hic adsunt arundines argenteæ & deaurata, ex quibus biberunt, qui sacra synaxi usi sunt.

Idem. Anno 941. S. Ulricus Episcopus Augustanus, factus est VII. Abbas Uttenburani coenobii: & confirmationem privilegiorum eius obtinuit, cum novis immunitatibus, ab Inv. Othono. Cum autem non integrum annum præfusit, resignavit gubernationem. Auctor ipse fertur, ut mures nec sint nec possint in eo monasterio.

Idem de Abbatibus Melicensi. Anno 1136 Episcopus Patavienis Regimatus, Ecclesiaz Dei molestus, & avarus, libertatem monasterii Melicensis molitus est refringere, & decimationes Ecclesiæ ejusdem loci auferre: pro qua re Erchenfridus Abbas dominum Apostolicum, vita & nomine Innocentium adiit, & coenobii privilegium tertio innovari fecit, & Episcopi factiones apostolica authoritate annihilavit.

P. 578.

delis. Nam viros 12. de Veteri Lapide, post factam transactionem per amissam, convivio exceptit in arce Altenstein, prædictoque peracto, contra datam fidem, ordine obtruncati in conclavi quodam præcepit: inter quos postremus Heidegerius eques auratus, facto impetu, in sanguinarium Antistitem insultat, vulnus ipse infligit, nasumq; abscondit. Præfuit annis 16. obiit anno 1266.

Idem de urbe Moguntina. Liberius anno 354. Romanæ Ecclesiaz præfus, Pontifexque Maximus, tandem à Catholica sua doctrina, turpissimam ad Arrianos defectionem fecit.

Idem de Episcopis Moguntinis. Hato cognomento Bonosus, Abbas Fulidenis, Hadumarii è sorore nepos, eligitur in Archiepiscopum Moguntinum ab ipso Othono Imperatore: sed præfuit undecim saltem mensibus, devoratur à muribus in meo Rheno, justo Dei judicio, propter concavatos (spe & pollicitatione accipiendi frumenti in maxima annua difficultate) & tandem misere exceptos, & incendio detestos pauperes. quos pereentes, & horribiliter clamantes ipse, insultans adhuc calamitosis, mures, & nulli alteri rei, quam panibus tantum devorandis idoneos appellabat.

Turris prope Zingam, quatuor infra Moguntiam, milliaribus, salva adhuc & integra est, in qua devoratus est: & ea hodie adhuc ab omnibus accolit murum turris dicisoleat. Ajunt nomen etiam ipsius Episcopi chartis in scriptum, à muribus undique corrosum esse. Factum id est anno Domini 969. Sepelitur in templo Sancti Albani, prope alios Archiepiscopos cum tali Epitaphio:

Parcus, & infelix que te dementia ludit?

*Pauperibus Christi commoda nulla feret?
Cum judex solum hoc querulabitur ipse fama:*

Nescis quod post hac ultro dira premas?

Idem. An. 772. Episc. Moguntinus XV Gerholdus nomine, in gratiam Regum Galliz Pipini & Carolomanni, propria sponte, contra Saxones Turingiam armata manu occupantes, cum copiis suis profectus est, immemor officii sui, & ovilis sibi commissi: sed dignam inde tulit poemam. Nam in prælio à procere quodam Saxonem misere ense perfossus est. Hinc versus hi loco Epitaphii:

*Ense Geroldus obit præsal. qui dimicat ensi.
Per placet ergo chorum, non adisse forum.*

Germanice sic sonant:

Drum ihm viel nüger gewesen wer /
Er wer gen Chor gängen / van ins Heer.

Idem de Episcopatu Curiensi. Nor-
denbertus, aliis Volipertus, comes à Sum-
munorio, Bavaria, homo mite ambitio-
sus & gloriæ cupidus, & auri avatus, venit
anno Domini 1079. ad possessionem & iigu-
bernaculum Episcopatus Curiensis, non
per legitimæ vocationis aut electionis o-
stium, sed per simoniaç pravitatis cunicu-
los, largitionibus videlicet ac munéribus
quibus emebat verius expilatum Episcopata-
tum à suis Guelphis Bavariam tenentibus,
quam precibus obtinebat. Deturbatur cum
Burchardo Basiliensi, & Othono Constan-
tieni eo, quod Henrico 4. contra ponti-
ficam excommunicationem adhæseret.

Idem in manusc. de Episcopis Spirensi.
Verimbaldus Monachus quidem eximie
doctus ac religiosus, ex Hirsaugensi coe-
nobio ad gubernandum Episcopatum Ne-
metum summis precibus invitatur: qui vo-
canticlero patere in hac parte minime vo-
lens, sic respondisse legitur: se, si mundo
servire voluissier, in hanc Monasticæ vita
solitudinem venire nequaquam voluisse: e-
ligant ergo Episcopum quem vellent, se id
onus gubernationis suscipere nec velle nec
posse.

Hanc vocem si nostri seculi Monachi &
Episcopi considerarent, minus esset in im-
periis mundi turbarum, & non toti Mona-
chorum ac sacrificiorum examinibus per-
strebrent aula Regum & Imperatorum,
nec tantis odiis expositus esset universus
ambitiosissimus, & præter aulicam maje-
statem nihil hac ætate sapiens, nihilque co-
gitans, ad cætera omnia inceptissimus
clerus.

Eleitus igitur est Baldericus, qui tribus
Othonibus fuit ab intimis consiliis, ut vir
rerum gerendarum usu maximus. Sub eo
Canonici Spiræses, nt & Moguntini ac VVor-
maciensis, cucullata vita abjecta, secula-
res fieri coepit, seorsim habitare, pro-
pria bona habere, proventus annos inter
se distribuere.

P. 579. Idem. Erat Augustenses Episcopatus Ec-
clesia non adeo temporalibus pollens re-
bus, ut nostro conspicitur ævo: nec Præla-
torum tanta, ut nunc observatur, gloria,
& pompa. Sed erant pastores & rectores
cum suis clericis in communi viventes, jus
xta Apostolorum præceptum: nec quicquam
suum vel proprium estimabat, seu posside-
bat: sed omnia, ut in primisiva Ecclesia

itulos, per ianaram paupertarem, le pro-
prietatis labore custodiebant. Nec peltiferi
tunc animarum morbum, Simoniam
credendum est, Sacerdotum Dæi corda te-
nuisse, sed habentes viatum & vestitum,
contentos fuisse.

Idem in m.s. annalibus de Episcop. Lau-
reac. Vinilo, aliis, varietorta & depravata
voce jam Uvilo, jam Vivilo, sed in Conciliorum
libris Phiphilo, Laureacensi & Pataviensi Ecclesiæ Episcopus contigit anno
722. præfuit pie ac fideliter annis 23. Hono-
ratur pallio magisterii Christiani, orna-
mento summo, anno Domini 730. à Gre-
gorio 3. eius nominis Pontifice Maximo, à
quo Roma in Archiepiscopum etiam con-
secratur. Legimus, eidem pallium iterum
ademptum esse postea à Pontifice Zacharia,
quod Honorantias (ut ar eniū inepta vo-
ce, quam in Chronicis reperi) pro pallio
Romam mittere nollet: adeo Roma auri si-
tiens, ac prodiga semper fuit. Et recte il-
Iud distichon grammaticale de Roma lu-
ditur:

Anrum Roma sitit, dantes nimis, absq; dative
Accusativis Roma favere negat.

Idem. Martalensi cenobio, ordinis Prä-
monstratensis, ad dextram Danubii ē Suc-
via descendens, inter Rietlingum & Ebina-
gum, præclara Austriae domus oppida,
cōjunctum erat Monasterium Sororum
sub priorissavientium, sed vici pii, Monas-
chi eius seculi, volentes saluti animarum
suarum consulere, ejecerunt, bono & pio
cum fratribus confilio, moniales omnes, fa-
ctis super hac re literis sequentibus.

Anno Verbi incarnati M. CC. LXXIII.
Dominica, qua cantatur Indica me Deus;
Nos Conradus Präpositus de Martello, cum
universo conventu Canonicorum nostro-
rum, attendentes, quod mulierum nequitia
superet omnes nequitias que sunt in mun-
do, & quod non est ira super iram mulieris,
quodque venena aspidum & Draconum fa-
nabilita fuit homini & mitiora, quam fa-
miliaritas mulierum: decrevimus pari con-
fensu & communi consilio, saluti tam ani-
marum, quam corporum, & etiam rerum in
posterum providere volentes, ut aliquas de
cætero sorores (ad augmentum nostræ
perditionis) nullatenus recipimus, sed
eas quasi venena animalia recipere devi-
temus.

Et autem hæc firmitatis robur obtine-
ant inconvulsum: Ego Conradus, prædi-
& Ecclesiæ prælatus, tradidi fidem meam
fanioribus & senioribus, nomine juramen-
ti, ut infra spaciū quinquaginta annorū
nullâ fororum, recipiam, vel recipi patiar.

ta amorum, &c. &c. p. postea, terminum elapsum, quid successoribus nostris complacet, arbitrio eorum reliquimus. Consulimus autem, ut & ipsi prædecessorum vestigia, ob commodum & salutem suam, in his imitentur. Utinam fiet.

Idem. Albertus Saxoniz Dux ex filia Rudolphi Habsburgii, domina Agneta Austriz ducissa, filius, ex homine mero Laico Pataviensis Ecclesiaz Episcopus lectus est anno Christi 1322. Ioanne 22. Pont. Max. etiam annuente. Non enim jam amplius spectabatur, quales aut quam idonei Episcopatus præficerentur, modo nobiles & viri principes, ac secularium rerum gerendarum gnari essent: de literis siquidem, de pietate, de vita ac morum innocentia alius erat silentium. Personati idcirco, & titulares siebant Episcopi, & qui ipso Episcopatus interdum in electionis dignam remunerationem præclare etiam dilapidabant, & extreme non nunquam attenuabant.

Sedit ad gubernaculum viginti annis, non ut Episcopus, sed veluti secularis princeps, cum multa ministerialium atque nobilium frequentia, prolixius quam decebat, aut Episcopatus ferre poterat, faciens sumptus: Bos (ut proverbio dici solet) in accervo seu stabulo: utres etiam ac thylicos alens quam plurimos, & cum Herculaniis leculis, hoc est, sui similibus delicatis ac mollibus omnem zatem transfigens. Conflavit magnuni & alienum: unde moriens Pataviensem Ecclesiam valde reliquit obsequatam.

Idem. Sub Regimanno Episcopo Patavensi, fuit Patavii magister quidam Arnaldus, qui videns, opibus luxuriare, & luxu diffuere Clerum, graviter adveritus Episcythisantem clerum concionatus est: sed bonus vir, emendationem Ecclesiaz promovere percupiens, luxuriantis & impoenitentis cleri insidiis captus, & è medio sublatus est. Adeo veritas, filia illa temporis, matri sue contra aliarum matrum naturalem morem & consuetudinem inaccepta est. Omnis enim tempore invisa, omni tempore intolerabilis est. Et recte Comicus ille inquit: Obsequium amicos, veritas odium parit.

Idem. Godefridus Baro de VVieileneck, natione Syrius, factus successor Episcopi Pataviensis Alberti, anno Christi 1342. vir ad res bellicas gerendas, quam Ecclesiasticas administrandas longe aptior, semper, tunc se bene Episcopi munere functum esse arbitratus est, si ædificia faxea præclare instauraret. An vero tali ratione Episcopale officium perficiatur, & sic è causa personae, & non a militari indigen-

natus est, quod multorum cœnobiorum conditor & reparator fuit, quod multa sacrificulis dedit, & adversus legitimum Imperatorem Henricum IV. Pontificibus Romanis firmissime inhaeserit, & sedicitosos Episcopos & Sacerdotum conjugii abrogatores soverit, & lauto hospicio excepterit: alia sanctitas in eo nulla fuit. Præterea Henrico 4. Imperatori datam fidem fregit tantum ut Agneta potiretur: de quo lego plura in Cuspiniano:

Et si fucatis & commentitiis laudibus dilectaris: quæc eas in impio libro, quem Defensorium canonisationis S. Leopoldi vocant, quibus Lazii etiam [si labet] adulatorios Gnathonismos adde. De sanctimoniarum vero Leopoldi cumulo, istud etiam non populare est: quod Monachianotarunt, uno eum die duo Monasteria, hanc nimirum claustralem Neuburgam, & S. Crucem fundasse, quodque precipue meritorium apud Deum esse jaquant, ieiuno etiam stomacho: unde merito dicere posset novus ille Deus tutelaris: S. Maria, quanta patitur, propter regnum coelorum.

Idem. Monasterium Neuburgum initio pro secularibus Canonicis fundatum est, qui cum nimium seculariter viverent, & nihil minus essent, quam Canonicis: ejusque ipsis, eo illorum cœctus assumptus est, qui duplice Thrasonismo sese venditantes, Canonicos se vocant Regnares, qua profanatione eruditionem etiam toti orbi terrarum præclare manifestarunt: dum ignorabant, Canonicum idem esse quod Regulare.

Vocant autem se Canonicos Regulares S. Augustini, de quibus S. Dei vir Augustinus nihil unquam scivit: nec eos fratres agnosceret aut discipulos, si hodie in vitam rediret: ita abominatur procul dubio in ipso Abraham sinu hominum genus omnium levissimum, ignavissimumque, quod nec de Augustini doctrina, eruditione, & vita professioneq; quicquam novit, aut reliquum habet.

Epistola Imperatoris ad Episcopum Trevirensem, quale legitur ibidem.

Cum Imperatoria dignitas imperialibus armis pacem Ecclesiarum ubique teetri debat: imperiale manum adversum se commovet, qui pacem Ecclesiarum disturbatur. Iudicium quippe portabit, quicunque est ille. Disturbat autem pacem Ecclesiarum, qui reus est majestatis. Reus est Majestatis, qui imperatoris derogat dignitati. Cum enim pax Ecclesiarum ex Imperatoria dignitate vijet: paci-

Itaq; cum paria sunt, pax ieiunet. Ecclesi-
fiarum, & Imperatoria dignitas, [quia unū
absque altero non consistit : utpote nec
Imperatoria dignitas sine pace Ecclesi-
fiarum, neque pax Ecclesiastum sine Impera-
toria dignitate: quia unum offendit & aliud:
quia qui dixit, Deum Timete: idem statim
subiuxit: Regem honorificate: ut per hoc
claresceret, quod Dei timor Regis esset ho-
nor, & e converso, Regis honor Dei esset
timor] qui regem inhonorat, Deum non
timet. Inhonorat autem, qui dicit, cum ab
homine accepisse illud. Cum enim [juxta
Apostolum] Omnis potestas a Deo sit
mendacii reus est, qui dogmatifat, ab ho-
mione esse, quod a DEO constat esse.

Pax itaq; nostra, & regnum a Deo est,
qui etiam ante mundi constitutionem ele-
git nos, ut per nos administraretur pax E-
cclesiastum. Sed quia vos plurima pars estis
de numero latitantium in pace Ecclesiastum,
utpote columna & basis Ecclesiastum, quā
S. Petrus aliquando suo ditavit baculo :
sicut ipse post Deum : ita vos post Petrum
gubernare res Ecclesiast. Hoc mare magnū
& spaciosum manib[us], ubi reptilia, quorum
non est numerus, animalia pusilla cum ma-
gnis, in baculo Petri remigatis, in tranquil-
lum charitatis portum anchoram fidei ve-
stir[is], innixiq[ue]; baculo Petri, non fitis
arundo vento agitata, nec ut quidam ajunt,
vos esse Baculum Arundineum, cui si inni-
xi fuerimus, perforabitis manum nostram.

Conquerimur dilectioni vestre, quod
nuper incuria Bisantii, dum de stabilitate
regni & pace Ecclesiastum, debita solicitu-
dine tractaremus: Apostolicus scripto no-
bis mandavit, quod prae oculis mentis ha-
beremus: quomodo ipse nos in thronum
regni coronaverit: & neq[ue] inde poenitue-
rit eum, si majora etiam beneficia nostra
Excellentia ab eo suscepisset. Ecce audi-
stis blasphemiam, recolite librarios & per-
cunctamini antiquarios vestros, & videte,
si auditum sit hujuscemodi verbum in die-
bus eorum, in diebus antiquis. Sed nec pa-
tres nostri aunciauerunt nobis, quod un-
quam Regnum alicui Augustorum ab ali-
quo Apostolicorum beneficiatum sit, sicut
iste valens mentis vir scripsit, se nos inbe-
neficasse, pro eo solo, quod solū unio-
nem per reverentiam beati Petri ab eo ac-
cepimus.

Ecce schisma, quod, nisi Deus avertat,
inficiet totum corpus Ecclesie juxta illud,
necessit[er] est, ut veniunt, scandala, sed quid
sequitur? Vt autem illi, per quem veniunt
scandala! Per nos igitur non veniunt, sed
per illum, qui se dicit vicarium Petri. &
non est. Quia si in viridi ligno hoc facit,

neq[ue] inde poenituerit eum! si majora bene-
ficia ab eo suscepissemus. Videamus igitur,
si haec vera sint.

Certè nobis coronam per electionem p. 521.
principum imposuimus: nisi solam uncti-
onem ab eo accepimus, & ubi est beneficiū,
quod ab eo consecuti sumus? Quæ est er-
gò illa penitentia? & ubi sunt majora be-
neficia? An potest esse majus beneficium,
quam Romanum Imperium? Nos ipsi no-
bis coronam imposuimus, & quomodo
tum coronavit, dum coronam regni nobis
ipsi imposuimus? Regnum non ab eo, sed
a Deo suscepimus. Videte ergò, qualiter
mentitus sit. Sed quis ipse sibi beneficia
usurpavit, sine consensu nostro: & Viter-
biū, cameram Regni, sibi fecit sedem:
præponens caudam capitī, & ancillā præ-
ferens dominū.

Et quia te teste, nusquam pejus agitur
divinum servitium, quam Romæ, ubi do-
mus Petri facta est spelunca latronum, &
habitatio dæmonum: & ubi ille alter Si-
mon heresiarcha (quærens sua, non quæ Je-
sus Christi) cuncta spiritualia habet venalia:
Nos judicabimus eum in virginē Regni no-
stri, & requiremus ab eo, quæ nostra ditio-
nis sunt, urbes & castella, munitiones & opa-
pida, quæ in totâ tenet A palejā, & videbi-
mus, quis liberet de manu nostra.

Excommunicationem ejus non timebi-
mus, quæ ter tantum apud suos vilipendi-
tur, despiciuntur, negligunturq[ue]. Numquid pot-
est nos excommunicare paries dealbatus?
tumens in superculo pharisæorum, morti-
ficans animas, quæ non moriuntur, & vivi-
ficans quæ non vivitant. Nonne magis (se-
cundum B. Gregorium) ligandi solvendi-
que potestate se privat, qui hanc pro suis
voluntatibus, non pro subjectorum meri-
tis exercet? Quid ejus cis Alpes timemus
excommunicationem? dum trans Alpes
ipsi vulgares parvi pendunt suam excom-
municationem. Romæ in fede sua vilpen-
ditur cum suâ excommunicatione: & no-
bis tam gravis est sua indignatio?

Ecce qualis subsannatio? certè vos ipsi
vidistis & audistis, quam derisui nos habu-
erint, vocantes nos fratnos Allemanno[s],
quod ad præceptum ejus staremus subiecti
quorum dextras totus orbis ferre non pos-
set. Igitur, quia vos primas estis cis Alpes,
& cor Regni, & Metropolis illa vestra, Tre-
veris inquam] inclita, quæ inconsutili præ-
pollet tunica Domini: vestro confilio &
auxilio, summam & mysteriale inconsu-
tilem tunicam Domini, id est, Emath, de
manu illius Amorrhæi videlicet Apo-
stolici (a quo hucusque scissa & divisa
sorte, & in jus Ægyptiorum ite-

Nos in brachio Regni & arcu extenso
eam eruemus: & vobis (qui ideo secundz
Romz præstis, ut si ille deviaverit, vos cō-
versus confirmetis fratres vestros: quod &
vobis in baculo suo Petrus tradidit, sicut
ipse à Domino accepit, ut solus sitis inter
omnes post Petrum, sicut ipse post Chri-
stum) Emath Dei regendam in vice Petri,
imperiali autoritate committimus: ut
omnes de regno nostro cis Alpes, non Vi-
terbii ad novam Romam, sed Treverim ad
secundam Romam veniant, qui in causa
sua secundum judicium & justiciam, non
nummo cooperante sicut Romz, ubi num-
mus regnat & imperat, quæstiones suas ex-
quantur, dum Deus tantum sit in causa: &
ideo Deus merces operis.

Nonne & hoc Petrus factis ostendit, dū
vobis baculum suum præciosius futurorum
tradit? quod adhuc tota dignitas Aposto-
lici ad vos tantum, Metropolitanum quasi
hæreditario jure derivaretur. Nonne ideo
adhuc Apostolicus sine baculo est, ut vos
sit in baculo ejus? Igitur hæres Petri cō-
tra eum, qui se dicit vicarium Petri, & non
est nobiscum insurgite, & suffraganeos ve-
stros Metensem, Tullensem, & Virdunen-
sem, ut vobis & regno subscribant, efficie-
& vos columna regni, pro regno, quod jam
titubat, viriliter state, & stando, quis &
quid sitis, factis ostendite: ut per vos cate-
ri nobis fideliter assistant, & filiis Belial
unanimiter (prout Dominus dederit) resi-
stant.

Idem. Fuit anno 1290, bellū plus quam
civile inter Romanum Imperatorem Fri-
dericum II. & Gregorium IX. Innocentiu-
mque IV. Pontifices Romanos. Hi duo po-
nentes suspectam habentes sapientiam atq;
opes Imperatoris, non solum cum quibus-
dam Italiz civitatibus aliiq; principibus
adversus Cæsarem conspirant: sed Epis-
copos quoque Germaniz in ordinem at-
que servitutem redigere conabantur. Erat
inter confuratos pontificum Romanorum
Otho quartus, Comes Palatinus Aheni, &
dux Bojorum.

Hic Albertum Bojemum Archidiaco-
num Bachavensem, Romanorum Pontifici
legatum, ad serendas in Germania discor-
dias, & ad concitandum populum adversus
Imperatorem & Episcopos, missum, cum
mandatis Landishutz (est ea civitas Bava-
riz insignis, ad Isarum amnem sita) excessit
honorifice atque detinuit, partesq; se-
cutus est pontificias, acriterq; primum tu-
tatus est. Contra Episcopi quoq; Bojari
pro virili restiterunt conatus Episcopo-
rum Romanorum, nec destituerunt, donec
animum Othonis ducis Bavariz abaliena-
runt a pontificibus max. in suac: parra-

Epicopus Bachavensis, sibi unus Episcopus
Ratisbonensis, Conradus Episcopus Fri-
singensis) Otho dux Albertum superiorem
deseruit, ita persuasus Episcopis illis, eum
demq; edito Bojaria expulit. Albertus
fretus auctoritate Romani Pontificis, po-
tentia factio[n]is, ut illatam sibi injuriam ul-
ciceretur, decimas templorum, ius iu pon-
tificis Maximi, suarum partium nobilibus
distribuit, & multa alia atrocia facitavit,

Pleriq; nobilium hac re inescati, p[re]ci: p[ro] sa
puè Comites de Wasserburg & Schauburg
Obernbergum invadunt, Episcopatum in-
de Bachavensem Bojariamque finitimam
ferro, flamma, præda devastant, cœnobia
exurunt, temp[lo]s effringunt atq; citipi-
unt. Qua tempestate & Rhansophense Mo-
nasterium ab hoste exustum est. Sicut versu
pavimenti & Conradus præpositus testan-
tur. Calumniabantur latrones hi, Henricu[m]
præpositum, ut domesticum sacerdotem e Friderici Imperatoris atque fautorum, sicuti
& Othonem ducem Bojorum, execratum
& excommunicatum esse: ita sub religio-
nis prætextu pessima quæque facinora in
innocentes passim debant.

Otho dux Bojorum ubi hæc audivit,
corruptis armis Obernberg arctissima ob-
sidione sex septimanis, frustra tamen cin-
git. Nam Bertholdus quidam datus Alber-
to jure Pontificis Romani, Episcopis Para-
viensibus, aduersus Rudegerum Pontificem,
cum comite de Sigmaringen fratre suo,
usq; ad Braunau & Weilhardt omnia igne
& præda depopulatur, pecorum gregem
millenarium insontibus agricolis abigit.

Nobiles Bavariæ indignitate rei com-
moti, præcipue Alramus de Utendorph.
Ortholphus de Wald / Henricus de Noy
subiitq; armis corruptis, vexilloq; sacro ex
templo Neukirchen rapto, vestigia hostium
usque ad Marichluppam pagum insequo-
tur, armato milite Bertholdum infugam
vereunt, prædamq; hosti excutientes recu-
perant: fratrem Bertholdi, de Sigmaringen
Comitem, fratres ducs de Morsbach,
Wilhelmum de Prambach, & Plerosque
alios capiunt, vincosque Burghusum ab-
ducunt. Filius quoque Othonis ducis, Lu-
dovicus secundus dux Bojorum, Comitem
de Wasserburg omnibus vicis oppidisque
exuit, & in Vngariam profugum pellit.
Hæc facta esse sub Henrico præposito, in
annualibus cœnobii Ranishovensis reperi-
tur.

Idem. Manegoltus Histriæ Marchio, ex
abbate Cremiphaniensi, in Pataviensem E-
piscopum eligitur, anno salutiferi partus
1296. Sedis ad claram annos novem. Pre-
te

anno Christi 1212. Hoc bello & Bavaria admodum attenuata est, & maximam rerū suarum jaētūram fecerunt Episcopales Ecclesias plurimæ, sed & Monasteria Bavaria omnia, in primis Tegorinum & Aspacense, quæ incendio deleta & solōtenus penè vastata sunt. Quod unicum acceptum feren- dum erat Episcopo officium diligenter peragenti (si Deus placet) & de verâ saluti- ferâ doctrinâ cogitanti.

Accidit sub hoc Episcopo horrendum & crudele, indigatissimumq; in Ungaria facinus, nequaquam hoc loco prætereundū, cum in Germaniam sit designatum.

Anno enim 1213, regina Ungarorum, do- mina Gertrudis, Bertholdi Moraviz Ducis filia, & Eggenbardi Babenbergensis Epi- scopi soror, quæ virilem & verè heroicum animum in fœmineo pectore, cum mihi probitate & eximiâ virtutem morumq; hones- tate, gerebat, ob hoc unum, quod Germa- na esset, Ungaris invisa, matito expeditio- nem contra Pruthenos suscipiente, à Comi- te quodam Petro miserimè trucidatur: qui & ipse subsequenti nocte, in ultionem sceleris, cum aliis pluribus jugulatur.

Hujus nefariæ cædis conscius fuit Epi- scopus Strigonensis, nequam incompara- bilis: dum non prohiberet, quod scelera- tè & impie decretum sciebat. Is sicariis de trucidandâ Reginâ consultantibus, in cæ- tera hæc etiam verba inscripsisse legitur: Reginam occidere nolite, timere bonum est: at si omnes consentiunt, nec ego con- tradico.

Idem in m.s. de Viennensi. Episcopis, Mamertinus & pugnax. & vitoriōsus an- tea militum tribunus, mirabili metamor- phosi primus Fabiensis seu Fabianæ Ecclesie Episcopus designatus esse legitur, à quo vero id incertum est, & nusquam in annali- bus reperitur. Præfuit autem sub Romanis Episcopis Hilario ac Simplicio: quo tem- pore S. Severinus, primarius superioris Pannoniz Apostolus, sub Cecio vixit, an- num videlicet ante & post quadragesi- sum, & sexagesimum.

Idem de monasteriorum præpositis: Henricus ex Damasiano Canonico, in Mo- nasterii Regularium S. Augustini, in supe- riore Bavaria siti, Præpositum lectus, præ- fuit parum utiliter annis decem, exautho- ratus anno Christi 1275. Amisit omnia Mo- nasterii clauδia, per pectorum & aurifa- bros duos subtracta, quorum unus depre- hensus in Schongavensi oppido iudicatur, & interemptus est. Præpositus quendam cœ- nobitam suum, virum nobilem G. Nonem, suspectum habuit, quem etiam in carcerem ab Episcopo rapi curavit.

Cum verò is sufficienter sese purgaret,

eum deprehensa, milite cum primo verba- ravit, mox convocato conventui scortatio- nem præpositi manifestavit, qui idcirco ex- authoratus est. Hodie ejusdem loci mona- chis ferè omnibus, scorta in vicinis pagis alere plurima, libertimum est. O mores, o tempora! o monachos? & quomodo mo- nachos, si vivant cum scortis? o castimoni- am mendacissimam?

P. 585

Idem. Requiescunt in templo cœnobii Cœlicorona duo infantes, puellus videlicet & puella, patre comite Orlemundenſi, ma- tre verò Ducissa Meroniz nati, crudeliter ac miserè trucidati annos ferè ante ducen- tos [cum nondum essent bimi] ab ea ipsa matre sua, Meroniz Ducissa, Bläffenburgi tunc temporis habitante: quæ cum esset vidua procax & lasciva, forma verò elegā- tia ubiq; celebris, non amavit ipsa tantum Albertum quendam illustrem juvenem, ac fortissimum principem, Burggravium No- ribergensem, Friderici Comitis à Zollern, primi Burggravi filium, sed ab eo etiam vehementer & ardantisimè est redamata.

Hunc suum amore in fassus aliquoties Burggravius, publicè dixisse fertur: se nisi prohiberent quatuor oculi libertatem de- ductum viduam illā Bläffenburgensem: quæ verba cum, relatu clancularii alicuius internuncii & quasi pronubi, pervenissent ad aures libidinosæ, ac jam tum vehemen- tissimè prurientis in Albertum fœminæ, mox furore & amore magis incensa, libros suos propria occidit manu, capitibus eorum vel capitum verticibus adhuc teneris, acu contusis & perfractis, ne facile talis perfidia agnoscit, & ipsa liberos morbo aut contagio aliquo sublatos esse, commodius ac verisimilius fabulari posset.

Exitum & catastrophen hujus Tragœ- diæ in Gruttlacensis Cœnobii origine ac monumentis aliquando leges. Hos inno- centes Martyres ipse meis oculis vidi, me- isq; manibus correctavi. Puella tota ita adhuc integra est, ut putas, eam vix ante unum annum emigrasse, adeò nihil proisq; adhuc in ea apparet cineribus simile. Mu- sculiverò vel puelli pectus humoribus & aquis, quæ per parietem sudantis hyberno frigore templi descenderunt in parieti cō- tiguum Sarcophagum) aliquo modo la- sum, in cineres resolvi cœpit. Caput tamē, humeri & crura integra adhuc sunt, nec tantillum immutata.

Adeò mirifice ostendit Divina Majestas, quam innocenter perierint isti infantes, quorum animæ verè cœlestes clamabant in die extremi judicij contra tam inama- nem, adeoque crudelissimam matrem, quæ nec suo pepercit sanguini, mo- dò insano ac omnibus modis detestando

quidem ipsi concessum est.

Idem in manuscripto de monasterio Aldersbach. Joannes Kiener ex Vilsenhovio, vicino & ad Danubium sito oppido natus: eligitur in Abbatem Aldersbacensis Monasterii, unanimi omnium consensu, in die S. Francisci, anno 1091. vir statura magnus, qui antea parochia Schonavieni 20. annis pie & eleganter præfuerat. Infeliciter consecutus est hoc gubernaculum. Cum enim opulentissimum invenisset, & in promis etiam pecuniis dives Monasterium, ita prodigus ac convivis dedit vixit, ut post biennium cogeretur aliunde argentum mutuari.

Cœpit itaq; Cœnobii possessiones partim oppignorare, & hypothecas facere, partim vēdere. Sic lapsum est exiguo, quod partum est tempore longo. Conflictabatur etiam cum morbo Gallico, idcirco raro in Monasterium venit, sed semper verè Patavii erat in sui Cœnobii curia, numerosam alens ociosorum hominum familiam, & crebros invitās hospites ac convivas, quib. cum abligurire solebat omnia, quasi ex professo Ecclesiasticarum facultatum pefundatorem ageret: homo alioqui facetus, & ad concitandos risus peridoneus & egregie doctus.

Gignit tales homines multos Bavariā, Ioculariō, & Vlenspiegelii aut similiū Morionum instar, inepta garrulitate risum movere omnibus egregie callentes, quos ipsi Bavari īnepta voce Hengschyrer vocat.

Idem de clauſtro Bulgern, Bulgarium, vulgo Bulgern, Monialium & secularium sacerdotum in duas partes divisum, fluvio loq; & alio interiecti agri spatio disctum, ordinis S. Spiritus. Xenodochium potius appellandum quam cœnobium, in Austriae provinciā supra Anasum sita, medio penè itinere inter Steurecense oppidum ac castrum, oppidulumq; Mauthusense, paululum à finistrâ descendantis Danubii, in amoenissimā paradyso extructum, à quis bus Regulis vel fundatum initio sit, vel postea auctum, expiscari haētenus non potui. Advocati ac tutores ejus sunt illustres Comites à Liechtenstein, domini in Niclae burgo & aree Steurecensi. Habet hzc Monachorum & sacrificulorum scortantium cavea Magistrat plerunque utriusq; loci & altricem & gubernatricem. In hodeporico nostro Anasiano de hoc & aliis Monacharum, aut Vestalium collegiis ita non lufimus quidē, sed serio cantavimus, rumpanter ut interim ilia Pfaffis.

Mane, sub auroram venientem surgi mus.

Ingerdimusq; iterum (nam pauca ne-

ta rite exaltis scholasticis parva-

tur,

Cum vix Phœbus adbuc Eoum ascenderat orbem.

Hac vita Aularum est, exorto Hyperrione viximus,

Indulgere statim ventri, genioq; , gu-
laque:

Hinc jentacula sunt, mox prandia, &
inde merenda:

Tandem cœnaciam, nocturnus & in-
super haustus:

Vita quasi hac nobis data in hoc tantū
sit, ut inter

Delicias mensa noctesq; diesq; solni
Omnib; à curu, & māducemq; & inſat
Anseris ad potum semper sedeamus, &
urnas:

Quas exhaustire & siccare sit inclita
virtus,

Aus quoq; nobilitas aeterno nomine di-
gnā.

Dimisi tandem, sat posse, & sobris
certe

Turba parūm (quis enim, nisi potius
ebrius, ire

Ex madidis proprias ad res permitti- p. 184
tur anlis?)

Rursus equis ferimur per florea prates,
per agros,

Undique fronde novā novo honoriq;
luxuriantes:

Donec ad exiguum Monacharum ut-
nimue edem

Bulgariam, celebrū dictam de nomine
terra.

Sexus uerq; illic fratres nempe atq; so-
iores,

Pontificum fictā sub religione, seorsim
Degentes, rivo sejuncti agroq; (simul
diis

Et mortali bus illud obest:) dominan-
tur & illic

Fratribus, adversus Pauli pia iussa, so-
iores:

Sic mandavit enim Christo adversa-
rius hostis,

Ille creaturarum ejusmodi alumnus &
author.

Non tamen iste diu nos detinuit lo-
cū, ut qui

Mec monumentorum quicquam, nec
bibliothecam,

Invenies, simulatores pietatis & una,
Quid plebi ostentant Curios, castasque si:
byllas:
Intus agunt thyasos, & Bacchanalia vi-
vunt.

Et nihil omnino est in toto stultius un-
quam

Inventum Mundo, nihil imprudentius
atque:

Quam quod regna etiam stulti mulieri-
bus istis

Sunt commissa, & religio, pietasque fidei-
que:

Quae de religione, fide, probitate, pie que
Vivendi norma, nil norunt, turpibus ac
sunt

Vt desideriis, ita amoribus undiq; plene.
Femina quando semel tutum seduxerit
orbem

Et nostrum genus omne ita morti ins-
merseris arra,

Ex quā non aliā rediniratione, nisi una
Hac, potuit fieret cœlesti ut victima patri
Ipse Designatus, cœlestis imago parentis,
Verus homo, verusq; Deus: vita unicano-
frā.

Et quid ineptius est, quam quod Reges &
ducesq;

Fecerunt alias harum membra atque
columnas

Imperiis. Omiserunt Imperium, cui præsi-
der, & quod

Adiuuat effrenis Meretrix & adulteris
turpis:

Qua nupsisse Deo, & castè se vivere ja-
et;

Prostitutione simul tot se Monachisq; vi-
risque

Sacrificis, servū sed & upilionibus ipfis!
Hunc lupis fieri tales volnere caver-
nas

Imperiis proceres? qui maxima dona de-
derunt

Talibus ornandis Monacharum sedibus:
An sic

Ad castam vitam tenera est ducenda ju-
ventus?

Non puto. Tuti me idcirco foret, utilius-
que,

Esse solo aquatas has circumquaque late-
bras,

percis,
Præsulib; nostris, horumq; satellite clero,
Hac vos Imperii Reges aliquando vi-
dete:

Ad vos pertinet hæc totum cognoscere ad
unguem,

Atque reformatre hæc Mundi portente
cadentis:

Quæ propter Deus irasne tot planstram-
itorum

Omnibus infundit Regnū. Sed pluribus
istis

Cessò monere: satis dictum est, si sunt mo-
do, qui se

Credat esse Deos sola hac ratione vocatos:

Quod, quæcumque Deum sapiunt, defen-
dere: sed que

Sint adversa Deo, teneantur perdere
ferro.

Non pīcta imperii statua, sed fortiamem-
bra: p. 555

Eterniq; Dei lecti hæc ad munia servi.

Idem. Temporibus Arnoldi de Radberg.
Episcopi Basiliensis, circa annum Domini
M. CCCC. LVII. magna quædam Hæreti-
corum secta in Germania pullulavit, quæ
circa terram Bohemorum in civitate Egra
ortum habuit à fratribus dictis. Dix armis
Warsiſſer/quitantam multitudinem ad se
traxerunt pecunia & donis, in diversis Ale-
manni partibus, quod si simili congregati
fuissent, cuicunque etiam potentissimo
principi resistere potuissent. Hi etiam co-
ventionem haberunt in diœcesi Eysteten.
Quo auditio, Episcopus Eystetenensis inqui-
sitionem contra eos fecit, & plures
ex iis comprehendit, examinatosque
ac condemnatos, igni cremandos
tradidit. Quod factum idem Episcopus Eys-
tetenensis aliis notificavit: ut similem inqui-
sitionem facerent, & articulos perdidit
ipsis transsumit: & præsertim præscripto
domino Arnoldo de Radberg. Episcopo
Basiliensi, tanquam viro catholico, & suo
constituenti Papiensi, infra scriptos arti-
culos transsumit, quorum tenor de verbo
ad verbum sequitur & extat.

Articuli & errores Hæreticorum,
qui in diœcesi Eysteten, latuerunt,

& examinati sunt.

i. Dicunt, se habere quosdam magistros,
qui per mundum vagantur: & esse numero
XII. exemplo discipulorum Christi, & præ-
dicant occulte: quia propter metum alio-

XXXV. qui post donationem per Constantium Imperatorem Ecclesiae factam pauperes permanserunt, & ab aliis ditatis fuerunt separati:

3. Prædicant, unum Deum adorandum esse, & quod neque B. virgo Maria, neque alii sancti sint venerandi, neque invocandi: quia nullum possint hominibus praestare suffragium, cum talis sit in cœlo concordia, ut nihil velint, nisi quod Deus.

4. Sanctorum festa non esse celebranda, neque vigilias eorum agendas, ex causa præmissa, cum nihil hominibus proficit, sed quicquid ab hominibus fiat, totum in honorem Dei fieri debet, & non Sanctorum.

5. Quod duæ tantum post mortem sint viae: videlicet fidelibus ad cœlum: peccatoribus autem ad infernum: purgatorium omnino negant.

6. Quod suffragia pro mortuis nulli proficiunt: & sic oblationes, missas & elemosynas nullius dicunt utilitatis.

7. Ceremonias Ecclesie detestantur: neque benedictiones salis, olei, palmarum, candelarum, & aliarum rerum.

8. Censuras Ecclesiasticas detestantur: præsertim excommunicationem dicunt nullius esse momenti, & quod neminem liget.

9. Imagines Sanctorum reprehendunt dicentes, simulachra esse, & quod neque collaudæ neque venerandæ sint.

10. Nullum festum alicuius Sancti esse celebrandum, sed duntaxat diem Dominicam festivandam, & feria sexta initiandam,

11. Quod sacerdotes injuriam faciant Laicis, dum utramque speciem in cena Dominica iis non communicent: quibus tam necessarii sint, ac ipsi celebrantes.

12. Dicunt, salutationem Angelicam nullius esse efficaciam, & quod in honorem B. Virginis non sit dicenda: sed dici possit in honorem Dei: & in dicendo omittatur clausula, Benedicatu in mulieribus.

13. Peregrinationes ad limina Sanctorum omittio derident: dicentes, hominibus nihil proficere, neque indulgentias dare posse, sed quod talia sint a sacerdotibus propter quæstum excogitata.

14. Quod uxor ex nulla alia causa, nisi fornicationis, possit a marito separari, neque etiam a viro dimittendam.

15. Quod Sacerdotes & Clerici nihil proprii habere debeant, nisi de una confessione ad aliam. Et quod ipsi sint de iisdem sacerdotibus, qui tempore Beati Sylvesteris pauperes permanserunt.

Idem in manuscripto de Episcopis Pataviniis. In Albertum II. Baronem de

ruerit, iusticeatur, resque utrinque exacerbata, suminè eò dedueta est, ut in aciem ultraq[ue] pars martis aleam experiri volens egredetur. Pugnatum est acerrime & atrocissime, inter Pataviam & Frigulian Cellæ Episcopale oppidum, eo ipso loco, ubi Ehrlachius fluviolus è Bohemico nomine profluens, Danubio sociatur. Cumq[ue] diu anticipi marте dimicatum fuisset, & utrinque plurimi cecidissent, quorum sangue uterque fluvius tintitus esse scribitur: tamen victoria, et si cruentissima, Episcopo cessit.

Quis non in apostolicis viris [quales p. 51 episcopi esse volunt] studia hæc bellicare, prehenderet? quos siti sanguinis fervore omnino, præsertim in negotio religionis, non convenit: cum & Christus ipse, Episcoporum omnium, sed verorum & piorum, non personatorum, ante signatus, neminem unquam vel gladio vel igne occiderit, sed simpliciter fateatur, venire sic, non ut perdat animas, sed ut servet: Luc. 16. Sed quod prolabor: quovad feror? qui non hic Theologum sed Chronologum ex professo agos.

Pictura universam Christianorum doctrinam veriorem illam, nostro seculo iterum parafactam, verè exprimenti, delineatio & explicatio verissima: auctore eodem Caspare Bruschio Poeta Laureatus, Comite Palatino.

Hoc, vos Austraci, Stirri, fortisq[ue] Catiz, tibi,

Carni, ac Taurisci discite [queso] boni: Quos procul abducunt à Christo principe nostro.

Qui sumunt Jesu nomina mira sibi. Hic dum sese audiret Jesu justare ministret: Verborum Christi dogmata sana premunt;

Pontificisq[ue] juvant sceleras, atq[ue] tyrannadas faciunt,

Pro veraq[ue] docent impia monstrant. Hinc Jesus videt discutitur ritè, sequuntur Christi immortalis quos pudet esse Dei. Triste Satanicum Satanae Antichristi, & Averni,

Quod veluti Stygium vos fugite lacum.

Nos Jesu Christo dedimus non nomina Jesu:

(Hic novus ut Satanae grec sibi singulans.)

Atque hinc Christiadum certus, Christique vocamus

Membra, hujus sequimur qui monume-
taducit:

*Quaremus nobis nomen in orbe novum.
Est idem semper Satanas, iudicatrix vero
Sunt nova semper ei, que fugiamus
Amen.*

R. Patri ac D. D. Micalo Racz-
begio, Abbatii Reichenbacensis, non
personato aut titulari, sed vero, non
Antichristianico seu Pontificio, sed
Christiano, non impiarum & idolatri-
carum traditionum humanarum, sed
Christi verborum ac veritatis pa-
tronu[m], Mecoenati suo S.D.

Braschius.

Micale Raczbegi, Reverende & amabilis
Abba.

Doctorum pater, & Mecoenas magne vi-
torum,

Julius & verbi cœlestis fide patrone,
Quod supera nobis olim pater alius ab
arce

Misit, ut assumta nostra ista carne misella,
Victima pro nobis fieret placaret & iram
Accensam primam malam per delicta parentis,
Totius & generis sorores atq[ue] ulcera nostri.

Est pictura mihi nuper pulcherrima
visa,

Digna ino vultu : verum & dignissima,
templo

Ut qua pietate tuo sit iesu posteritari,
Qualem doctrinam, quem sis hero a pro-
fessus.

Dum licet Mundo vitam tibi degere in
iusto.

Sub certaminibus tot schismatibusque do-
lends :

Solum hunc nimirum, qui cœlo venit
ab alto.

Inque cruce est factus pro nobis hostia Patri
Sustulit atque nefas nostrum omne, suoque
crysore

Innocuo, & sancto, & precioso criminis
nostra

Omnia delevit, quibus irritavimus iram,
Placari que nō potuit nisi sanguine Christi.

Solum hunc, qui tumidum veniens
iratus ad Orcum.

Omne sodaliciū Phlegontis contudit illuc,
Rufus & athereas remeavit viscer ad oras:
In patriam, quam nunc cum patre &
flamine sacro

Ipse tenet semperq[ue] potens sine fine tenebit :
In quam nos etiam venturis attrahet annis,
Hec quicunq[ue] fide sincera credimus illi.

Hanc tibi picturam descriptam, &
numine duxo

Expositam à nobis, pater optime missa lea-
gendam,

*Decimast a d[i]o]ce[si]one in auctoritate, prius
Discussisse & ab his doctrinis, quas pia
Christi*

*Sponsa docet veneranda parens Ecclesia nostra
Cum nos doctrina vere maneamus in illa,
Quam semper Christi est Ecclesia vera professio,
Cujus & istarei pictura erit optimâ testis.*

*A Satana vero doctrinis prorsus abisse
Nec nos peniteat, nec nos pudeat quoq[ue] Chri-
stus*

*Cum solus nobis Doctor sit missus ab alto,
Quis nos verbum cœlestis audire jubemus
Calitus ac fugere interea Satanamq[ue] luposq[ue]:*

Ergo illi, humanas qui tantum traditiones

Ore tonant magno, & miris clamorib[us] urgent, p. 588

Hi discerunt a Christo principe, veri

Hi sunt Hæretici, ques olim Acherontius

ignis

Comburet miseris, sceleris nisi peniteat mox.

*Tu mihi si velles parere hand vana me-
nenti*

Curares etiam, velut est descripta sat apic.

Sic pingi in tabula vel sacri pariete templi:

Conspicua ut multis multos de religione,

Quae placet una & sola Deo queat illa docere:

*Hee pictura Deo jucunda & grata furi-
ra est:*

Hee multos vera de religione decebit,

Et trahet in Christi perfectam cognitionem

Ignaros vera doctrine hoc tempore multos.

*Vive pater reverende domini, vive optimè
præsul,*

Meque tibi fido conjunctum peccatore semper

Esse tibi commendatum quoq[ue] peccatore fido

Quaso sine, & nobis Mecoenas esto benignus:

Sic favent etiam superi numina cali.

Etsi aliquot jam seculis magnæ in uni-
verso Mundo regnaverunt, per impiam
Pontificum audaciam inventæ, & per Epi-
scoporum ignaviam ac segnitiem illapsæ in
Ecclesiam tenebræ: ac vera æternæ salutis
via, illa cœlestis regni Sapientia, per se a-
perta & luculenta, humanarum traditio-
num pelago ita immersa & obruta jacuit,
ut à nemine fere sciretur aut intelligeretur
tamen (quandoquidem semper aliqua Ec-
clesia est) aliquos subinde extitisse uti cre-
dibile, ita etiam certissimum est, qui veram
de Deo & hominum generis salute doctri-
nam scrutati quidem sunt, sed animadver-
sam in tanta tenebrarum existimatione pro-
dere[nisi Martyres esse vellent] ausi omni-
no non fuerunt: qui enim in lucem prodi-
re, & tenebras Mundi reprehendere ausi
sunt, hæretici iudicati, & vel gladio, vel
igne, tanquam cæterorum seductores, sub-
lati sunt.

Sic superiore aut nostro fere seculo in

Didd

Italia

emitus est. In Germania multis autem cun-
lustris, Ioannes Hussencz, & Hieronymus
Pragensis, tenebrarum reprehensorum, &
terioris ad vitam æternam via monstrato-
res, ab antichristi synagoga Constantiæ ad
Rhenum è medio sublati sunt.

Sic eodem nostro seculo, paucis ante
Lutherum annis, Uveselus Gransfortius
Frisius, trium facultatum Doctor, & toti-
dem principalium linguarum peritus, lux
Mundi vulgo appellatus: sed & Albertus
Crantzius canonicus Hamburgensis, Ioan.
Gyller Keysersbergius à patrio oppido di-
ctus, summi templi Argentinensis concio-
natur, Joannes item Capnio, & alii plures
reprehendere & taxare subinde tenebras
ausi fuerunt: et si id trepide & tenuit sece-
runt, ut omnino (nisi & ipsi Martyres fieri
voluissent) modestissime id eos facere
oportuit.

Talis & in Ulmensi Ecclesia fuit Doctor
Ulticus Crato, publico probi parochi elo-
gio ac cognomento in ea Repub. (in qua
patricio sanguine etiam natus fuit) adhuc
hodie celebris, qui ante Lutherum, idolo-
manias & nundinationes pontificias & pu-
blice taxavit plurimas, & abrogavit etiam
non paucas, veritatemque diligenter scru-
tatus, in maximo templo Ulmensi præcla-
re docuit, vir literis, pietate & virtute cla-
rissimus, & immortali gloria dignissimus.

Fuerunt vero non pauci subinde aliarum
etiam professionum homines: Poëtz, hi-
stорici, pictores, & similes artifices, qui
cum publice veram pietatem profiteri non
auderent, poematis & picturis ea (qua
de vera Dei doctrina sentiebant) sapienter
& eruditè complexi sunt.

Talem hominem fuisse credo eum etiam
pictorem, cuius ingeniosam picturam & re-
citatbo & explicabo hoc loco breviter. Est
in Stiria ad Muram fluvium, supra Loube-
nium præclarum oppidum, illustre & ma-
gnificum Vestarium puellarum cœnobium,
Gossia seu Gossiacum dictum: in quo hodie
adhuc sub Abbatissa, nobili domina Ome-
lia Leyserina triginta quinque vivunt ve-
latæ virgines, & totidem aliæ honestæ pu-
ellæ, quæ in literis & virtute educantur ad
annos usque nubiles: omnes nobili prosa-
pia, quædam ex Baronibus accomitibus et-
iam natæ. Inchoatum id est annos ante sex-
centos, sub Imperatore Cthone Magno,
ab illustri quadam domina Adula Palati-
nissa, Acibonis Moguntini Archiepiscopi
matre.

In eo monasterio amplissimo multa sunt
cum vītu, tum admiratione digna, quæ ali-
bi à nobis commemorabuntur. Sed unum

ter. 1, qui Orientem spectat, & prius
paliorum aram chandit, talis apparet est
imago.

In summitate parietis veluti tabula, p. p. 113.
& sunt aëre coloris nubes plurimæ, & in
his ipsis nubibꝫ, aut supra potius nubes,
elegantissima civitas quadrata, qualem fe-
re D. Ioannes in Apocalypsi, cap. 21. æter-
nam delineat ac cœlestem Hierosolymam.
In ima parietis parte præclare depictus est
universus Tartarus, impiorum, & Dei con-
temtorum lugubris & horrenda sedes. In
media parte, tanquam in centro totius pi-
etutæ, extat imago pendens in cruce filii
Dei, Domini ac liberatoris nostri Iesu
Christi.

Huic ad finistram astat primum & pro-
xime puella quædam regia, asinæ insidens
undiisque vulneratæ & sanguinolentæ, ac
præ dolore jam jam corruituræ: de cuius pu-
ellæ capite corona regalis lapsa est. Hæc in
dextra gestat caput hirci sanguineum, in si-
nistra sceptrum confractum, Ipsa semian-
mis asinæ inhæret, per cuius caput penetrat
gladius biceps, quem verberans manus è
transverso crucis ligno prodiens, quasi
percutientis Dei manus gubernat, & puel-
la capiti infligit. Huic miserrimæ facie mul-
ebri subdita est Inscriptio Synagogæ.

Ad laevam hujus Virginis est arbor per-
mæna & delicata, cui per varios orbes im-
plicitus & insertus est, serpens, humani
generis seductor: ex cuius ore EVA, prima
humanæ generis & patens & calamitas,
pomum scientiaz boni & mali apprehendit.
Coram Evâ ingens astat hominum multitu-
do, sed inter eam multitudinem & Evam,
primam peccatricem, mortui hominis cra-
nium interpositum, Mortem, peccati si-
pendium, per Evam in omnem hanc homi-
num conversationem intrasse innuit.

In dextra pendens Salvatoris, stat fu-
lus leo cum quatuor capitibus, leonis ni-
mirum, hominis, Aquilæ & Bovis, quatuor
Evangeliorum scriptores, coelestis imperii
archicancellarios designans.

Huic leoni fortissime infistit alia puel-
la, pudica & elegantissima, regio & ipsa, sed
integro ornata diadema. Hæc aureum
calicem laeva tenens, excipit ex pendens
Christi latere preciosum sanguinem, qui
effusus est pro magnitudine peccatorum
totius mundi: dextra spectantibus hunc
ipsum crucifixum liberatorem ostendit.
E crucis summitate, seu dextro transversi
ligni apice, prodit manus super hanc pu-
ellam non irati aut verberantis (ut est alte-
ra manus ex laeo crucis apice propendens)

serpens implicitus est, & huic serpenti ius peraddita brevis imaguncula crucifixi Christi, ostendens, typum, populo Dei olim à Moze propositum, nunc esse impletum, Num. 21.

Prope hanc arborem, in loco paulum humiliore astatat beatavirgo, Christi Iesu mater, & coram hac immensus hominum cœtus: Papa, Cesar, Reges, Principes, Episcopi, cives & rustici, omnes flexis genibus, & quasi adorabundi. His omnibus beata Virgo dextra Hostiam ostendens, levæ autem digito monstratore vel indice pendentem & eretum in arbore sinuosum serpentem, & crucifixum Christum, sublati oculis, & quasi concionans demonstrat.

Ab infima crucis parte, quasi tertia manus victoris Dei, grandi malleo subjectum effringentis tartarum, & percutientis atq; comminuentis Serpentem malorum omnium authorem, & omne inferorum satellitum.

Hæc tota imago est, quæ quid significet, breviter etiam, Deo duce, explicabo. Apparet autem, totam eam imaginem perverterem esse. Etsi enim contra tempestates & imbres recte munita sit: tamen inferior pars lata jam est, & sublatæ ac delatæ sunt aliquæ inscriptiones. Quicunque vero elegantissimæ hujus pectorum author fuit, is mihi & totum Christianum pietatis ac doctrinæ negocium præclare intellectus, & ejusdem methodum quandam non inveniam in hac figura instituere voluisse videatur.

Primum enim (ut ab Eva ordiatur) per serpentis odium, invidiam, astutiam, Eveq; primæ parentis nostre fragilitatem, & ex fragilitate emergentem inobedientiam, peccatum in omnem mundum venit, per quod peccatum originale omnes filii iræ facit, imaginem & similitudinem Dei (ad quam initio conditi eramus) misere amissimus, facit ex innocentibus nocentes, ex perfectæ bonitatis hominibus illustribus ac piis, sordidi peccatores, deniq; (cum peccari merces Mors sit) ex immortalibus mortales, qui (ut cranon hujus imaginis testatur) corruptioni & interitui sumus obnoxii, ex pulvere facti, in pulverem resolvendi.

Misertus vero incomporabilis hujus cum cladis, tum hominum calamitatis, clementissimus Deus, prodicens ex arcana sede sua patefecit se denuo universo humano generi: ostendens viam, per quam solam totius generis nostri ingens ruina illa reparari & instaurari denuo posset ac deberet, nempe per Semen mulieris, quod aliquan-

Dei institutæ, quibus significatum hoc numerum est, venturum olim agnum immaculatum, cuius preciosissimo cruce effuso posset ac deberet placari ira Dei.

Interim jubebantur mactare pecudes, ut testarentur, sc̄ huic divinæ patefactioni assentiri & certo credere, Iudei. Non jubebantur id facere, ut crebra illa mactatione & immolatione pecudum quasi opero operario placarent aut obnoxium sibi facerent Deum. Quicunque hac fiducia venturi liberatoris immolarunt, grati fuerunt Deo. Et quicunque hac se, venturæ aliquando per agnum immaculatum perpetuæ liberationis, ex hac vita mortali decesserunt, servati sunt, & vivent cum agno in coeli Hierosolyma: & non sunt Synagogæ Iudeæ, sed veræ Christi Ecclesiaz pars, cum Deo immortali perpetuo victura.

Quemadmodum autem promissus est patribus Redemptor humani generis: ita tandem etiam eo ipso tempore (quod à prophetis significatum ac proditum erat) exhibitus, è Spiritu sancto conceptus, ex intemerata virgine natus, Agnus immaculatus, Christus Jesus filius Dei, verus Deus & verus homo, in cujus ore non est invenitus dolus. Is etsi in propria venit, hoc est, in populum suum Iudaicum, cui præcipue promissus & exhibitus erat, natus omnium etiam ex populo Iudaico, ex Abraham semine, ac Davidis posteritate: tamen sui non receperunt eum, sed affixum cruci crudeliter interfecerunt,

Hæc est Synagogæ Iudeæ tyrannis, asinæ illius torieum plausris oppressæ, & tamè adhuc luxuriantis prævaricatio, quæ quia tempus salutaris visitationis siæ non neglexit tantum, sed & contempsit: adultera, Deos alienos colens, & in verum Deum cruenter manus iniiciens, cœlesti brachio vicissim interemta est: corona de capite eius dejecta, sceptrum confractum, urbs nobilissima (regni caput) funditus eversa, hircorum sanguinis immolatio abrogata est: hoc est, rotum cum sacerdotium, cum regnum populi Iudaici extinctum, dissipatum, extirpatum est radicatus.

Vocatæ autem sunt gentes per Evangelium ad Christum, ut sint Ecclesia Dei. Hunc coetum DEVIS non humanis traditionibus veluti asinam regivoluit, sed velut dilectissimam sponsam, verbo suo cœlesti ac immortalí, cuius scribæ & cancellarii fuerunt quatuor illi Evangeligraphi, quos designant quatuor capita, quibus insistit & innititur Ecclesia Dei, quæ humili me se se deliciens, aliud iactare: aliud docere &

Vimna rogante posponat, & immunita
subiectat.

Accedit autem hic & altera concionatrix
beata virgo, mater Christi: non semetipsam
jaetans, non suam virginitatem superbe ex-
tollens, non ubera sua ostentans, non sua
merita esquipedalibus verbis allegans: sed
veluti humili serva Domini, omniibus cum
summis, tum infimis hunc solum & unum
crucifixum filium suum ostendens, hunc
unum prædicans, & toti mortalium gene-
ri commendans, & unice inculcans. Hunc
nimurum, hunc inquam, factum esse victi-
mam pro peccatis mundi, hunc esse solum
& unum humani generis liberatorem, non
se: hunc esse immaculatam hostiam, hu-
jus unius merito Pœnitentiam agentes pec-
catores ab æterna morte liberati. Hunc esse,
quem serpens in deserto à viro Dei Mose
erectus præfiguraverit, in qnem intuentes
salvi fiant à morsu serpentis, in hunc solum
omnem spem & fiduciam esse collocandam.
Hanc ipsam Iolam doctrinam jubet profis-
teri & propagare Cæsarem, Papam, Reges,
episcopos, principes & subditos, summos
pariter infimosq; omnes.

In hac professione & hujus professionis
intrepida confessione, est vita & salus semi-
piterna. Extra hanc salus nulla est, sed per-
petua condemnatio. Hæc est victoria cru-
cis, ex qua manus progreditur vindicis Dei,
confringentis tartarum, & inde deducentis
eos, qui ante adventū liberatoris in ventu-
rum aliquando Redemptorem crediderunt.

Atque hæc est brevis & succincta & tumul-
tuaria picturæ hujus interpretatio, sacris
scripturis confona, & cum recens accensa
& patefacta nobis iterum Evangelii luce
per omnia consentiens: piis studiose co-
gnoscenda, diligenter meditanda, & fideliter
tenenda in omne ævum.

Hoc vero corollarii au&ariiq; vice adi-
ciendum hic duxi, quod observatione
omnino dignum etiam est: figuram hanc
piam & veræ doctrinæ per omnia consentia-
neam & convenientem, non habuisse locum
in ipsis papistarum templis, ut nec concio-
nes de Christo habent: sed bonum picto-
rem seu figuræ ipsius inventorem, coactum
fuisse foris manere cum suo vero Christia-
nismo, quem mundus omnino ferre non po-
test. Christus IESVS æternus Dei filius ve-
niat tandem, & contemptum suæ veritatis
vindicet, qui sit benedictus in secula. Amen.

1550. *Iacobus Fincelius.*

Vir quidam divitiis abundans, tredecim
milliaribus à Gorlitz, cœna oppipare in-

ingratuuntur, ecclasiæ adveniunt ergo, quotquot sunt Diacoli. Vota hæc non
sunt irrita. Nam ingens protinus eorum
numerus, quos cum execratione vocarat, ad ipsum adventat. Quos ille primo aspe-
ctu non agnoscens, humaniter accepturus
accedit. Verum cum illi loco manum ungues
protenderent, supra modum territus,
quos domi suæ jam haberet convivas, facile
intellexit. Trepidus itaque cum uxore sua
ex arce profugit, relicto in cunis infantulo
& morione, qui in hypocausto cunis asside-
bat. Sed cum infantulo morio iste è turba
Dæmoniorum incolumis evasit. Imp. &
Pp. V. S.

Bartholomeus Latomus.

Hic animam agens, se non aliam ob can-
sam damnatum, vociferatus est, quam quod
veram doctrinam oppugnasset. Idem &
Cancellarius Pratenis fecisse dicitur. Imp.
117. Car. 5. Pp. 228. Julio 3.

Rebuffus in praxi.

Inutilia capita Ecclesiis esse, & lolium
frugum loco succrescere queritur, Imperat.
& Pp. ut supra.

Jacobus de Monte Pessulano, de 1551
statu curia Rom. *Rebuffus in pract. Can-*
cell. Jacobus Petrus de Ferrarius, Budae,
& Pighius in controvers. de
missa privata.

Hi canonum & constitutionum pontifi-
carum iniquitatem notaverunt, & in ipsam
missam abusus irreplisse, fatentur: ut apud
eos.

Andreas Thervetus Gallus, 1550
Ioan. Lerijs.

Scripsit ille antiquitates singulares &
notatu admirandas. Quem tamen Joannes
Lerius mendacem dicit, & fictitia multa
annotasse affirmat. Imp. & Pp. v. s.

Barlette Predicator Gallus, 1550

Prælatum quendam, qui loqui nescie-
bat, nisi per corpus Christi, & nomen Diaboli,
cum nemo auderet monere, ego officium suscepi, dicens: Pater Reverende,
plures de V. nobis dicunt, quod nescitis
loqui sine juramento & nomine Diaboli. At
Episcopus in impudentiam versus ait: In
nomine Diaboli, & quis de me ita dicit?
per corpus Christi non est verum. Cui re-
spondi, Reverende domine, à vobis testi-
monium capio: tunc cum rubore discessit.
Imp. Car. 5. Pp. Julio 3. V. S.

Iodo-

Conicribis hic historiam Boemorum ;
Polonorum, Borussarum, Lithuanorum, & circum-
iacentium regnum, & terrarum. Et mul-
torum historicorum errores, Bergomatis,
Volaterani, Francisci Irenici, & aliorum,
corrigit : & raro nobiles Polenos reperiri
scribit, qui non trium, vel quatuor natio-
num linguas novissent : Latinam vero cal-
lere ait omnes. Imp. Car. 5. Pp. Jul. 3.

Idem contentionem Legatorum Imper-
atoris & Papæ, ubi Pontificius à Cæsaria-
no pulsus loco, describit.

Wierus lib. I. cap. 16. de præstigiis
demonum:

1550.
Philippus Melanchthon retulit: Lutheri
ædes accessisse monachum, fores vehemen-
ter pulsit antem: cui cum fatulus aperiret,
ac sciscitaretur, quid vellet: num domi esset
Lutherus? querit monachus. Re cognite;
Lutherus cum ingredi jubet, quod nullum
multo tempore vidisset monachum. In-
gressus hic, habere se quosdam errores pa-
pisticos, ait, quorum nomine libenter cum
ipso conferret: proposuitque syllogismos,
quibus haud difficulter à Luthero solutis;
alios protulit explicatu minus faciles. Vu-
de offensus nonnulli Lutherus, in hæc pro-
ruperit verba:

Multum mihi faceassis negotii: Aliud
etenim, quod jam agerem, erat: simulque
surgens, loci à monacho propositi expli-
cationem ostendit: atque in ejusmodi col-
latione, manus monachi non esse avium
unguis dissimiles, animadvertis, in-
quit: Tunc is es? ausulta, sententia hæc
adversus te pronunciata est, & mox locum
in Genesi monstrat: semen mulieris
conteret caput serpentis. Inde subiungit:
Nec cunctos tu degluties. Hoc diabolus vicitus
demon, indignabundus, secumque murmu-
rans abiit, eliso crepitu non exiguo; cuius
suffusum terri odoris dies aliquot redole-
bat hypocaustum. Vide, quam pompa
diabolus in monachali habitu agat! Imp.
Car. 5. Pp. Jul. 3.

Idem lib. 2. c. 4. Anno 1550. sacerdoti in
crystallo thesauros Noribergæ ostenderat
demon: hos igitur cum loco perfovio ante
urbem quereret sacerdos, adhibito amico
spectatore, & jam in specu arcum vidisset;
atque ad eam cubantem canem atrum; in-
gressus in specum opprimitur, interficitur.
que, ruente cacumine, & specum rursus
complete.

De arte Almadel, arte Notoria, arte
Bulphie, arte Arsteppi, Paulina, arte
Revelationum, & Steganographia Ioannis
Tricheymii abbatis Sponhey-
mensis, Idem:

villus de stegano-graphia sentiat, recense-
buntur.

Ad Tritemium diverti; quem reperi
magnum, nulla Philosophiz parte insi-
gnem. Eius Steganographiam evolvi velia-
tatem, nonnullorum capitum perlegens
initia: vix horas duas librum in manibus
habui: abjeci enim eum illico, quod ter-
tete cœperant me tantæ adjurations, ac
tam barbara atque insolita spirituum (ne
forte dicam dæmonum) nomina: univer-
sa vero hujusmodi nomina (quoad videre
vitulum) ignoraz linguæ sunt. Aut enim
Arabica, aut Hebraica, aut Caldaica, aut
Graeca: Latina pauca, aut ferme nulla;
Innumeræ autem sunt characteres, quibus
adjurations singulæ notantur.

Quod in Epistola ad Boscum Tritemius
scribit, verba esse plana, lucida, sine omni
literarum aut vocabulorum transpositione
ita ut omnes legant & intelligant: secre-
tum tamen illius; qualemque erit, mane-
re ignotum: haec etiam vera loquitus sit.
Nam in tota hujusmodi Steganographia
passim sanctissimas ac piissimas orationes
inserit, quæ ad amicum epistolatum loco
mittantur: re autem vera lachrymae sunt
crocodili. Id enim mihi facere videtur;
quod D. Dionysius in epistola ad Sofipa-
trum de Apollophane sentit: Divinis ad-
versus Deum nefarie utitur, ac per mundanam
inanemque sapientiam divinam sapien-
tiā evanescere molitur. Quod autem sine
adjuvatorio spirituum omnia pollicetur se
facturum, recte (ut ait Daniel) in capuc-
sum mendacia confingit: manetq; (poco)
angelus Dei bonus, ut fecerit eum medium:
dissolvatque fœdus iniquum, quod cum
nocentibus angelis iniisse ac sanxisse, pa-
lam ex ipso opere declaratur.

Porro si rite memini, hunc ipsum in Ste-
ganographia illa ordinem servat: in primis
spirituum ipsorum nomina digerit, hinc
eorum adjurations disponit, ac singulo-
rum characteres s. scribit: postremo figu-
ras distinguit, è quibus pro adjurationib.
singulis apta spirituum nomina, quoties
necessitas invenit, depromere atque eli-
cere doceat. Partitur autem in hujusmodi
figuris spiritus ipsos in quatuor. Imperato-
res, Duces, comites, & servos. Imperato-
res vero totius orbis esse tantum duode-
cim, quotquot & venti à Philosophis esse
traduntur. Ex his quoque quatuor designat
principios, Orientis, Meridici, occidentis
& septentrionis: quos, ut magnos, Imperato-
res appellat. Sub quolibet Imperatore
statuit Duces, puto trigenos aut quadrage-
nos. Sub Ducibus singulis rursus comites,
majore numero: & Servos sub comitibus
innumeros.

Secreta) scribit epistolæ loco orationem quandam , miræ sanctitatis & devotionis fuso affectatam , eamq; charactere cuiuspiam duodecim Imperatorum imprimit , & ad amicum , qui (ut ait) noverit artem , mittit . Exceptam igitur chartam aperit is amicus : & in calce epistolæ characterem in primis , cuiusnam sit Imperatoris , attendit . Si est orientis princeps , versus ad orientem , literas in eam cœli plagam patentes expandit , requiritque confessum ex suis libris , quibus adjurationibus princeps ille cogatur , ut suorum quempiam subditorum ad se mittat . Elicit autem adjurations duas . ac primam quidem super patentes adhuc literas : spectansque in auroram profert : qua rite prolatæ , mittit illico Imperator ille quendam suorum aut Ducum aut comitum aut servorum , qui protinus avolans , fit viro eminus visibilis , velut nebula aut caligo in aere pendula . Vbi deinde secunda conjurationis verba explevit : spiritus ille proprius accedit , communusq; ad eius aures expedita amici secreta propalat & nunciat .

Sunt autem (quod sentiam) adjurations ipsæ haud continua oratio , sed aggredatio quadam nominum ipsorum spirituum , ad varium quendam magicae artis modum ordinatorum , suntque hujusmodi nomina (ut dixi) omnia ferme ignota , velut Arabicæ , &c.

Memini item , me in ipsius opere ita legisse : Hi autem spiritus perniciosissimi sunt & nequam , odio quam maxime habent lucem , tenebras diligunt . Forti adjuratione opus est , ut ad necessaria nostra cogantur . Quod si in his adjurandis steritus , pauxillum trepidaveris , aut in cæplenda adjuratione (five vocabuli omissione , five serici immutatione) aberraveris , te illico necabunt . Hos igitur tam in vindictam paratos , quis adeo erit mente captus , ut bonos clementesq; spiritus esse probet ?

Vidi in eo opere adjurations , quas vocat parentes , quibus possit unusquisque , qui assidue cupit spirituum , ut ministerio , alligare apud se spiritum , ac cogere , ut in eius domo maneat semper , eisq; in cunctis famuletur , cæterum in semotissimo ut ait) à turba loco is Spiritus locandus est , ne tecumere ad se ingredientes necet , &c.

Satis superq; me fecisse , videor , si tibi hic exposui , quibus liquidius & viri & artis , quam pollicetur , fuci , ne dicam mendacium & impietatis accuset Tritemius , se purgans in prefatione lib . Polygraphiz ad Maximilium Imperatorem : res tamen ipsa-

apud Heuticum Cornelium Agrippam , facilis memorie , ego ipse olim legi , atque in scio exscripti .

Studio in argumentis famosorum hominum librotum describendis longior fui , utis cognitis , promptus de reliquis eius fabiæ blasphemias cœleatur . Congestos siusmodi tenebrarum libros , ut damnabiles , impotabiles lectionis vocat Vlpianus , prorsusque corruptendos esse statuit . Eosdem igitur absumi voluit & Paulus apostolus .

Hic disciplina & artis fons , origo & finis p. 5
mamentum , ac sacrilegi negotii methodus : cujus tamen via obedire manus , cogi numina , turbari sidera , elementa servire , eiusq; inexpugnabili potestate & circa numerum coactorum violentia , stupenda supra naturam se opera perficere , sibi persuadent ; jactantq; in sinu ridentes , bis certè miseri homines : quod vani testantur exitus , & post immensa laboriosaque studia frustrati eventus . Præstigias ostentant , non miracula : quæ non Dei asistentia , sed Dei permissione , ob hominum incredulitatem , & dæmonum pactione fortiuntur effectum .

Idem Wierus . Historia Catholica de statu religionis nostri temporis Gallice conscripta , authore S. Fontano Theologo doctore , tradit quoq; , probalem esse opinionem , literarum monumentis propagatam : Margaritam , videlicet Lutherismatem , ex diabolico coitu concepisse , qui aliquoties ante cum ea fuisset congressus , quam Ioanni Luder Matrimonii fædere jungeretur .

Sed profecto Lutheri doctrinam aliis reritatis machinis impugnare & convelle oporteret , non ejusmodi figmentis , aliqui vulgus intelliget . Sed quidem crassum nimis hoc commentum est de talidæmonis concubitu , quum ex descripta eius vita omnibus constet , natum fuisse eum anno 1483 . die 10 . Novem . nocte post horam undecimam , Islebiæ , sub imperio comitum Mansfeldensium , ex patre minime obscuro Ioanne Luthero , viro Patricio , & hujus pudica conjuge Margarita matre : atque Martini nomen ei impositum , quod dies proximus , quo per baptismum Ecclesiæ initiaetur infans , Martino sacer esset .

Campanarum Baptismus , en codem .

Hoc non sine singulari studio & ratione machinatus est diabolus [quoniam , pecuniales quasdam ceremonias coluisse plerosque , non diffiteat] ut non solum in longissime dissitis rotius orbis parti-

unus idemq; ejus cultus obliteraretur: sed & (quod multò magis mirandum vel potius dolendum) in Christiana nostra Europa, apud diversissimas regiones, in cuius cunq; materiæ vel nominis idolis, non dissimili ritu, honor sibi haberetur.

Hanc cætitatem apud commoda suis præstigiis organa auxit voce, cantu, capitum nutu, aversione, inflexione ad latera, manuum gesticulationibus, aut aliis motibus: eoque modo indicia propitiæ vel aversantis atque abhorrentis voluntatis edidit ex statu: prophanavitq; loca, quæ certè erant domicilia & sedes doctrinæ cœlestis, sanctissime scholæ patrum, & in quæ (velut conversa in suæ impieratis & superstitionis latibula) suas blasphemias in Deum contumeliosas, & hominum generi exitiales eructare atq; evomere conatus est.

Imò in hac mundi senecta, nutantibus technis illis manifestis, scilicet in vero Dei templo collocat, & hominum mentibus dominatur, in lucis angelum transformatus. Hic ratione se, graviori divinitate majestatis contemptu, atq; hominum exitio, magis ulciscitur.

Huc pertinent ludibria, quibus nostros homines etiam adegit, ut, nisi sacro baptismo, regenerationis lavacro, ad Christi sollempnem membra pertinente, & exorcismis tantum, ubi è sua sede deturbandus est dæmon, ab illis, qui ejus pellendi singulare donum habent, applicandis, campanæ & tintinnabula expientur sacrificenturque, sponsoribus & testibus (in sacrilegiam ubeioris auti expilationem) undiq; convocati, res illas in animatas mortuasq; è turribus à diabolo ablatum iri, simplicib; persuasum sit.

Quin imò foveæ & stagna ostenduntur, quæ etiam vidi, si dignus sum, quò ejusmodi non baptizatae, cœsérataeq; campanas à dæmoni ex turribus proximis investitas esse, asseveranter dicunt: audiriq; earum sonum nocturna hora duodecima in Nativitatibus Christi solennibus, vel etiam singulis quatuor anni temporibus, quæ vocant: & cum commori, qui audierit. Sic fit, ut à tono caveant imprudentes, nec inveniatur, qui audierit: & si aliquem audire contingeret, is procul dubio à dæmoni ob impietatem illuderetur: interim tamen hisce religionis nostræ præstigiis illi detinentur. Nec ita pridem eo loco prope Abbatiam Knechtesse in ducatu sum, ubi firmiter adhuc credi hoc sacrilegium coram audi vivi monstratur fovea, turrisq; ostenditur.

Propterea perquam prudenter & piè Cæsar Maximilianus inter gravamina se dis Romanæ, à Germanis non toleranda, campanarum consecrationem recensuit in

campanas baptizaret. Credunt deinde simpliciores, ita affirmantibus suffraganeis, tales campanas baptizatas dæmones & tempestates pellere.

Qua propter innumeri plerunque adhibentur compatres, præcipue vero, qui fortuna pollent, exorantur, qui baptismationis tempore funem, quæ campana ligata est, tangunt, ac suffraganeo præcidente (quem admodum in parvorum baptismatione fieri solet) omnes pariter respondent, ac campanæ nomen ingeminant, vesteq; nova (quemadmodum & Christianis fieri solet) campana induitur. Inde ad sumtuosa prosperatur convivia, quibus præcipue compatres, ut cù largius munera offerant, adhibentur: nec non suffraganei, & eorum capellani, cum multis aliis ministris regaliter pascuntur.

Nec hoc satis est, sed & suffraganeo mercedem persolvere necesse est, quam illi musculum vocare solent. Inde evenit, ut aliquando, etiam in parvis villis, centum floreni in tali absumentur & expendantur baptismatione.

Quæ res non solum superstitione, sed etiam Christianæ religioni contraria, ac simpliciorum seductio & mera est exactio. Verum etiam episcopi, ut suffraganeos vel vi- lissima obtrare possint mercede, talia & adhuc absurdiora tolerant. Res igitur tam nephanda & illicita merito aboleri debet.

Idem. Mulier Catharina Lor nomine, cuius mihi nota loboles, viro nupta, hanc in initio comperit impotentem. Quare à vario temere quæsito consilio, hac in aza D. Antonio sacra Everfeldi in ducatu Monte, ubi degebatur, ceream membris virilis effigiem religionis ergo, ut à suo malo levaretur maritus, suspendit offertq;. Sacrificus rei ignarus, canone ad altare demissis oculis recitato, ut fieri solet, suscipit, priapumque illum cereum inopinatò intuitus, tollatur dæmonium illud, mox inquit, & cæt.

Idem. In celebri quodam apud Geldros oppido, ubi olim medicinam publico feci stipendio, in virginum arctius occulaturum cœnobio, uni valetudinis non nihil afflictæ, maleficium esse, quo exerceretur, persuasit pontificius quidam pastor: nec id, nisi missæ sacrificio super puellæ ventrem celebrato, tolli posse, addit: quo permisso peracto, que, eam primum maleficio cœpisse exagittari, quum leviter antea naturali afficeretur malo, postea sè penumero monasterii gubernatrix (qnam matrem appellant) nobilitate, ætate & probitate veneranda expostulavit. Suos interim, qui ipsum ob religionis fortassis nomen admittentur, habebat ridiculus hic actor & ineditiarum

destiam imperat, aliorumq; vitia tegi vult.

Idem. Olim permisum erat, ut iidem accusarent condemnarentque, ad quos damnatorum bona redibant. Unde ne hos miseros adeo injustè damnare viderentur, multa fabulæ addebat. Carterum in illorum examine confessionibusq; nihil non inane aut falsum, aut inconstans, aut nullius momenti reperiebatur, præter contemptam religionem. Quædam enim Christum abnegabant, aliæ sacrificium ipsum inter vestes consuebant, conspuebant aliæ imagines divisorum, atq; alia similia perpetrabant. Sublata primùm in hos miseros ac insanos potestas fuit à sapientissimo senatu Veneto, cum animadverteret, eò progressam illorum luporum rapacitatem, ut omnino infantes damnarent, spe præda: neq; contemptor divini cultus quærebatur, sed divisorum possessor. Inter hæc exorta est Lutheranoru[m] secta: cumq; in hac, quod per urbes propagaretur, non jam miseri, sed opulentii deprehenderentur, omissa priorum cura, ad hos conversi sunt. Sed nunc cum illis mitius agitur, ut omnia vel stulticiæ vel avariziæ plena esse comperias.

Idem cap. 23. Anno 1534. Prætoris uxori Aurelii testamento caverat, ut sine pompa sepeliretur, atq; strepitu. Qvum autem mortua esset: maritus, qui conjugis memoriam diligenter, morem ei gerit: & Franciscanis, quorum in templo sepulta fuit juxta patrem & avum, munera loco dabat sex tantum aureos, cum illi sperassent multo majorem prædam. Et cum deinde sylva cæderet atq; divenderet, potentibus illis, ligna dati sibi gratis, denegabat. Tulerunt hoc valde graviter: & cum antea minus illum probarent: vlciscendi rationem hanc excogitabant, ut dicerent, ipsius uxorem in sempiternum esse damnatam. Architecti hujus tragedie erant Colimannus & Stephanus Atrebatensis, ambo Theologi doctores: & ille quidem erat exorcista, totumque suum apparatus in ejusmodi rebus adhiberi solitus habebat in promptu. Rem vero sic administrabant.

Novitium quendam adolescentem supra testudinem templi collocant: is intepstâ nocte, cum ad demur murandas preses illi more consueto venirent, magnum excitat strepitum: adhibentur adjurations & exorcismi: sed nihil ille proloquitur. Jussus adere signum, quo declararet, num sit mutus spiritus, denuò tumultuantur & perstrepit: id erat loco signi. Eo ja[n]to fundamento, cives aliquot, & celebres quidē, iſiſ ſecunduſ diſcebat: partant sibi

factum initium, ille de superiori loco turbam excitat. Rogatus quid vellet, & quis esset, significat, non sibi licere loqui. Jubetur ergo per signa respondere ad interrogata. Foramen a[er]at factum, per quod ad motis aurib[us] exorcistæ vocem haurire poterat, & intelligere: deinde tabulam habebat ad manum, quam interrogatus feriebat sic, ut infrā posset exaudiri. Primum itaq; rogatus, num ex eorum numero sit, quib[us] sint sepulti: postea multis ordine recitatis nominatim, quorum ibi corpora erant condita, venit tandem ad uxorem Prætoris: ibi dato signo, se spiritum ejus ele, demonstrat.

An sit damnatus, & quoniam suo merito seu delito? num propter avaritiam, aut libidinem, aut superbiam, aut non præterea charitatem, an verò propter nuper natam hæresin & Lutheranismum? Deinde, quid sibi velit illo strepitu & inquietudine? num ut corpus loco sacro sepultum effodiatur, alioq; transportetur? Ad hæc omnia sic, ut Iussus erat, per signa responderet, quibus aliquid vel affirmabat vel negabat, prout bis aut ter tabulam feriret. Cum autem & damnationis suæ causam esse Lutheranæ hæresin, & effodiendum esse corpus, significaret: monachi petunt à civibus quos adhibuerant, ut iis, quæ coram vidissent, dene testimonium: & actis, quæ jam erant confecta superioribus diebus, subsciberent.

Hi, re deliberatâ, ne Prætorem offendarent, aut molestiam sibi crearent, id facere recusant: illi nihilominus panem azymū, quem vocant hostiam & corpus Domini, cum reliquiis omnibus divisorum aliò trasferunt, & Missas ibi suas peragunt: quod lege Pontificiâ fieri solet, cum locus aliquis propter infamiam & profanationem est expiandus. Nam certa quædam ejus rei capita sunt, ipsorum comprehensa librit. Episcopi autem vicarius judex, quem officiale vocant, c[on]tra re auditâ, ut propriis omnibus cognosceret, venit eò, comitatus honestis aliquot viris, & exorcismos fieri præsente jubet: ac deligi nonnullos petit, qui supra testudinem ascendant, & videant, num spectrum aliquod appareat.

Ibi Stephanus Atrebatensis admodum repugnat, & valde dehortatus, ne fieret, ajet, non esse turbandum spiritum: & quantum is, quem dixi, vicarius multam instabat, ut adjurations fierent, tamen intrare nihil potuit. Interea Prætor, ubi reliquos judices urbanos, quid fieri vellet, docuisse: ad regem profectus, rem omnem commemorat. Et quia suis privilegiis ac immunitatibus freti, judicium monachū declinabant. Pax ē: nati Parifino deligit,

tus per Germanum pontificem.

Itaq; cum nullam haberent exceptionē rei, traduci Lutetiam coacti sunt respondere: sed nulla potuit ab eis exprimi confessio. Positae singulis erant custodiz separatim, & novitus quidem tenebatur in ædibus Fumzi senatoris, & sape solicitatus nihil voluit fateri, metuentes, ne post interficeretur ab illis, ob injuriam ordinis maculā, & factam ignominiam: sed quum judices & impunitatem ei promitterent, & fore dicerent, ut in ipsorum potestatem minimè rediret, totā actionem ordine recenseret: & adductus ad illos, idem affirmat. Illi quanquam erant convicti, & in ipso propè maleficio deprehensi: recusabant tamen judices, ac privilegia sua factabant.

Verum id frustra fuit, & de communī consilio latā sententiā damnati sunt, ut Aureliam reducti, & in carcerem conditi, publicè deinde producerentur ad primariorum templum, & ad eum urbis locum, ubi supplicia sumuntur de maleficiis: atq; ibi suum scelus ipsi profiterentur. Postea in proverbiū abiisse memini, quo, ubi figuramentum aliquod narraretur: Spiritus est Aurelianensis, dici solitum est.

Idem. Quidam pastorem agens in pago Durweils, circa Esu Weile, puellam nomine Helenam Diaboli obsidione pressam in Loēn, pago prope Aldenhoviam sito, in Julii ducatu, suis execrationibus se libertate velle, elato supercilie promittebat, convocatis ad hujus miraculi spectaculum solenne aliquot Ecclesiasticis viris vicinis. Exorcistæ huic aliquandiu suis dejerationibus frustra sudanti in extubādo dæmonie: hic tandem ait, se mansurum propterea, quod circa vitrum loco illi illustrando applicatum versarentur multi ejus collegæ qui ipsum confirmarent.

Miser ille pastor mendaciōrum auctorū confusus, ad eos per vitrum expellendos convertitur: atque ubi se operam ludere videret, indignabundus tandem in hac eru- pit verba: *S. ullam habes potestatem trāsmigrandi in Christianum, transmigra ex illā in me. Cui incun&anter latine respondit Diabolus: Quem pleno jure in postre- mo die possidebo, quid opus est illum jam tentare?*

Postea dæmonis testimonium de Missa cognoscere cupiens Joannes Sartorius, parochus in Loēn, lingua maternā rogabat dæmonium, quare puella mox ad sonum campanæ, judicantem missæ actionem celebrandam, semper ab eo cogeretur ad templum: num missa tam esset bona, aut mala? Ad hanc questionem se non respondere posse, sed deliberatum, inquit. At& sic est celebratus anno 1559. circiter 17. August.

Idem lib. 4. cap. 10. Moniales in Hessi monte Neomagii, dæmonium aliquot annos infestasse, audio: quod dormitorium noctu velut cum turbine ingressum, testudine citharaq; tam videbatur ludere suaviter, ut ad choreas temere induci potuissent virgines: inde canis instar in unius N. leatum insiliebat, in qua muti peccati, quod vocant, cedebat suspicio. Similia multa, & longè graviora in eodem accidere cœno-bio, vivente patre Paulo 3. Novi aliud item collegium non ignobile, in Coloniensis provinciæ limitibus: ubi ante annos octo dæmon canis specie interdiu procurrens, consendensq; sub interiora religiosarum virginum indumenta, spurce velitationis indicia exteriora vestium motu ostendere videbatur.

Idem lib. 3. cap. 26. In pago quodam inter Delphinatus & Sabaudia montes parochus quidam, Mauricius nomine, ut indoctus, ita in rusticorum mulierculis demulcendis ingeniosus, cum Lisetta quadam plus quam sacerdotali jungebatur vinculo. Maritus zelotypus eam agere ferre, & uxori omni sacrificiorum consuetudine interdicere. Mauritius amore ardens per Lenā quandam Lisettæ persuadet, ut Dominico die, quando sacrifici interest, humili prolapsu se dæmonicam esse fingeret: fore etim, ut maritus opem sacrifici in dæmons pellendo imploraret: Successit technica ex vota. Et Lisetta à Mauricio adjurata, sub dæmonis personâ, quam egregie singebat, in maritum zelotypum mox se commigrataram, respondit. Miser ille metu territus, veniam petit, & peccati sui expiandi modum cum lachrimis à sacrificio postulans. XL. sanctorn̄ templū invisiere, & Mauricio viro sancto mulierem dæmoniacam concordere ad redditum usq; i[n]betur. Paret miser, & ut ab imaginario dæmons se suamq; liberaret, religiosâ peregrinatione suscepta, uxorem parochio, lupam scilicet lupo commisit.

Idem cap. 33. Grassante crudeli bello inter Reges Dania & Sueciæ, anno 1563. ex castris Danicis scriptum est. Sveciæ Regem inter suas copias circumducere quatuor vettulas Lamiæ, quæ carmine omnem Dano præpedirent victoram, ut nullum posset hosti facere damnatum: & si qui à Sueciæ Rege cingerentur obsidione, redderentur imbellies, atque in dedicationem proni. Ac licet fama huic prius nulla fuisse data fides, postea tamen unam ex his Lamiis captam fuisse à milite generosi Comitis à Schyvartzenburg Guntheri. Ducis

multæ , aliiq; characteres appendebant. Graviter autem utrinque delictum est, contra manifestum Dei mandatum: à Suecis, quod veritatem opem accierint: à Danis vero, quod sibi à Magicis illis præstigiis, & Dæmonum ludibriis timuerint.

Joannes Funcius Norinbergensis.

Tales Doctores (papistas meretur mundus, suo fastidio veritatis: quod & nostris nobilibus & delicatulis civibus brevi eveniet, qui Dei veritatem ferre, præ nimirum saturitate, non possunt. Imp. Carolo 5. Pp. Julio 3,

Autoris hujus vita.

Anno 1512. Werdæ in suburbio extra Noribergam natus est Joannes Funcius, die 7. Decemb. hora noctis circiter tertiam, Ecclesiastes, qui Chronogiam illam egregiam, cuiusmodi librum non habet universus (quantum ad accuratam seriem & computationem annorum refert) Christianismus, composuit, consilio & adminiculo D. Andreæ Osiandri. Verum anno 1566. in Octobri, annos natus 48. Regimonti Borussiae cum duobus secretariis decollatus, vita functus est. Deus illis beatam à morte resurrectionem largiatur ad vitam æternam. De his versus.

Simonis & Iudeæ, Funck, Schnell, Horst in terière.

Idem Func. Sergius primus fuit, qui nomen Christo datum, & in ipso baptisma- te suscepimus, propria voluntate abnega- vit. Sed Mysterium intellige. Quod enim iste, ut & alii sequentes, baptismi sui gratia- am aperte ac manifeste respuerunt: hono- rificentius estimantes nomine in unctio- ne, à misericordiis hominibus excogitata, suscep- ptum: quam quod in baptismo, à Christo servatore instituto, acceperunt: manifesta est hæc antichristi facies: & ita fieri, ut à fi- delibus nosceretur, Deus certè voluit. Qui- dam tamen ab hac nominis mutatione, ad septimum annū Julii secundi (qui, assun- to Pauli gladio, Petri clavem in Tiberim projecit) Bestiæ numerum, ob quædē tunc revelata mysteria, supputant.

Idem. In Lugdunensi concilio anno Do- mini 1245. Innocentius, pro firmādo Abad- donis imperio, constituit, ut Cardinales rubris galeris ac pileis uterentur, & equis phaleratis per urbem veherentur: non ut eo significarent, se paratos esse, pro fide Catholicā ac populi salute proprium san- guinem fundere, ut Christianus Massenus in Chronogia somniat: sed honestandi or- dinis gratiā (sic Platina dicit) ut inde pō- pū indistabili atque ambitione turgesc-

coccino induita, Apoc. 17. per omnia repon- dentes essent.

Idem. Cum jam Romanorum in Occi- dente rueret imperium, dum alij alteri in- fidiatur, Odoacer Herulorum Rex, quem quidam Saxonem, quidam vero Rugium fuisse tradiderunt, qui cum temporis orā penè Germaniam obtinebat, magno cum exercitu Italiam intravit: Victorq; primus ex peregrinis dominis Romam possedit. Atq; is unus ex illis esse mihi videtur, de quibus in Apocal. cap. 17. dicitur: Quinq; ceciderunt, &c. Nam cum ibi sermo sit de Romano imperio, quod fuit & non est, & tamen est, &c. ego de eo Imperio intelligo, quod post Augustulum enatum est.

In hoc quinq; diversorum populorum dynastia conciderunt, priusquam à Ger- manis occupatum, & Electoriā dignitate corroboratum fuit. Fuerunt autem quinq; illi, qui ceciderunt, Hercules, de quo nunc dixi, Gothus alter, Græcus cum Exarchatu tertius, Francus sub Pipino & ejus nepoti- bus quartus, quintus vero Longobardus, sub Berengariis. Hi enim omnes successo- ri Romam obtinuerunt, donec Saxones eam per Otttones occuparunt, ex quibus tertius Otho Elegores instituit, sub quo tu- telâ Occidentis Imperium usque ad Ca- roolum quintum firmiter stetit.

Appropinquante vero die novissimo, ac mundo ad interitum inclinante, omnia nunc turbantur, donec septimus veniat, qui non diu mansurus est. Quis vero hic sit futurus, meum non est divinari.

Idem Chronicon suum concludens sic ait: Pontificum nugas, & nostrorum ho- minum stultias qui, prælucente verbore- ritatis, Antichristum videre aut noluerunt, aut non potuerunt, forsitan volente Deo, p. 57. longius referre me coedet atq; piget. Tot enim sceleribus Pontificum describendis haec tenus defatigatus, atque ita sum irritus, ut me paeniteat, si bona aliquâ dictione in eis conscribendis uti debeam. Quare quæ restant memorabilia, paucis & brevi- ter recensebo, quod tandem ab hoc opere, quod in fine mihi satis molestum esse ce- pit, liberatus, ad sacrarum rerum studia (quorum mihi potior usus esse potest, quæ ex his nefandissimorum nebulous actis etiam optimis animum revocare possim.

Idem in Chronol. lib. 3. de destruptione fondamenti Papatus Romani. Eutropius, alioqui diligens Romanarum rerum scri- ptor, compendio totam Romanorum hi- storiam, ab urbe condita usque ad Valen- tiniani & Valentini Imp. tempora, con-

hinc inde corrasis historiolis. Is, quisquis tandem fuerit, cum legationis Philonis meminit, inter alia & hæc verba posuit: Is (scilicet Philo) Romam veniens, locutus est cum Apostolo Petro, ejusq; amicitias habuisse fertur.

At cum hoc in Romanenium favorem confitum sit, non potui intermittere, quin non ferendum errorem fanatici ejus hominis, quisquis fuerit, in lucem producem, & paucis hoc, quo Papa nititur, fundatum i&ibus arietinis concuterem, quò si majoribus machinis id adoriri oporteat; ruinæ tantæ molis facilior patefiat locus.

Scias igitur, pie lector, quòd omnes Patriatus Romani historici unanimiter tradunt, B. Petrum quadragesimo post natum Christum & quarto anno Romam venisse. (Quamvis omnes à vero aberrant, tamen hoc loco refellere non est animus.)

Hic Eutropii depravator, & Pontificius adulator dicit, Philonem anno quadragesimo Petrum Romæ convenisse, &c. Mendaces ergò facit omnes Romani Pontificis historio planos, cum is solus quatuor annis priùs Petrum Romæ intrudat, quam illi fecerint.

Secundò, ipse compilator historiæ, & augmentator Eutropii, altera statim columna, in vita Claudi dicit, Petrum sub Claudio eò venisse, &c. Si sub Claudio eò venit, quomodo sub Cajo ibi erat, qui Claudiū præcessit? Nam si velit hoc obverteare, Petrum in Judæam sub Cajo rediisse, & demum sub Claudio Romam reversum: quomodo hoc ex actis Apostolorum, ex historia Ecclesiæ, & ex iis, qui, aliquot annis Antiochenam Ecclesiam à Petro restitā esse, afferunt, verum esse demonstrabit? Sed hæc admonuisse hoc loco sufficiat: mox totum Petri, nunquam Romani Pontificis, negotium aggressuri: Res Judæorum, & alia quædam scitu necessaria, priùs absoluimus.

Cum modis in Alexandria misericordiæ oppressi essent, in Babylone Chaldaeorum & Seleucia Syriæ non minor eis calamitas evenit, quam Josephus 18. Antiquitatum libro cap. ultimo satis luculentem descriptam reliquit. Cujus summa hæc est.

Eran duo fratres Judæi, infimo loco nati, Asineo uni, Amileo alteri nomen, ii latrocinando primùm haud contemnendam sibi multitudinem afficerunt: & cum hoc malum subinde latius serperet, Artabanus Parthus principiis (sed serò) obstatre cupiens, de nocte ab illis invasus magnam suorum cladem perpetratus est. Tandem virtute juvenum motus, eos in amicitiam recipit, commendata curæ eorum. Babylon-

ad luxuriam flectant) viri cætera præstantissimi conversi. Anileus Satrapæ cuidam uxorem, quæ forma omnes eo loci fœminas antebat, vi ademit, ipsoq; interfecit. eam sibi matrimonio junxit. Quæ sine mora animum ejus ad Parthicorum cultum Deorum rapuit. Quod Judæi fascibus ejus subiecti graviter ferre, ac ad Asineum trahi, tandem & arma minitari: Asineus fratri connivere: tandem clamore suorum vicitus, ut fratri resisteret actibus, Anileus uxoris instinctu, Asineum fratrem prius veneno tollit, quam is quicquam adversus eum tentare posset, solusq; regno potitus, exercitu collecto, Mithridatē generum Parthorum regis invadit. (Sic à flagitio, ubi principio non obstes, subinde ad audiendum majora rapitur homo, donec factorum dignam recipiat mercerem.)

Is bello hosti obviam factus, fessos iterare sitiq; fatigatos, sine mora cædit, sternit, profligat. Anileus fuga elapiens, reliquias ex bello collegit, illisq; infinitam fere pesimorum desperatissimorumque hominum multitudinem adjunxit: quibus instructus, Babyloniorum vicos longè lateq; populatur, Babylonii, pacis petendæ gratia, castra ejus ingressi, omnia, ut erant, pro necessitate speculantur: visaq; opportunitate, ad suos, quasi quæ acta essent relaturi, regrediauntur, Judæisq; nihil tale suspicantibus, Babylonii de nocte eorum castra invadunt, Anileum cum suis opprimunt: statimque metu ejus liberati, omnem vim in ipsos, qui Babylonem habitarent, Judæos converunt, multis occisis, reliquos urbe propulsant. Qui Seleuciam transmigrantes, quinquennio res aliquantulum habuere tranquillas.

Orta autem postea seditione, ad quinq; quaginta millia Judæorum ibidem ceduntur. Ceteri ad Nisibim & Neeram Mesopotamia urbes seceperunt. Sic divina ultio pasim Judæorum populum invenit: donec tandem penitus res publica eorum deleteria sit. Quod nobis in exemplum proponitur, ne abjecto Dei verbo, spretosq; Dominino nostro Jesu Christo, similes, aut pejores tandem sufferre peccatas, velimus nolimus, cogamur.

Nunquam credidissem, Satanam in tantum excæcare potuisse hominum mentes, ut ea, quæ de Simone Mago, cujus in Actis Apostolorum mentio fit, ab Irenzo referuntur, cogitaret, nedum diceret homo faceret: ni nostra mihi secula fidem facerent, ubi non multò major tam Deo, quam filio ejus Domino nostro Jesu Christo, à quam plurimis honor tribuitur, quorum blasphemias vel in soquo cas mente cogito, me

eo narrabuntur. Nunc, ut Satana vici te-
nas; e jussq; in Dominum nostrum JESUM
virulentiam agnoscas, pauca de Simon ex
historia subjungam. Quæ compendio sic
accipe.

Simon magus Samaritanus fuit, de vico
Gytto natus. Is sub Claudio, postquam in
Oriente ab Apostolo confusus esset (ut in
Actis legitur) Romanum venit, magicis arti-
bus multorum mentes decipit ita, ut DE-
US putaretur, statuamq; sibi in honorem
poni videret, cuius inscriptio erat, SIMO-
NI DEO SANCTO. Is mulierculam quâ-
dam SELENEM nomine, quæ prius apud
Tyrum corpore mercedem fecerat, secum
circuinduxit;

Eam primam mentis suæ conceptione,
matremq; omnium vocitabat, per quam
initio concepisset Angelos facere & Arch-
angelos. Ipsi quoque ferè omnia adscri-
bebat, quæ sacræ literæ Verbo Dei æterno
in creatione ascribunt.

De se quoque dicebat, se summum esse
Deum, qui ob id descendisset ac transfigu-
ratus esset, ut res male ab Angelis admi-
nistatas emendareret: atque in humana for-
ma appareret, cum non esset homo; & pas-
sum se in Judæa putatum, cum nō esset pa-
sus: sicque omniem Christi honorem in se
transferens, promitterebat omnibus, qui in
eum scelenamque suam spem haberent, sa-
lutem, & ad quodvis eos impelleret libido;
liberam faciendi potestatem. Secundum
enim ipius gratiam salvati homines, sed
non secundum operas justas. Justa enim
opera non esse secundum naturam, sed ab
Angelis (qui mundum, se permittente, fe-
cissent) hominibus, ut in servitutem eos
deducerent, imposita.

Hæc fuit Simonis doctrina, quam simi-
les fructus secuti sunt: Scortationes, adul-
teria, in Deum verum blasphemiz, &c. Fons
deniq; h. c. Simon ac Pater omnium hæreti-
corum ab Irenæo vocatur. Vide plura apud
ipsum lib. 1. cap. 10. & hist. Eccles. lib. 2. c. 13.

Notum est omnibus, quod omnis totius
Romani Pontificatus potentia atq; maje-
stas, super unicum hoc fundamentum pri-
mitus extrahum est, quod Dominus dixe-
rit Petro: Tu es Petrus, & super hanc Pe-
tram ædificabo Ecclesiam meam. Hoc pô-
tificii arripuerunt, ad suam in Ecclesia ty-
rannidem stabilendam roborandamque.
Persuaserunt enim hominibus, Petrum Ro-
manam Ecclesiam primitus fundasse, pri-
mumq; fundamenti lapidem ipsum fuisse,
super quem omnes successores ejus collo-
cati, eandem potentiam haberent, ut & ipsi
fundamentum Ecclesiaz vocitarentur ef-
fentque.

rum, age ergo, si ego fundamentalum hoc
eis, ut confido, evertero, & vanum emen-
tumque esse demonstravero: insigniterne
victoriam consecutus ero? Ostendam ita-
que primum, falsum esse, quod dicunt, Pe-
trum Romanam venisse anno 2 Claudi hoc
est, anno Christi 44. & Ecclesiaz præfuisse
annis 25. deinde cetera persequar.

Certum est igitur ex Epistola beati Pau-
li ad Galatas, quod Petrus anno Christi 51.
Hierosolymis fuerit, ubi magnum illud
Apostolorum concilium celebratum est,
de quo in Actis cap. 15.

Dicit enim Paulus, te post tres annos,
postquam conversus esset, primum Hiero-
solymam venisse, ut videret Petrum: dein
de ait, se post annos quatuordecim ascen-
disse unā cum Barnaba, assumto simul Ti-
to, ubi illa quæstio de lege observanda, in
concilio agitata est, ut ibi patet.

Nam si conclusio illa, quæ in Actis 15.
scribitur, antea facta fuisset ab Apostolis:
non fuisset necessarium, ut Paulus denō
cum Tito ad reliquos Apostolos ascenderet:
sed antea scivissee eorum sententiam,
quod circumcisione non esset opus. Sed
ut cunq; sit, certum est, eo tempore Petrum
fuisse Hierosolymis. Computa nunc annos:
Anno currente 35. Paulus conversus est:
his adde 17. usq; ad concilium, habes si. si
tricesimum quintū pro primo cursus Pauli
ponis. Quomodo ergo ante septennium
Romæ fuit?

Sed dicet quispiam: fuit illic, & rever-
sus. Sed ego respondeo: B. Lucas nihil de
eo scriptum reliquit in Actis, quod certè
non tactisset, præsertim cum ejus propo-
situm fuerit, Acta Apostolorum constra-
re. Neque in ulla fide digna historia repeti-
tur, quod Petrus Romanum, postquam eò ve-
nerit, reliquerit, & Hierosolymam reversus
sit. Et fac, quod inveniretur: tamen cum in
Actis Lucas nihil de eo dicat, æquè incer-
tum manet. Patet ergo, primum fundamen-
tum falsum esse.

Sed dicat quis: Sit sanè, Hoc anno Pe-
trus Romæ non fuerit, quid si aliquot an-
nos post eò venit? Fac esse, tamen iterum
certum est, cum sub annum Christi 58. & 60.
Romæ non fuisse, cum B. Paulus eò captiv⁹
duceretur, & duobus annis in suo condictio
maneret. Ibi B. Lucas iterum nihil de Pe-
tro. At quid, si post hoc tempus eò venerit?
Venerit sanè: tamen ex secunda Pauli ad
Timothæum Epistola cap. ultimo iterum
certum est, cum sub tempus, quo mors Pau-
li instabat, Romæ non fuisse. Si quidem illic
B. Paulus eorum, qui secum fuere, meminit,
Eubulum scilicet, Podentem, Linum enu-
merans, & de Petrone gry quidem.

Igitur neq; Petri^s neq; Paulus e^t fundato-
res esse potuerunt. Si itaq; ab aliis, quā ab
his, fundata est Romana Ecclesia: vanū, fal-
sum, fictum & ementitum est; quicquid
Romani Pontifices de B. Petro &c. gloriati
sunt. Vides ergo, pie lector, Romam sedem
super mendacio fundaram: quz tamen tot
seculis, magna cum superbia, totum fere
Mundum tyrannice oppressit.

Sed obijciat mihi aliquis: Ipsum Pe-
trum in sua priori Epistola Babylonis me-
minisse, atque ibi typice Romam signifi-
cari. Cui respondeo: Hanc conjecturam
nullam esse: quia Petrus, cum illam Epi-
stolam scriberet, Roma non fuit, ut ex prae-
dictis patet. Sed quz fuit illa Babylon?
Scias, lector, unam fuisse Babylonem in
Chaldea, in scriptura famosissimam: ad il-
lam Petrum venisse non videtur à veritate
alienum. Nam cum ex Actis manifestum
sit, cum annis aliquoc in Syria egisse: fieri
potuit, ut & illam Babylonem adierit.

Præterea altera fuit Babylon in Aegypto,
in qua multi Iudei fuerint congregati. Pe-
trus ergo cum ad prædicationem Evangelii
inter Iudeos vocatus esset, etiam eo veni-
re potuit. Ac videtur mihi valde verisimile.
Nam cum Marcus, Petri discipulus, qui E-
vangelium scripsit, apud Alexandriam
Aegypti fuerit constitutus: non videbitur
alienum, Petrum in Aegypto annos ali-
quot egisse.

Sed utcumque sit: certum est, Petrum
non esse fundatorem Romanæ Ecclesie, ut
Papa mentitur. Si vero perrexerint histori-
am mihi Ecclesiastiam & Irenzum obiicere;
quorum uterque, Romanam Ecclesiam à
B. Petro fecit esse, tradunt: respondeo:
suppositum id est, & ab Adulatore quo-
dam non Pontificio subornatum. Siquidem
Romana Ecclesia, circa Nicenam Syno-
dum, in eo honore non est habita, quo eam
depravator ille Irénæi, circa annum Christi
180. fuisse tradit, ut eo loci fortassis judica-
bimus.

Valeant ergo Romani cum sua Papa, &
regnet CHRISTVS verus ille lapis Angu-
laris, super quem si quis edificatus fuerit,
non confundetur. Amen.

Quid ergo sentis de morte Petri, quem
plerique Romæ in crucem actum esse tradi-
dere? Hoc sentio. Si certum est, cum Romæ
crucem subiisse: necesse est, eum non diu
ibi fuisse, alioquin certiora testimonia de eo
extarent. Sed & hoc in dubio relinquitur.
Verum sit, necne, quod Romæ interemptus
sit, non est articulus fidei: nec hereticus cen-
sus, si quis non omnia credat, quz Pon-
tificis ad suam tyrannidem stabiliendam
excoxitur.

so instar coronæ Monachorum, facie alba,
corpo squamis cucullæ specie oblitio, ca-
ptum hoc anno affirmat Casparus Peuce-
rus:

Franciscus Rabaleus Doctor Gallus. 1550.

Ex decretalibus (inquit) constat, Papam
habere testiculos, aut quod non possit esse
Papa. Nam per subtilem Philosophiam De-
cretalium, consequentiam tales esse ne-
cessariam: Ille est Papa, ergo habet testicu-
los: & non nisi cum defecerint testiculi, Pa-
pas nullos futuros in mundo. Ex quibus in-
fertur, nullius esse pensi vates illos, quicun-
que in hac maxima testiculorum copia de-
interitu Papatus quicquam præfigite vo-
lunt.

Viterius etiam scribit, & Causam refert
quamobrem præ aliis Monachi virili mem-
bro excellat: quz quia obsecenor videtur,
lector ad ipsum remittitur autorem.

Ait præterea: Si totius mundus sit paci-
ficus, Papam movere bella. Et deportari ex
Gallia quolibet anno quatuor centena mil-
lia ducatorum: Describit quoque insulas
papisticas miro artificio. Imp. Car. 5. Pp:
Julio 3.

Cornelius Ambsterdamus. 1550.

Scribit, quod anno Domini 1531. mons-
strum in Norwegia prope urbem Elopech
captum, & regi Poloniæ donatum sit: Fu-
isse autem illud Episcopo, quantum ad or-
natum, infusum, & patagium, admodum
simile: sed paulo post gemitu, suspitiis, at-
que absurdio ululatu finisse vitam. Im-
Car. 5. pp. Julio 3.

Guilielmus Rondeletius, E^{cc} Latt. 1550. rentius Ioubertus Decad. 1. Pa- radox 2.

Mulierem se vidisse, testantur, quz absq;
vieta ad decimum ætatis annum pervene-
rit, & tandem grandis facta nupserit, felici-
cemq; prolem tecerit.

Reperti sunt etiam, qui nihil unquam
biberunt, quod testatur Celsius lib. 13. cap.
25. Plin. lib. 7. cap. 18. Apollonius de hist.
mirabilib. Athenæus libr. 1. capit. 2. Imper.
Carol. 5. Pp. Julio 3.

Michaël Nostradamus Vates. 1550.

Hic, Turcas altum quidem gradum con-
secuturos: sed postmodum (ob propria
Pee illo-

forte in Leonem dentes suos acutos orien-
surum, atque cum ijs, qui caudam illi eri-
pere contendunt, pugnaturum, omnesque
suos hostes in angustiam redacturum, atq;
ita seculum aureum redditorum, scripsit.

porro retulit, quod antequam unus pa-
stor, unumque ovile sit futurum, Turca-
rum leges atque exercitus corrumpti at quo
extingui oporteat: ut omnia, quæ verbo
Dei adversantur, intereant: illud autem so-
lum remaneat. Imp. Car. 5. Pp. Jul. 3.

1550. *Petrus Bellonius Cenomanus.*

Turcæ, quando prodeundum est in aci-
em, antequam aggrediantur confitum,
vescuntur quodam pulvere: ex quo facti a-
nimosi & audaces, pericula faciliter con-
temnunt. Utuntur quoque remedio, ut per
id alacriores sint ad vigilandum. Imp. Car.
5. Pp. 228. Jul. 3.

1550. *Baptista Egnatius lib. I. cap. 3.*

Albertus unus Monoritanæ familie (quæ
tunc Venetiis in summa autoritate erat,
recenti adhuc memoria diuī Francisci) cum
concionando, aliisque institutis nomen si-
bi per amplum parasset; in aures animumq;
Eliz Quirinæ matronæ nobilis facile per-
venit: quæ marito tunc absente, Britanni-
ca negotiacione implicito, ad Albertum
ipsum stat tempore venit, ut annuum con-
fessionis obiret manus. Qui conspecta sta-
tim matrona, formæque elegantia motus,
monere tamen in presentia suo perfundet,
cum in illa quædam laudaret, quædam et-
iam corrigeret: Abi, inquit, matrona, fa-
ctumque hunc tuum depone: quasi vero
cœlesti quadam hac forma nullam tibi pa-
rem ducas.

1550. Nec multos motatus dies, ad eam pro-
festus, amoreque jam flagrans, bonaque
spei plenus, ad eam solus ingreditur. Tum
ad genua illi accidens: Nescis, inquit, ma-
tronæ, quam gravi suppicio sim affectus,
ex quo à me discessisti, cujusue rei nuncius
ad te felicioris accedam. Si igitur, penes te
arcatum id fore secretumque, polliceberis,
magnæ te certe rei & felicissime certiore
faciam. Iussu enim Archangeli Michaëlis
huc ad te venio, qui te unam præ ceteris
Veneris matronis diligit, noctemque unam
condieit, qua ad te visendam venturus sit,
meo tamen hoc ipso vestitu, meoque hoc
corpo.

Hoc cum illa [ut sunt fœminatum inge-
nia] perlitter accepisset, præscripta ad-
ventus sui die ad eam venit: moxq; semel
& iterum in eodem versatus negotio: res
prædicatione mulieris ipsius palam facta
est: dataque opera à cognatis, ut Albertus
deprehensus gravi suppicio afficeretur.

moxq; ad eam, re cognita perque verbum
vulgata, ductus est in Marcianam aream
ursina pello teatus: sed pari quoque dolo
ab omnibus cognitus, contumelias varijs
ab urbe petitus, moxq; fratribus suorum ad-
ventu sublevatus, carceri perpetuo ab ei-
dem includitur. Imp. Car. 5. Papa Iulio 3.
ut sup.

Idem. Phocas socius, ignavus, infamis,
inertissimus & impurissimus, nihil presti-
git laudabile, nisi quod Romanum Papam
summum & primum Ecclesie caput consti-
tuit. Ecce authorem primatus, non Chri-
stum, sed impurissimum porcum. F. Anno
607. Papa Bonifacio 3.

1550. *Eduardus VI. Rex Anglia.*

Hic maxime pius, ab ipsis incunabulis
Latinæ & Græcæ eloquentiæ ac bonis arti-
bus operam navavit: & tanquam alter Io-
nias verum Dei cultum, idolatriæ supersti-
tionibusq; pulsis fulgatisque, restitut. Eo
autem die, quo in Regem coronandus erat,
oblati sunt ei tres gladii, in signum, quod
trium regnum, Angliæ, Franciæ, & Hy-
bernæ monarcha esset. Optimus Rex unum
adhuc deesse dixit, interrogatus, quisnam
ille esset? Respondit, esse volumen sacro-
rum Bibliorum. Ille liber, inquit, gladius
spiritus est, & gladiis his omnibus longe
antererendus. Scriptit Comœdiam de Mc-
retrice Babylonica lib. 1. Ex auditis conci-
onibus lib. 1. Obiit autem sanctissimus
Rex non sine suspitione veneni, anno
1553. sexta Julii, & statim suæ anno 16. Imp.
Car. 5. Papa Jul. 3.

1550. *Matthias Corvinus.*

Imperatoris hic Medicus, scripsit histo-
riam admirandam quinquennis gestio-
nis in utero: & quomodo infans semipu-
tridus resecta alio exemptus sit, & mater
curata evaserit. Imperatore Carolo 5. Papa
Julio 3.

1550. *Franciscus Leander in descri-
ptione Italiae.*

Petrus Damianus Cardinalis Episcopus
Ostiensis, abdicato Cardinalatu, sc in Ere-
mum recepit. Rara avis. Imper. & Papa ut
sup.

Idem. Benedictus II. fertur veneno ab
Abbatissa quadam in fico preparato in-
terisse.

1550. *Sebastianus Munsterus.*

Anno Domini 1476. Herbipolensis Epi-
scopus pro heretico damnavit & combusit
Ioannem quendam pecorum pastorem, ad
Niclashausen in Franconia: quia docebat,
cleri vitam esse ignominiosam, & coram

in hunc unque diem revant. Et quod regina, que Maqueda fuit proprio nomine vocata, voluit, quod & mulieres circumcidarentur, deducta ad id ea ratione: quemadmodum viri præputium eodem modo mulieres etiam quandam glandulosam caruem, quam nympham vocant, in genitalibus habent, non ineptam characteri circumcisionis accipiendo: id quod sit tam in masculis quam in fœminis ad octavum diem. Ceterum post circumcisionem masculi baptisantur ad quadragesimum diem, mulieres vero ad octogesimum, nisi aliqua intervenierit a gritudine, ut opus sit festinatio ne. Et etiam die, qua baptisantur, accipiunt corpus Domini sub exigua specie panis. Hæc omnia dicunt se habere ex libris synodorum Apostolorum.

Idem. Scribunt in Itinerariis suis Felix Ulmensis, & Breitenbachius Moguntinus decanus, Alexandriæ, & alibi in Ægypto patari furnos plenos foraminibus: in quos reponuntur tria aut quatuor millia avorum anserinorum, gallinaceorum, columbinorum, & anatinorum, & firmo cooperto furno, prunz à longe ponuntur circum fidum, quarum lento calore ova ipsa sensim per finum calent, ceu sub gailina: atque tandem simul excluduntur, & pulli ex simo gregatim procedunt, atque inde ad pascuæ ducuntur, & expascuis ad fotum.

p. 602 Idem in Cosmographia libro 4. cap. 78. Turcæ neminem cogunt ad abnegationem suæ religionis: tametsi ipsis in Acorano imperet ut exterminate contradictores. Cur ergo Papistæ pejores Turcis esse volunt?

Idem. Est & hoc prodigiū genus. Narratur, ad Ulmensium arcem esse stagnum, in quo nonnunquam pisces duodecim aut triginta pedes longus conspi ciatur, haberi quæcum, si appareat, argumento certissimo morituri hominis de familia Ganerben.

Idem. Perhibent metallum Goslariz sic natum: Quidam nobilis homo equum, cui nomen erat Ramelus, in monte ad ramum arboris alligavit. Is unguis, quibus fetreæ soleæ induitæ, terram quatit, verrit, atque ita reconditam plumbi nigri venam integumentis nudavit, non aliter ac Pegasus alatus, ut Poetæ fingunt, aperuit fontem, dum uogula feriit saxum,

Idola oraculaque impia & falsa;
Ex eodem.

In Phocide fuit sita urbs Delphica, juxta montem Parnassum: ibi fuit templum Apollinis Delphici, situm in tali loco, ubi hominum clamor & tubarum sonus, per-

cepit, & per blanditiam foramine erat, cui inhabitabant sacerdotes & vates, qui impleti non Deo, sed Sathanæ, ibi (ut & per simulachra) responsa dabant,

Multa igitur ibi & opulenta Regum populorumque viscebantur munera, non modo ex Gracia, verum & ex toto ferme terrarum orbe oblata, quæ sui magnificenter reddentium vota gratam voluntatem & dæmonum responsa manifestabant. Hunc immensum aurii & argenti thesaurum nemo mortalium audebat invadere, adeo manus princeps illi custodiendo incubuit, & homines in superstitione continuit.

Cum Xerxes rex Persarum direpturus Græciam, magnam vim hominum in eam transtulisset, contendissetque Apollinis templum spoliare, in maximum venit periculum. Nam devolvebantur è monte in eius excertum duo faxa, caderantque ignita spicula cum horrendis tonitruis è celo, & qui concenderant montem, ceteri insani precipitabantur de monte, intererantque tunc (machinatione dæmonis) ut Trogus scribit, quatuor millia hominum.

Idem evenit Gallis sub duce Brenno, cum niterentur descendere hunc montem, & dispoliare Delphicum templum. Nam per excitatum terræ motum caderat in exercitum portio montis, quæ multos interemit, deinde insecura est horrenda tempestas, tonitrua, fulmina & grandis, unde bona pars exercitus sternebatur, ut cogerentur abstinere à sacrilegio. Brennus quoque dux graviter læsus, & dolorem vulneris ferre non potens, ex impatientia fibi ipsis pugione mortem concivit: Delphici vero liberati ex illa necessitate, laudaverunt Apolinem Deum suum. Si ergo Diabolus apud infideles potest aeris tempestates, quod vult, vertere, quo illos in errore & falsa religione contineat.

Quis jam, Papistas Ethnicorum esse & militatores, neget? An non enim excavant simulachra sua, (quæ hac ex causa tam diu & deo mordicus in templis suis, contra omnium magistratum imperata, retinuerunt) & falsa oracula per ea edunt, artificiisque suis eadem sic componunt, ut mediante oleo, lachrymari cum hominibus videantur. Item simulant larvas spectrorum & lamurum, & se animas esse ex purgatorio ajunt, jubentes sibi salutem consuli & parari per eleemosynas & contributiones in æratæ Ecclesiastica: cujus rei exempla alibi in opere recitata fuerunt.

Idem Pontifices progressi, aut lectis in publicum portati, præconio clamari

* tellitum Papæ sentiunt. Deinde triplicem
antem coronam neque Monarchæ, neque
Christiani umquam gestaverunt. Nisi quod
Inde Calecutini similem coronam capitii
Cacodæmonis, quem adorant, appingunt,
&c. De eodem etiam infra anno 1587.

Idem refert ex Herodoto, Ægyptiis esse
consuetum, à cœna & prandio, priusquam
discedatur, mortuum è ligno factum aut
pictum, cui libet assidenti monstrare: ut
memores impendentis mortis à vanitate
mundi conversi, ad illam se operibus bonis
& piis preparare discant: post à sacerdo-
tibus pia exempla ex sacris prælegi, ut illis
rex ad justitiam, & pie justique imperan-
dum commoneatur. Sed & Regi hoc inpri-
mis admirari, ne ex voluntate, sed justi-
cia & pietate imperet. Post hæc execratio-
nem etiam fieri in malos consiliarios, qui
Regi iniqua suadeant, nam in hos omnem
culpam coniiciendam esse malorum.

Hæc dum memorantur, in mentem ve-
nit & iste ad convivia laudatissimus Re-
gum Galliæ mos, institutus à R. Francisco
z. Valefio, auctore illo humanarum litera-
rum munificentissimo, scilicet, ut semper
ad mensam regibus post tergum præsto ad-
sident Philosophi, historici, aliqui docti &
periti rerum viri, qui ad omni gena propo-
fita & quæstiones interrogari, respondere,
& pulcherrima inter epulas exempla, hi-
storias, apophthegmata & alia, ne sine
fructu & doctrina abeat tempus & symposi-
um, eoram regibus recensere soleant.

Cum autem hoc loco mentio facta sit de
Ægyptiorum sacris, obiter quoque obser-
vari potest, sacerdotes eorum habere li-
brum, illis Sacra Ambris dicitur, ex quo
sua responsa depromunt.

Ioannes Lelandus Antiquarius.

In vita Ricardi Regiosylvani narrat, ali-
quot Franciscanos sibi absidisse testiculos
ut sine molestia servarent coelibatum: idē
& de Origene fertur. Sed hoc hodie, ut &
omni tempore, adeo est tamum, ut lascivæ
religiosorum nihil non sacrorum & pro-
fanorum in universo mundo polluerint.
Imperat, & Papa ut sup.

Idem. Petrus cum ex Christi Domini jus-
su ac præcepto circumcisionis apostolus
fuerit: Cal. 2. æquum profecto non erat, ut
reliquo Iudeorum grege, 25. annis (ut som-
niant Papistæ) apud Gentes incircumcisas
Romæ sedderet, aut illic gentilium regnum
more imperaret. In Iudea ergo ac finitimiis
regionibus Christi mandato obstrictus per-
mansit, prædicans in maritimis urbibus

batur. Nam Iudeæ paralyticum zæcam
sanitati restituit, Tabitam Ioppe mortuis
excitavit: in Cæsarea centurionem Coeno-
lium baptizavit, atq; alibi alia plura fecit.
Quæ omnia declarant, illum nec sedisse,
nec mortem obiisse Romæ. Vnde Bapilla
Mantuanus non ineleganter in sexto Fa-
storum libro:

*Urbibus Agryis Christi post funera, post
quam*

*In cœlum redit, bisseptem dicitur annos
Impendisse gravi vexans mala numina
bello.*

*Mox maria ingressus, longaque ambagi
viarum*

*Circumlatu, inter verrit Bitynicaversu
Lattera, Cappadoces, Galatas, Pontumque
peragran.*

*Quotquot erant illis Iudeæ ab origine re-
gnis,*

*Edocuit Christus, veterique retraxit ab
ipsu.*

* Hieronymus, atque Lyranus super illa
Christi verba, Ecce ego mitto ad vos Pro-
phetas ac sapientes, &c. assertunt, Petrum
fuisse à Iudeis Hierosolymæ crucifixum:
quod & illis verbis aptissime responderet.

Idem. Inter hæc, quædam fratricellorum
orta est, qui paupertatem Christi & Apo-
stolorum constanter prædicavérunt. Intet
quos & noster Ockamus postea signifer-
fuit. Nam librum de paupertate Christi,
strenui ducis officio functus, scripsit ad Io-
annem 22. Pontificem Rom. Ille videntes,
nisi maturius tantæ pesti occurreret, soas
opes, pampam, fastumque perditum in i-
tatis viribus novam factionem radicatu-
p 604
exitpare contendit, Ockamum ecclesiasti-
cæ censuræ fulmine percutiens. Tertius
Ockamus, in Bavariam ad Ludovicum Im-
peratorem cunfugit, à quo humaniter est
acceptus, &c.

Idem, Nullo (inquit) tempore defuerunt
suz artes Romanis corradendi pecu-
nias: sive Turba aliquid novatum rerum:
sive nihil in Christianos moliretur.

Stanislans Orichonius Ruthenus in libro de lege cœlibatus.

Cum quædam poëmata Romæ legisset
Paulus 3. in se atq; filiam scripta: illachry-
masse dicitur, & ob acerbitatem legis cœli-
batus cum amicis expostulasse: quod is, qui
non solum Ecclesiæ, sed etiam continentie
antistes esse deberet: filiam in ore atque
oculis civitatis cum summo probro ver-

esse: quia huic in matrimonio nasci licebat, nisi idem cœlibatus obstatisset. Itaque consilium illum cœpisse de restituendo sacerdotum conjugio fuerunt: quod tamen morte preventus, exequi non potuit.

Hunc eundem lector vide, quæ de pecunia, quam meretrices Papæ pendent, scribit: & mira reperies: nam in Metropoli Pontificis, Romæ perhibet esse plures, quam quadragies millenas meretrices & scorta publica: & ab his colligi censum singulis mensibus in estimabilis magnitudinis, Imp. Car. 5. Papa Julio 3, ut sup.

1550.

Micas Merastites.

Hic de quæfisis per abusus ut etiam Car. Mol. inquit: *Quia de mercedibus meretricis congregata sunt: ad mercedem meretricis revertentur.* Imp. Carolo 5. Papa Julio 3.

1550. De sacerdote ebrio *Ioa. Stigelinus.*

Pontificis quidam non ultimus inter alumnos
Mystica de votâ dum sacra voce canit,
Hæsterna crapule faciente gravedine somnum,
Sopitus positos labitur ante Deos.
Excitus à famulo, Prost si verteris, inquit:
Inter convivas seratus esse suos.
Quis vos pontifices famulos neget esse deorum?
Non alio debet Bacchus honore coli,

1550. *Papirius Massonius de vitiis*

Paperum.

Tempore Innocentii VIII. Zizimus, frater immanissimi Regis Turcarum à Rhodijs captus Romam adducitur. Quis eius ingressus in urbem fuerit, quid facere coram pontifice tecusarit, Matthæus Bollus Canonicus Veronensis epistola trigesima diligentius exponit, quam illius ætatis gravissimi historiarum scriptores, in hunc quidem modum:

Sed ne modo etiam te lateat, quæ in urbe geruntur: hoc vel unum videtur mihi cognitum dignum, fratris Imperatoris magni Turcorum accessus, qui solenni pompa acceptus est, tota urbe spectante. Incessit enim per speciosiores vias insigni insidens equo mediusq; inter Franciscum Papæ filium, & grandis magistri Rhodiorum equum fratrem. Deniq; in sacrum palatium investitus est, ibiq; honifice habitus.

Non multos post dies publicum in Consistorium deductus est ad pontificis Max. conspectum consilio in throno sedenti-

cogi potuit modo: ut dolore & indignatione perimotus Christiani, qui spectaculo adest, rabidam omnes bilem despumarent, & in alterutros fremerebant, quod non vi incuruaretur a stipatoribus armatis, aut barba raptaretur ad factos pontificis pedes, ne impune Christianam dignitatem & divinam rem nostram contemneret.

Idem. Habuisse Alexandrum 3. Papam Judaici generis servos, ostendit Beniaminus Judæus in Itinerario suo, ut supra dictum. At nescio an laudari possit, quod Judaici generis servos habeat Pontifex Christianus? Reges enim ac pontifices sape miseri sunt non tam sua culpa, quam quod allestant. p. 605¹ rum suorum peccatis ac criminibus premutur. Itaque impiorum damnataque sectæ, & cœlo quoque ipsi invisos servos habere non debuit. Imperatore Carolo 5. Papa Julio 3.

Remigius de Cony de immunitate

Ecclesiastica.

1550.

Ducto ad patibulum si obviet Cardinalis, liberatur, ponendo capellam super caput ejus, idem tenent Salicetus, Castrensis, Martinus Laudensis, Bald. Belpolla, Normitanus, Zasius, Matth. de Affl. Bar. Albericus, Bar. de Bellezinis, & aliis. Imperatore Carolo 5. Papa Iulio 3. ut sup.

Bernardinus Ochinus Senensis. 1550.

Bernardinus Ochinus inter ceteros suis libros pios & doctos, scripsit Apologos, quinque libris comprehensos: in quibus Papatus superstitionem, impietatem, stulticiam, corruptosq; mores acriter perstringit. Docuit autem Christum in Italia, ubi potenter Antichristus regnat, & fideliter in vinea Domini laboravit. In libris autem suis (sicut & Rauscherus & Historia Magdeburgica) recenset aliquot centena falsorum miraculorum & mendaciorum, plena impietas & blasphemiae: quæ commenti sunt sacerdotes & Monachi, ad caprandam opinionem sanctitatis, cuius praetextu facherent quæstum, & per hunc Politicam dignitatem, & imperium assequerentur: Christi scilicet & S. Apostolorum exemplo, quibus nec fuit, quo caput reclinarent, nec aurum vel argenti quicquam,

Verum & ego similius plastra/in aliud tempus reservanda) aliquot ex ipsis colle: & a in promtu habeo: quorum eos nonnulla sanctis quoque Patribus affingere nor

Intricatus viris ordinis Cisterciensis, virtus
fratrum ordinis Eremitarum, Paradisus Heraclidi monachi: Jacobus de Vitriaco, Itinerarium Dietmari, Scala cœli, Historia Lampardica, Acta B: Fancisci, & Rosarium: Liber exemplorum, Orosius, Vita Patrum, Speculum historiale, Vita S. Bernhardi, Vita Sanctorum, Exempla Beatæ Virginiis, Liber conformitatum, Discipulus, Paratus, & alii plurimi.

1550. *Farrago conformitatis.*

Habeo librum, cui titulus est, *Farrago Conformatitatis Ethnicæ, Judaicæ, & Turcicæ religionis cum hodierna Papistarum doctrina & ceremoniis*: in quo, ut titulus præfert, luculententer docetur, papistas ut plurimum suos ritus ab *Ethnicis mutuatos esse*. Probatur hoc quoque à Gyraldo, Polydoro, Ballingero de origine erroris, & Verteto. Inter alia multa unum atq; alterū tantum hic referam: *Cœli Rhod. le&t. antiq. lib. c. 10.* ubi ait, *Sacrificulos olim ab uno cornu ab aliud discuruisse: & Gyraldi, quod de gesticularionibus Ethnicorum Sacerdotum ante altare refert. Ait enim, illos primi dextram ad os ferre, & deinde se in orbe seu rotam circumagere*. Cui plane confirme exemplum habes apud Sleidanum lib. 21.

Cum post reformationem, inquit Lutheri, Missa per totos viginti & unum annos exalasset Argentinæ, & postea denuo reduceretur, ingens juventutis erat concursus. Nam his omnibus novum erat spectaculum & inauditum, multos ibi, raso vertice, novo genere vestitus, cantare simul, quæ nemo intelligit, eeteos atque lampades ardere in ipsa, quod dicitur, meridie, fumigations atque sufficius excitari thuribulis, sacrificium altare cum ministris ad ram, pronunciare omnia sermone peregrino, variis ut geniculationibus atque gestibus, inclinari striis manibus, modo distendere, modo reducere brachia, subinde se convertere, nunc esse clamosum, nunc magno silentio quedam demurmurare, suspicere in altum, esse prouum, consistere non uno loco, nunc in dextram, nunc in levam partem altaris commigrare, micare digitis, inhalare in calicem, eumque tollere in sublimis, postea reponere certis locis, nominare nunc vivos, nunc mortuos, panem azymum frangere, & in calicem immittere, peccus ferire pugno, suspirare, clausis oculis representare somnum, rursus expurgisci, manducare partem unam panis, alteram haurire cum viro totam, nequa guttula remaneat, abluere manus, patellam deauratam aversum, extenso brachio, demonstrare pontile, admoveare sandans

aut juvenas nouas admiratione stupore, neque sane sine risu spectabat, & vix prohiberi potuit: juxta illud Poetæ:

Ridicule cause effectus quoque ridiculos, dant.

Carolus Molinæus in commentario ¹⁵⁵¹ contra abusus Paparum. ^{p. 64}

Benedictus XIII. (licet suorum Cardinalium & curialium importunitate, ut scribit Theodoricus à Niem libro 2, cap. 33, evictus) multas valde anomalas & exorbitantes beneficialeas & alias gratias, nec non exemptiones & uniones beneficiorum, ac dispensationes incompatibilium, & peccatorum remissiones, pecuniz emungendæ gratia faciebat, sequendo in hoc Bonifacium notum, impium corrivalem suum. Quaremerito, juxta Epistolam Clementis, quæ habetur in primo Tomo Conciliorum, deponendus erat, eiq; obedientia subtrahenda, etiam si non esset tam flagitiosus, ut illi Bonifacius nonus, qui adeo Simonem Magum imitatus est, ut morientibus Cardinibus, qui Simoniam oderant, summopè laretur, velut liberas habenas habere incipiens ad Simoniam publice exercendam sub quo justitia venalis: nec foenus peccatum arbitrabatur, nec falsitas quidem: qui plus offerenti, indiscriminatim vendebat prioritates datarum.

Et hæc mercimonia palam in sua curia multis annis, nullam infamiam veritus, exercuit: & adhuc priores mercatores eludebat, inventa clausula antefieri pro 25. florentis: & hos rursus per prærogativam antelationis pro 50. ducatis: fixis etiam multis regulis Cancellariæ, quas precio regigeret, ut late scribit Theodoricus, qui illis præsens adfuit, libro 2, cap. 6. cum multis seq. Et sic multo magis attrita fuit & afflita Italia, non habens, ad quem recurreret (quia carens Rego) & sic, olim provinciarum domina, omnium miserrima, ut inquit Bald in l. ex omnibus, de offic. præsid. &c. inquit idem Bald. de allod. col. 3. in usus feud. carentes Rego dicere possunt: Deseruit me fortitudo mea, & lumeti oculorum meorum, & ipsum non est mecum: quod intellige, vel recte firmata politia.

Ibidem. Faciebant Officiales Papæ quemlibet successorem obligari ad reliquæ omnium annatarum & servitiorum præcessorum. Formæ execrabilis & plus quam barbaras legere potes, si vacat, in dicto libello Apostolorum. Vides itaque, quam necessarium fuerit hoc sanctum edictum: citra quod Ecclesia Gallicana omnium erat

huc ex Angliae veterat omnes ejusmodi
exactiones, nec amplius tolerabat in Re-
gio suo. Et pariter in Regnis Hispaniarum
statutum fuerat, quod camera seu fiscus Pa-
pæ nihil omnino perciperet.

Taxa vero vacantiarum descripta in li-
bris camere Papæ, etiam de Ecclesiis cathe-
dralibus & Abbatibus Galliarum taxatis tam
tum, ascendebat ad 697750. Francorum, non
computatis Prælaturis, non taxatis & alii
beneficiis, quorum exactions ferent tantum
ascendebant. Prior autem illa summa
in sex annis integraliter solvebatur, & sic
singulis annis attendebat ultra ducenta
millia: & sic valde necessarium fuit istud
edictum: prout simile valde necessarium
erat in natione Germanica, quæ licet mi-
nus penderet eo, quod minus opulenta, ta-
men mirum in modum gravabatur: ut
identidem cogeretur supplices & querulos
libellos offerre Pontificibus Romanis, qui
eos verbis eludebant, exprobantes etiam,
quod spiritualia multo preciosiora eis se-
minabant, quodq; centuplum etiam per
eas, quas vocant indulgentias, recipiebant;
ut patet in Epistolis Aenez Sylvii, qui post
ea Papa Pius II. factus est. Imp: Catolo 5. Pa-
pa Julio 3.

Ibidem. Fuit quidem Aeneas ille egregie
a natura datus, & variis studiis eruditus,
ut ejus scripta docet: sed de sapientibus
hujus seculi, ad summos ejusdem seculi ho-
nores sensim omnibusque nervis tendens:
quo etiam tandem pervenit, & ait hunc sibi
præstitutum scopum versatilis, pulchre fo-
ruti, scenæque inservire sciens.

Primum enim scriba fuit, & dnodecim
vit in celeberrima synodo Basiliensi, &
quam diu ea invaluit, eam egregie propu-
gnavit epistolis & orationibus: Eugenium
quartum, tanquam merito suspensum, de-
jejunum, & pseudo pontificem, in secessus: &
Legatus a Felice novo Pontifice missus ad
dictum Fridericum, illum & Germanos in
obedientiam Felicis, Eugenio abjecto, con-
firmavit.

Sed mox, ut Concilii & Felicis res mu-
tare ceperunt, invalescere, Eugenio, sen-
tentiam & mores cum tempora mutans, &
etiam spretis amicorum precibus, qui illi
metuebant, Eugenium adiit, prætextu le-
gationis, quam super abolendo schismate a
Friderico suscepserat, & non ut homo con-
stans, sua innocentia fretus (ut ait Platina;
favens ei, cuius, quam honorificè potest, vi-
tam describit) sed ut tempori serviens, ver-
satili sua arte oratoria (ad virum modicæ
literaturæ, ut etiam testatur Platina) fretus
eisdem se conciliavit, suaque dexteritate
& industria curavit, & conciliaria decre-
ta

nactus, Fridericū a populi sui charitate
& defensione venēdō infuso avertit. His ar-
tibus mox Cardinalis & summus Pontifex
effectus, quam humanissimè & humillimè
scripsit ad Academiam Pariensem, nonni-
hil submurmurantem, quod poeta & ora-
tor varius & inconstans, ad Pontificatum
pervenisset. Sed mox, autoritate sua firma-
ta, pragmaticam Gallorum sanctionem, è
decrecis, quæ olim libris editis propugna-
verat sumtam, cane pejus & angue odii, &
persecutus est: qui graphicè miseras Car-
dinalium olim descriplerat, ut videretur
aulam penitus execrari, utq; pestem fuge-
re, cum tamen nemo major & callidior au-
lici fuerit. Hec tamen Aeneæ virtus virtutes p. 607.
fuit, si conferas ad monstra successorum,
quos habuit, Alexandri, Julii, &c.

Idem in Oratione de Theologiz & Ju-
risprudentia, Tbingæ habitâ. Ut file-
am bohos antiquos Italorum mores, &
splendidissima olim eorum ingenia & ju-
dicia, jam in extremam desolationem, &
apertum epicureismam, sub longa tyran-
nide, & afflato continuo pestiferi Papatus,
depravata, & in urbibus (bi matronæ olim,
scriptorum etiam monumentis celebratæ)
exempla erant pudicitia, omnia adeo de-
generasse, & in abyssum turpitudinis colla-
psa esse, ut etiam decreto Senatus meretri-
ces de publico gratis honoratis hospitiis
dentur, horrendum dictu. Sed κακολόγη
Papa stupiditas & pervicacia, infraunita ex-
tundit, ut, quod jam omnibus notum est, &
in summo totius Europæ, imo totius mun-
di theatro, nempe Venetis, sed a Papistis
gestum est, dicain.

Nondum 5. anni, impiusne magis an fœ-
tidus, nescio, sed quem utroq; malo extre-
mè notabilem esse notum est. Joannes del-
la Casa, Archiepiscopus Beneventanus;
Papalis Cameræ Decanus, & in toto Vene-
torum dominio, cum potestate Legati a
latere Legatus, ea legatione fungens. Vene-
tiis librum composuit & edidit de laudib⁹
Sodomiz. Quis hic non exhorretur? sed
horribilis est, quod in eo libro affirmat,
execrandissimum illud Sodomæ scelus ei-
se artem & opus divinum, idq; etiam pro-
pria experientia persuadere, & facere cre-
di nititur, dicens: se non alias magis venerè
delectari.

Quis ethnicorum etiam cynædorum, imo
pathicissimorum poetarum tam impuden-
ti & projecta libidinis prurientis, & plus
quam beluinæ licentia, uti ausus est? Quid,
quod variorum illi Sodomiz. Dei vindicta:

runt, nec artem & opus divinum esse dixerant.

Ex tamen tam hujus non potuit Legatum illum & Archiepiscopum Papalem, interoris etiam consilii Romane sedis antesignanum & Decanum, ut etiam iude sibi suisque symmictis, tanquam de egregio & illi curia gratissimo palmario, plaudat: non clam, sed in totius orbis, tanquam libidinibus Antichristi subacti, theatri, non menque suum & qualitatem, in honorem sedis & functionis sua libro præfixerit, veretiis per Trajanum Naum, publicū chalcographum, propalam impresso & vendito, & nondum biennium in Comitiis Helveticorum Badensib. tam prodigiosam fœdicatem execrantur, leto: dum interim Christianos, & libros de Christo (ut illum de beneficio Iesu Christi suā impiā bullā 7. Maii, anno 1549, notatum, dira crudelitate persequereur & combureret, sua impietatis administro Gerardo Busdrago, Lucensi. Decretalista, auditore seu quæstore suo impurissimo, qui in impietatis præmium Episcopus Argolicensis, & episcopi Patavini suffuraneus (suffraganeum vocant) creatus est.

Idem. Ludovicus Pius Francorum Rex & Rom. Imperator, & pariter Lotharius ejus filius & Imperator, lib. 2. capitulorum apud Ansgarium abbatem, & quæ Christianissimam & sanctissimam legem statuerunt de S. S. Cœnæ Dominicæ Sacramento, cap. 38. & rursus capite 43. sub titulo, de corporis & sanguinis Domini communione laicorum in hac verba: Ut si non frequentius, vel ter (saltus) laici homines communicent: nisi forte majoribus quibuslibet criminibus impedianter. Et quod Caroli Magni etas hunc morem integris sacramenti dandi etiam laicis renuerit, testatur Joachimus Vadianus Helverius Med. D. in Aelio & Troade, citans acta synodorum Germanicarum à morte Caroli Magni.

Illud notissimum est, usum hujus sancti sacramenti integri tam laicis quam etiam fœminis observatum, & retentum fuisse publicè & ordinariè in Gallis, usq; ad Concilium Constantiense, & deinde per Concilium Basiliense permisum fuisse Bohemis, & omni regioni adjacenti. Quin etiam indifferenter permisum est per Decretales Paparum, quæ non tam corruptæ sunt, quæ liber sextus, Clement. & Extravagantes, quæ postea supervenerunt.

Adhuc enim tempore Decretalium usus ille sacramenti in utraq; specie panis & vieni indifferenter observabatur, quin etiam specialiter injunctum erat sacrificis cuiusque parochiæ, ut hanc solitudinem habe-

Archipresbyteri, cap. 2. & 3.

Idem. Anno 1552. Sorbonici, jurati Papæ in publicis contionibus, magnis clamoribus & omni studio, populo assitum, de necessitate salutis esse credere & facere, quicquid Papa jubet: qua nefaria arte sapientia subditos ab Imperatorum & aliorum magistratum non solum juramento absolverunt: sed etiam hostes sui principis fecerunt, inslito falso religionis metu.

Idem super Reg. Cancelleriar. n. 107. Ab usus Papæ facere jus non minus quam eum, reres Imperatorum, ait, t. c. l. 1. m. f. de sup. leg.

Idem. Sed quorū episcopatus Petri apud Romanos? Certum enim est, bestum Petrum nunquam episcopatum alienum ambivisse nec occupasse, etiam à sola Ecclesiâ designatum, quanto minus iphus Iesu Christi ore constitutum. Atqui beatus Paulus ipsius Christi proprio ore constitutus est Ubi Romæ Episcopus, Act. 13. ibi: Constanſ esto Paule, sicut, n. testificatus es de me in Hierusalem, sic te oportet & Romæ testificari. Ecce missionem specialem, quo nondum fuerat ullus designatus, nec missus Episcopus. Paulus ergo primus Romanus Episcopus fuit, eo à Deo missus, & ab Angelo deductus, Act. 27. ibi: Astitit p. 60 enim mihi hac nocte Angelus Dei, cuius sum Ego, & cui deservio, dieens: Ne times Paule, Cæsar te oportet asistere, &c. Ecce donavit tibi Deus omnes, qui navigant tecum.

Romam autem ingressus, mox episcopale munus exercuit, à manu usq; ad vespere, exponens legem & prophetas, testificans & suadens de regno Dei, & Iesu Christo. Et ita mansit Romæ biennio continuo, suscipiens omnes, eisq; prædicens regnum Dei, docens, quæ sunt de Domino Iesu, cum omni fiduciâ, nemine prohibente, Act. ult. Habes designationem, missionem, ingressum, & veræ functionem primi Episcopi Romani, cum nullus ante eum in eo ministerio ibi fuerit, ut liquet ex Actis Apostolicis.

Et eum fuisse sub Nerone Episcopum Romanorum, latè ostendit Jo. Chrysost. in sermone de profectu Evangelii. Tom. 6. ubi ne verbum quidem de Petro. Tum accurritissimè illa uberrima & verè Apostolica ejusdem Pauli ad Romanos epistola, toti⁹ fidei summam & universam Ecclesias doctrinam continuans, satis specialem ejusdem Apostoli cutam erga Romanos arguit.

Non obstat, quod quidam scripsierunt, Petrum venisse Romam ante Paulum, videlicet tempore Claudi Soceti Neronis: hoc enim neque ex scripturis, neq; ex scriptis quidē Petri probatur, sed notis

magnz, quæ Iub Claudio Cziare contiguit, utq; postea Cladius omnes Judæos Româ & Italâ ejecerit, A& 18. Quæ contigisse oportet post factam illam Petri ab Hierosolymis Roman migrationem.

Sed Paulus ipse, qui in epist. ad Rom. c. 16. Ecclesiæ vel mulierculam nominatim salvere jubet, quomodo Petrum præ certe-ris salvere non jussisset, si verum est, Petru secundo anno Claudi Romam venisse, & ibi 25. annis Papam sedisse, ut fingunt Pa- pistæ? eaenim epistola aliquot annis post secundum annum Claudi scripta est, cum jam migratio Petri, sedes ejus, & prædica- tio Romam nullo modo latere potuisset.

Quid, quod Paul. 2. ad Tim. 4. è Româ ipsa scribens, queritur, omnes fratres abi- ississe, & Româ nullum alium secum esse, nisi Lucam solum? Quomodo ergo Petrus ibi fuisset, & à secundo Claudi anno, per se- quentes 25. annos ibi sedisset, ut volunt Papistæ?

Rursus Paulus scribens è Româ ad Phi- lippenses, cap. 2. de Timotheo ait: Nemia- nem habeo tam unanimem, qui sincera af- fectione solicitus sit pro vobis. Omnes enim quæ sua sunt, queruntur. Si Petrus erat Romæ, an charitate inferior erat Timo- theo?

Et in fine ejusdem Epistole ait: Salutat vos omnes sancti, maxime vero qui sunt ex Cesariis familia. An Petrum, si ibi fuisset, omisisset? An eriam proselytos è familia Neronis illi prætulisset? Illi (inquam) cuius videndi desiderio, Damasco reliqua, Hierosolymam profectus fuerat, & apud illum dies quindecim manserat, ad Gal. i. D. Illum, qui jam (si figmentum verum est) ultra quatuordecim annos in eadem urbe Româ Papam agebat;

Tum Paulus è Româ scribens ad Coloss. cap. viii, nominat Jesum, qui vocabatur Ju- stus, & alios, qui erant ex circumcisione, quos solos dicit cooperarios ad regnum Dei, nec Petrum nominat; quomodo er- go ibi fuisset, imo præfuisset Episcopus, nec tamè cooperarius esset ad regnum Dei? Tum, cum de tam multis fratribus obviam faciat Paulo eundi Romam Lucas memine- rit, apud quos cum Paulo septem dies ma- serit, A& 28. quomodo tantum silentium fuisset de Petro, si Romæ jam erat, & ibi Pa- pas edebat, ut volunt Papistæ?

Imo si secundo anno Claudi (ut fin- gunt) & sic jam quatuordecim ad minus annis ibi sedebat & prædicabat (annus enim secundus ad minus Imperii Neronis agebat, quandoq; Paulus eò duabus est, ubi biennium integrum cum Luke mansit, nul- lum tamen verbum sit de Petro, nec à In-

stantib; distet.) Rursus cum Paulus è Româ tam multas epistolas ad plures Ecclesias scripsit, ne- pe ad Galatas, ad Ephesos, ad Colossenses, ad Philemonem, & secundam ad Timotheum, & multorum nominatim etiam priva- torum meminerit, quomodo nunquam Pe- tri meminisset, & Petrus ibi fuisset? Aut si Petrus ibat & redibat, & fere (quod verisimile nō esset) toto illo biennio, quod Paulus aderat, absfuit, qui fieri potuit, ut Paulus nunquam admoheret Ecclesias de his, quæ Petrus egerat, vel quæ his continebant, cum de quibusvis aliis diligenter admone- ret, nomine præsentium salutans, & de ab- sentibus certiores reddens?

Tum scribens secundam ad Timotheū, cap. 4. ait: Demas me reliquit, & profectus est Thessalonicanus, Crescens in Galatiam, Titus in Dalmatiam, Lucas mecum est so- lis. Ubi ergo erat Petrus, aut salrem aliqui ex ejus diaconis vel discipulis? An rotos quatuordecim annos, omilio ministerio, latebant, vel ipse cum suis Paulum negli- gebat? vel à Paulo biennio toto neglectus fuisset?

Sed quod me tandem calami fervor ade- git? nempè Petrum nunquam sedisse Ro- mæ. Quod eti Papistis plusquam dñe. θεοτατος videbatur, rumparitur licet, ta- men ut quæ hactenus de hoc scripti, verissi- ma esse certum est, ita hodie plusquam no- torium est, eos factis illis mendacibus, ad pri- matum suum invehendum, populo Chri- stianio imposuisse.

Ut autem semel & in elucubrabiliter tam audax, quantumvis inveterata, confutetur impostura, quæ hujusmodi est, videlicet Petrum secundo Claudi anno (qui erat nativitatis Christi 44. passionis vero ad minimum decimus) Romam venisse, ibi q; prædicasse, & Papam egisse continuis 25. annis, & sic usque ad ultimum vel penulti- p. 609. um annum Imperii Neronis, qui fuit an- nus nativitatis Christi 69. vel 70. & passio- nis 35. vel 36. Atqui falsisrum hoc esse convincit textus apertus sacrae scripturæ, qui expressim probat Petrum anno IIIX. Claudi adhuc Hierosolymis fuisse.

Paulus enim à tempore vocationis suæ (que, ut omnes fatentur, non fuit ante annum post ascensionem Christi) postquam per aliquot dies à Baptismo, cum discipulis, qui erant Damasci, se continuisset, cœpit ibi (stupentibus omnibus) prædicare Chri- stum, & indies invalescebat confundendo Judæos. Tandem expletis pluribus diebus, intellectis insidiis Judæorum, & præfecti Areæ regis, nocte forte missus exaf-

Iunt ad minus quinque anni a passione Christi.

Exinde post alios quatuordecim annos (cum interim Paulus Syriam Ciliciamq; Christum prædicans peragrasset) rursus ascendens Hierosolymam, Jacobum, Petru & Joannem ibi invenit, ad Gal. 2. Et sic jam novendecim anni ad min' à passione Christi, qui est ad minimum decimus annus Imperii Claudii. Impossibile est igitur Petru fuisse & sedisse Romæ novem præcedentes annos, videlicet à secundo anno Claudii.

Nec evadere licet, dicendo, Petrum ante novem annos adiisse Romam, ibi q; sedisse: deinde post illos noveat annos rediisse Hierosolymam ad Concilium, de quo Act. 15. quia primò certum est, Petrum per illos primos quinq; annos mansisse in Iudea, (ut dixi) infra quos cum Joanne missus ab apostolis in Samariam Legatione perfunditus rediit Hierosolymam, Act. 8. & exinde deterè usque ad mortem Agrippæ magni mansit in Iudea, quam interim non excelsit, sed eam peragrando Christum prædicans, venit Liddam, ubi Aeneam paralyticum sanavit, & inde Joppen, ubi Thabitā suscitavit, diesq; multos apud Simonem quandam coriarium mansit. Inde Cesareā Philippi ad Cornelium Centurionem, ubi eo cum suis baptizato, aliquot dies mansit.

Tandem reversus est Hierosolymam, ubi gestorum rationem reddidit, ut patet Act. 9. 10. 11. His factis, audientes Apostoli, qui erant Hierosolymis, multos ad Dominum conversos Antiochiz, miserunt eō Barnabam, qui cum ibi multam turbam Domino addidisset, ut jam pleniori (ut propter pluribus turbis) prædicatione opus esset, profectus est Tharsum, ut quæreret Paulum quem inventum perduxit Antiochiam.

Ubi cum annum totum docuissent: tanta multitudo discipulorum accessit, ut ibi primū vocati sint Christiani. Deinde famas per Agabum prædicta.

Tunc autem Agrippa Magnus, penultimus Judæorum Rex, Jacobum fratrem Joannis occidit: quod cum videret placere Judæis, comprehendit & Petrum, qui per Angelum educitus de carcere abiit in aliū locum, Act. 12. non autem extra Judæam, ut verisimile est: & omnino tunc non adiicit Romanum, per præcedentia & consequentia. Adhuc enim inventus est Hierosolymæ post mortem præfati Agrippæ, qui paulo post liberationem Petri, post magnam turbationem, & aerem, sed irritam, quæstionē ha-

cerat quatuor, ibi Gal. 2. sub Claudio, ut testatur Josephus antiqua daicarum lib. 19. cap. 8.

Iam ergo impossibile est, Petrum secundo Claudii anno Romam ingressum esse, cum adhuc tertio Claudii anno teneretur Hierosolymis in carcere, & nondum Palæstinam exivisset: & adhuc posse dicos quatuordecim annos, qui excurrunt, in novū Imperii Claudii annum, inventus est Petrus Hierosolymis, cum Iacobo & Ioanne, per Paulum, Barnabam, & Titum: ad Gal. 2. ubi in sancto illo concilio, de quo Act. 15. sedes iustum est inter Petrum, Jacobum & Joannem ex una parte, & Paulum, Barnabam & Titum ex alia parte: ut illi quidem per circumcisioνem Apostolatu funderentur, hi vero intet Gentes: ad Gal. 2.

Postea (& sic ad minus anno sequenti, & sic 20. saitem annis à passione Christi) cum Petrus Antiochiz existens, nimis indulgeret Judæis, reprehensus à Paulo disimulationem abjecit: ad Gal. 2. Et sic erat ad minus undecimus annus Claudii, quo nondū Petrus excederat Palæstinam, nisi usq; Antiochiam. Unde, quod & præfatum sedes, & ejusdem Petri scripta indicant, perrexit in Pontum, Galatiam, Cappadociam, ad dispersos Israëlis, usq; Babylonem.

Quod si, ut Papistæ fingunt, mansisset Petrus, ut Papa sedens, Antiochiz septem annis prius, quam adiisset Romam, non fuisset illam ingressus, nisi 27. anno passionis, seu 61. anno nativitatis Christi, qui erat quartus annus Imperii Neronis: & sic non potuisse ibi sedere 25. annis, nisi vixisset ultra tempora Neronis, Galbae, Othonis, Vitellii, Vespasiani & Titi, imò usque ad tempora Domitiani, ut patet ab acum Chronicorum intuenti. Quando ergo venit Romanus? quid ibi præfuit 25. annis? nonne commentatum est?

Præterea constat non solum ex Luc. Act. 18. sed etiam ex Svetonio Tranquillo, & aliis, Claudii edito omnes Judæos Romanæ & Ital. à exactos esse, inter quos exierunt Aquila & Priscilla ejus uxor, & alii: quorum, priusquam ejeci essent, meminit Paulus scribens ad Rom. c. 16. ubi Priscam & Aquilam adjutores suos vocat, & nominationem salvere jubet, & complures alios, quos etiam suis elogiis honorat. Quod si Petrus ibi fuisset (ut jam esse debebat, secundum præfatum errorē) nonne Petrum præ ceteris salvere jussisset?

Rursus, quomodo Petrus post illud editum ibi remanere pastor potuisse, vel etiam ausus fuisset contumaciter, tanquam

modo ibi viginti quinq; annos ut Papa sedit? nonne liquet, conficta esse omnia?

Non ergo Petrus, qui circumcisus, sed Paulus, qui Gentilis erat Apostolus, Rom. 1.11.15. & 1. Cor. 9.1. Tim. 1. & 2. Tim. 1. fuit Romanorum qui Romanus, praecepit gentium erant) Apostolus, primusque ore Christi designatus. Sed cum Papistæ abnegant Paulum in Episcopum Romanum, nisi quod istam multa & aperta scripsit, ut eorum fucamenta latere nequeant. Quoties eos vidi è suggesto concionis frendentes in Paulum & ejus scripta? non minus abnegaturos Petrum, si ex quo multa scripsisset: quam satis tota & vita & doctrina cum abnegant.

Ex predictis manifestum est, Eusebium in historiâ Ecclesiastica (& quotquot eum secuti sunt) errasse, dum lib. 2. c. 14. scripsit, quod Petrus primus in Urbe Româ Evangelium predicaverit. Si enim ibi unquam fuit, saltem Paulus ore Christi missus eum ibi praescessit, per predicta: sed Paulum Andronicus & Junia, Prisca & Aquila, Apollo & alii precesserunt; qui Romanam Ecclesiam fundaverunt, quos refert & laudat Paulus ad Rom. 16. Nec sibi constat Eusebius, qui postea libro 3: c. 2. scribit, Petrum non venisse Romam, nisi ad ultimum Claudi anno. Quomodo ergo à secundo anno Claudi, & ibi 25. annos, & sic totum ferè tempus Apostolatus ibi consumisset? præsertim cum, ut ait idem Eusebius in d. c. 2. & in c. 4. libro 3. non gentibus, & sic nec Romanis, sed Judæis & Hebreis tantum, ab eodem Claudio Româ & Italia pulsis, predicaret. Præterea idem Eusebius libro 3. c. 2. scribit, Clementem fuisse tertium post Paulum & Petrum Ubis, Româ Episcopum: & sic non solum facit Paulum Urbis Româ Episcopum, sed etiam primum nominat. Et eodem lib. c. 15. scribit, præfatum Clementem illum esse, quem Paulus in Epistolis è Roma missis vocat adjutorem suum.

Cum igitur sibi non constet (quod mirum non est, cum in prefatione sua historiæ dicat beatus Rhenanus, illum ex alienis commentariis compagesse, imò partim ex scriptis, quæ postea velut apocrypha circiter 170. annos post eisdem Eusebii mortem, damnata & rejecta sunt, in c. sancta Romana 15. distin, ut ibi tetigi in addit. ad tex.) nullum in hoc fidei pondus habet, & multò minus, qui postea eum gruum more secuti sunt. Ut omittam, quod Eusebius ille Arianius fuit, & in ea heresi existens historiam suam conscripsit, & postea in Concilio ipso Nicano Arrianum dogma palam defendit, ut habet historia tripartita lib. 2. c. 7.

subtiliter vocem eiusdem interpretatus est, ut in d. lib. 2. c. 11. Et novissime sanctum Athanasium, fidei sanctæ Trinitatis propugnatorem acerrimum, criminatus est erga Imperatorem, cumq; rursus Episcopatum suo Alexandriæ iustè dejici fecit, & mox obiit, ut eadem Tripartita Historia testatur lib. 3. cap. 3.

Minus etiam credendum libro cuidam pontificum, quem nuper quidam Franciscanus observantiae Tomo 1. Conciliorum inservit, dicens, à Damaso Papa compilatum. Dicit enim Petrum ingressum Româ sub Neroni, & ibi ultra viginti quinque annis in cathedra Episcopatus sedisse: & tamen ibi mortuum anno passione Christi trigesimo octavo, qui est ultimus annus Neronis, qui decimumque annum imperii non implevit, ut sic manifesta repugnantia præter suspicionem autoris - qui multa alia manifestè falsa pro veris tradit. Hæc sunt necessaria ad discussionem multorum canonum.

Unum exempli vice pro multis accipe. Cap. quis nesciat. 11. distinctio Innocentii non primi, sed secundi, qui circa annum 1138. auctor fuit c. si quis suadente. 17. q. 4. vide quibus argumentis, quæ confidentia decernat, ab omnibus observari debere, quod servat Romana Ecclesia, id est, Papa, quise illam esse Ecclesiam assertit. Primum enim affirmit, omnes Ecclesias, præsertim per omnem Italiam & Galliam, Hispaniam & Africam, Siciliam & in Insulis interjacenteribus, esse institutas à Petro vel suis successoribus, & à nullo alio principium accepte.

Secundò negat legi vel inveniri, alium Apostolum, quām Petrum, in omnibus prævinciis docuisse: Syriam & Asiam minorem dudum à Turcis occupatam, & Græciam, quæ nunquam paruit, non est auctor nominare. Ex his tamen infert primum & dominatum. Sed ut negatio illa est impudentissima, ut pote contra omnes & sacras in Actis 2. & ecclesiasticas historias, ita & præcedens affirmatio per predicta. Ex tunc ergo Papæ aut penitus ignorabant, aut dolosè depravabant sacras Scripturas.

Nec minus impudenter metitur gl. (dignum patella operculum) in d. c. vers. Petrus Apostolus, ubi supplet, vel aliquis ex ejus mandato, ut Paulus: nam (ait gl.) Petrus Paulus dedit licentiam prædicandi, auctoritate Domini, dum dicit: Segregate mihi Saulum & Barnabam. At qui verba illa, Segregate mihi, &c. Act. 13. non erant verba Petri, sed ipsius Spiritus sancti. Nec Petrus ibi fuisse est aliquo valido ministerio.

secundum Jo. And. in Cie. I. de Jure Jurandi.

Tum adhuc ibi non dicit, quod Petrus miserit, sed quod Apostoli: quod adhuc falsum est, quia ibi nulli erant ex duodecim Apostolis; nec Lucas omisisset, qui etiam proselytos nominat: sed benè aderant alii Prophetae & doctores, qui cum jejunassent & orassent, imposuerunt manus. Ceterum falsum est, immo hereticum, Paulum accepisse autoritatem aliquam vallicentiam (ut vocant) à Petro, qui nihil ei contulit, ad Gal. 2. Nec ab hominibus, nec per hominem, sed per Jesum Christum missus est:

p. 611.

ad Gal. 1. & 1. Tim. 1. Et cum Paulus Timotheum & Titum Episcopos instituit, non fecit aliqua authoritate accepta à Petro, nec per ejus ministerium: nec Titus ex mandato Pauli, instituens in Creta, ad Tit. 1. Sic nec Paulus & Barnabas redeundo per singulas Ecclesias Asiae, in quibus præciderunt, & inibi suffragiis cuiusque Ecclesie deligendo Episcopos, Act. 14. Nec Paulus in ultima sua & accurata concione ad Episcopos Asiaticos, Act. 20. monuit, quod subesse deberent Petro, nec Romano quidem pontifici, qui pro tempore foret: quod si vel operæ precium, nendum ad salutem necessarium fuisset, nunquam omisisset.

Non solum ergo commentitium, sed plus quam hereticum, utpote Antichristianum est, quod de primatu Romani pontificis & creaturæ sua fixerunt in suis Canonib. & glossis, etiam per Gratianum symmystatum suum Decretum suo insertis. Idem de similibus etiam novissimis, ut de extravag. unam sanctam. de major. & obed. in communibus.

Habuit quidem Romana Ecclesia, ab Andronico, Junia, Prisca, Aquila, Apollo, & aliis discipulis fundata, deinde à Paulo peculiari suo Episcopo exculta & nobilitata, ferè per trecentos annos à martyrio Pauli, plures pios & doctos episcopos & ministros, à fastu & avaritia alienos: quibus mortuis, postquam cum divitiis studium fastus & dominationis irrepserit: ingredi sunt lupi rapaces (ut prædictum Paulus) primùm superstitione & fucis mendacib. retri, quorum testes esse volunt, & judices postremo plusquam manifesti.

Idem. Ut paucis videoas, quanta vis pecuniarum singulis annis exhaustur è regno Franciæ, primò innumeræ myriades auri explicantur per eas, quas vocant annatas, seu vacantias archiepiscopatum, episcopatum, Abbatiarum, prioratum, convivialium, & aliorum sacerdotiorum electorum. Et hoc tributum exigit Papa ante ullam expeditionem, vel traditionem bulle.

co, ut cu[m] illa, cum eodem novo faciliatio retinere possit, dispensatur, non obstante, quod in prioribus collationibus eorumdem sacerdotiorum annatas persolviles.

Tertiò, rufus omnium eorundem novas annatas exigit, etiam ab eodem possessore vel titulario, toties, quoties eodem modo per novi sacerdotii assecutionem vacant, seu vacante singulantur, & de novo dispensatur, etiam si bis, ter, aut quater in anno hoc contingat: ita quod sèpius contigit, & vi sum est in Galliâ, eundem Praelatum pro eodem beneficio tres aut quatuor annatas integras Papæ dependisse, non sine magno etiam imperitorum & simplicium scandalo: cum videant, feuda & res prophantis semel tantum in vita Vasalli domino dicitur & unius annitantum redditum dependere, & adhuc hoc ratio contingere, & quando casus exigendi contingit, non plusquam semel in vita Vasalli exigit.

Quod si unquam, maximè hic exclamat sancta illa I, si quēquam. C. de episc. & cler. Qnem (inquit) murum integratatis, aut vallum fidei providebimus? & auri sacrae famae penetralia veneranda proserpit. Quid deniq; cautum esse poterit aut secundum, si sanctitas in corrupta corrumptitur? Cesset igitur deinceps altaribus imminere prophanus ardor avaritia, & à sacris adyis repellatur piaculare flagitium.

Quarto, infinitas quotannis exigit pecunias etiam de simplicibus, ratione præventionum, à ducentis circiter annis, contra disciplinam Ecclesiasticam & antiquos canones usurpatarum. Hac enim via nequissima provocantur homines ambitiosi ut Romanis mittant: quin quandoq; vel pauperes, versuram facientes, quam huic aleæ committant, quin etiam (ut quandoq; vidi) viles immo famuli ad furta etiā domesticæ alliciuntur, ut inde cum trapezitis Papæ, spe venandi beneficia, negotièrur adeò, ut nonnunquam ad idem beneficium tres quatuor, vel sex (ut vidi) per simoniacz hæresis trapezitas (ita vocat eos text. in c. I. col. 123. distinct. (Romanis mittant, ut etiā pro eodem beneficio quandoq; plures baliae à diversis redimantur: tot enim & totidem vendunt Romani officiales, quot veniunt emtores, solidum bullæ precium numerantes: nihil enim ad eos de exitu, lucro, vel damno emtoris seu collatarii, modo precium habeant.

Et hac via non solum affligit regnum in pecuniarum ingenti evacuatione, sed in morum depravatione, disciplinæq; Ecclesiastice corruptione. Hoc enim arca Romæ

incipit, ambitione & avaria
cumque multi eandem aleam subierint, &
unus tantum ex currentibus brabæum obti-
nere possit, sece litibus infinitis, nec non
odiis & vexationibus invicem atterunt &
conviciunt: hic scilicet interim officii ec-
clesiastici cura subeat?

Quinto, propter resignationes in favo-
rem: quæ licet quandoq; de idoneis sincere
fieri possent, ut sunt exempla veterum, c. pe-
tijisti. 7. q. 1. c. q. 1. & hoc etiam admittit
Ægid. Bellemere, tamen Papa, majoris cu-
jusdam religionis prætextu, in universum
prohibuit: sed ut sibi soli hoc genus nego-
ciationis exercere liceret, ut eventus do-
cuit.

Sexto, ratione commendarum. Septimo,
ratione vacantium in curia quovis modo.
Est enim recens inventum novorum ponti-
ficum, & utcunq; Clemens tertius in c. 2. de
præbend. in 6. jactet, antiquam consuetudo
etiam post eius obitum non erat ab omnibus
cogita & recepta: tantum abest, ut vi-
vo Clemente tertio, & multo minus ante
eum antiqua fnerit, ut patet in c. inter cate-
ra. de præbend. Extra, ubi Celestinus tertius
successor dicti Clementis, non declara-
vit, ullam esse collationem ordinarij factam
de beneficio resignato in manu sui decesso-
ris: quod non omisisset, si quid tunc fuisset
de illa prætensa consuetudine, quæ tamen
sensim, cum reliquis abusionibus, cancri
more serpuit: & quia non mox compressa fu-
it, pro lege venerari cœpit, inquit text. in
c. mala consuetudo, 8. distin&.

p. 612. Octavo, propter infinitas dispensationes:
puta ætatis, ordinis, beneficiorum incom-
patibilium, & variæ species incompatibili-
um: pute numeri, ordinis, certi monaste-
rij, & te&i, tum dispensationis variarum
specierum irregularitatis, sive corporalis
viti, vel delicti, vel ceremoniæ omisæ, aut
præposterioræ: eum dispensationum in gra-
du prohibito matrimonij, vel affinitatis ca-
nonicæ: inventa etiam arte, qua gradus di-
stenderentur. Hinc enim acervi pecunia-
rum Romam fluunt, ubi non erubescunt
publicas gravesq; taxas prostare, velut le-
ges certo proscripto precio refigendas.

Vidi, qui ultra mille aureos numerave-
runt pro dispensatione commentitiae cujus-
dam, quam spiritualem cognitionem vo-
cant. Et nuper simplex Prioratus à Rupe
Guidonis, in dioecesi Carnorense, non con-
ventionalis vel ele&ivus, ob curam animarum
& minorem ætatem impetrantis, constitutus
Romæ nongentis auctis, & tamen impe-
trans arresto Parisiensis Senatus & precium
& mercedem amisit, ob levem quandam

pezas sic Ecclesiæ Gallicanæ illudere, &
tam ingentem & auream messem pro illius
vexatione & diffimatione, percipere.

Nono, ab infinitis privilegijs, exemptio-
nib. gratijs [quas vocant, non visitandi, vel
per procuratorem visitandi] confirmatio-
nibus privilegiorum, homologationibus
concordatorum, transaktionum sub bene-
placito Papæ factatum, permutatione be-
neficiarum cum dispensatione, vel pensio-
nis creatione, aut alia negotiatione jure
communi vetita.

Dacimo, de mandatis: singuli enim Pa-
pæ infinita prope concedunt mandata: cum
quilibet ordinarius uno, si decem, vel si
quinquaginta ad suam collationem vel præ-
sentationem habet, duobus mandatis cit-
citer viginti ducati exiguntur. Hinc ingens
vis pecuniarum ærufatur: & quanquam
non possint nisi unum, vel ad summum duo
mandata super singulis ordinarijs concedi,
tamen tot venduntur & bullantur, quot se-
se redemptores offerunt & numerant pericu-
lo suo.

Undecimo, propter aliud genus acupijs,
quod Pœnitentiariam Papæ vocant, pro-
pter absolutiones casuum Papæ reservato-
rum, infractions vel commutations vo-
torum, translationes monachorum non so-
lum de uno monasterio ad aliud, sed etiam
de uno ordine in alium, potestatis ingredi-
endi quævis monasteria, altaria deferendi,
& alia innumera, mensa pœnitentiarij Pa-
pæ deputata.

Duodecima, propter concessionem vel
confirmationem condonacionum, quas vo-
cant Indulgentias Papæ, quæ mirum in mo-
dum non solum in magnis templis, sed eti-
am in privatorum quorundam ædificiis
multiplicatae sunt adeo, ut vulgas hoc ge-
nus της καπιλυκῆς irrideat: tamen ab in-
stitutoribus & lucrum inde quærentibus quan-
doq; centum vel quinquaginta aureis Ro-
mæ redimuntur.

Decimotertio in creandis protonotariis
& aliis notariis (quos Apostolicos vocant)
& episcopis, quos Rota & aulici Papæ nulli-
latenances vocant, vulgus Gallorum por-
tativos: quidam ludibrii causa, portativos
vocant.

Decimoquarto propter bullas & com-
missiones novarum fundationum, vel im-
mutationis antiquarum, vel reductionis re-
gularium monasteriorum in secularem sta-
tum, vel restitutionum in integrum & infe-
riorum rescriptorum ad lites, etiam in
his, quæ jure communi per ordinarios
expediri debarent. Ex quibus erit non

ducera millia aureorum singulis annis regno efferti. Quare idem Rex omnino vetuit Romanam quicquam deferri, vel ullam bullam inde auehi, & supra eo. gl. 15. n. 181.

Certum est autem, hodie quantitatem illum ad minus duplicatam esse, tam propter augmentationem populi plus media parte ab illo tempore aucti, quam propter augmentationem taxarum curiarum Romanarum. Postquam autem locum Pragmaticæ subintravit Concordatum, & sic locus apertus est annatis, cœpit ultra quantitatem precedentem (qui circiter quater centum millia aureorum ascendit) alia similis quantitas, annatarum nomine extrahi.

Præterea cœperunt multi curiarum Romanarum aulici Archiepiscopatus, Episcopatus, Abbatias, & pinguiora beneficia regni possidere, quorum redditus singulis annis regno evehuntur: ita quod singulis annis fere decem nyriades (quam millionem vocant) soleant regno Romanum evehiri, unde nihil unquam redit, sed vel in luxu Romanarum curiarum consumitur, vel inimicis Regis datur. Nulla enim negotiatio mercaturæ, ad usum hominum utilis, nobis cum illis intercedit.

Aliæ quidem nationes bonas & utiles merces pro pecunia inferunt, justa & æquali commutatione: Romana vero curia plumbum duntaxat: nisi quod (ut dentes Cadmi) ingentia seminaria & aufractus litium, pro ingentibus acervis auri ingerit. Quare non est mirum si à ducentis annis regnum Franciarum, olim sine tributis & impositionibus regiis (quæ subsidia vocant) ditissimum, opulentissimum, nunc adeo depauperatum sit & attritum, ut (exhausto ærario) vix novis tributis, quod ad defensionem regni sufficiat, corradi posse. Sanguisuga enim illo nervos Reipublicæ indiges exugente, non solum in regno exhausto nihil superest: sed saxe pecunia regni in manibus inimicorum eius reperiuntur.

Insoita hujusmodi damna, non solum innotorium & continuum detrimentum, sed etiam in dedecus & ignominiam veteris gloriæ splendorisque Regum Francorum redundantia, prætereo, ut manum tandem de tabula mihi tollere liceat.

* Idem. In loco Decretal. l. 1. 24. de off. Archipresb. i. 2. & 3. per presbyteros Cardinales nuncupantur, quia habent principalem curam parochiarum, & ad hoc obligati sunt. Tum etiam eo tempore, & ab antiquo maximo, Romarum Cardinales non erant aliud quam parochi, vel principales sacerdotes cuiusq; parochiarum, ut patet per omnes libros & Epistolas Gregorii. i. Episcopi

iusti Comitis collin. 3. ubi etiam Cardinales Romanos fundatos esse in omni jure parochiali in locis suorum titulorum, qui tituli non erant aliud quam nomina parochiarum Ecclesiærum, ut patet apud Gregorium Magnum, & in concilio tempore suo Ro. mæ habito.

Quid, quod tempore Lotharii Imperatoris, & Caroli Calni filiorum Ludovici Pij Leo IV. Episcopus Romanus destituit & degredavit Cardinalem S. Marcelli eo, quod in sua parochia S. Marcelli jam per quinq; annos non resederat, ut testatur Platina in vita dicti Leonis.

Sed posteaquam Innocentius 4. Papa annorum impetu devicit imperatorem Fridericum II. anno Domini 1247. & deponit illius dedit Cardinalibus suis galeros purpreos: tum [ut inquit Platina in vita Innocentii III.] Cardinales reliquerunt parochias, seqne fecerunt principes & cognatos Regum ita, quod vilissimus mendicus, si fiat Cardinalis, vocabit se cognatum summorum Regum, & illi vicissim voce & scriptis nuncupabunt cum cognatum suum. Videant reges, quorsum reciderit eorum prærogata nobilitas?

Idem in Traictatu de Monarchia Francorum. Sensim Successores Tancredi, & filii Guilielmi Normanni cognomento Ferrebach (qui suppetias tolit Malocho Daci Imperatoris Constantinopolitani, ad expellendos Saracenos ex Apulia & Siciliâ sed quia Molothus iniquus ei fuit in divisione prædictæ hostilis, ille cum quadraginta milibus tamen Francorum quam Normannorum rediens, Calabriam, Apuliâ & Siciliam occupavit, quæ de Græcis in Normannos hac occasione transierunt) facti sunt domini utriusque Siciliæ & initio quidem se gerebant comites Apuliae, postea Dukes, & tandem Reges Siciliæ.

Ecce ad majorem autoritatem principatus sui, circa annum Domini 1060. titulos suos voluntarie emendicarunt à Pontificibus Romanis, qui initio facile gratisque aliena, in quibus nil juris habeant, potentibus infundabant, nihil recusantes, quod ad potentiam & autoritatem suam augendam spectaret.

A hanc quasi possessionem sensim nati, postea anno Domini 1267 cœperunt sensim ingentes pecunias exigere hujus investituræ nomine, etiam à Carolo comite Provinciae, & Andium, fratre germano Ludovici 9. Franciarum regis, (quem propter insignem superstitionem & Idolomaniam Romani Pontifices in Catalogum divisorum suorum, sumtibus tamen Gallorum, retulerunt) a quo Carolo Papa Clemens Quartus qua-

testatur, idque non obstante, quod idem Papa præfatum Carolum, nihil de hoc cogitantem, tanquam potentiores principes, non modo in auxilium suum vocasset contra posteros Tancredi, sed etiam induxisset, ut sumtibus & periculis ipsius Caroli Francorum & utriusque Siciliæ regnum armis acquireret, ut & Carolus fecit, longe plura exacturo Papa, si ditionem pacificam eidem Carolo concessisset, quia eam longe carius (ut notum est) ipsi vendidisset.

1550. *Johannes Foxus in historia Thomæ Rhedenensis Galli, ac Carmelitæ, in Italia Christi nomine exiit.*

Diximus superius, persecutionis hunc fatalem tribinem, quæ primum apud Angelos exorta, diu hic, multumq; in sanctissimorum hominum capita exarsit, ex hac demum Insula facta irruptione, in Bohemos demigrasse. Mox interjecto deinde tempore, & Scotos, grassante paulatim incendio, corripuisse. Inde nunc factò ad ulteriores nationes gradu, in Italiam quoq; transvolat procax rabies: nec ullam fere orbis partem immunem sinit ab innocentissimorum laniatu.

Accesserat forte fortuna in Italiam, sub idem tempus, cum Venetis oratoribus, Thomas quidam Gallus ex ordine eorum, qui ex monte Carmelo religionis titulum circumserunt.

¶ 614. Jam enim & montes habent suos lectorum doces. Quid miramur, si Franciscus sui nominis & sanctimoniz relinquit admiratores, cum & mons Carmelus suos invenerit Carmelitas? E: quid possit tam inespsum esse, cuius non alicubi in tanta sectarum fecunditate, suos applausores, templa plumque reperias?

Sed hic quamvis eius erat gregis, qui pro Christianis Carmelitz appellabantur: longe tamen diversa ratione institutus, Christi verbum sapiebat, & non in monte hoc, neq; Hierosolymis duntaxat, sed in spiritu & veritate, Deum sibi colendum existimavit. Hic ergo ferus Carmelitatoro pectori Christi novum illud mustum spirans, dum Christiane integratis vestigia magno studio votoque lectatur, in Italiam primum profici sci parat: illic aut nusquam se repertum, sperans, quorum convicu melior fieri posset.

Vbi enim magis virtutum omnium sagetem suppulchrate conveniebat, quam illic, ubi torius religionis arx quedam ac fons habebatur? Nam quæ fieri potuit, ubi tanta omnis sanctimoniz professio jactabatur, ubi omnium hominum oculi ceu in theatrum quoddam coniijebantur, ubi

magna lpe, relicta civitate sua, Roman petit, certissimam spem concipiens, futurum, ut tot illustrissimorum hominum adjutus exemplis, magnum sibi & pietatis & doctrinæ lucrum acquireret. Ceterum hanc spem longe destituit successus. Quippe omnia dissimilia, sicut ac meram hypocrisim esse quæcunque viderat: deniq; pro auro nihil quæ carbones: imo ut verius faciat, nihil aliud quam auctum & argentum reperit.

Pro donis cœlestibus regnabat cultus ac providentia hujus seculi: pro pietate luxus: pro literis ac studio, ignavia & superstitione: pro simplicitate Apostolica tyrannis ac supercilium omnia occupansi ut non solum discendi, quod ignoraret: sed nec tradendi, quod quæ squam recte sciret, locus jam amplius rel. n. iuxteretur. Postremo nihil non inversum, nihil non præter suam existimationem, quaquam verum se fleceret, illi offerebatur.

Sed nihil magis sanctissimum peccus offendit, quam intoleranda ambitio, ac plus quam regalis strepitns in iis, quos potissimum humilitatis exempla orbi commendare debebant. E: si enim hic nihil fere certiceret, quod ad Apostolicæ imitationis normam quadraret: illa tamen usque adeo omnem modum ac patientiam exuperabat, ut nullo pacto linguam sibi temperandam in tanta Ecclesiæ corruptela, existimat: ineret: cum in ædificiis, in vestitu, in palatiis, in victu, in famulorum comitatu, in admiratorum turba, invicte apparatu, iu equis, in armis etiam ambitiosum fastum cerneret. Qæ quo magis ab Exangelica præscriptione recedebant, hoc minus continentri vox potuit sanctissimi hominis: etiæ alioquin, haud ita multum loquendo conséceturum se, intelligeret.

Nam si quid proficeret admonitio, non deerant: Wiclevi, ceterorumque libri: non deerant & nuper Husli, ac Hieronymi clarissimæ testimonia, ac sanguis effusus etiam: quorum tamen efficacissimis hortatibus adeo nihilo illi correctiores sunt facti, ut duplo efferatiiores viderentur. Quanquam neque ea res adeo perterrituit Thomam nostrum, quintam salubri ac necessario officio vitam quoque, si opus esset, impenderet. Sic qui ceteris venerat discipulus futurus, ijsdem nunc doctor esse cogitur: quorumq; mores imitari constituerat, ijs nunc versa vice suam vitam spectandam imitandamq; proposuit. Sic enim vixerat apud hos, ut omnibus posset esse loco regulæ, & c docuerat, ut quibusque esse posset paedagogus. Sed quod Paulus predixerat iis, qui in Christo pie vivere student, ut perfectio-

pro vita beneficio mortem retaliant: cu-
jusque summis laboribus nulla satis digna
fuerunt præmia, eum summa cum ignomi-
nia ad supremum rogum persequuntur.
Nam dum diutina prædicatione satis grave
sibi odium conflarebat apud purpuratos
quam plurimos: tandem agitari cœptum
est, quibus machinis vita hujus circum ves-
niri posset. Hic ad consuetum remedium
configitum est.

Etenim hæc jam olim apud Ecclesiasti-
eos dominos peculiaris ac perpetua con-
suetudo: ut si quis cui displiceat, cuius mo-
lesta videatur oratio, aut lucro ipsorum
paululum offenda: statim hærefoes alicu-
jus fabricent articulos, quos in caput illi-
us contorqueant.

Quemadmodum cæterorum animantium
sua sunt cujusq; tela peculiaria, quibus se
ab injuria vindicent: aprum dente armavit
natura; histrix suos habet aculeos: est leo
unguis formidabilis: sous est morsus ca-
nibus: cornu taurus pugnat: nec asino sua
deest calx: ita & unica hæc Episcoporum
armatura est, ut hæresi aliqua involutum
strangulent, si quis voluntati eorum vel am-
bitioni obstrepare audeat. Id quod cum in
aliis pene innumeris, tum in hoc sanctissi-
mo viro facile videre est. Qui ubi jam, ut
dictum est, gravior esse cœpit, nec ferri
potuit: quid tum illi?

Ad artes veteranas fugiunt, quodq; mo-
do in Husso & Hieronymo designarunt:
idem & in hunc jam moliuntur. Suspitione
obruunt, quætionibus involvunt, judicio
examinant, articulos truunt, hætes in im-
pingunt, hæreticum condemnant, damna-
tum abripiunt, tolluntq; è medio. A que
hæc est illa pietas, ac pacificus ordo nostro-
rum sacerdotum: quibus interim religio
est ensem ac scutum circumferre, cum ta-
men livorem, maliciam, vindictam, venes-
num, infidias in mente ferant, quovis gla-
dio acutiores.

Ne quis eorum in plateis ferro depugnet
quibus legibus, quanta sollicitudine cave-
tur cum iudiciis, in accusationibus, ubili-
ceas fratrem opprimere, nullus sit sicarius,
qui aut paratiorem ultionem, aut viliorem
fratris sui animam habeat? Non ipsi hau-
riunt sanguinem, non feriunt, non occi-
idunt, sed aliis occidendos tradunt. Quid
quæsto inter est, nisi quod illi autores, hi-
tantum ministri sunt facinoris? Nulli cœ-
dem inferunt, ut sicarii: qui tum, si non eo-
dem modo, ut aliter idem efficiant?

Porro articuli, ob quos fuit accusatus,
p. 617. hujusmodi traduntur à quibusdam:

Quod Ecclesia egeat reformatione: quod
agilebitur, ac reformabitur.

Quod abominationes sunt Romæ.

Quod injusta Papæ excommunicatio ini-
menda non sit: quodq; eam non observan-
tes non peccant.

Sed his nunc articulis deest adhuc mini-
ster, quanquam neq; hic Romæ diu deside-
rari potuit: ubi omnia venaliz, etiamani-
mæ hominum. Ad hoc vero ministerium
nemo accommodator est vius, quam Gu-
ilhelmus Rothomagensis, divi Martini in
montibus Cardinalis, Romanæ Curæ Pro-
cancellarius. Præsidebat id tempore principis
sacerdotum Eugenius nomine tantum.
Apud hunc captus accersitur Thomas no-
ster, accersitus carcori deditur. Iterum post
careerem: post tormenta, post crucifixus,
ad judices postulatur, producitur. Judicis
præst lupus, accusatur agnus. Quamobrem
quis turbarit fontem.

Quid multis? quia resistere non voluit
malitia potentiorum Thomas: satis peccasse
reditur, facileq; cōvincitur incendo adju-
dicatur: sed sic, ut prius tamen gradibus,
per quos ascenderat ad sacerdotium, it-
rum denudandus sit. Nephias enim habent,
ut sacerdos prophanis succumbat suppli-
ciis: cum id interim summe fas sit, sacerdo-
tes quemvis laicum (licet insontem) dede-
re neci, ne lèdatur majestas sacerdotis offi-
cii, quam hic religiose procurant illi: at ne
lèdatur conscientia falsis iudicij ac pre-
mendis insolubibus, quam nihil habent pen-
si? Itaq; priusquam ad supplicium ventum
sit: degradandus erat S. Thomas. Sun-
t enim gradus isti (ut obiter ne ignores) non
inter differentias, quibus distinguuntur
cæteris, neq; inter propria. qua semper
conveniunt, sed accidentia illa commu-
nia, quæ adesse & abesse poterunt pro arbitrio
Episcoporum. Ita à physiologis doce-
mur, ab habitu ad privationem proclivem
esse motum, at retrosum à privatione ad
habitum impossibilem esse regresionem.
Non est igitur quod mireris, pie lector, quo
paq; ois nunc laicus perire potuit, qui mo-
do sacerdos vixerat? Magis id tibi mirum
sit, quæ hæc tanta fatuitas istorum occupa-
re animos potuit, qui talibus factis, uni-
verso orbi se deridendos propinrant, tam ho-
mines ridiculi, quam Deo abominabiles?

Idem. Erfordia Berhardus hæresostis
tulo igni traditus fuit, anno 1217.

Idem. Est talis Hildegardis prophetia
apud Vincentium lib. 27. Anno, inquit,
post incarnationem Christi 1146. Aposto-
lorum doctrina & ardens justitia, quam in
spiritualibus & Christianis constituerat De-
us, tardare & in hæsitationem verti cœpit.
Sed hoc muliebre tempus non tam diu du-
rabit, quam haec fuit. Hoc illa sen-

sunt. Cuculliones ad veles mutandas addebat, multaque præstigia circa divos patefacta, inter quæ erat sanguis Hallensis, qui mul-
tos ante annos apud vulgus hominum vene-
rationi habitus est, tanquam pro ipsissimo
Christi sanguine, cum tamen per Cromelie
um longe diversa res fuisse deprehendere-
tur. Apud alios item alia erant Idola, qui-
bus oculi volubili motu circumagitari, oc-
culo religiosorum artificio, quasiq; vive-
rent, conspicerentur: & alia, quæ sudoris
quasi speciem oculis præse ferrent intuen-
tium. Quibus ex rebus incredibile di&u,
quantus oblationum proventus quotannis
religiolorum accreverit monasteriis.

Idem. Majoritatem inter Christi discipulos, non penes magnitudinem mundanam, sed penes Christi imitationem in moribus men-
suratur. Iterum ex isto corde legis Domini
patenter elicio: quod, quia Christus fuit
pro tempore hujus viationis, homo pau-
perimus, omnem dominationem munda-
nam abjiciens, ut pater per fidem Evange-
lii Matth. 8 & 2. Cor. 8, nec ipsum Papam,
nec aliquem sanctorum debeat fidelis ali-
quis imitari, nisi de quanto ipse imitatus
fuerit Dominum Jesum Christum.

Idem in Commentario Martyrum ecclæ-
siz. In hac tanta rerum perturbatione, ac
confusissimis ignorantie tenebris, cum nul-
la propemodum scintilla relata videretur
purioris doctrinæ: exortus est divinis au-
spicis Ioannes Wiclevus: in quo primum
voluit Dominus mundum expergesfacere;
plus nimio humanarum traditionum som-
niis inseptum.

Circa annum 1379 contigit, VViclevum
fere ad mortem agrotare. Quod cum esset
Mendicantium fratrum ordinibus ex fama
publicanorum: oratores statim ad illum
mittendos subornabant, quatuor scilicet
doctores solennes, quos Regentes voca-
bant: quisq; ordo suum. Et quod solennior
esset legatio: adjunxerunt eis quatuor urbis
senatores, quos regionum Aldermannos
appellant.

Cumq; ad illum in lecto decumbentem
venissent: precabantur illi primo salutem,
ac à morbo illo revalitudinem. Postea reci-
tatis incommodis multis & magnis, quæ ex
eius concionibus ac scriptis, ipsis obvener-
rant: hortabantur, ut ea omnia tandem in
mortis articulo pœnitens desleret, ac revos-
caret, ipsis præsentibus. Ille statim resumis
viribus, familiares advocabat, jubens se
per pulvilos paululum erigi. Quod cum
esset factum, alta voce dicebat: Non mori-
ar, sed vivam, & narrabo pessima facta fra-
trum. Et ita ab illo deciserunt confug-

p. 616
prædicatorum, cum Cantabriensi Archiepi-
scopo, pontificibus, doctoribus ac prælatis,
in ipso Dunstani fello, pro damnanda VVi-
clevi doctrina cum libris omnibus: eadem
hora, qua rem aggressuri essent, secunda,
insolitus ac terribilis terra motus univer-
sam pervasit Angliam: unde omnes, exce-
pto archiepiscopo, mirum in modum de-
terrati, lab incepto negotio desistendum,
censuerunt. At ipse, audacior quam pru-
dentior, omnia in diversum interpretaba-
tur, & delapsos eorum animos in malitia
confirmabat.

Idem. Dum fortissimus Christi satelles Cobæ-
hanius miles combustus fuit, interim, Pon-
tificii sedulo populum admonuerunt, ne
quis pro ipsis anima prearetur: sed omnes
pro damnato haberent: quippe qui extra
fidem & obedientiam Pontificis Romani,
vitam reliquisset.

1550.
*Thomas Coperus, & Ioannes
Noviomagus.*

Martinum quartum, scribunt autores,
quos sequitur Thomas Coperus in Chroni-
corum Epirome, primo sui pontificatus an-
no, Nicolai prædecessoris concubinam (ex
qua Nicolaus suscepserat filium crinibus &
unguis similem uræ, ut Joannes Novio-
magus habet, in illustrationibus Bedæ) in
suam familiarem accepisse. Sed ne similis
illi casus accideret, ut futura proles sit ur-
so similis, præcepit ursos omnes, in palas-
tio per Ursinæ Pontificem olim depicatos,
auferriri, vel deleri: persuasus, quod formæ
in ipso coitu a fœminis conceptæ, in produc-
tis infantibus expressæ non raro maneant.
Peritus ea in arte, ut appetet, hic pontifex
erat. Sed non animadvertis bestia, porten-
dere hoc monstrum, qualis sit ex ejusmodi
factis Papalis cœlibatus ac sanctitas. O ve-
nerei, imo sordidissimi cœlibes, ac [Priapi] fa-
cerdotes. Concepit hoc loco miraculum
magnum ex Platina: Nicolaus prædictus
ex Ursina familia venit, & ursum nepotem
habuit: non est ergo mirandum, si ursas ge-
nuerit. Im. & Pp. V. S.

1550.
*Ioannes Benedictus in lib. de
visione. & Revelat.*

Reluet summa Dei gloriofi sapientia;
qui non solum omnia in certo numero, pon-
dere & meusura creavit: sed unicuique et-
iam rei visibili in hoc mundo præposuit An-
glicam potestatem in laudes eius sempia-

Et apud quemcunque inveniebantur libri Testamenti Domini; & quicunque inveniebant legem Domini, secundum editum Regis trucidabant eum. Quod vero omnium nostro seculo crudelissimum est, dum fortissimi Christi satellites ubivis terrarum comburuntur; interim a Pontificiis (ut paucis supra referentem audiimus testem Foxum) populus sedulo admonetur, ne quis etiam propter ipsorum animos preceretur, sed omnes pro damnato habent: quippe qui extra fidem & obedientiam pontificis Romanii vitam relinquunt. O crudelitatem & plus quam Diabolica immanitatem: hos homines pro Christo judicare velle: Christianos fratres nulla misericordia tam misere eneare: sed & aeternam salutem eis negare. Christiq; meritum, & humanis miseriis semper propicum invidere & prohibere velle Dei auxilium. Antichristi sane signum vel unicum istud (omissis sexcentis aliis) queat esse evidenter, & sanctissima Christi merita pedibus conculcare: ita ipsum Deum esse velle: & pro suo lubitu mortalibus vitam aeternam dare & adimere.

Edidit autem anno 1569. Reginaldus Gonsalvus Montanus hujus inquisitionis horrendum modum & praxin, per quam infiniti Christi confessores ad Martyria crudeliter & nefarie protracti, misere vitam cum morte commutarunt: haecque ipsa initium praebuit Belgicis motibus, & causa est multarum horribilium cedrum & ruinarum tam politici, quam Ecclesiastici status. Vide ibi, & conclude cum Lactantio cap. 20. de divino premio: Quid ergo serviant, &c. Verum inquisitionis originem habes apud Natalem comitem Italum, historicum.

p. 617. *Forma inquisitionis Hispanica instituta & edita in inferiori Germanica Anno 1550.*

Cum sacra Casa Majestatis pro ea deo-
tione, quam erga Deum, sanctam Ecclesiam,
Religionem Christianam, universos
Christi fideles ex debito Imperialis officii
gerit, multis modis conata sit, omnes her-
eses & errores, qui hodie in diversis mundi
partibus pullulant, extirpare & principue
præcavere, ne boni & simplices Christiani a
Pseudoprophetis, qui sub ueste ovili, tam-
quam lupi rapaces, discurrunt, ad seducen-
dos justos & pios, sua perversa dogmata
sub specie pietatis illis inculcantes, sedu-
cerentur: ad id diversas fecit constitutio-
nes, ordinationes, & edita, principue in di-

vari, & debitæ exectioni mandari volut,
& adhuc vult.

Et cum per experientiam, rerum magi-
stram, compertum sit, non sufficenter ne-
gocio tam arduo esse satisfacutum, principue
propter nonnullos malos sacerdotes, & vi-
ros Ecclesiasticos, qui (non obstantibus
hujusmodi ordinationibus & editis) sim-
plices populares & Laicos perversa sua do-
ctrina inficere, & a via veritatis, & unionis
Sanctissimæ Ecclesie seducere non formidant:
ideo sua Majestas huic malo mederi volens,
in provinciis inferioris Germanie (suz Ma-
jestatis, ratione sui patrimonii, subiectis)
certos Inquisidores hereticae pravitatis, vi-
ros doctos & probatos, inculpatæ vitz &
famæ, ordinari & designati curavit, quibus
data est ampla potestas, contra omnes her-
eticos & heresis suspectos, & eorum fau-
tores & receptores inquirendi, procedendi,
corrigendi, & puniendi in curia seculati
juxta formam, & tenorem literarum Apo-
stolicarum desuper confectum:

Et ut hac tam sancta, & necessaria inqui-
sitione melius, & commodius fieri posset, sua
Majestas (tanquam dominus supremus in
inferioris Germanie) ordinavit, & statuit ea,
qua sequuntur. In primis, ut prædicti in-
quisidores & commissarii, seu alter eorum,
assunto secum Notario, viro integro & ex-
perto, ad exercitum aetus Notariatus in his
partibus admisso, debeant expensis sua Ma-
jestatis visitare Provinciam sibi commissam
& diligenter, tam apud officiarios suz Ma-
jestatis, quam alios viros pios & integros,
si qui sunt heresi infecti, aut de ea vehemen-
ter, aut vel ex probabilibus conjecturis
speci: Similiter si aliqui sub se habeant aut
aut legant libros prohibitos & damnatos,
aut teneant conventicula, in quibus de S.
Scriptura, aut Religione Christiana dispu-
tent, aut communicent, deq; illorum fau-
toribus & receptoribus.

Suamque informationem per notarium in
scriptis autentice redigi curabunt, & dili-
genter custodiri, ut ad eandem, quoies ne-
cessit fuerit, recursus, ac relatio habeatur,
debentque i inquisidores & Commissarii
examineate testes, per eos audiendos, in for-
ma Juris, præstito solenniter juramento de-
dicenda veritate, omni odio & favore ex-
clusis, & illos, ne aliquem accusent ac de-
ferant per invidiam, aut aliquam aliam oc-
casionem, admonere, & diligenter interrogare
de causa scientiae suorum dictorum, &
illam in informatione inferere, ne viri bo-
ni injuste scandalizentur.

Et si aliqui apud inquisidores compareat,

repius contingit, illos tanquam tenues non recipient, neq; ejus delationem informationi inferent, neque ex hujusmodi delatione contra aliquem procedent, servabunt. que secretè ea, quæ eis deferentur, nec publicabunt delatores, aut depositiones testimoniū, nisi quatenus ad procedendum contra reos de jure fuerit necessarium: tenebuntur tamen omnes audiire, & si per alios delatio vera probari poterit, ex depositione eorum, si sufficiens sit, contra delatum procedatur, nullo habito respectu, ad delationem hujusmodi, quæ pro nullâ reputabatur.

Et si predicti inquisitores Commissarii comperiant aliquos, qui per invidiam aut occasione alios injustè detulerint, hoc indicabunt Magistratui ejus loci, ant concilio provinciali, & ipsi cōtra tales calumniatores procedi carent;

Item dicti Inquisitores & Commissarii poterunt vocare coram se quoscunq; subditos Cæsarez Majestatis, cujuscunq; autoritatis, qualitatis aut conditionis fuerint, aut quacunque auctoritate aut potestate utantur, etiam si sint praefides, consiliarii provinciæ, aut alii officiales provinciæ, si ve Burgemagistri, Scabini, aut de magistratu loci, ad præstandum solenne juramentum, de dicendâ veritate super interrogandis, & deponendo ea, quæ verè sciunt & finaliter, si sciant aliquos hæreti infectos, aut de ea vehementer suspeccos:

Et si aliquos offendant, qui in testimonio reddendo sint difficiles, aut deponere omnino recusent, illos admonebunt, quod si eorum monitis non obediunt, notabuntur tamquam fautores hæreticorum, procedentq; contra illos tanquam fautores hæreticorum in formâ Juris: aut poterunt illis mandare, sub certis pœnis pecuniariis pro eorum arbitrio moderantis, ut deponant, & nisi obedierint, vult sua Majestas, hujusmodi pœnas irremissibiliter exigat;

Et si aliqui pertinaciter, non formidantes pœnam pecuniariam, in suâ recusatione persistant, nolentes coram inquisitoribus depolare, si Laici fuerint, ut fautores hæreticorum ponentur pœna in editis Cæsariis contentâ: si verò Ecclesiastici, procedent contra eos dicti Inquisitores, prout ipsis justum, & æquum videbitur.

Vult Cæsarea Majestas, & mandat omnibus & singulis præsidibus, consiliariis, & iudicibus baillivis, majoribus Scutetis, ac generaliter omnibus suis officialibus, omnibus Magistratibus & subditis suis, ut in tam sanctâ & piâ Inquisitione præfatis Inquisitoribus, Notario, alijsq; suis offici-

lariis, & familiaris argua in iuria reali aut verbali afficiantur. Et si aliquos contra illos murmurantes invenerint, eos apprehendant, & severè puniant, in exemplum aliorum, sub pœnâ iudicâ contra Fautores Hæreticorum, quanti incurrit, si notabiliter negligentes in hoc deprehendantur.

Si dictis Commissariis seu Inquisitoribus, vel alteri eorum per informationem sufficienter constiterit, & plenè probatum fuerit per duos testes, aut alios legitimè, aliquem esse hæreticum, & contravenisse constitutionibus, ordinationibus seu editiōnis per Cæsarem, ad extirpandas hæreses promulgatis: eo casu ipsi Inquisitores, vel alter eorum reos apprehendere jubebit, ac sub fidâ custodiâ detineri, vel per judicem loci, vel per alios eorum arbitrio assumendos, quibus sua Majestas vult per judices loci, tam suor, quam suorum vasallorum omnem dari assistentiam. Et si in hoc negligentes, aut difficiles se reddant, punientur pœnâ, contra fautores hæreticorum intendâ.

Ad hunc effectum Cæs. Majest: præfatis inquisitoribus tradet literas potentes, quarum vigore dicti judices præmissa omnia facere, & adimplere tenebuntur.

Ac mandavit Consiliis suis supremis, ac provincialibus, ut exemplariter puniant omnes & singulos, qui in præmissis culpabiles aut negligentes invenientur, siveque provideant, ut sua Majestas intelligat, negotium hoc inquisitionis per eos non impeditiri, sed promoveri, alioquin & in illos animadvertisse jubebit.

Postquam autem rei apprehensi fuerint, si Ecclesiastici sint, illos docant sub fidâ custodia ad carceres Concilii provincialis vel ordinarii, ac diocesis loci, prout comodius eis visum fuerit. In quo loco dicti Inquisitores contra ejusmodi reos procedant juxta terrorem eorum commissionis summatim, & planè sine figura, ac strepitu Judicii, & processu. Et instruti assument secum aliquem, vel aliquos de Consilio Cæsaris, per eos eligendos, ad definiendū processum, & condemnandum, vel absolventum reum. Sic electi tenebuntur, ad requistionem Inquisitoris, processum visitare, & suffragia sua conferre ad condamnationem vel absolutionem rei. Quemadmodum & concilium ipsum Provinciale super ejusmodi processum deliberare, & sententiam dicere tenebitur, si ad hoc ab Inquisitore rogetur, & requiratur.

Si verò aliqui in præmissis se præbeant

gia non protegetur, neque, unicoloratur.

Quando p̄fati Inquisitores, seu alter eorum cum consilio aliorum, ex Provinciali aut alio quopiam consilio assumendus declaraverint, aliquem esse degradandum, & curia seculari tradendum: degradatione juxta tenorem Commissionis Apostolicz facta, Consilium Provinciale, vel idem preordinatus Judex loci tenebitur statim, & absq; aliquā dilatatione, ejusmodi sententiam executioni demandare, prout de jure.

Si verò dicti inquisitores, seu eorum aliquis per suas informationes invenerit, aliquos Laicos contravenisse ordinationib⁹ Cæs. Majest. illos communicabit alicui ex consilio Cæsaris, in singulis provinciis, per illos ad hoc assumendo, ex cuius relatione, Consilium Provinciale jubebit ejusmodi Laicos apprehendi, & juxta formam editorum puniri. Ac ut hoc citra aliquod irregularitatis periculum facere liberè queant, sedis Apostolica permisio super hanc expectatur. Interim verò, ubi opus videbitur, ejus loci inquisitores, ad informationes ejusmodi processuri, Consiliū Provinciale, pro aliquo sibi adjungēdo interpellare poterunt, cuius quidem adjuncti id erit officium, diligenter animadvertere, ne quid contra Cæsar. Majest. edicta ac ordinationes commissum comperiatur, ut si quid tale apparuerit, Judici loci, seu Consilio Provinciali, ac procuratori generali eas informationes comunicent, qui juxta edictorum tenorem contra transgressores debet procedere tenebuntur.

Videbunt ex informationibus Inquisitores communicatis, ut dictum est, si constiterit, aliquos Laicos suspectos de heresi, & aperte non probetur, illos edictis Cæs. Majest. contravenisse, tunc inquisitor contra eos procedat juxta formam Juris, usq; ad sententiam diffinitivam, in qua ferenda utetur consilio alicujus Consiliarii Cæs. Majest. vel alterius periti, vel experti viri, per Consilium Provinciale ad hoc depontandi.

Similiter ubi Judices seculares per processum coram eis factum contra accusatos de contraventione editorum Cæsarez Majest. invenerint, accusatos non sufficienter convictos ad subeundam pœnam, in edictis contemtam, alios tamen suspectos, aut heretici vehementer diffamaros, vel aliquā pœnā, à Jure communī statuta puniendos, tunc processum comunicabunt inquisitori, ut consideret, si contra illos ulterius erit procedendum, & eo casu absolvendo ab instantiā Judicij secularis, remittat ad Inquisitorem.

Tor, aut Juris memorati aliquo modo reflectatur.

Sed si quæ difficultas inter consilium Provinciale & Inquisitores seu Inquisitorem oriatur, Reginz rescribatur, quæ pro qualitate negotii providebit.

Similiter non vult sua Majestas, ut Inquisitores aliquo modo in exercitio commissionum suarum per ordinarios loci, seu eorum officiales impediatur, contra quos nisi omnes obedient, secundum censuras Ecclesiasticas juxta tenorem literarū Apostolicarum procedere poterunt, & si necesse fuerit, Regina illis omnem præstabilit operam, favorem, & auxilium, ne negotiam tam pium sub hoc prætextu differtatur. Vicissim & Inquisitores non debent aliquo modo impedire ordinarios, seu eorum officiales, in processibus per eos inchoatis, aut inchoandis.

Si inquisitores unius Provinciz, seu alter eorum per suas informationes invenerit, aliquos deferri hereticos alterius Provinciz, statim hoc significabit Inquisitoribus, seu Inquisitori provinciaz, in qua habitat taliter delatus, & transmittet copiam hujusmodi informationis manu Notarii signatam, ut dictus inquisitor contra delatum procedat modo & forma præscriptis.

Item p̄fati Inquisitores & Commisarii, in visitatione Provinciaz diligenter inquirent de curatis, si boni, & sinceri, & Catholici fuerint, & si invenerint aliquos mercenarios, seu vicecuratos, qui aliquando religiosi fuerint, & eorum habitu curas administrant, illos amoveri, & alios in illorum locum subrogari, à Judice Ecclesiastico obtinebunt.

Si verò inveniant aliquos curatos, concubinarios notatos, aut scandalosè viventes, aut planè indoctos & inidoneos, illos deferent Episcopo, & suis officialibus, illos admonendo suis literis, & curis. De idoneis, doctis, & probis curatis provident, reservatā nihilominus cuiq; suā collatione & presentatione, destituendo notatos concubinarios, aut scandalosè viventes, seu alios planè indoctos. Et nisi Episcopi, & sui officiales eorum monitis obediāt, Reginz significabunt.

P̄fati inquisitores & inquirent de libris, qui venduntur per Bibliopolas, aut imprimuntur in locis provinciaz eis destinataz, si aliquos habeant damnatos, aut suspectos, & similiter de tota cōversatione, & fama impressorum, & Bibliopolarum. Et si quid in his corrīgēndū invenerint, consilio magistratus loci, aut consilio Provincialis

quisitores, ne hoc negotiū tam piū, quod est difficile, reddant impossibile, neq; nimis conniveant. Prīmō remedium adhibeant in his, quā sine periculo religionis, & incommodo Reipub. tolerari non possunt, tantamq; adhibeant diligentiam, ut omnibus persuadeant, se non, quā sua, sed quā Christi sunt, querere, hoc solum conantes, ut hæ ditiones inferioris Germaniæ ab omni errore purgantur, omnesq; ab hæresi serventur.

Ut autem negotium hoc Inquisitionis inclitus procedat, vult sua Cæs. Majest. ut dictis inquisitoribus, & suis officialibus de competenti salario suis impensis provideatur. Quantum verò attinet ad expensas apprehensionis, & captivorum, illæ solventur per Judices loci, qui reos apprehendāt, qui illis restituentur in rationibus suis, quas singulis annis reddere tenentur, & in hoc per literas rationalium illis providebitur sic.

Signatum Charles, & subscriptum, sic ordinatum per suam Majestatem, Bruxellis, ultimā die Maii, Anno 1550. & signatum Vorrecken:

*Quæstiones, de quibus inquisitores
in Inferiori Germania Christis-
nos examinant.*

1. An credat, jure divino licitum esse, præstare juramentum?

2. An credat, jure divino se obligari per juramentum, dicere veritatem super proponendis?

3. An credat, hanc solum esse Ecclesiam Catholicam, in quā est unanimis & communis professio doctrinæ Evangelicæ & Apostolicæ, secundum intellectum & expositionem S. Patrum, & dijudicationem & determinationem generalium Conciliorum ab Ecclesia receptorum, & in quā est administratio Sacramentorum, secundum Catholicam traditionem, in Ecclesiâ occidentalî haecenüs piè, & claudabiliter observata, quæ non in angulo aliquo orbis terrarum conclusa, sed in unitate doctrinæ, & Sacramentorum communione in vinculo pacis diffusa est, & propagata per totum terratum orbem?

p. 610. 4. An credat, in hac Ecclesiâ Catholicâ nos, omnesq; alios esse, qui in hac concordia, communione, & pace, sub obedientiâ unius summī Pontificis, sanctæque sedis Apostolicæ, vivimus?

5. Num putet, diversam Ecclesiam esse Lutheranos, seu Baceranos, vel horum similis sectarios, qui Ecclesiam, quam nos ut Apostolicam & Catholicam agnoscimus,

An potius nobilicū credat, iustificatione esse communicationem Justitie Christi, nec solum ejus imputationem, sed actualē regenerationem, & renovationem mentis per spiritum charitatis, quo demum per fidem accepto, ex injustis justi efficimur, & quæ justa & sancta sunt, operamur, peccatis ex Christi merito condonatis?

7. An credat, quod peccatum Originalē per Justificationem quæ sit in Baptismo virtute Sacramenti, non tantum regatur, sed & cegendo auferatur, & dissolvatur, ut verum sit dicere: Omni peccato caret iam Baptizatus, est mundus totus? Vel è diverso existimet, peccatum hoc realiter adhuc in Baptizato supereſie, hoc est, concupiscentiā, quæ manet in renatis post Baptismum, non tantum somitem esse peccati, sed reverā peccatum, tale, tantumque, quod Iuā natūrā omnes pariter, tam infantes Baptizatos, quam adultos damnaret (tiam si nullus postea accedit assensus) nisi non imputaretur, pro qua etiam non imputatione à Baptismo continuè orandum sit?

9. An credat, Libertum Arbitriū peccato primi hominis oppressum, per renovationem, quæ in Christo est, in Baptismo verē liberari ita, ut sic preventum à Deo per gratiam, quæ est in Christo Iesu, extindat in ipsa Iustificatione, quam in bonis operibus, tamquam partiale agens concurrat, & cooperetur Dō, & eā ratione, cum gratiâ Dei, causa meritorum fiat?

10. An credat, Baptisatum, assistente & adjuvante gratiâ, posse facere vel implere mandata Dei, secundum eam rationem impletionis, quam exigit à nobis Deus, quam diu sumus in hoc mortali corporis tabernaculo?

11. An credat, hominem renatum, & adultum per observationem mandatorum seu bonis operibus, ex fide, & dilectione Dei factis, prometeret i regnum cœlorum?

11. An credat, hominem propter opera mala condemnandum esse ad ignem æternum, etiamsi habeat tantam fidem, quā & prophetare, & Demones ejicere, & montes transferre possit, nedum eam, quā credunt sibi emissa peccata propter Christum?

12. An credat, hominem tantisper manere in morte, quam diu fides ejus non vivificatur, vel accenditur per charitatem?

13. An credat, Septem esse Sacraenta Ecclesiæ, videlicet Sacramentum Baptismi, Sacramentum confirmationis, Sacramentum Eucharistie, Sacramentum Pœnitentie;

14. *An credat, vel an e diverso credat, tantum duo esse Sacra menta: Baptismum, & Eucharistiam?*

15. *An credat, differre Baptismum Christi à Baptismo Johannis, & quomodo?*

16. *An credat, in Administratione Baptismi adhibenda esse solennes orationes & Ceremonias Ecclesiasticas, quales sunt Exorcizatio, & Exuffatio Diaboli, crebra crucis impressio, manus impositio, datio consecratio salis, apertio aurium, & narium cum salinâ, unde tam ante, quam post Baptismum, consecratio Baptismi more solenni, abrenuntiatio, & professio fidei per suscep tores, non suo, sed infantis nomine, & impositio albæ vestis. Et quod has Ceremonias extra tempus necessitatis contemnit omittens, Schismaticus censendus sit?*

17. *An credat, usum Chris matis esse de necessitate Sacramenti Confirmationis, illudque successisse in locum corporalis descentionis S. Sancti, post tempora Apostolorum, & Apostolicâ traditione?*

18. *An credat, administrationem hujus Sacramenti solis Episcopis esse reservatam?*

19. *An credat, virtute hujus Sacramenti infantibus, vel aliis confirmatis conferri virtutem constantiæ professionis fidei, patientiæ in tribulationibus, & robur vincendi astus Diadoli, & perseverandi in bonis operibus?*

20. *An credat, in Eucharistia Sacramento sub qualibet specie, esse verum corpus, & verum sanguinem Domini nostri Jesu Christi: Substantiam panis, & vini aquâ mixti, in corpus & sanguinem Christi, virtute verborum consecrationis transsubstantiari?*

21. *An credat, veritatem corporis, & sanguinis Christi in Eucharistiâ esse permanentem, & non in solo usu, sicut Baptismi Sacramentum, consistere. Et propterea posse nos, & debere hoc Sacramentum pro infirmis reservare, & in eo Christum presentialiter se illis exhibentem, adorare?*

22. *An credat, hoc sacramentum sine gravi scelere alibi posse confici, quam in locis consecratis, & ad hoc ritè adornatis, seu ab aliis, quam à Sacerdotibus jejuniis, idemque Sacramentum post factam consecrationem sumentibus?*

23. *An credat, Laicis ad salutem sufficere communionem sub una tantum specie, ut sub qua reverâ continetur totus Christus?*

24. *An credat, Missam esse sacrificium novæ legis, in qua non solum conficiatur,*

25. *An credat, Lutheranos, ac Baccernos hoc Sacramentum extra communio nem Ecclesiaz Catholicæ, omisso sacro Missæ canone, in quo forma consecrationis Ecclesiaz continetur, posse confidere?*

26. *An credat, in canone Missæ, proclamaz Ecclesiaz Catholicæ summum Pontifice orandum esse?*

27. *An credat, in eodem habendam esse memoriam sanctorum, qui cum Christo vivunt, & in eorum communione votans, stra reddenda esse Deo?*

28. *An credat, Santos cum Christo negligentes, non solum in hac vita imitatores, sed laudis quoque & honoris exhibitiones, & meritorum, & intercessionis pro nobis apud Deum attributione, & ut Deum pro nobis orent, imploratione invocandos esse?*

29. *An credat, hoc Altaris sacrificium, adhæc orationes, & eleemosynas fideliūm pro defunctis, qui fideles deceduerunt, ad purgationem macularum, in hac vita contractarum, & ante obitum nondum sati expiatarum, & pro absolutione penitentiarum temporalium?*

30. *An credat, post hanc mortem, talem aliquem esse ignem, in quo ejusmodi fideliæ animæ purgentur?*

31. *An credat, tres esse integrales partes penitentia, relapsorum in criminis post Baptismum: videlicet, Contritionem, Confessionem sacramentalem, & satisfaciem, ad remissionem penitentiarum & culpæ necessariarias?*

32. *An credat, enumerationem criminum saltem lethalium, & eorum, quæ angunt conscientiam, necessariam esse in confessione sacramentali, quæ sit, & fieri debet Sacerdotii, modò haberi possit ejus copia?*

33. *An credat, satisfactione Ecclesiastica mederi reliquis peccatis, mitigari, seu tolli penas temporales, & Ecclesiaz legislificari, & propterea eam necessariam dispensatio post Baptismum?*

34. *An credat, ordinem in Ecclesia esse Sacramentum, ita, quod ille, qui non est ordinatus secundum ritum Ecclesiaz Catholicæ, per suum proprium, vel alium Catholicum Episcopum, de proprii Episcopi consensu, non possit efficaciter in Ecclesia Sacramenta Ecclesiastica ministrare, nec alia ministeria Ecclesiaz salubriter obire?*

35. *An credat, S. Petrum fuisse principem Apostolorum, & Christi vicarium, & Romanæ Catholicæ Ecclesiaz summum Pontificem, & tales quoque censendos esse, qui ei canonice in cathedra sua successe-*

tiā (exceptā caula hæcclis hve Ichilmatis) posse recedi?

38. An credat Matrimonium esse Sacramentum Ecclesiæ, & indissoluble vinculum unius viri, & unius uxoris, & eum, qui priori uxori, antequam ea morte decedat, aliam super induerit, adulterum esse, etiā si ex causa fornicationis dimissa sit?

38. An credat Matrimonium clandestinum contractum, accedente contrahentis a sensu, coram Deo verum Matrimonium esse, ita quod tali matrimonio fraudem faciens, adulterum censendus sit?

Imp. Carolo 5. Pp. Julio 3.

Dē eadem.

Mediolanum, Neapolis, & Veneti inquisitionem Hispánicam recipere recusat, ut etiam Antwerpenses: quod quidem Papa zgrē tulit, sed Carolus quintus cogere illos noluit. Quod est notatum dignum.

Quæritur, an sciant inquisidores, subditos laicos (cum adeo multos interimant subinde, qui vel leviter hallucinantur aut ambigunt) etiam tam perspicue docet de his omnibus articulis, de quibus tam dura ab eis requiritur ratio, cum pleriq; ipsorum doctores, monachi & piaſsi, tam sint veræ doctrinæ & pietatis rudes: ut hodierni Jesuitæ (præstantiores illi, si diis placet, pingenda & fingenda moretricis Romano Babyloniæ artifices) ipsorum ignorantia & inertiam publicè detestentur & execrentur?

Natalis Comes:

In sua historia scribit, quod cladem Galiorum factam ad S. Quintinum, in quâ Condestabilius, Mompenserius, Mareschalcius S. Andreæ, Reingrafus Lansacius, & fere bis mille nobiles capti & interfici sunt, multò ante prædicterit Michael Nostrodamus, rerum Astronomicarum peritissimus, cum multis inde secutis calamitatibus, in quodam prognostico.

Neque enim tam fallax existimari debet, ut aſſolet, prædicto, quæ à peritissimis sit astrorum, cum DEUS optimus ferum omnium moderator, non ita occultas esse aliquando imminentes calamitates, voluerit, ut eas devitare non possimus, si exasperificamur. Sed propter inscitiam ferimus plerumq; tanquam prono alveo fluminis, neque studemus per sapientiam viribus Astrorum resistere. Nam profecto facilius est Sapienti prævisum, quam ignoratum periculum devitare, cum imprudenter contra & inscitia periculi devitandi ipsa prope sit necessitas. Clar. Imp. Carol. 5. Pp. Julio 3.

Ientus & dives, ied ingenuo crudel & avaro, qui nihil sanctum aut admirabile præter opulentiam existimat, quoquo modo illa compararetur, propter suam avaritiam mirandum, ac semper memorabile exemplum posteris reliquit, cum per illud patet, neminem avarum non esse Dei adversarium, & hostem. Plurimum enim dissentit à natura, & à divinis institutis suorum facultatum nimis esse tenacem, cum viri boni non possessores simpliciter, sed villici DEI reipla sint;

Hic cum magnam haberet copiam frumenti, atque res illut esset redacta, ut necessariò ab illo emendum esset, cœpit non vendere nisi magno precio. Inops civis multis filiis gravatus, vix collecto dimidio precii, roget concedi frumentum, reliquæ partem precii brevi se datum, pollicetur Proponit periculum familie suæ ex inedia: vanæ sunt preces: missus est servus in horreum paulò post alia de causa, patet facta porta, vissi sunt bini boves nigri veschi frumento: rem defert ad cominum, moritur nuncius, ali us spectatum missus, refert, sues etiam accessisse, ac moritur.

Accedit dominus ipse damni magnitudine territus, non audet portam aperire: sed spectat per rimas: visus multis animalibus variis generis vescentibus: ita furor recorripitur, ut necessariò conjectus sit in vincula.

Iodocus Damhonderius in præ-

rim. cap. 61. num. 64. & seqq.

i 55 o.

Simoniacum intellige illum, qui Sacra- menta Ecclesiastica, beneficia, prælaturas, atque reliquias dignitates Ecclesiasticas mercatur aut vendit. Et huic Simoniæ victio nostris temporibus multos (quod jure deplorandum) illaqueatos conspicim: quoniam & temporale & spirituale hodie ve- nalitati expōsum est, ut inquit Antho. in c. tuam Col. 3. de ætat. & qualit.

Papa tamen non dicitur committere Simoniam, si confert beneficia vel dignitates, acceptā pecunia: Bart. in l. Barbarius, 2. Col. ff. de offic. prætor. in repet. Ubi dicit, rationem esse, quia Papatus est Apostolatus, & aut sanctum facit, aut sanctum recipit: quod est notandum contra rabide latentes adversus sedem Apostolicam: qui bus non est licitum apponere os in cœlum, sed LICITUM est Papæ æquare quadrata rotundis cuncta per mundum, & c. princ. palem g. q. 3.

Ludovicus ab Avila, & Anatolius Desbarres.

i 55 o.

p. 622.

Gallos : & Carolum Magnum 30. annis
Saxones : Hunc autem Carolum unico an-
no, non solum totam Germaniam subjugas-
se : sed et iam Ecclesiam, ac religionem pa-
caram reddidisse.

Risit etiam *Avila* Germanicam simili-
citatem in Landgratio Hassiae , quod non
animadvertisit, nec perpendit Ducis Albani
astutias in obligatione & cautione ipsi da-
ta Perpetui, vel Nullius carceris: ut & olim
Bellifarius Gilimero Regi Vandalorum
capto promiserat : ferreis catenis ligatum
non ducturum: aureis autem duxit: de quo
Egidius Pertinus Arremarensis in vita Ju-
stiniiani Imperatoris. Sed stulte risit & *A-*
banus & *Avila*: non enim respexit ad finem,
nec quoniam successu gesta sint ista, intel-
lexit : scilicet quod Electores, Duces, &
Principes, atque civitates Germaniae : ta-
metisi quingentis magnis tormentis belli-
cis, [que in Mediolanum, Neapolim, Bel-
gium & Hispaniam delata sunt) & decies
sexies centenis aureorum millibus, hoc est,
armamentariis & loculis non nihil, & pro
tempore ab Hispanico isto *Albano* [quem
ad perdendam Germaniam natum fuisse
dicere possis] emuncti fuerint : tamen in-
victos contra hostes animis & religione
persestissime. At vicissim hoc probè notent,
quis terror panicis sanctissimos patres Tri-
dento : & ipsum Albanum Oeniponte tam
misere aufugere compulerit : item, quare
tanquam versipellis Hispanus, tam stupi-
dus, tam incanus, tamque improvidus fue-
rit, ut crediderit, *Mauritium*, quando *Oe-*
niponti sibi, & *Tridenti* pro Theologis suis
diversoria parari jussicerat, porpter etiam per
venturum submissurum se illius jugo, & de-
ferturum religionis & libertatis Germaniae
& suscepsum patrocinium?

Item, si tantæ sagacitatis fuit ille vena-
tius canis, cur subodorari non potuit for-
mulam pacificationis Magdeburgicæ, se-
orsim aliter conceptam (nam clanculum
illis de religione cautum fuerat) & aliis
deinde verbis publicatam? Nec non & le-
giones militares Magdeburgicas dimissas
quidem, sed statim iterum tectis consiliis
conscriptas, & Gallum cum ingenti exer-
citu adductum: de his omnino nihil.

Ex illis ergo & aliis, qui reticentur, laus
& gratia Deo Opt. Max. fit planum, salvam
adhuc esse Germaniae hodie religionem,
vicisse Evangelii veritatem, intemeratam
manere illius libertatem, fusum & confu-
sum autorem ejus bellum Papam, auroq; cor-
ruptum Albanum: ideoque multo splen-
didius post, quam ante bellum, effloruisse,

Quum enim quod ex libro *Avila* capere
possunt emolumentum podagrī. Scribis
enim, Imp. Carolum V. podagrā vehemen-
tissimè afflitū, tantum radice Chinæ usum
esse, quod eam ad hunc morbum præsentis-
simum remedium s̄pē esset expertus. Co-
ratur quoque Podagra secundum Ol. Ma-
gnū, sanguine columba, & vulpecula pelle
calida detracta, & pedibus circumliga-
ta. Sicut etiam cerebrum ejus infantile pe-
 datum nunquam caducum eum facit. A-
quas calidas circa urbem Ticinum scatu-
rientes, valde utiles podagræ dicit *Cali-*
dorus lib. io. Imp. & Pp. V.S.

Alvearium Examinis Pontificii part. I. cap. I.

Antonius Legatus Pyranensis dixit:
Hominibus non concedendum esse Epis-
tolas Pauli legant. Multos enim feci (iudicabat)
qui ex solis Paulinis Epistolis Lube-
rani esse & i sunt: velut nuper Herbipouli-
fi Ecclesiaste Joanni Sylvano Athelino co-
tigit, ut ipse in suâ confessione typis excus-
am conhtetur, se in Paulo reperisse, doctrinam
papisticam & religionem (quam ipse
diu exercuerat) falsam & Antichristicam
esse. Ideoque Regius Gallicus Aristarchus,
cum Lugduni novem ob Lutheranum
exusisset, publicè dixit: *S. Ecclesia Sancti*
Pauli Epistolas non recepisset, nec inter
canonicas retulisset: pluris professo illas
non facerem ac *AElippi* fabulas.

Mersburgensis Cancellarius quoque di-
cebat: Paulum non esse Evangelicum: di-
versis enim verbis uti ab Evangelio;
ideoque diversa esse Evangelium & Pa-
uli dogmata. Ante sedecim annos Papa
monachum & Doctorem Joan. Montili-
num Romæ exuri, iusserat, quod Bononiæ
S. Pauli Epistolas publicè docuerat, & ex-
plicaverat. In Anhaltino Ducatu, Dessianii
in suggesto templi summi Paulus appiatus
est, & post eum nuncius Pontificius, insuis
tesseris claves Petri gerens, & qui *S. Paul*
eminus epistolam quorundam Cardinalium
um sigillo munitam tradit, interrogans
quasi *S. Paulum*, serione ea dicta sint, que
ad Romanos scripserat, an verò ipsos pro-
priè in eâ epistola subintelligi velit?

Scitum est etiam illud Episcopi dicen-
tis: scitisne, quid ego cum Epistolis Pauli
agerem, si eas solus haberem? sub rosa di-
cū: quā sit: in ignem eas conjicerem, Ehem
tunc dirutum omne Lutheranorum arma-
mentarium jaceret?

ta, Catherinam, adiunxit, concitari
& benedici curaverunt, & aliud Barbaram,
aliud Catharinam, & sic deinceps nomina-
runt.

Idem. Nobilis quædam fœmina Hispana,
nomine signora Maria Osorio, à Papa Pau-
lo 3. facultatem consecuta est, pro se & duos
decim sui generis personis, Corollas preca-
torias consecrandi & benedicendi. Virtu-
tem autem hanc habebant illi preculares
globuli: nempe si unicum Pater noster su-
per iis demurmurabatur, licet sine omni de-
votione & religione, impetrabatur tamen
remissio tertiz partis peccatorum: idcirco
etiam orichalco illa granula incrustaban-
tur, inq; templo suspendebantur, eorumq;
jam dictam virtutem expressis verbis ap-
pingebant, ut adhuc hodie videre est, quan-
do vulgus coram iis in genua procumbit, &
manus super granula tenens, sic ad remissi-
onem peccatorum suorum corollas suas
diumerat.

Idem. Apostata Scaphylus cum Romæ
beneficium seu præbendum optimam ambi-
ret: Cardinales ei proponebant, cum non
esse dispositum & habilem ad capessendā
beneficia eo, quod conjugem haberet: tum
ille respondit: Apud Lutheranos erat mea
conjux, apud vos sit mea concubina. En-
hic apparent Lutherana fœminæ, quomodo
in meretrices commigerent. Hinc Lutheri
dictum: si non vult mulier, veniat ancilla,
planum & liquidum sit.

p. 624. *Idem.* Pius 4. coëmto pontificati, hoc
elogium per pasquillum merebatur: Impi-
us es tu, Pater tuus latro es, Mater tua me-
trix, quomodo huc intrasti? Hanc ob-
causam, ut impietas maculam abstergeret,
pium se vocari voluit. Deperibat a. non so-
lum Romanas meretrices & curtisanas, sed
etiam aliorum conjuges ita, ut in extremo
vitæ actu, præter publicum scortum seu cur-
tisanam, Romani cujusdam nobilis Papirij
Capizuechi conjugem in suam libidinem
aleret: vesctbatur plerunque ostreis, & vi-
num bibebat fortissimum, quod vocabat
Mangeuerram, ad excitandem erga eam
libidinem.

Sed cum nihil proficeret, ita ut curtisana
cum tanquam impotentem amatorem pa-
lam naso suspenderent, & videret, sibi in
amore Cardinalem de monte Innocentium,
Julij tertij olim ganymedem præponi: pu-
blice eas in custodiā conjecit: attamen
paulo post ex abundantia amore, & miseri-
cordia eas rursus dimisit: & cum præposte-
fa venere se in eis defatigasset: & nihilomi-
nis insuper nobilem ullam supra dictam
fœminam comprimere quoq; vellet, vespe-
re aliquo ostrea comedebat plurima, vi-
numq; luum Mangeuerram bibebat: & ubi

ante Ep. imp. parvum certa.

*La Donne, Lumagi & Mangaiguerræ
M'hanno levato dalla sedia. & posto in
terra.*

Idem. Abbas quidam interrogatus, cu-
jus Papa esset partis orationis? respondit:
Participii partis: quia partem capit à clero,
partem à seculari, partem ab utroque, cum
totius orbis doloris significacione, fine mo-
dis & temporibus.

Ostentosum

z 55 1

Anno 1551. Bernoburgi Saxonie in quo-
dam templo signum crucifixi admodum
cœpit fluere sanguine inter concionem, ita
ut guttulæ ad terram delapsæ sint. Cum vero
accederet quispiam, & concéderet per sca-
lam, & abstergeret cruentum linreo, vehe-
mentius cœpit ex omni parte sanguinem
emittere. Cumq; hoc quatuor jam horas
durasset, deponebatur tandem, & perspicie-
batur, an non dolo illud, vel quadam arte
præstigiosa sic se haberet. Verum nihil frau-
dis subesse deprehendebatur, ideoq; in Sa-
cristiam deportatum est, & sic sanguis efflu-
ere cessavit. Neq; ante, neq; postmodum et-
iam illum tale miraculum prodidit li-
gaum. Hondorp.

*Ioannes Vassus in Chron. Hispæ- z 55 1
nia, de Episcopo quodam
glorioso.*

Spes, inquit, coecis visum restitui, &
surdis auditum. Quin & nunc satisfacere ex-
pestantiæ tua queam. Mox hereticum
quendam decem aureis corruptum clam
subornavit, ut in itinere, quo Regi transse-
undum erat, clausis oculis residens, Episco-
pi opem imploraret, ut in virtute, fidei sue
perditum lumen misero restitueret. Quid
cum ille ex composito fecisset, Episcopus
cum magna arrogancia manus oculis eius
imponens ait: secundum fidem meam fac
tibi.

Vix dum hæc dixerat Episcopus, cum o-
culi infelicitis hominis ita obserati sunt cum
grevi dolore, ut non solum visum penitus
amiserit, verum etiam dolum quem avari-
tia impellente confinxerat, evulgaverit;
Imp. & Pp. V.S.

Ex Tomis conciliorum.

*Ad Bonifacium Zacharias quædam scri- z 55 1
psit Epistolas, in quibus etiam nonnullæ
constitutiones & Decreta pontificalia repe-
riuntur. Sed & Bonifacius conqueritur
magnopere, Ecclæsiastas Gallie omnino
verecundiz & religionis limites excessisse,
vocat eos scortatores, adulteros, bella-
tores, larrones, venatores, heluo-*

permisso & iussu Carolomanni, quo omnia restituuntur integritati & pristino ordinam in 70. vel 80. annis nullum haecenus habitum est concilium: ideoq; tanta vitiorum & flagitorum seges succrevit, & ejusmodi alesia invalidit.

Idem Bonifacius etiam dolet, & tñdet eum, tam multos sua peccata & scelera hoc prætextu, quod indulgentias acceperint Romæ, excusare.

Ibidem. Ioannes 23. Pp. negavit, animas esse immortales, verbis seqq. Dominus Joannes Pp. s̄pē, & s̄p̄t̄ diversis prælatis & aliis honestis & probis viris, pertinaciter p. 625. (Diabolo suadente) dixit, asseveravit, dogmatizavit, & astruxit: Vitam æternam non esse, neq; aliam post hanc: quin imo dixit, & pertinaciter credidit: animam hominis cum corpore humano mori & extingui, ad instar animalium brutorum: dixitq; mortuum semel etiam in novissimo die minime resurrectum. Hinc ibidem Diabolus incarnatus vocatur.

Dicitur etiam pag. 395. 6. synod. Constantini. Honorium Papam incidisse in se etiam Monothelitarum. Imp. & Papa ut sup.

Ibidem. Constantinus, cum Nicenam ingrederebatur synodum, iustus & rogatus fuit ab Episcopis, ut primam sedem occuparet. Quid hodie Papa, & liber Ceremoniarum jubet? scilicet, ut Imperatori sit locus circa pedes Papæ. Vide ibi.

Idem etiam notandum, quod reperitur, Ecclesiastis etiam Laicos tunc temporis in concilijs adjunctos fuisse.

155 o. Augustinus Steuchus Bibliothecarius Papæ.

In libro de donatione Constantini, impresso Lugduni anno 1547. in hanc sententiam ait: ut totius Occidentis, hoc est, Italiz, Siciliæ, Sardiniz, Galliz, Hispaniz, Angliaz, Germaniz imperium sit penes Papam Romanum: eoq; nomine pari ornatu, patique adeo majori dignitate, majestate, imperio & potestate præditus sit, atque ipse Constantinus fuerat: comitatum etiā equitum consimilem habeat: usque eo, ut ei in equo sedenti Imperator aliquantis per pendisse qui operam præster, & ipsius equi frenum tenens aliquandiu cum assegetetur.

De Germanico Imperio Papæ subiecto vide etiam Cujacium de Imp. cap. 7. Non solum enim Papa, sed vacante, imperat, sed & ipsum vivum Imperatorem judicat. Egn. Rodul. Sigo. ult. de reb. Ital. Alc. 4. cons. 17. Et refert Albericus Gentilis I. C. Professor regius tractatu de iure belli.

Siciliæ, & Scotiz, qualiter Papæ subiecta sint, refert Blendus lib. 6. dec. 2. Anton. Hist. parte 3. tit. 19. Nicol. Gillius. Et apud Canonistas c. tibi domino. dist. 63. Imperator Papæ Vasallus est, nam præstat jura mentum Papæ, quod contendunt esse fideli tatis, c. de jurejor. in Clem. & exinde Imperatorem Papæ esse Vasallum.

Ibidem de regno Hungariz. Gregorius Episcopus, servus S. Dei, dilecto filio Salomoni, Regi Hungariz salutem. Sicut à ma joribus patriæ cognoscere potes, regnum Hungariz sacro sanctæ Romanæ Ecclesie proprium est, à rege Stephano olim B. Pet tro, cum omni jure ac potestate sua, oblatum & devote traditum.

Et mox idem Gregorius ad Geusum Hungariz regem: Notum tibi esse credimus Regnum Hungariz, sicut & alia nobilissima Regna, in propriæ libertatis statu debera esse, & nulli Regi alterius regni subiici, nisi sanctæ & universali matris, Ecclesie Romæ.

Ibidem. Regnum Danorum (inquit) est peculium & vestigia sacra lancæ R. m. Ecclesiæ: quod eadem pontificum vera monimenta testantur. Alexander Episcopus. S.S. D. dilecto filio Sucvi, Regi Danorum salut. & Apost. Benedict. Prudentiam tuam moniemus, ut censum regni tui, quem antefores tui sanctæ Apostolicæ Ecclesiæ personæ soliti sunt, nobis & successoribus nostris transmittere studeas: ita tamen, ut non sicut oblatio super altare ponatur, sed tam nobis quam successoribus nostris, ut certius approbetur, præsentialiter offeratur.

Idem in nationem Germaniz investivam truculentissimam scriptis, quæ pasim extat. Titulus libri est: Adversus Lutheranos libri 4. Ait vero in summa, Germanos non modo esse totius Italiæ, in primis vero urbis Romæ veteres acerbissimosq; hostes, sed omnis etiam civilitatis, omnis religionis pietatisq; hostes, ac plene feras ac bellus.

Idem in libro 10. de persenn Philosophia quadam de exitio mundi tractat, quæ brevitatis studio omitto.

Ibidem de Anglico regno, quod Pp. sit. Epistola Alexandri 3. ad Gulielmum regem Angliaz hæc extat in Bibliotheca Papæ. Novit Prudentia tua, Anglorum regnum, ex quo nomen Christi ibi glorificatum est, sub Apostolorum principis manu & tutela extitisse. Nam ut bene nosti, Angli fideles erant, & piæ devotionis respectu, ac cognitione religionis, annalem pensionem Apostolicæ sedi exhibebant, ex qua pars Romano Pontifici, pars Ecclesie S. Mariz, quæ vocatur schola Anglorum, in usum fratrum deferebatur.

trus Rex Arragonie anno tertio D. Innocentii 3. Papæ venit Romam ad eundem Innocentium, ab eoq; militiam solenniter ac honorifice accepit : obtulitque sponte totum regnum B. Petro, & sacrosanctæ Rom. Ecclesiæ: ibique accipit in feudum prædictum regnum. Itemq; constituit se pro regno Sardinia certam pecunia summa daturum.

Ibidem Bonifacius VII. Philippum Galiorum regem, quod contra Ecclesiam sese extolleret, cum ei pontifex vetera monumenta explicasset, quibus doceret, quod Romanæ Ecclesiæ & in sacris & in profanis Gallia subesseret, ex quo necesse esset, pontificem uti dominum regni sui cum venerari & colere: cumq; ille despiceret, excommunicavit. A quod hunc Steuchum de imperio Germanico summum est silentium, propter summam (ut credi par est) Imperatoris Caroli V. potentiam, quem offendere Steuchus metuebat: sed aliunde permulta testimonia suppeditunt: primum apud canonistas in c. tibi domino, dist. 6. 3. ubi Imperatoris Othonis jusjurandum continentur Papæ præstitum, quod Papa Clemens contendit esse jusjurandum fidelitatis, quod Vasalli feudo accepto suis patronis præstant, in c. de jurejurand. in Clem. Unde Canonistæ fortissime disputant ac ratiocinantur, Imperatorem esse Papæ vasallum, & imperium ab eodem feudi nomine teneri.

Sed & Papa Innocentius III in cap. Venerabilem, Extra. de election. scribit, jus eligendi Imperatoris ad Principes Germania ab Apostolica sede peruenisse: & cap. 2. de re judic. in VI. Imperatorem posse a Papæ deponi: & in cap. 1. Extra. Ne sed. vacant. Papam vacante imperio Imperatorem esse.

Ibidem. Regnum item Russæ juris ac distinctionis esse Romanæ Ecclesiæ, prisca monumenta præ se ferunt. Gregorius 7. Regi & Reginæ Russæ scribens, Dilectis, inquit, filijs, Demetrio Regi Russorum, & Reginæ uxori eius salutem & Apostolicam benedictionem. Filius vester limina Apostolorum visitans ad nos venit, & quod regnum illud dono sancti Petri per manus nostras vellet obtinere, eidem beato Petro Apostolo debita fidelitate exhibita, devotis precibus postulavit: indubitanter afferens: illam suam petitionem nostro consensu ratam fore ac stabilem. si Apostolica authoritatis gratia ac numine donaretur: cuius petitonibus assensum præbuimus: & regni nostri gabernacula ex parte B. Petri illi tradidimus, ea videlicet intentione charitatis, ut B. Petrus vos & regnum vestrum sua apud Deum intercesione defendat.

dicit. vos ictis, quod antiquitus Regnum Hispaniæ est Romanæ Ecclesiæ.

Et paulo post ex registro epistolarum ejusdem Papæ, quod in sua bibliotheca religiose asservari affirmat, hanc epistolam profert: Gregorius Episcopus servus servorum Dei, Regibus, Comitibus, ceterisque principibus Hispaniæ salutem. Notum fieri vobis volumus, regnum Hispaniæ, ex antiquis constitutionibus, beato Petro & S. Romanæ Ecclesiæ in jus & proprietatem traditum esse, & quæ sequuntur.

Ibidem. De regno Croatiae & Dalmatiæ in registro Gregorii VII. ita legitur. In nomine Dom. S. & individuz Trinitatis, anno Dominicæ incarnationis 1076. inductione quartæ, decima mensis Octobr. Ego Demetrius, qui & Suinumir nuncupor, Dei gratia Croatiae Dalmatiæq; Dux, à te D. Gebizo, ex Apostolica sedis legatione, domini Papæ Gregorij potestatem obtinente, in Salontana Basilica S. Petri, synodali & concordi totiuscleri & populi electione, & Croatiorum Dalmatarumq; regni regimine, per vexillum, ensim, sceptrum & coronam investitus atq; constitutus Rex, tibi devoeo & pollicor, me in commutabili complecturum omnia, quæ mihi tua reverenda injunges sancticas, ut in omnibus & per omnia Apostolica led fidem servem, & quicquid in hoc regno tam Apostolica fides, quam legati sui sanxerunt vel senxerint, irrevocabiliter custodiam: iustitiam excolam, Ecclesiam defendam, ducentorum quoq; Byzantiorum tributum S. Petro perfingulos annos in resurrectione Domini, de mihi concessio regno persolvam. Preterea, cum Deo servire regnare sit, vice B. Petri, domini nostri Papæ Gregorii, atq; post ipsum successorum in Apostolica sede manibus committo, & hanc fidelitatem juramento stabilio.

Ego, inquam, Demetrius, qui & Suinumir, Dei gratia, & Apostolica sedis dono, Rex ab hac die in ante S. Petro, & domino meo Papæ Gregorio, & suis successoribus canonice intrantibus, ero fidelis. Regnum autem quod mihi permanet tuum, domine Gebizo, traditur, fideliter retinebo, & illud suumque jus Apostolica sedi aliquo ingenio aliquando non subtraham: dominum meum Papam Gregorium, & suos successores atq; legatos, si in meam potestatem venerint, honorifice suscipiam, honeste tractabo, & remittam, & undeque me invitaverint, prout potero, simpliciter eis serviam.

Ex hinc Papæ etiam hoc sibi regnum arrogant, ut pleraque cetera.

Idem. De Regno Scotio Polydorus Virgil. lib. 17. ita scribit: Bonifacius

antea in Romani Pontificis hdm & potestatem à Scotis ipsis permisum fuisset. Et ideo asseverabat, sibi soli integrum esse, cuiusque liberet, dare aut auferre.

Hactenus regna Christianorum Regum omnia enumeravimus, quæ papa feudi ac beneficij ab se accepti loco teneri ac possideri contendit. Ex quibus singulis atque universis dijudicandum cordatis viris relinquisimus, utrumne hæc modesti Ecclesiæ pastoris humilitas esse videatur, tantopere à Christo commendata, an potius immanis atque intolerandi Cyclopis confidentia? simul ab ijsdem cogitari cupimus, an non illa Papatum superbiloquentia ex eodem spiritu profecta sit, unde illa tyranni Nero-nis oratio à Seneca libro de Clementia primo posteritati tradita:

Ego ex omnibus mortalibus placui, ele-
ctuique sum, qui in terris deorum vice fun-
gerer. Ego virtus necisque gentibus arbiter.
Qualem quisque sortem statumque habeat, in
manu mea positum est. Quid cuique mor-
talium fortuna datum velit, meo ore pro-
nuntiat. Ex nostro responso lætitiae causas
populi urbesque concipiunt. Nulla pars us-
p. 627. quam, nisi volente propitioque me floret: hæc
tot millia gladiatorum, quæ potestas mea
comprimit, ad nutum meum stringentur.
Quas nationes funditus excindi, qua trans-
portari, quibus libertatem dari, quibus
eripi, quos reges mancipia fieri, quorumque
capiti regium circumdari decus oporteat,
quæ ruant urbes, quæ orientur, mea juris-
dictio est.

Idem. B'ondus libro 6. Decad. 2. Tunc, inquit, Iohannes Anglorum Rex, vires suas Regi Francorum impares fore, veritus, ad Innocentii III. Pontificis Rom. Misericordiam configit: nam Angliam Hyberniamque Romanæ Ecclesiæ feudatarias ex foedere constituens, centum aurum marcas pro utraque insula quotannis solvere est pollicitus. Anton. Florent. Histor. part. 3. tit. 19. § 1. Anno 1223. Joannes Rex Anglorum sponte, de consilio suorum Principum, obtulit ac libere concessit Deo, & Apostolis eius sanctissimis, Petro & Paulo, & S. Romanæ Ecclesiæ, & D. Papæ innocentio 3. totum Anglia Regnum, & Hyberniam pariter, cum omnibus iuribus & pertinentiis suis: & fecit ac juravit homagium pro dictis Regnis, dicto Innocentio Papæ, ut illa de cetero, ut feudatarius, ab ipso Papa & successoribus eius teneret. Quod idem Polydorus Virginius libro 15. commemorat.

Idem. De Regno Siciliæ Papa Clemens V. in Clem. pastoralis, de sentent. & re Ju-

dem Regno continuatur indecens docu-
lum.

Hieronymus Mutius Italus.

Hujus librum, inquit Vergerius, contra doctrinam, quam nos tuemur, Julianus tertius disertissime approbavit, non aliam ob causam, quam ut Germanorum principum ac liberarum civitatum nomen (quantum in se est) traduceret atque diffamaret. In quo quidem libro mira est verborum laetitia.

Nam postquam miris convitijs divexavit pastores Ecclesiarum nostrarum, atque oves & auditores simul, eosque nuncupavit ebrios, adulteros, sacrilegos, seditiones, contemptores beatæ Virginis, sanctorum, templorum, sacerdotum, rerumque omnium sacrarum raptiores, fentinas, feces, hereticos, infideles, & qui in Christum non credunt, & quid non? concendent altius, atque in ipsos sacri imperii principes impuniti. mo ore invectus, atque in universam adeo nationem, hæc verba effutivit:

Invida Germaniæ natio minime admic contenta, quod imperium ipsum magno cum Italia præjudicio usurpaverit, ut nos omni gloria & bono privet, ingrediens in hanc phrenesin ac rebellionem.

Et paulo post de eisdem loquens, quos usurpatores imperii appellat, ita inquit: Nec vident ebrios illi: nam si papatus est nomen inane, Gregorius eorum Papa non potuit ad eos transferre imperium: quid potest dici truculentius?

Quæso, si Papistæ anxie conducunt manus & calamos suorum adulatorum, qui talia scribant, & ea palam in media Italia typis excudant (cette Mutii liber Venetiis excusus est à Iolito, atque adeo cum privilegio eius reipublicæ: Cardinalis vero Poli Roma à Blodo) si inquam, Papæ & Papistæ hæc sibi putant licere: annon eos pudet queri nunc, & exclamare contra me, qui pauca quædam scripsi? Imp. Carol. 5. Papa Julio 3.

Idem. Alexander Papa totam Italiam contra Imperatorem commovit, & juramento, quo Imperatori erant obstricti, omnes absolvit. Et novam urbem, quam ex suo nomine Alexandriam appellat, contra Cz. farem edificat, & munit: Episcopum etiam illuc constituit, & Papiam vicinam palij dignitate privat. Spem Emanueli Imperatori Constantinopolitano de Occidentis imperio recuperando fecit, ut pecuniam emungat. Hac pecunia regem Siciliæ, regem Galliæ & omnes principes Italiam in Imperatorem concitat. Imperator cum exercitu in Italiam venit adducto Henrico nepote Sa-

niam reverius eit. Imperator cum Iao perisculo in Germaniam redire conatus, per totum iter sentit stratas insidias, ut induitus fuerit habitu servi, & curaverit equos, ut stabularius.

Idem. Cum duo Papæ, Alexander & Victor, essent electi, Fridericus Imperator utrumq; citat, ut Papiam ad se veniant. Alexander superbe respondit Imperatori, Romanum Pontificem à nemine judicari debere, nec parere Imperatori. Victor autem Papiam accesit, & omnium consensu Papa declaratus est. Quas ob causas Alexander Fridericum cum suo Pontifice excommunicat: Fridericus vero à suo Pontifice absolutus, non curat fulmen.

Fridericus Nausea Blancicampianus Episcopus.

Scriptor: Secreta de calamitatibus hujus temporis, & reformatio Ecclesia: & plura alia. Imper. Car. 5. Papa Julio 3.

Hieronymus Garimbertus lib. 5. de virtutis Pontificum.

Franciscus Zabarella Cardinalis, is cuius scripta à Jureconsultis summopere probantur, legatus missus à Joanne 23. ad Concilium Constantinense, auctor tuit Joannis è statu deiendi; ea spē; ut ipse voluntate concilij ei succederet. Verum morte preventus, ambitioni & perfidie simul satisfecit. Imp. Car. 5. Papa Julio 3.

Idem lib. 6. Leo decimus Pontifex prodigalissimus fuit in quōvis, indecos, motiones, venatores, Iudiones, coquos. Itaque, ut pares tantum eluviae opes haberet, undecimque potuit, pēt fas & nefas bona corravit.

Matthaeus Delius Danus Mathematicus.

Hic constitnens in Oenoponte anno Domini 155. Philippo Hispaniarum regi figura nativitatis, Medico Césareo Caroli V: ipsi tempore nativitatis præscribente, & iudicium ejus postulante, prædixit ex Marte in secunda retrogrado, & damnato à Luna, Lunaq; ab illo, significare ei paternam substantiam aliquo modo frangi, & cum habeat Solem in domo cadente, diminui potentiam eius, cum maxima visa esset.

Erexit etiam eodem loco & tempore Carolo Philippi regis filio thema, in cuius exposito talia scribit: Hæc figura ludoata est in ipsa conjunctione Luminarium incisidentium in tam gravissima loca Eclipsum præcedentis anni ita, ut non debito tempo

loquela, hic natus: tamen processu temporis mutabitur: non erit tam longius quam pater: morietur in adolescentia post directionem Saturni ad ascendentem. Exemplar Schematis etiam invenitur in Bibliotheca Ranzoviana, & aliud etiam extare in Hispania apud regios ministros non est dubium. F. ut sup. Imperat. Carolo. Papa Julio 3.

Huldericus Mutius.

Prænt duo Imperatores de Imperio certantes, Otho à Papa confirmatus, Philippus autem excommunicatus. Philippus Papæ favorem ambiens, ad eum Legatos mittit, pro communi pace Ecclesie & Reipublice statuenda. Papa privatum negocium respiciens, petit, si velit Philippus absolvī, & electionem suam approbari per Apostolicam authoritatem, ut filiam suam nepoti Pontificis matrimonio copulet. Speravit enim Pontifex, ex hoc conjugio Pontificatus honorem tanto majorem futurum, & magnam etiam Italie partem ad se reddituram. F. Anno Domini 1193.

Idem. Habet Papa sui corporis custodes Germanos, propter insignem fortitudinem, animi magnitudinem, & fidem.

Idem. Feruntur multi inventi sancti viri, qui (relicti, quæ mundi sunt) vacarint contemplationibus & orationibus, mortuis mundo, consolationem in spiritu & contemplationibus habentes. Certe, quales fuerint maiores nostri, declarant ecclesiæ & monasteriorum edificia & facultates. Quales fratres olim in monasteriis fuerint, demonstrant bibliothecæ: declarant quoque eorum institutiones: quas si posteri aliqui eorum non tam prævaricati fuissent, nunaquam Dominus eos passus fuisset pervenire in tantum contemptum: Dominus dirigit nos in vias rectas.

Idem. Ioannes Papa cum videret, Imperatores duos propter discordiam non modo non tantum posse, quantum unus in imperio promovendo & defendendo valeret, sed etiam imperium discordia illorum dilabili, putavit, occasionem se habere suos iuvandi & promovendi ex imperij bonis. Quare quæcumque potuit sibi vendicare de imperio per Italiam, fecit, deditque exemplum aliis idem faciendi.

Idem. Cum Conradus intelligeret, quid essent omnes homines Iudicaturi de ingratitudine sua, si palam cum illo armis rem agerer, de dolo & insidiis cogitavit. Ad hanc rem neminem judicavit aptiorem Hartone

Pratto politetur Netherlandi operari, facie
se id posse, addens, nam in ea arte erat jam
exercitatus.

Occasione igitur quæsita, Hatto invitat
Henricum, magnum, nescio quid, inqui-
ens se habere, quod cum illo communicet.
Advenientem Henricum ficto vultu latro
excipit Hatto latro, in convivio donat illi
auream torquem, quæ venenato auro erat
facta ita, ut qui semel in collum injiceret,
veneni vis penetraret per vestes etiam ad
cordis penetralia & brevinecaret, nec nihil
manibus tractanti nocuit. Hatto igitur al-
latam per famulum, manibus medicamine
præparatis, in collum injecurus erat lethale
donum Henrico, qui per quendam ad-
monitus clanculum, reculavit. Postea ille,
qui admonuerat Henricum, soli exponit
omnia, & Comitem Albertum taliterque
esse sublatum per hunc episcopum.

Hattoni ergo roganti, cur tantopere su-
um munusculum renueret, respondisse scri-
bitur Henricus, sibi non esse durius collum
quam Comiti Alberto. Latrocinio illo ergo
Henricus supra modum iratus, cognoverat
post, Conradi odio subornatum hunc pro-
ditorem. Quamobrem proxima quæque
Saxonie suæ, quæ ad Conradum pertinebant
invadit, & suæ ditioni adiicit, nec finem
graflandi facit ullum. Hatto se (propter
prodictionem suam manifestatam, & pro-
pter quæ sequebantur mala) mætore & tri-
stitia conficit, animiq; & gemitidine moritur.
Quidam multascribunt, quomodo Satan
non modo eius animam, sed & corpus à
morte trahaverit. Hac historia ab aliis hi-
storicis quoque aliquoties supra recitata
fuit.

Idem. In Germania legatus apostolicus,
Raimundus Poyrandus habuit potestatem à
summo Pontifice, non solum vivos à pec-
catis absolvendi, sed etiam mortuos: eius
enim pontificium indulustum se ad vivos &
ad mortuos extendebat. Multi quoque
emebant indulgentias.

Idem. Cum forte Argentinæ esset Imp. a-
liquando, ceremoniæque & preces Sacer-
dotum illi arriderent, consors eorum regu-
la, ut sic loquamur, factus est: sed instituta
pro sacerdote, viro probæ virtutis, præbenda,
qui regis in sacris esset vicarius, ipse di-
scensit, avocatus publicis imperij negotijs.
Ea præbenda Argentinæ ad nostram usque
statem vocata est Regalis.

Idem. Aptid Aquisgranum generalem
Imperat. habuit synodum ecclesiasticorum
& secularium procerum, in qua de vitijs ex
ecclesia tollendis, de reformatiis (quæ in
deterius labebantur) multis ecclesiasticis
rebus & personis, de scholis instituendis, de

tibus ecclæsticis, de piantendo & cantando
non ore tantum, fed & corde: deque aliis
ad societatem & vitam felicem mortalium
facientibus, est tractatum.

Idem. Pontifex cum non haberet aliud,
quod opponeret furori Friderici I. accepit
capita Apostolorum, & portionem sanctissi-
mæ crucis, & in basilica beati Petri, stans
in edito loco, præsenti populo Romano &
clero ostendit lachrymans, & adhortatur
populum oratione affectibus turbatissima,
adversus Fridericum hostem principis A-
postolorum, filium Satanæ, sic enim voca-
bat: pollicetur præterea fortiter pugnatu-
ris adversus canem hunc (ut eius verbis
utar) præmia viræ æternæ, & omnino pec-
catorum plenariam remissionem.

Hanc concionem Romæ habuit Pontifex,
cum audiret, Cæsarem appropinquare urbem.
Quare hac oratione ad populum habita, &
ut videbatur, animis incensis, libet armis
in multitudinem, quam venient. Friderico
obviam ducit Pontifex. Sed Cæsar Romanos
in urbem repulit, multis occisis & captis,
captorum alios aliis membris mulieros in
urbem remisit. Clericis coronam in crucis
formam vulneravit per primam crevem usq;
ad cranium, quibusdam per os cranii.

Idem. Misit Innocentius legatos scos in
Germaniam ad Carolum Imperatorem, pro
subsidio Cameræ. Quod ut concederet Im-
perator, multa jura dedit Pontifex illi in
ecclesiasticis rebus: verum Imperator solus
in ea re neque negare volens, convocavit
Moguntiam Principes multos, episcopos
Trevensem & Colonensem, ducem Ba-
variarum, & ducem Saxonie, & alios: quibus
congregatis, jussit Imperator apostolicos
legatos coram Principibus mandata sua
exponere. Episcopus igitur Calvacensis
gatus pontificius multis peroravit.

Fine orationis facto, dixit Imperator, si
mirari, quó ore audeant tantam pecuniam
petere, cum tam male vivant, & nefandis
modis dilapident pecunias. Cur non, inquit
ad legatum, prius reformatis clerum ve-
strum, & ostenditis vitam Christo sanctisq;
eius dignam, ut cord. fidelium piorumque
hominum ultro inclinentur ad dandum, et
iam si non petatis? Considerate prædecesso-
rum vestrorum vias, quantum absit is ab il-
lis? Judicium Domini non feret diuinus.

Aderat forte canonicus ecclesie Mogun-
tinen, nomine Cuno de Falkenstein, cum
capitio serico aureis ligaturis intertexto.
Hoc capitium petit Imperator sibi dari &
imponit capiti, suo viliore deposito, & con-
versus ad præsentes Principes dixit, utrum
militi an Sacerdoti similior in hoc capitio
videor? Subridebant præsentes omnes, ca-

dicere longa oratione de officio clericorum, quod debeant esse exemplaria gregis, & quantum malorum in totam plebem emanet ex corruptis moribus sacerdotum rursum docet, quantum bona exempla va- leat, prædictit illis, quid futurum sit illis, ni- si mutant mores, serviantq; Domino, non ventri: nihil enim stare posse diu, quod nō obit functiones suas a Deo & natura insti- turas, demonstratque, quomodo sancte & inculpatè vixerint in monasteriis & colle- giis primi patres, quibus benevoli homi- nes facti, tanta facultates in eos contule- runt.

Ubi hanc orationem finivit, ad archie- piscopum converso vultu, graviore voce dixit, domine Archiepiscope, mandamus, qua possumus maxima autoritate, ut cle- rum vestrum omnem reducatis in viâ, quo præfint & ministrent ecclesias, ut edificen- tur homines eorumq; vita sit illiteratis li- ber vivus, in quo discant rectum & pietate veram: præcipimus vero, inquit, ut quam plurimum abulus vestium & calceorum, ludorum & compotationum tollatur, & in jejunis & orationibus toti sint. Quod nisi fiat, minabatur, se mutatutu personas, ope- ramque daturum, ut pii viri & digni fruan- tur beneficiis ecclesiasticis, nam in pios usus esse contributa illa bona.

Hunc animam & hoc judicium in Impe- ratore audientes pontifici legati, excusa- re se conantur, inquietes, Pontificem in hoc esse, ut corrigat quæ emendanda sunt per ecclesiam, & quotidie emendare: sed nullum hominum statum posse irreprehensi- bilem esse, homines esse, non angelos, in hac vita: & multa in hanc sententiam locu- ti legati, concenderunt navem, in qua se- cundo flumine Coloniam veti sunt, ibi ci- vitate & episcopo permittente, magnam collegerunt pecuniam. Imperatori autem non placuit animus eorum cum hoc judi- cio de ecclesiasticis personis.

Hoc tempore, quantumvis resisteret Ca- tolus Imperator, apostolici legati magnâ ex Germania pecuniam Romam pertul- runt. Sub idem tempus misit Pontifex In- nocentius Spiram literas, quibus præcepit, ad apostolicam cameram mitti mediâ partem omnium fructuum superiorum vacantium, aut vacaturorum, duobus anis in tota dioecesi Spirensi, & apud alios epi- scopos quoq; tentavit: sed noluerunt con- sentire.

Idem. Romam veniens aliquando Im- perator, exceptus est honorificè. & multa cum Pontifice decrevit: sed postea parum est effectui datum. Nec longam moram fecit Romæ, quoniam omnia illi fuerunt su- specta, & pleraque displicuerunt, quæ pro- prietas communis malitia erat.

bergæ, ad Innocentium Papâ legatos duos episcopos, Argentinensem & Pragensem, & per illos postulavit ab eo, ut multa per ec- clesiam reformaret.

Idem. Ex Germania Wenceslaus mittit legatos ad Clementem Avignonem, & ceu Imperator dehortatur eum à schismate, ut pontificatum deponat: potiusque ecclesias commodis, quam suis affectibus consulat, etiam atque etiam rogar. Clemens non ignarus, quam intimus Wenceslaus esset Urbano, judicansque, omnia facere Urba- ni, non ecclesias torties nomine, ignominia legatos Caesaranos affecit, quosdam ex eis sacris ordinibus initiatos conjectit in car- cerem, & ceu maleficii reos torcit.

Idem. Saxonibus omnino sub jugum missis, Turcæ iterum in Hispaniis multæ vastarant: abductis incolis, ipsi sedes & possessiones occuparant, semperque latius sua propagarant. Carolus igitur à Pontifi- ce & Hispanis invocatus, majorum suorum quoque exemplo invitatus, parat profe- gionem in Hispanias adversus Turcas, qui majoribus animis & copiis, quam priorib; temporibus, illud bellum fulceperant.

Venit Carolus: Turcæ intelligentes, re- gem cupidum pugnandi, videntes simili suorum alacritatem, & animos spe victoriz futuræ plenos, descendunt in planitiam, & ad prælium paratos se ostentant. Carolus suos pro tempore adhortatus, in memoria revocat eis, quam sine Christianorum san- guine Pipinus pater suus illos vicerit: jamque multò potentiores se, pluribusque in- structos copiis, dissimulans majorem Tur- carum multitudinem.

Hæc cū multis & eloquenter [sunt enim facundus] dicit, equitatus utriusque exercitus concurrunt. Turcæ levioribus suis equis cedunt, incertum, an de industria, an quod imperium nostrorum non potuerint ferre, nostri incautiùs sequntur, fugientes usque post peditatum Turcarum, quæ cir- cumventi ad unum omnes sunt partim oc- cisæ, partim capti. Sicque perit equitatus fe- rē totus, in quo multum spei habebat Ca- rolus. Pauci, qui circa regem manserant, apud exercitum supererant: sed ii paucio- res, quam ut magno usui esse possint. Hic vero erant tam propinquæ exercitui, ut re- ferre pedem non licet: et alioqui consilium fuisset intra munitiones reducere exerci- tum, & reparare equitatum.

Confusus igitur Carolus, cogitur in ito pugnare, et si videret, suorum animum jam dudum in pedes delapsum. Post scilicet equites amissos, in quibus erat magna pars victoriz, Turcæ gestientes animis cursu concitato in nostros irruunt, qui diffusus acriusq; pugnaverunt, quam prudens harū

liquierant, Carolus evasit.

Quantus terror Italiz & Galliz illam Caroli fugam secutus sit, verbis consequi non est possibile: Saraceni enim persequabantur fugientes usque ad fines Hispaniz. Carolus animo non fractus suos consolatur, Deum sic passum suos tentari: sed non proorsus abjecisse. Pollicetur brevi rerum mirabilem vicissitudinem: non hoc factum virtute Turcarum, sed temeritate equitum, qui præcipitarent se, cum essent viatores, in certam mortem: jam enim vL & oriam in manibus sibi fuisse, si illi caute insecuri fuissent hostes fugientes, jam hostes elatos Victoria, sua hanc virtuti adscribere, omnia negligenter administraturos.

p. 631. Mittit exemplò noticios in Germaniam & Italiam, qui cogunt exercitum quam possint maximum: omnes ubiq; parati sunt periculum depellere. Convenient exercitus ex Germania, Galliis & Italia, quantum vix hominum memoria fuit eodem tempore congregatus, mira velocitate, non credibilius itineribus obviam veniunt hosti, jam omnia victa putanti. Carolus quam arctissimè cogit copias, quò speciem pacorum præberet exercitus, donec hostes se demiserint in æquam planitatem.

Eo ubi ventum est, ut neuter exercitus sine pernicie in castra redire posset, imperat, ut equites lacestant Turcarum equitatum: lacesisti accurrunt, impetum vero nostrorum non ferentes, vel, ut quidam judicaverunt, ex compositio fugientes, vertunt terga, sed nostris præceptum fuerat, ne cupidius persequentes eos, circumvenirentur: in medio igitur cursu fistunt equos.

Cum igitur eò deducendi essent, ut neutrī liceret in castra redire, pugna devitata, dinducit Carolus suum exercitum qui spississimè steterat, & aciem instruxit. Quam multitudinem hostis videns, intelligensque, propterea coactos fuisse in angustias, quo ipse in harenas descenderet, timorem disimulare ita non potuit, quin daret clara suæ formidinis signa. Carolus suos alloquitur, certum se habere oraculum à Deo, hos sibi in manus datos. Jam auimo viatos, circumspicere fugam, &c.

Scribunt historiæ de Comite Palatino Colando Germano, quod ante prælium cōmissum singulari prælio equestris, quod partibus conditionibus comparatum erat, Turcam nobilem in re militari, insolite staturæ virum vicerit & interficerit: sed ita fessus in ea pugna fuit & siti confeatus, ut & ipse correptus febre mortuus sit. De illo viro & alia insignia facta referuntur. Singulari, alio certamine, vicit principem

actum hostilem equitatum submovet iongius, & dissipatos, quos conlequi pollunt, interficiunt nostri. Reliqua pars (nam in duas partes diviserat equitatum) hostilem ordinem pertumpit.

Perturbato ordine, conjiciunt se in pedes, vertuntque terga: quibus obvii nostri equites videntur, qui dissiparant, imo delerant Saracendorum equitatum, interficiunt sine numero multitudinem hostium, detentosque hostes per equites nostros perditatus assequitur: occiduntur igitur & capiuntur incredibili numero. Recuperatis ergo omnibus in Hispania, holtibus submotis usque in Africam & Asiam, Carolus dimittit exercitum, & reddit triumphantem ad suos.

Idem. Ecclesia Reatinæ vacante, ut sic loquar, Pontifex noluit electum episcopum consecrare, nisi ab Imperatore Pro obtinisset prius licentiam. Habetur in Decretis 63. dist. ca. Le&is. Ex quo satis claram est, tunc Imp. investitura episcopis prestita.

Idem. Rex pauperum, in regno suo præcipuum rationem habuit. Admonitusque aliquando à quopiam familiari, ne quisvis perentibus etiam indignis daret, respondit: Et qua caritate nos tulit haec genus Pater caritatis, ad cuius legem nos collocati, sumus ipsa impunitas & iniustitia, latrones & fures?

Idem. Imperator ubi Römam venit, exceptus est, & senatus unā cum populo Romano rogaverunt eum, ut respiceret Ecclesiam miserum statum, ut possit aliis creari. Pontifex, vir vitæ innocentia sede illa dignus, Imperator quam minimis motibus semper omnia agere cupiens, revocare statuit Joannem illum, sperans, cum post illæ fugam & exilium, & gratiam veniam maturum vitam. Scribitur igitur illi, mutuntur nunci: Ied Papa Joannes ad insam redactus, nemini fidit, in quadam arce in accessis saxis sita habitat inter scortas, cum quodam simili fatigè homine, ad quem è Roma gravis ære Venerat. Hanc otiosam ludendo, scortando, bibendo vitam maluit, quam summum ecclesiæ episcopatum.

Otho ubi audivit hominis voluntatem & voluptatem, jubet, ut ipsi Romani eligant ad pontificatum virum quem piam eruditione & morum probitate præstantem. Nā ea modestia era! Otho, ut nulli unquam alii quid de suo jure aut autoritate detraherit & sibi arrogaverit. Romani igitur cum clero, elegerunt Leonem aëtavum. Hunc Imperator confirmavit, existimans, virum bonum esse.

episcopatum contulit, qui mox & tis regi gratiis latus discedens, & ante palatium in sellam eq̄ui sibi adducti ē terra insiliit gestiens. Carol⁹ diligens personarum probator ecclesiasticarum, hoc certans per fenestrās, iussit adolescentem revocari, dixitque illi, video ex morib⁹ & gestibus tuis, te bello aptiorem quām episcopatuī, ubi oportet esse viros pietatis, & bonorum morum exemplaria. Tu igitur mecum ibis cōtra hostes militatum, alii magis idoneo imponemus munus episcopi: moxq; consultulit alii episcopatum, impetratq; illi, ut præsens in exercitu sit, die constituto.

p. 632. Legitur etiam de eo, quod quoq; alias non dubitaverit non modò verbis reprehendere & confutare episcopos, sed & ex ecclesiis ejicere, propter mores pastoribus indignos.

Idem. Henricus uxorem suam non attigerat: ipsa vicissim castitatem servare cupiens, consenserat sponso: ita ambo degabant vitam celibem. Satan, qui nunquam quievit, neq; quiescit, neque quiescet ante seculorum consummationem, suspectam Imperatori reddit reginam Kunegundam nomine adulterij: cum quodā enim equite aurato rem habere, conabatur malas cogitationes suggerens diabolus persuadere Henrico.

Henricus incusat eam, cur simulet & profiteatur castitatem coram hominibus, gravius judiciorū eam manere: Dominum, qui corda & oculos fecit, omnia videre, et iam si fallat homines. Castissima virgo pudico & modesto vultu constanter negat, & se gaudere inquit, quod Dominum testem habeat, cuius testimonio ipsa sit contenta: nam repositam in corde suo certam fiduciam, manifestam fore suam innocentiam, cum Domino repetitum fuerit visum.

Ut autem Henrico hic scrupulus, quem Satan illi injeccerat, eximeretur, convenit inter eos, ut regina ambularet lupet ferrum candens. (vomerem carentem scribunt fuisse) quæ postquam invocavit nomē Domini, ut propter gloriam suam probaret innocentiam ancillæ suæ, Izeta, sed modestissima fronte, nudis pedibus ferrum igne jamjam extractum, & adhuc rubens calcar toties voluerunt ii, qui aderant testes miraculi, quod Deus cum virginie sua ancilla operatus est,

Idem. Egit Imperator Constantinopolitanus cum Pontifice Alexandro, ut ecclesiæ Orientalis ritus concordes redderetur ecclesiæ Occidentali, subjectionemq; ecclesiæ Græc. Rom. Pont. promitterit ea conditiōne ut Alex. coronā imperiale, qua jure esset per anathema privatus Fridericus,

sam fuisse divisionem illam Imperii, que per dissensionem nullo consilio fit facta. Aliaq; multa apud Alexandrum addunt legati Græci, quibus inducent Papam, ut Emanuelem Græcorum principem appelllet Imperatorem Romanorum.

Alexander cupiebat quidem depositum Germanum Fridericum, sed satis habebat exploratum, quām impossibile esset. Quare et si nullam spem haberet, hoc posse fieri: tamen spem facit Græcis: nam magnam vim pecuniae attrulerat, & plus expectabat, qua opus erat Alexandro in duendo bello contra Imperatorem Fridericum. Respondet verò Alexander legatis, se celebraturum brevi synodus, in qua restam magna agenda sit, interim se deliberaturū & actutum causam Constantinopolitanū contra Germanum.

Idem, Imperator, totam Italiam subditam in se solum respicere, videns, legibus cavendum putavit, ne pothac tam levibus causis rebellarent. Quare principibus cōvocatis suppliciorum genera statuit in violatores pacis, & concemtores summorum magistratum. Constituit quoq; pecuniariam multam in eos, qui violarent fœdus: nempe mediocres urbes singulæ centum marcas auri persolverent, majores ducentas, Marchio quinquaginta, Comes quadragesima, & sic usq; ad tres marcas, pro cūjusque dignitate & facultatibus: qui tres marcas auri non haberent, pro magnitudine rebellionis aut mori, aut verberibus cædi, & mitti in exilium deberent. Judices quoque per singulas urbes constituit.

Scribitur à Frisingensi (qui eo tempore vixit, & præsentem in Italia apud Fridericum fuisse est probabile) Imperatore magna diligētia à juris peritis quæsi vissc, quid juris in civitates Italiz Imperator haberet? Nam contra jus & æquum nihil voluit prudens sciensve facere, perswasus, nihil injusti durabile esse posse.

Omnes jureperiti & Principes, ecclesiastici secularesq; qui aderant, una concordi sententia adjudicaverunt Imperatori omnia regalia, quæ sunt monetæ, telonia, vectigalia, navigia, officiorum dignitatū, & confirmationes, judicium, consulū, omniumq; magistratum creationem, exactiones præterea, quocunque tempore & quotiescumq; necessariæ sunt ad imperium defendendum, aut tuendum, aut augēdum.

Has leges & constitutiones per Italiam promulgandas commisit Imperator Cancellario Rainaldo, & Othoni Palatino, & quibusdam aliis: qui comitati fortis militum manu hæc per civitates singulas ordi-

mnes, & vitium oculi promoti conspici-
bantur longitudine spithamæ. In Februa-
rio poma quantitate nucis juglandis con-
spiciebantur: frumenta florebant: aves
excludebant ova, nec ullum frigus in eo
anno secutum est, quod nocuerit fructibus.
In Majo metebatur frumentum in regio-
nibus, in quibus solet alijs in fine Julii de-
meti. Coetæque erant uvæ in principio Au-
gusti: optimum & multum vinum ac fru-
mentum eo anno proveniebat.

Anno vero, qui sequebatur, principiū bru-
ma non erat inclemens, sed Martio incepit
frigus intolerabile animalibus & plantis,
quod duravit per Aprilē & per medium
Majum. Vini caritas rarissima est secuta:
periē enim frigore vites. Et frumenti quæ-
dam genera pruinis perierunt.

Idem. Fuit hæresis in Alsacia, qua sedu-
ci erant nobiles & vulgus. Affirmabant,

p. 633. quolibet die licere carnes comedere, in
piscium esu immodico tam inesse luxum,
quam in reliquis carnis generibus. Item
malè facere, qui contrahere matrimonia
prohiberent, cum Deus omnia creaverit, &
sancta omnia sint cum gratiarum actione
accepta à fidelibus.

Hi pertinaciter opinionem illam suam
defendebant, & credebant multi illis, nec
dubitabant blasphemias dicere in sanctis.
simum dominum Papam, qui prohiberet
Ecclesiasticis contrahere, & quibusdā die-
bus à cibis corporum humanorum consti-
tutioni idoneis. Quapropter Pontifex Ro-
manus præcepit, ejusmodi homines è me-
dio tollere. Suntq; uno die circiter centum
ab episcopo Argentinensi combusi. Multi
caterib; mancipati, donec revocaverunt,
palam profesi, se errare.

Idem. Conradinus filius Conradi copi-
as in Germania conscribit, imperium sibi
vendicatur, cui Pontifex resistit. Scilicet enim
in quadam scribit epistola Pontifex: Nos
volentes Conradini ambitum refranare, o-
mnibus & singulis Principibus Alamanniæ,
vocem in electione Romani Imperatoris
habentibus, prohibemus sub pena excom-
municationis latæ sententiae ac interdicti,
ne eum eligant in Romanum regem, atten-
to etiam, quod non licet eligere quenquam
pendenti electione duorum coram Roma-
no Pontifice, quæ fuerat facta de rege Ca-
stellæ & Richardo Cornubiz comite. Ubi
hæc significata sunt Conradino, mirum in
modum est commotus rei indignitate &
iniquitate: scribitq; epistolam plenā que-
relis de Pontificum Romanorum injuriis
sibi illatis.

In eo concilio Gregorium à sede aposto-
licae depeliebant suis decretis, ut ecclesiaz
turbatorem & vesanum monachum (nam
monachus ante pontificatum fuerat:) in
ejus locum eligebant archiepiscopum Ra-
vennatæ, Guibertum nomine. Recensabo
autem decreti verba quæ sic habent.

Quia Gregorium illum constat non à
Deo electum, sed à se ipso in fraude & pe-
cunia impudentissimè erectum, qui ecclæ-
siasticum subvertit ordinem, qui Christia-
ni imperii perturbat regnum, qui regi ca-
tholico ac pacifico corporis & animæ in-
tentat mortem, qui perjurium defendit re-
gem, qui inter concordes seminat discordiam,
inter pacificos lites, inter fratres scâ-
dala, inter conjuges divortia (loquitur hic
de sacerdotum conjugio) & quicquid que-
tè inter piè viventes stare videbatur co-
cussit:

Nos authore Deo congregati in unum,
legatis ac literis freti episcoporum decem
& novem, die sancto Pentecoste Brix
congregatorum, contra eundem Gregori-
um procacissimum, sacrilegia ac incendia
prædicantem, perjuria & homicidia defen-
dentem, catholicam & apostolicam fidem
de corpore & sanguine Domini in quæfio-
nem ponentem, hæretici Berengarii anti-
qvum discipulum, divinationum ac somni-
orum cultorem manifestum, necromanti-
cum, pythonico spiritu laborantem, & id
circœ a vera fide exorbitantem, judicavi-
mus canonice deponendum & expelli-
endum: & nisi ab ipsa sede, his auditis, desce-
derit, in perpetuum condemnandum. Atq; autem sunt hæc septimo Calend. Julii, in-
diçione tertia.

Idem. Erant aliquando Romæ tres Pon-
tifices eodem tempore, eorumq; nullus eo
nomine dignus erat, erant enim omnibus
vitiis inquinatissimi. Moleste tulit Henri-
cus, tales haberi capita ecclesiaz Christi:
quam ob causam Romam cum copiis pro-
ficiuntur, eò ubi venit, certatim Pontifices
muneribus & promissis devincere Impera-
torem conantur. Henricus sciens, eis ma-
los viros, nihil adulationibus, nihil donis
promissisq; movetur, omnes deponit, pon-
tificatum tribuit Sigero Episcopo Baben-
bergensi, nominatq; eum Clementem se-
cundum.

Idem. Cæsar exosculatur Papæ sanctissi-
mos pedes, & offert ponderosam puri puti-
zuri massam non levis ponderis. F. anno
Dominii 1452, Imperatore Frid. 3, Papa Ni-
colao 5.

Idem Adrianus post hæc cogit concili-
um, adjutus à Carolo; in quo cōcilio datur

episcopi & archiepiscopi pallium a Caro-
lo Germano Francorum rege comparent.
Quicunque contraria aut dixerint aut fece-
rint, ut excommunicentur, habet eisdem
constitutio. Hæc constitutiones multas cō-
tentiones perpeperunt, antequam posteri
Pontifices à posteris Imperatoribus Ro-
manis hæc privilegia rursus extorserint.

Idem. Fortè à Pontifice tunc venit lega-
rus, ab Apostolico ferens de ea re bullas
Romanas episcopo Babenbergenfi, de ab-
solvendis excommunicatis propter Ludo-
vicum mortuum. Erant autem in illis bul-
lis hæc verba:

Cum multi contra processus & senten-
tias Joannis Papæ agentes, ad hærentes
quondam Ludovico de Bavaria hæretico,
redire cupiant ad unitatem ecclesie, com-
mittimus sibi, ut qui confessi fuerint erro-
res suos & pœnas, quas inciderunt explici-
tè, vel implicitè, & intraverint deinceps fi-
dem catholicam tenere, & nulli deinceps
hæretico vel schismatico favere & credere,
& quod non spebat ad Imperatorem, Pa-
pam deponere, & alium creare, sed hanc
hæresim esse damnatam, & quod nullum
Imperatorem habebunt, nisi per sedē
Apostolicam approbatum: nec relict &
liberis ipsis Ludovicus favebunt, nisi cū
ecclesia reformatur, & Carolo Romano-
rum regi per ecclesiam approbato, pare-
bunt, ab hujusmodi sententiis & pœnis eos
absoluas ita, quod si in aliqua contravene-
rint, in sententias & pœnas pristinas rela-
bantur.

p. 634 Idem. Veſtores Caroli Calui Imp. / cada-
ver in Germaniam, quod ipse voluerat, fer-
re iussi, propter subventionia incommoda
Vercellis in via hñmī mandarunt.

Idem. Boemia & Moravia rex Othocar⁹
contentus erat, principatus vero alios, né-
pe Austriam, Carinthiam, Stiriam, Cirmio-
lam, portumq; Naonis reddebat iis, quib⁹
erant justiores tituli. Othocarus quoq; re-
gnum suum Boemiam & Moraviam ex mani-
bus Cæsaris Rudolphi [ceu feudum] cum
juramento flexis genibus accipere est co-
actus. Sunt quoq; eodem tempore, eadem
que ferè operā conciliati reges Ungariæ &
Boemiam, conditionibus æquis: reddidit
enim alter alteri captivos, urbes, castraque
sua, fœdercq; coicere ad multos annos,

Viennam igitur post fœdus factum Ru-
dolphus ingreditur, & quod Fridericus
olim de ea urbe constituerat, id confirmat,
ut ratum perpetuo maneat. Othocarus rex
habet superbia & loquacitate, hoc est,
peccatum moribus perditissimam uxorem,
quæ assidue regem maritum corrigit & co-

ceo mulieres functiones obire, libi dare
arma: repetitur se, quod ille præ igna-
vo timore hosti concesserat.

Hæc & hoc genus alia quotidie in aures
inq; faciem, præsentibus familiaribus no-
bilibus, cōtumeliosè prædicabat astu tur-
gida mulier. Maritus stultitia improba que
loquacitate uxoris tandem vietus, non co-
gitat periculum, immemor juramenti fa-
derisque; convocatis, qui illi erant à con-
siliis, proponit illis, se pœnitere, quod tam
inhonestas admiserit conditiones pacis,
præstare mori, quam ita vitam in dedecore
conservare. Præterea in memoriam revo-
cat Germanos à Boemis aliquando vicos,
sibi omnia auguria & omnia polliceri fac-
eū: quare bellū renovandū sibi videri.

Consiliarii, vel potius adulatores omnes
voluntatem, non utilitatem regis respicien-
tes in consultationibus omnibus, probant
recuperatos spiritus regios, & sibi dolere
pacem, inquietunt, tam iniquam: minns juris
esse Rudolphi in principatus illos Ciri-
thiæ, Austriz, &c. quam regi Boemorum,
asserunt. Hoc omnes majore studio dice-
bant, quia reginæ sententiam & animum
non ignorabant, quam magis dominam
non solum aulæ, sed totius regni experti
erant. Quare qui locum habere volbat in
ea aula, observabat necessario reginam do-
minam regis.

Decernitur igitur bellum, omnia néces-
saria parantur. Idecirco rex Boemicis co-
piis coactis, mira velocitate passim per
prædictos ducat⁹ municipalia loca occupa-
vit multa. Rudolphus animadvertisens ho-
minis conatus insanos [qui ex stultis mu-
lieris consiliis proveniebant] parat copias
cum sociis & principibus agit de bello, re-
gem Ungariæ, quo satis testaretur animum
suum erga eum, juvene in filium adoptat.

Ē anno Juliacensis Dux patans se ad
expeditionem Boemiam, Aquisgrani ex-
actionem à Rudolpho Imperatore impo-
sitam in usum belli exigens à civibus, ante
ecclesiam cum filiis duobus & ducentis mi-
litibus comitantibus eum, trucidatur. Im-
perator ergo id facinus inultum in præsen-
tiarum relinquens, occurrit cum copiis
Othocaro obviam, miserè affigenti Au-
striacos, quod tam faciles fuerant ad exci-
piendum Rudolphum, & Othocarum de-
fendendum.

Conveniunt ergo in campo, qui vocatur
Germanicæ Nidersprungi instructis acieb-
concurrunt, fit acerrima pugna: ad postre-
num victi Boemi fugantur magna utriq;
multitudine militum desiderata. Rex quo-
que Othocarus occubuit, qui post prælium

nomine suo vicarii, qui Roma & ubi per Italiam res ordinaret, & rebellies ad obedientiam cogeret: misit autem eum cum equitatu & peditatu Germanorum, sufficiuntibus sustinere quantumvis magnas copias. Hiubi in Latium pervenerunt, a plenissimis civitatibus, tanquam Imperator adcesserat, sunt excepti & honoribus affecti. Quasdam verò armorum vi subjugarunt. Ex quibus Florentini erant, quos virtute militum brevi domuit. Paceq; per Italiam facta, ut rerum status permittebat, reversus est vicarius cum copiis in Germaniam.

Idem. Alexander Romanos, Imperatorem Constantinop. omnes Latii civitates, Regem Galliz, regemq; Siciliz sollicitat ad arma uno tempore capienda adversus Imperatorem Fridericum: & mittit quoque clam literas in Germaniam, si quo modo bellum etiam illic posset suscitari, & non omnino nihil effecit, multum enim tranquillitati imperii obstitit.

Idem. Raimundus Cardinalem legatum misit Pontifex Alexander, sextus ejus nominis, in Germaniam & alias quasdam septentrionales nationes, cum magna apostolica clavium potestate: indulta ejus extendebant se in mortuorum ante multos annos animas.

Idem. P. i Germaniam atque per totam adeò Europam inundationes aquarum perdiderunt non solum plantas, sed etiam secundicia multa: nam adeò increverunt torrentes, & exiverunt flumina alveos suos.

Idem. Carolus ab Ungariis regibus originem dicens, invitatus ubi ad Ubiandum venit, Romam unctus & coronatus est, rexq; Sicilius appellatus. Ante verò quam eum fecerit regem Sicilius, Pontifex suis nepotibus meliores ejus regni principatus, nempe Amalisanum, & Capuanum & alios dedit, Carolo futuro rege jurejurando pollicente, se ratum habiturum, si quid Papa mutaverit.

p. 635. Idem. Ferunt, Sigismundum primum omnino fidem servare Husto & Hieronymo Pragensi voluisse, sed ecclesiasticos Principes illi ex pontificiis legibus probasse, hereticis fidem non servandam. Fuerunt etiā qui dixerunt, Sigismundum nunquam consensisse in eorum necem, & nullam aliam causam potiorem fuisse, qua alienatus sit à Pontifice, cum quo pulchre reconciliatus fuerat.

Idem. Diligens in primis fuit, ut religio ni suus maneat honos. Idem autem fieri aliter non posse existimabat, quam ut personae ecclesiis ministrantes quam probassimis sint moribus, & præstent aliis ho-

cis amici priores, & qui participarent cum eo, omnes ante annum periēre, & Lotharius post illam participationem mensa D. semper tristior est conspectus, & in itinere quoq; moritur.

Idem. Sed & post Lotharium similiter Carolus Calvus in Italia periit, submissus Judæo Sedechia, qui venenum præbuit.

Idem. Sic etiam Adolphus Imp. venenum in Italia habuit somniferum, quo tam alto somno fuit oppressus, ut toto triduo non potuerit excitari: & paulò post mortuus est.

Idem. Romani Cæsari Othoni portas aperiunt supplices, omnem obedientiam promittunt: sed nihilominus clam cum interficiendi occasionem querunt.

Idem. Otho Imp. proditus ab Italib; in feliciter pugnavit, & veneno a Romanis sublatis fertur.

Idem. Otho 3. propter Romanorum discordiam Romam profectus est, ordinavit ibi Imperii Ecclesiaz, statum: sed Romani hoc iniquo animo ferentes, illi infideli struunt, & magnum militum ejus numerum occidunt, ipsumq; Imp. in palatio obsidet. Otho, mutata veite, vix cum periculo evasit, & in itinere deinceps hanc veneno incepit.

Ante & post hujus Othonis mortem etiam cœlum ob tanta scelera comotum legitur: & fuisse terræ motus, cometes apparuisse, & ardentes in ære faculas interdiu.

Idem. Conradum quoq; veneno perire ferunt.

Idem. Honoriūs, quartus ejus nominis Papa fecit comitem Januensem, nomine Pinzivallam de Flisco, vicarium generale imperii, misitque eum in Germaniam ad Rudolphum Imperatorem cum mandatis, ut Rudolphus hunc vicarium confirmaret. Quod fecit in gratiam Pontificis Imperator, quanquam invitus: male enim habebat eum, quod Pontifex hoc jus in imperio sibi arrogabat, alium enim vicarium Rudolphus maluisset.

Idem. In Germaniam missos Cardinales Tusculanus, Heripolin convocavit ad synodum omnes magistratus ecclesiasticos & seculares. Aderat quoq; Imperator Rudolphus. Legatus apostolicus in eo consilio petiit quartam partem omnium presentium ecclesiasticorum per quatuor annos. Non admodum iniquo ferebantani seculares, quoniam ab Ecclesiasticis solum exigebat pecuniam Pontificius legatus.

Facile verò dici non potest, quām molestè rularent ecclesiarum Pontifices exenti-

Tullenſi Franciscani ordinis, qui in cathedrali ecclesia Heriboli, praesentibus omnibus secularibus & ecclesiasticis, longam orationem habuit de jure humano & divino, de officiis ecclesiasticis, de bonis ecclesiastum, de usu illorum bonorum.

Effecitque ea oratione, ut ecclesiastici prælati omnes uno consensu negaverint daturos, patrocinatiq; illis sunt plerique secularium Principum: tantum didicerant ex una concione Probi, nam hoc nomen erat episcopo Tullenſi. Cardinalis minatus est episcopo Tullenſi, non impunitam futuram eius temeratiam linguam. Jubebant Germaniz Principes Probum bono esse animo, neq; enim se passuros, ut illum quisquam propter hanc rem vel digito uno attingat.

Sed nescio quibus Pontificis artibus fandum sit, ut hic Probus paulo post ab episcopatu deturbatus & retrorsus sit ad fratres suos mendicantes. Postea cum Pontifici voluerunt pecuniam extorquere aliquo prætextu quantumvis honesti tituli, obstruebant muneribus sacerdotioq; aliquo ora hujusmodi virotum, qui aliquid auctoritate aut lingue viribus poterant.

Idem. Per Italiam Principes seculares cum Pontifice Romano de multis continebant. Pontifex usus auctoritate Rudolphi absensis effecit, quicquid cupiebat. Erat enim singulare Rudolphi studium retinere Pontificis amicitiam. Pontifex præter reliqua consecutus est a Rudolpho, ut Romaniam, & Exarchatum Ravennatem Pontifici restituerit. Pontifex multis benedictionib. & indulgentiis animum Rudolphi sibi devicit. Quæ alii dicunt Rudolpho pretiosa existimata, alii dicunt simulasse, sibi grata fuisse.

Idem. VVormatiz, ubi cives audebant, quæ exigebat Papa ab absolvendis, magnus populi exxit arus est tumultus, cogebantq; Episcopum Babenbergensem, ut sine omni delictorum confessione eos absolvit. Erant etiam civitatum & Principum nonnulli, qui omnino nolebant absolutiōnem: nec enim vel riauci estimabant excrētiones Papæ: tanta erant scandala & schismata in ecclesia Romana.

Mirum.

p. 636,

155 I.

Hoc anno è flamma & fumo Draco ignitus urbem versus evolare visus est, qui trans Albitum longo tractus duxit, diu conspicendus. Ejusmodi Dracones ali à veneficis, quibus ad furtar utantur, vulgi opinio est. Annales Misniz, Imp. & Papa ut sup.

155 I.

Wolffy. Lazarus in Vaticiniis.

Isidorus, tempore Antichristi Ecclesiam

Idem Conlcriptus quoq; i. bros tres Conjuratiois (ut nominat) S. nalcaldensis: constantes ex fragmentis & admissariis. Item picturam sive mappam ejusdem belli.

Idem. Cum Moroveus in tanta Barborum commotione de sua posteritate esset sollicitus: omnino sa viatio ei obviam facta est. Is enim numen triceps sibi astare consperxit, & uniuscuiusq; captis singulare audiuit vaticinium: discretumq; vidit diadema unicuiq; supereminere impositum. Primum caput erat Bufonis, secundum Leonis, & tertium Aquilæ in formâ quasi expandis alis desuper stantis, & dextra Leonem, sinistra vero Bufonem foventis.

Dixitque Aquila: Tua progenies caput meum sibi subiiciet; Leonem simul concubabit, & Bufonem occidet. Non me, quod fœda appareo, Rex aspernandam ducas. Est species rebus conveniens, & forma futuris. Me primum extinguet generatio tua procul: post hæc Leonem servabit ene captum: cujus ore, quod amplius restat, audire curato.

Leoninum postea caput dixit: Hospes in mea, fortissime Rex, cum gente tua venture, cito Bufonem vices, labore cum & tempore multo. Tunc mea tibi cedent iura passim ultrabellis, ac astu. Postea me dextrum coronabit Apulia monstrum, habens à sinistris semine victum. Quod vero postea futurum erit, nostra tibi conjunctio monstrat.

His à Leonino phantasmatè relatis, tria in unum cito capita sunt conversa, stabatque monstrum triceps in hominis imaginè transformatum, nec simplicis conditionis, sed coronatum auro diadematè, in sinistra sceptrum gerens, in dextra gladium. Porro hæc visio Francici regni progressum atq; incrementum præfigebat, quod nimurum, Romano Imperio ex Occidente profligato, etiam leonem sibi sit subiectum, Bufone seminè proprio victo.

Per Leonem Burgundiam significabat, in quam Francus primum hospes, deinde viator venturus esset. Postea enim Clodomyrus, natu maximus Clodovei magni, cœlestis coronæ in aureo clypeo existenti (quæ vetustissima Burgundionum erant insignia) Leonem adiecit. Ea insignia postea ad Hapsburgensem familiam sunt devoluta, qui Transjuranaeditioem accipiunt. Per Bufonem intelligebatur Transjurana regio, in qua multi passim lacus existunt. Nam ea regio postea Francis cessit, qui tres bufones in antiquis insignib. præferebant, quos Clodoveus primus Christianus Rex in tria Lilia commutavit.

cum magna gloria sedis apud Francos praes-
fuisset: ita ut Reges Francie, ex ipsius fa-
milia prognati, ab eo Merovei cognomi-
narentur: tandem moriens regnum Chil-
merico filio, ipsius Clodovei magni paren-
ti, reliquit. Factum anno Domini circa
450.

Ibidem. Amissa libertate, quam Bruto
duce & auctore defenderat ita consenuit
(Roma) tanquam sustentare seipsum non
valeret, nisi ad miniculum regentium nitere-
tur. Quid si hæc ita sunt, quid restat, nisi
ut sequatur interitus senectutem? Et id
futurum brevi, cantiones Propheticarum
denunciant, sub ambage aliorum nomi-
num, ne facile quis intelligat. Sibyllæ ca-
men aperte, interitum esse Romam, lo-
quuntur: & quidem iudicio Dei, quod no-
meneius habuerit invisum, & inimica ju-
sticie alumnus veritatis populum truci-
darit.

Hydaspes quoque, qui fuit Medorum
Rex antiquissimus, (à quo amnis quoque
nomen accepit, qui nunc Hydaspes dicitur)
admirabilis omnibus ad memoriam pos-
teristradidit, sublatum iri ex urbe imperi-
um nomenq. Romanum. De quibus eodem
modo verissime Laetantius & Bruschius
notanda dicunt.

1551. Georgius Waradinaus Episcopus.

Anno Christi 1551. 18. decembris, Episco-
pus VVaratini Georgius Martinius Dalmata
nuper inaugurus in Cardinalem,
propter iuspicionem, quod cum Turca
concederatus esset, & inducias clancula-
rias icisset, necatus fuit, & in sua habitatio-
ne pugione confosus Tridenti in Concilio.
Autor homicidii fuit Ioannes Baptista de
Castaldo Ialus. Imp. & Papa ut sup.

p. 637. 1552. Bartholomeus Casarius.

Edidit hic librum, qui Hispali impressus
fuit, ibi affirmat, centies quinquagies cen-
tena millia hominum 40. annorum spacio
extincta esse ab Hispanis in India & novis
Insulis, aliaque horrenda: inter quæ non
minima, quod aliquot millia canibus di-
lacerandi sunt objecta, nulla alia fere de
causa, quam quod non aurum, quantum
poscerent, attulissent. Imp. Carol. 5. Pp.
Julio 3. V. S.

1552. Joannes Cosmius.

Fuit hic Regius concionator in Polonia,
& videns Ecclesiæ corruptum statum, scri-
psit ad Julium 3. pro reformatioine in Eccle-
sia instituenda. Annales Polonæ. Imp. Caro-
tol. 5. Pp. V. S.

1552. Crescentius PP. Legatus.

Crescentius Pontificis Legatus in Tri-

Borchardu[m] hoc enim a[et]er, conseruari, in
gens, ut se se reficeret, ecce visus est illi can-
nis quidam ater, in usitata magnitudine,
flammatibus oculis, auribus ad terram
prope demissis, in gredi, & ad ipsum recte
contendere, deinde sub metuam dilabi.

Percussus & obstupefactus, ubi denum
se collegit, famulos inclamat: qui erant in
anteriori cubiculo, jubet afferri lumen, &
investigari canem. Cum autem nusquam
apparet, ne in vicino quidem conclave,
gravem concepit cogitationem, & in mor-
bum incidens decessit. Moribundus etiam,
subinde suis acclamasse fertur, ut canem,
qui lectum concenderet, arcere. Schle-
danus l. 2. 3. Imp. Car. 5. Pp. Ilio. 3.

Lucas Gauricus Mathematicus.

Prædictus, ruinam Romæ fore circaanno
um 1598. propter certas causas ex doctri-
na directionum Astrologicarum deluntas.
Quem citat ac sequitur & David Heliarius

Mathematicus. Imp. Carolo 5. Pp. Ilio. 3.

Idem. Mirum est, quod hæc urbs (de Ve-
netiis loquitur) nunquam fuit capta. &
nullam unquam habuit seditionem popu-
larem, et si duravit annos 1176. Edificata
enim fuit anno 421, duratura usque ad an-
num 1888. Sed falsum esse, nunquam co-
ptam fuisse, ex aliis historiographis collat.

Idem scribit: Thēma urbis Constantino-
palitunæ inventum esse à Pomponio Gau-
rico in Bibliotheca Vaticana, à Valentino
Antiocheno erectum, & illam fundatam
fuisse anno post Christum 638. die 2. Maii,
hora secunda post ortum Solis. Ex qua va-
ticinatus fuit, illius infelicitatis tempora
fore anno 792. utpote 1430. die 14. Martii,
& nihil aberravit, quoniam illa tempesta-
te Mahometes urbem illam cepit, & ex
Christianorum manibus eripuit. Quod
quam hæc à Zonate paulo aliter referuntur.

Idem indicavit etiam Paulo 3. illum cer-
to anno pleuride laboraturum, aut in a-
quis periculum vitæ aditum, quod cum
accidisset, ob prædictionis vetitatem re-
munerandam, fecit illum Episcopum Cri-
tatem, & equitem S. Pauli.

Idem monuit etiam Henricum 21. regem
Gallie per literas, quinquennio antequam
moreretur, ut finito 41. anno etatis vitaret
duellum: Astra enim minari vulnus in ca-
pite, quod vel cœcitatem vel mortem vel
continuo affert.

Epigramma in eandem.

Esse Lutherannum rumor te Gaurice clamat:

Sed tuus Antistes te tamen esse negat.

Tam scortaris, ait, quam si vel Episcopus

bit:

Nec scis scripture vel breve jota sacra.
Nempe per hac volunt nunquam fallentia
signa.

Ille vigil sanas noscere pastor oves.

1552. *Aescanus Centorinus lib. 4. bellorum Transsylvania.*

Quidam uxorem aœcham deprehensam damnatam mactaturus erat, sed precibus & pollicitis illius persuasus incolumem abire permisit. Non multo post deprehensus vir ab in gratissima muliere securi percussus est.

p. 638.

1552.

Mira.

Anno 1552. circa horam vespertinam quartam, captivo Duci Saxonie Ioanni Friderico, à Rege Romanorum Ferdinando, fratre Caroli V. Cesaris, Oenipotenti in quodam horo consito ad arcem, referatur iactum nuncium restitutæ ipsi libertatis & quo ex carcere dimittendus esset, in quem patientissimo animo per quinquennium compastus fuerat. Eadem hora Wittenbergæ & in universa vicina magna fuit aëris inclemens, & atrox tempestas, plurimis hinc inde conjectis fulminibus furens, & imbris horridis inundans, ac tonitruis concutiens terram: & tunc ictus fulminis etiam cancellos ligneos porrè Albis, ad prohibendum irrupturis in urbem equitibus ingressum, constructos, confregit & depopulatus fuit. H. H. H. D. O. R. P.

1553. *Iulus tertius Papa 228.*

Dilectabatur in primis porcerum & pavonum carnis: sed cum medicus admonisset, ne porcius veliceretur, quod valde iniurie esset podagra, qua Iulus subinde affligebatur: nec tamen vellet Julius abstineat: medicus submonuit præfectum convivorum, ne procinas carnes juberet apponi.

Ego cum semel non fuissent appositorum, idque Pontifex animadvertisse: Vbi est ferculum porcinarum carnium? inquit. Cumque convivij præfetus respondisset, medicum imperasse ne apponenteretur: Pontifex in hæc verba prorupit: Affer meum ferculum, al di sperto di Dio: quod si velis latine vertere, sonat, in contemptum Dei: & est quotidiana blasphemia quorundam ex leonum & aliorum nebulous per Italiæ fece, quam Julius saepissime usurpabat quemadmodum etiam obscenissima saepè verba.

Cum in prandio pavonem vidisset, quem non attigerat: Serva, inquit, mihi hunc frigidum in cœna, & para mihi in horro. Nam habiturus sum convivas aliquot. Cum igitur in cœna alios pavones calentes vi-

hementer excandescens, atrocissimam in Deum evomuit blasphemiam. Tunc ex cardinalibus quispiam, qui accumbebat: Ne tantopere commoveatur, inquit, sanctitas vestra pro re tantilla. Tum Julius: Si voluit Deus usq; adeo præpter unum pomum irasci, ut ejecerit primos parentes ex paradi: cur non liceat mihi, qui sum eius vicarius, irasci propter pavonem, cum multo major res sit pavo, quam p. mun?

Creaturus Cardinalalem Petrum Betanum Episcopum Fanensem: ordinis Prædicatorum, aliquot è Cardinalibus resistebant, atq; id potissimum objiciebant, Episcopum illum infidem esse Lutheri heresi. Tum Julius: sit ita sane: an non consultius fuerit, imposito Cardinalicio galero cum mundare ab ea macula, & nobiscum tali vinculo retinere, quam sinere, ut fugiens à nobis conjugat se hostibus, quos in Germania habemus, sicut Vergerius fecit? Gerardus Busdragus. Imp. Carolos.

Bulla Iuli tertii Pont. Max. qua 1553.
concilium Tridenti ad Cal. Maij
proximas indicitur.

Nos Julius tertius Papa simulatque ad hujes Pontificatus nostri fastigium ecclesiæ sumus (quod sane præter meritum atque omnem expectationem nostram accidit. Non enim ignoramus, quam impares tanto oneri sumus) agitare animo cœpimus, qua ratione præsentem Ecclesiaz nostræ statum non solum confirmare atque stabilire, sed augere & amplificare, etiam possemus: ea rursus in potestatem ac ditionem nostram redigendo, quæ partim majorum nostrorum culpa & negligencia, partim Lutheranorum perfidia ac vigilancia nobis crepta.

Sed ut omnia de communi Cardinalium fratrum nostrum sententia gererentur, ut pote quos multo magis de nostræ sedis incomitatem & amplitudine (à qua multis se commodis & beneficiis aufernos esse non ignorant) quam de sua ipsorum salute esse sollicitos, optime nobis exploratum est: adhibere illos in consilium placuit.

Omnibus itaq; diligenter exploratis ac consultatis, nulla tandem via ad eam rem esse commodior visa est, ind. & ope Concilii: non ut in illo ex Biblio, aut Patrum libris, ulla institui de religione d. sputat: o debeat: sed ubi tantum declarari liceat, iniquas & injustas fuisse eas omnes criminationes & calumnias, quibus nos, Sacerdotesq; nostri & Monachi, atq; adeo cœtra membra nostra jam inde à XXXIIII. annis gravamus & premimur: & ubi rata esse jubearunt, quozcunq; sub imperio nostro vel haec tenus facta sunt, vel fiunt, vel posthac fiunt: deniq; ubi temerarii isti, qui

esie, fuisse, fore, schismatici, heretici, atque execrables pronuncientur.

P. 639. **Praefatio** hujusmodi concilio, mox ci-
vilium magistratum reliquorumque principum, quos partium adhuc nostrarum studiosos esse novimus, implorandum nobis erit auxilium: qui cum habitum esse Concilium intellexerint, facere non poterunt, quin se ad causam nostram adjungant & unanimiter contra jam damnatos, cum Principes, tum nationes ac populos arma capiant: & nullo vel sexus vel etatis discrimine habito, omnes ad unum profligent, atque exterminent: familias eorum funditus evertant: aedificia, urbes atque oppida incendant: nec ante grassandi in illos finem faciant, donec ipsi animum mutent, ac inserto in collum laqueo, ad pedes nostros supplicatum veniant, nosque pro vero Christi vicario agnoscant, & decreta nostra atque sanctiones omnes, ut pias & sacro-santas recipient: ac denique habere nos Spiritum sanctum, proindeque nullo modo errare posse, diserte confiteantur.

Jam verorūt concilium istiusmodi, ex quo tam multa commoda merito speramus, facilius ad optatum exitum perduci poshit, significare decrevimus, ubi & quibus legibus celebrari id velimus.

In primis itaque Tridentum urbem ad eam rem nobis deligitur; quod in spem maximam adducimur, fore, ut qui illuc rerum potestur Cardinalis, summam nobis potestatem ibi esse permittat, adeo, ut nobis licet vel retinere, quos interesse concilio voluerimus, vel coniūcere in carcerem, aut exurere, aut in malam rem aliquò expellere, quotquot contra adesse è re nostra minime futurum arbitrabimur.

Nec vero hanc unam ob causam ea urbs præ ceteris, rebus nostris opportuna esse visa est: sed ob id quoque, eo libenter illuc concedimus, ut Germani videant, audere nos cum nostro concilio vel in ipsorum usque fines pervadere. Huc accedit (idque recte, summaque prudentia à nobis provisum est) quod ibi tutissime nobis esse licebit. Non enim ignoramus, Tridentum urbem (fuiimus enim ibi & nos aliquando) Italiz adeo finitimam esse, ut merito ab omnitem procul absesse debeamus. Neque enim periculum est, hereticam Germanorum gentem vim ibi ullam in nos facere posse: cum nos dubio procul viribus superiores illuc futuri simus: alioqui nemo à nobis illuc mitteretur.

Tridentum igitur locus celebrando conciliū destinatus erit. Edicimus itaque omnibus Episcopis, qui eandem nobiscum

ibus le fitant, ac quicquid illi tandem nostro nomine jusserint, protinus parcent, atque imperata facere minime recusent.

Nec vero eo proficiisci quisquam episcopi porum in animum indecat, quasi propriam sententiā illic dicturus; ut sibi vel ipse placeat, vel ut conscientia sua morem gerat [id enim autoritatem nostram immuniteret] sed quam ex ore legatorum nostram esse mentem ac sententiam intellexerint, eam solam sequantur, ac pronuncient. Et enim cum nos caput & Ecclesię & concilium simus, ac proinde merito Principem in concilio locum obtineamus: nemo profecto est, qui in eo regendo ac moderando, vel in statuendis decernendisq; rebus nobis præferti debeat.

Quin illud quoque, præcipimus, id: sub pena indignationis nostrae, ne Episcoporum, vel alterius cuiusvis conditionis quisquam adferre questionem audeat: utra major, concilijne, an nostra sit autoritas. Nec vero desperamus, quin Caesar etiaque Principes, per legatos suos, quos eos singuli missi sunt (quorum ipsi animos ita nobis conciliabimus, ut dubium non sit, quin eos partibus nostris fautores habituri simus) in tam gravi adeo magni momenti, operam suam autoritatemque nobis admodum, ac sua potentia efficiant, ut nemo de his vel hiscere audeat.

Sed quid diximus, non desperate nos? Imo vero habere nos id quam exploratissimum affirmamus. Neque enim adeo stupidi sumus, ut indicere concilium voluerimus, non pertentatis prius illorum animis neque impletata prorsus re atque confeda-

Illud etiam interdicimus, ne quis Episcoporum, quo minus eo veniat, hoc quasi perfugium querat: quod radis (quales illorum plerique esse solent) & literarum imperitus sit. Nam cum res ibi nostro arbitrio decidi ac diffiniri debeant: nihil interest, doctine, ab ingeniis illi sint. Satis enim est, quod gradum Episcopatus adepti sint, quod: vel titulotenus Episcopi existant, & misericordia illis, ac linea amictus, trabezque: & id genus ornamenta non defint: modo ad parendum compositi, & velut organantum & sententiam nostram promulgandam accedant.

Optamus vero, adesse illorum quamplurimos, qui eas ceremonias apprime callicant, quas in faciendis solennibus missis adhibere soliti sumus: ut cum nostra laude, magnoque spectantium stupore illic gerantur omnia.

Ceterum quo periculorum ac offendiciorum omnium praecidatur materia: inter-

scriperunt, vel legant vel apud se habeant idq; sub pena excommunicationis. Ab eunde enim fuerit, si missale, Breviarium, Pontificale, Rationale divinorum officiorum, summam Angelicam, Manipulum curatorum, sibi comites adjungant, &c.

p.640. *Bulla Iulii tertii Rom. Episcopi, qua Concilium ad Cal. Maii rursus fuit convocatum Tridentum: cum Com.*

mentariolo D. Vida.

Julius Episcopus servus servorum Dei, ad futuram memoriam, ad tollenda diffidia religionis nostra.) Voluit dicere, ad tollendam puritatem doctrinæ Jesu Christi, & sanctorum Apostolorum, & ad eventandas bene cœptas reformationes: nam vere adversus has concilium adoriat.

Quæ in Germania.) Germaniam hic & in tota Bulla sepe nominat, non aurem alias provincias & nationes propterea, quod novit, in ipsa Germania receptam esse puritatem Evangelii, quam Papa cupit suis novis superstitionibus obrutam & sepultam tenere.

Non sine perturbatione totius reipubl. Christianæ.) Distinctio de rebus publicis, nam quæ vere sunt Christianæ, exorta Evangelii luce, magna latitia sunt perfusæ: at papisticas fatemur fuisse perturbatas.

E scandalō dīm viguerunt.) Hæc est ipsissima Natura Evangelii, ut scandalō sit Papis, quemadmodum fuit Judæi:

Sicut charissimus noster in Christo filius, Carolus Romanorum imperator, semper Augustus, suis literis & nunciis significavit.) Caſarem hic nominat, ut dicat hic saltem id quod est, nempe suam Majestatem vehementer urſisse pro concilio celebrando, nam Papa Julius sanguinatins (quemadmodum ille alius Julius fuit) maluisset duntaxat bellum gerere, atq; vi armorum Christum & Evangelium profligate, at vivit ea spe, fore, ut (peracto Concilio) effundendus sit sanguis, & succendendæ sint urbes, eorum, qui impiis decretis non paruerint.

Bonum opportunum & expediens videatur.) Noluit dicere, necesse est concilium celebrare: nam putat, omnino inhærendum esse omnium conciliorum & patrum decretis, quicquid antea Christus, & eius Apollololi docuerint. Præterea existimat, sibi incommodo futurum, si confessus fuisset, se habetens potuisse cum suis membris errare, atq; in ipsius ecclesiis aliquid esse, quod emendare oportuisset.

Quod sacram id est, execrabile: quippe quod cupit condemnatam & extirpatam genuinam ipsam Christi doctrinam.

Concilium paucorum episcoporum conjuratum, creaturatum Papisticarum: alijs enim, prætar has, non admittentur. Præterea universale concilium non est dicendum, cui neq; Henricus Galliarum, neq; Eduardus Angliæ, neq; Sigismundus Poloniæ, neq; alii quidam principes, neque quædam alij provinciæ consenserint, & prudentissime agunt.

Pet felic. Paulum III. prædecessorem nostrum inditum, & per nos, qui eo tempore honore Cardinalatus fungabamur, & ipsos nostri prædecessoris nomine, & hic commemorat seipsum fuisse illius Concilii legatum & gubernatorem, certo scitote, omnibus nervis laboratum illum Beatum Patrem, ut omnia quæ illic gesta sunt, quantumvis impia, nova hac synagoga confirmentur.

Vna cum duobus aliis sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus præsidebamus.) Hæc commemoratio, quod duo ali Cardinales una cum eo præsederint, eo tendit, ut cœpto illo Concilio autoritatem atq; excommunicationem conciliet apud omnes:

Cœptum, ordinatum, & continuatum, in quo multæ publicæ & solennes sessiones factæ.) Commemoratio multarum publicarum & solennium sessionum, ad idem tendit. Sed fuerunt solennes pompæ militum & vestitum, ornatis altarium, & musica: & funere publicæ atq; apertæ solis papisticis, aliis autem omnino clausæ: immo etiam ex ipso Papistico grege aliquot fuisse ejecti, exhibitati, quia semiliberum verbum contra voluntatem Papæ ausi fuerunt aliquando summissa voce trementes emittere, & quia tantum essent suspeeti. Quid facerent illæ Tridentinæ larvæ, si illic videbant faciem, & audirent vocem unius viri, qui palam & intrepide vellet partes nostras, id est, sanctum IESU CHRISTI Evangelium tueri, & illud contra contaminacionem omnium humanarum inventionum fortiter asserere? Clamarent ita & furore petciti, illum esse tollendum, & in eum rugum coniiciendum, in quem ante centum annos conjecti sunt Johannes Huss & Hieronymus de Praga.

Et multa decreta tam ad fidem.) Pauca illa decreta, quæ de rebus fidei illic facta sunt, magna ex parte sunt contra verbum Dei, præcipue vero illud de Justificatione.

Quam ad mortum reformationem spectantia.) Hoc est impudentissimum ac maximum mendacium, & mirum est, non pudere Papam tam insigniter mentiri. Nam minime verum est, factam fuisse illic, ullæ morum reformationem, immo publico decreto sanxit conciliabulum illud, etiam

pertinentia examiningata & excussa, ad civitatem Tridenti reducatur.) Tantundem erat, si Romam refra transtulisset: siquidem tanta libertas loquendi futura est Tridenti, quanta Romæ futura fuisset.

p. 641. Nos, ad quos, & ad summos Pontifices pro tempore existentes, spectat publicare generalia concilia.) Affirmat, ad sc unum pertinere, generalia concilia publicare, que olim Imperatores convocate consueverunt: & suam vult statuere autoritatem & potestatem supra ipsa concilia: & interim contemnit universitatem Parisiensem & regnum Galliz, quod etiam Concilii oecumenici autoritatem Papis anteponit, & recte.

Et ea dirigere.) Non modo vult ipse insidere concilia, sed per singulos dies & horas ea dirigere, & suos Episcopos docere, & cogere, ut semper comprobent quod ille iussit, id est, vult uti fistulis organi alicujus, per quas ipse spireret, & sonet, ac loquatur ut vult.

Ut procuraremus pacem Ecclesiz, augmentū fidei Christianæ & Orthodoxæ religionis, ad laudem & gloriam omnipotens Dei: & etiam ut, quantum in nobis est, tranquillitatem Germaniz procuraremus) Soz ipsius Romanæ Ecclesiz, imo tyranni, d. s. pacem, opes & delicias hoc Concilio querit, & non Christi Ecclesiz augmentum suarum superstitionum & idolomaniarum, non Christianæ fidei & orthodoxæ religionis: ad suam ipsius potentiam & gloriam stabilendam, non Dei. Deniq; scissuram, turbationem, & cædes contra Germaniam procurat, non pacem & tranquillitatem. Ac videte, ut Germaniam solam, ut dixi, sepe nominet: perinde ac si in Italia, in Hispania nihil sit in causa religionis, quod corrigere necesse sit. At qui non videt, has provincias, plenas esse gravissimisabus & erroribus, nihil plane videt.

Quæ sane provincia retroactis temporibus in vera religione, & doctrina sanctorum Conciliorum & Patrum colenda.) En quam demum religionem Papa putet esse veram: eam: scilicet quæ doctrinas conciliorum & patrum habet pro fundamento: & eam, quæ credit, Rom. Episcopum esse vicarium Christi. At nos, illam esse veram doctrinam, certo scimus, quæ sanctum Jo. su Christi Evangelium habet pro angulari lapide, & ipsum Christum redemptorem nostrum pro solo & vero pontifice: quicquid concilis, quicquid patres & Papæ voluerunt aliquando contra & ultra hanc sacrosanctam veritatem statuere. Priterea

Et in exhibenda debita obedientia & reverentia Pontificibus Maximis, Carissimi redemptoris nostri in terra vicariis.) Hinc illæ lachrimæ! Nullum non movere lapidem, ut possit veteré illam obedientiam & reverentiam recuperare. Sed frustra laborat, posse aquam celestis Pater revelavit ac docuit veram obedientiam & reverentiam, quam summo nostro Pontifici JESV CHRISTO debemus à qua non sinemus nos unquam avelli ullis conditionibus: neque amplius ad vomitum & ad volutabrum lutum, id est, ad cœnosas & fœtentes Paparum superstitiones redibimus, etiam si millies morientur sit.

Nemini fuit secunda) Germania placuisse aliquando papis Romanis, & nunc affirms Julius, eam nemini fuisse secundam. Laudat scilicet veterem eius ruditatem & veluti stupiditatem eius temporis, quod sinebat se nugis papisticis fascinari & dementari: nunc cum / Dei benignitate) facta sit cultior, & sane floreat viris doctissimis & prudentissimis, & pro superstitionibus novisq; cultibus, qui ab animalibus hominibus inventifuerant, complexa sit veterem & genuinam ipsam JESV CHRISTI doctrinam. Antichristis non potest amplius placere.

Sperantes per gratiam & benignitatem ipsius Dei, quod omnes Reges & principes Christiani his nostris iustis & piis desideris consentient, & dabunt nobis favorem & assistentiam.) Hic palam protestatur, quod nullum Regem, nullumque principem Christianum, quantumvis pium & doctum, admisurus sit in judicem earum rerum, qui in Concilio proponentur: sed ait, satisfeturum esse, si assistat, & sinat Papam agere fabulam cum suis personatis fratribus, quemadmodum vult. At vere stupidi essent Reges & Principes, si ituri illuc essent, & vellent duntaxat assistere, ac non etiam libere loqui & sententiam dicere, etiam frementibus Papis.

Per viscera misericordiz Domini nostri JESV CHRISTI hortamur,) Non imperat, ut omnes undiq; Episcodi accedant, sed hortatur, nam paucos quosdam habet ex suis in eo genere exercitatos, quos jam convocavit, & quos certo novit ab eius voluntate ac nutu nunquam esse vel tantillum discessuros.

Requirimus & monemus venerabiles fratres nostros Archiepiscopos, Episcopos, & dilectos filios abbates. Hic animadverte, multis modis esse jam exclusos & ejus &os è concilio omnes viros doctos, quos habet Germaniam, & illi Papis suorum

p. 642.

filios abbates. At ministri Ecclesiarum angelicarum (si species communem usum loquendi, praesertim Romanæ curiæ) non sunt Archiepiscopi aut Episcopi, neque eos cognoscit Papa pro fratribus aut filiis, sed pro hereticis & schismaticis, pro barbaris, pro sacrilegis, pro ebriosis, pro stupratoriis, bus & adulteris, pro raptoribus, pro infidelibus. His scilicet encomiis sua sanctitas nuper eos exceptit in libro Mutii gladiatoris: ergo non solum non vocantur, sed longissime arcentur à concilio, veluti hostes capitales. Imò disertè affirmavit Paulus tertius in sua bulla inductionis, cui veluti primo fundamento hæc ipsa imposita est, quod contra eos Concilium adornet, ut illos extirpet radiciter.

In summa, à Papa soli ejus prelati vocantur, qui in concilio sententias dicant: & non ministri, pastores, concionatores ecclesiistarum nostrarum. Appellatione vero Prælatorum quinam veniant, facile est videre in libro, quem sacrarum ceremoniarum appellant, ubi hæc verba habentur: Adiuncti in conciliis ad statuendum Romanus Pontifex, tanquam rector & moderator totius ecclesie, pastor gregis Dominici, & omnium Episcoporum Episcopus: facer Cardinalium senatus, Primate, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, quibz non immemorit & ordinum religiosorum generales magistri additi sunt: deniq; omnes Prælati, qui secundum formam juramenti, quod præstant, quom ad dignitates promoventur, ad synodus venire tenentur.

Omnes & singulos eos, qui de jure] Hancenus satis clare Papa nostros à Concilio excluderat, quum dixerit, se fratres suos archiepiscopos, & dilectos filios abbates cōvocare. Sed tamen adhuc vult clarius excludere: nam ait, se eos vocare, qui de jure possunt cōciliis intercessere, at de jure [præ] tertim canonico) nemo eorum, qui à Romana curia dissentit, potest adesse in conciliis. Irenim pro heretico habetur inter Antichristos: ergo omnes sunt exclusi, qui eam curiam acculant, quod sanctam Jesu Christi doctrinam corruperit.

Et de consuetudine) Adhuc hoc verbo nihil aliud agit, quam ut eosdem excludat. Nam cum gurgites illi Paparum undique omnes omnium Jurisdictiones atque authoritates ad se traxerint, usurpaverint, & absorbuerint, solos Episcopos unctos & mitratos putarunt esse ad eorum concilia convocandos. Itaque consuetudinem nunc appellant id, quod violentia & tyrannide introductum est: ita tolente ignorantia & negligentia quorundam principum & populorum. Et si quispiam vellet nunc ad Tridentinum Concilium accedere, statim auditet, dixi-

habemus, ut annos quam undecim, mitratos, & conjuratos nostros admittamus. Itaq; vos abite hinc in malam rem, nisi forte & in ignem conjicerent.

Aut ex privilegio debent generalibus Conciliis interesse.) Papa non modo vulnere suo arbitratu indicere cōcilia, modò post centum annos, modò post quinqaginta: tametsi lex latet sit ab ejus Constantien Cōcilio, quod singulo decennio cogatur ea celebrare: non modò vult dirigere & prescribere quid illuc statuendum sit, verum etiam vult constituere suis privilegiis cotidie novos judices, quales vult. Illiusmodi vero privilegia nemini daturus est, nisi suis aulicis, quibus plurimum fidat, quiq; cum omni studio defensuri sunt. Imò scendum est, quod confessim, ubi ipse videret, advenisse ad Concilium aliquot bonos & pios viros, à quibus sibi metuendum putaret, ille ut hos numero votorum posset superare, daret isthac privilegia quinquaginta aut sexaginta ex suis carnalibus Curialibus, ut repente evaderent in Theologos & judices sacræ causæ, & pares essent autoritate Episcopis atque Archiepiscopis.

Nec non eos, quos prædecessor noster in suis superinde literis factis & publicatis intercessere voluit.) Hoc enim egerat Paulus tertius, qui aliquot Rotar auditores, & Fiscates nescio quos sycophantas, atq; alios quosdam monachos Catatinos, qui tieque Episcopi erant neque abbates, concilio interfervit, & jussit, ut nihilominus possent sententiam dicere, ac si fuissent prælati. Atque hoc ipsum est, quod nunc Julius hic ait, velle se, ut omnes hi possint Concilio intercessere, quibus ejus prædecessor privilegia dererat, tanquam de Concilio benè theritis.

Ut proximis Cal. Maii debeant, cessante legitimo impedimento, se conferre & congregare ad civitatem Tridenti) Papa non existimat, esse legitimum impedimentum ejus Episcopi, qui sit plane indoctus, & totus caro & mundus: quales sunt eorum fere omnes. Quin potius hujusmodi cupit habere in suo Concilio, ut clavis oculis confitim annuant mittant, & dicant Placet, ad omnia quæ illis proposita fuerint. Sed justum impedimentum putabit esse ejus, qui in curia Romana emerit officium aliquot, aut suæ sanctitati, vel sacrosanctis Cardinalibus cotidie assistat & famuletur.

Quo tempore & die, prævia matura de liberatione, & nostra certa scientia, & ex Apostolicæ autoritatis plenitudine, & de consilio & assensu nostrorum fratum sanctæ Rom. Ecclesie Cardinalium constituiimus & declaramus, ipsum Concilium in eo, in quo nunc est, statu resu-

gamenti, super quibus veluti trahendæ essent bombardæ impiatum, quibus Papa posset impetrare & destruere veram Jesu Christi doctrinam. Hic itaq; disertè dicit, velle se, ut super illis ipsis, & non aliis fundamētis suæ creaturæ perseverent ædificare: verbi gratia, jam legem tulit, ut sola vulgata Bibliæ editio habeatur in precio, & regnet, fontib⁹ Hebraicis & Græcis cum bonis translationibus condemnatis. Deinde posuit secundum librum Maccabōorum inter canonicos ita, ut sit par autoritate his qui sunt in Canone.

p. 643. Præterea affirmavit, quod Christus & Apostoli ultra ea, quæ scripto continentur, traditiones nescio quas dederint necessariò servandas ecclesiis. Deniq; quod nemo possit exponere locum aliquem scripturæ secus, quam Ecclesia Rom. ha&tenus fuerit interpretata.

Atq; ista quatuor decretasi observetur, jam actum est de puritate doctrinæ, quam profitemur, & planè cōfirmati sunt omnes Ecclesiarum Papisticarum errores. Nunc itaque nullum novum & liberum concilium indicitur, in quo illi, qui à Papis dissident, possint esse præsentes, & causam nostram, ac potius Christi defendere: sed vetus & servum illud à filicernio illo Paulo III. ordinatum proponitur continuandum, atq; super iisdem fundamentis, ut dixi, quibus cœptum est, absentibus nobis, & nunquam vocatis. Itaque quid ab eo expeditum sit, cogitare: præsertim cū omnes illi Episcopi & prælati solenne jusjurandum Papæ præstiterint, quod ab eis sententiā nunquam discedent: immo cum causam nostram non intelligant: fuit enim illis edita bulla nuperrimè interdictum, ne possint libros legere, in quibus insunt nostræ doctrinæ:

Et nos operam dabimus, ut eo tempore in eadem civitate nostri Legati adsint omnino.) Unus tantum legatus missus est, Cardinalis Crescentius, merus canonista, id est, acerrimus hostis renascentis Evangelii. Cur adjuncti sunt duo, quos Papa appellat Assistentes, ejusdem farinæ viri, Veronensis Episcopus, & Pighinus nescio quis, atq; per ministerium horum trium Papa imperabit quotidie episcopis atque aliis Prælati, servis suis, quidnam sint facturi & dicunt. Itaq; potuisse etiam his sumptib⁹ & laboribus parcere, & Romæ palam pro tribunali nostras opiniones & doctrinas condemnare: quandoquidem ejus astutiae & imposturæ jam sunt toti orbi patefactæ.

Quorum medio nos, Spiritu sancto duce

ne contentire.

Casu, quo aut per ætatem, aut per valitudinem, aut per Apostolicæ sedis necessitates personaliter interesse non possemus.] Si fortè voluerit ipsemet interesse (quamquam libentiū volet cum suis exercitibus proficiisci, quippe qui sicut humanum sanguinem, & nunc totum Christianum orbē suis conciliis, & sua illa parva conturbat) propterea intererit, quia sua præsencie sperabit omnes suos mitratos milites in officio continere, & cavere, ne quis eorum ad deat hiscere, neve ex nostris tribus aliquis illuc posit irrumperet, Christi causam defensurus. Nam omnino hoc agit & spectat, ut nos inauditos, atq; etiam non vocatos condemnem. Non planè diffidit causa sua.

Non obstante translatione & suspenzione, aliisq; contrariis non obstantibus, & præsertim his, quæ idem prædecessor noster in suis prædictis literis voluit non obstat, quæ cum omnibus & singulis classibus & decretis volumus in suo robore permanere, & in quantum opus esset, etiam innovamus: irritum nihilominus & inane decernentes, quicquid super hoc quopiam (eujuscunque autoritatis existat) scienter aut ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo hominum liceat huic nostræ horrionis, monitionis, statuti, declarationis, voluntatis, invocationis chartæ ausu temerario contradicere. Si quis verò hoc animus fuerit tentare, sciat, se omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli indignatione incursum. Postrema hæc sunt inanis quædam & verè bullaria verba, quæ Papæ solent effutire & crepare, ut perier reficiant simplices. In summa, hīc audimus astutias, dolos, imposturas, minas atroces, & plus quam tyrannicas, adversus eos, qui ausi fuerint sancti. Patri contradicere. Et interim de Christo Jesu, de ejus Evangelio & beneficio, de fide, de charitate, de misericordia, clementia, & sinceritate verbum omnino nullum. Nisi fortè velimus esse contenti egregia illa doctrina, quam addidit in calce bullæ: ubi non satis putat, comminari indignationem omnipotentis Dei: nam (perinde ac si non sufficiat Deus sua ipsius potestate ad ulciscendum, si velit) addit. D.D. Petrum & Paulum affuturos, & omnipotentiam Dei sua ipsorum autoritate, juvaturos.

Proh pudor! hæc scilicet sunt doctrinæ, quas Tridentina Synagoga comprobata est. Nam putaret, actum esse de tota fide Christiana, & de salute electorum, &

lelitis pater, intercellore, mediator & ad-
vocato utemur, & fruemur: qui etiam spi-
ritu oris sui destruet istas humanas poten-
tias & astutias Papales, ad laudem & glo-
riam sancti nominis ejus.

In summa summarum, ponite vobis Pa-
pam ante oculos, sedentem in superbissi-
mo suo solio, atq; indignabundum hæc ita
jactare: Cæsar obtundit me & extorquet,
ut concilium celebre: at ego his demum
legibus celebrabo.

Primum volo ego in ipso concilio do-
minus esse, ego convocabo, ego præsidebo,
ego dirigam & proponam, quæ mihi libe-
rum fuit: & volo, ut omnes qui affuturi
sunt, sentiant & dicant quemadmodum
ego volo.

Deinde palam edico, me pro extirpan-
dis heresib. Germanicæ ad hanc Conciliū
celebrationem descendere: nam pro mea
Roma, pro Italia, pro reliquis provinciis
& nationibus, quæ meam doctrinam, me-
amq; obedientiam recinent, nihil opus est
concilio: omnia enim in his bene habent,
& scio, me non posse errare.

Deinde sciant omnes Reges & princi-
pes, me nunquam permissurum, ut vel ipsi
vel eorum oratores possint sedere in hoc
concilio ad sententiam dicendam, sed so-
lum ut assistant, & sint spectatores.

Item longè repello à toto Concilio o-
mnes eos, qui neq; Archiepiscopi sunt, ne-
que Episcopi, neq; Abbates, aut prælati, &
non jurarunt, se fideles nobis futuros, &
multò longius omnes eos sumimoveo: qui
mecum & cum sede mea in doctrina & mo-
ribus non consentiunt, & me non habent
pro verissimo Christi vicario.

Præterea volo, ut meæ creaturæ in de-
cretis faciendis nihil aliud spectent, quam
quod cōcilia & partes ante nos statuerint:
& ut ab eorum vestigiis & norma ne tantil-
lum unquam discedant. Postremò jubeo,
ut habeant omnes pro universali legitimo,
& sacrosancto illud Concilium, in quo ego
ut legatus prædecessoris mei præsidi: nā
in eo jacta sunt fundamenta, quæ necessa-
ria putavi pro regno meo stabiliendo: ita-
que illud ipsum volo nunc resumere, & per-
sequi, non aliud novum inchoare.

Si diligenter totam bullam excusseris,
videbis, me omnino collegisse condicio-
nes, quæ ille astutissimus Pater proponit.
Itaq; sentiant alii quod volunt, ego in ea
sum sententia, ut purem, Papam de indu-
stria voluisse tam duras leges & conditio-
nes sui Concili proponere, ut quodammodo
deterreret eos bonos viros, qui alio-
quin optassent Concilium adire veritatis
tuendæ gratia. Nam prorsus noller illud
celebrare, & non proponit ex animo, sed

& viderit, aliquem advenire ex his, qui ab
eo dissentient, tñ certim si quis bene dñe
futurus sit, aut à magno aliquo principe
mislus, certè non permittet unquam, eum
posse de articulis cōtroversis vel verbulum
facere, sed laetabit mani spe, & tandem de-
cipiet, & irridebit eum sua astutia. Verum
si ex animo optaret concilium celebrare,
missis tricis, cavillationibus atque insidiis,
in hæc potius aut hujusmodi verba convo-
casset.

Sentimus undiq; multas gravissimorum
hominum querelas, qui clamant, puram
Iesu Christi doctrinam, atq; Ecclesiam ve-
hementer esse contaminatam & corruptam:
& quoniam sperandum est, fore, ut postea-
quam unâ convenerimus ea animi sinceri-
tate, ut velimus quætere valeat nem, put-
gationem atq; illustrationem ipsius ecclæ-
sis, cœlestis pater mitat in animas nostras
Spiritum suum sanctum, doceatq; , quid
nobis sit agendum & dicendum:

Hanc ob causam rogamus omnes Re-
ges, omnes principes, omnes magistratus
atq; ordines, ut ex omnibus suis subditis
seligant eos, qui pierate, innocentia ritæ
doctrina & prudentia reliquos antecellūt,
atq; hos demum jubeant ad concilium ve-
nire, ubi pollicemur omnia tutæ illis esse
futura, præsertim verò quod potuerunt li-
berè loqui, quicquid Deus suggesserit: Et
nos vicissim mittemus viros doctos, qui
apud nos sunt, aut in nostris urbibus de-
gunt, neq; laborabimus, utrum sint episco-
pi, Abbates, aut prælati, an non sint: sed
tantum ut sint pii, prudentes & docti. Atq;
hi omnes in spiritu sancto congregari, mu-
tua benevolentia & charitate diligentissi-
mè querent & diffinient id, quod verum est,
& in suis judiciis & sententiis ferendis nul-
lam aliam normam sequentur, quam san-
ctum Iesu Christi Evangelium: & nihil
aliud spectabunt, quam solius Dei gloriæ.

Si, inquam, serio & sincere nobiscum
ageret Papa, hac potius formula, uteretur:
sed non est illi cordi simplicitas, nihil mi-
nus, cogitat decipere, mala mens, malus
animus. At destruat cum Dens cum suis
imposturis.

Idem Jul. 3. cudit monetam novam, & in-
scribi fecit: Gens & Regnum, quod mihi
non paruerit, peribit.

*Thomas Naogeorgus in Regno
Papistico.*
Ex multis quædam tantum hū-
ijs authoris recitabo.

*Assignant etiam diuinum sua munera chiq;
Bis septemq; ferunt, quorums certissima spe-*

*Barbarus, jesus, in qua jas se p[ro]p[ter]e
Christi*

*Decedat, Catharina fovea doctosque scho-
larisq[ue],*

*Donat & ingenium, tortosq[ue] resolvere no-
dos,*

*p. 645. Praefat & insanis firma argumenta sophi-
stis.*

*Culta putres sanat diva Appollonia den-
tes.*

Otilie virtus lippis medicatur ocellis.

*At scabiem pellit, sanatq[ue] mala bulcera
Rochus.*

*Est, cuius nomen versu non dicere possit:
Is vales adversu pesten, ontagia cultus.*

*Porr[oc] Valentinus morbum spretorisbus ad-
dit*

*Herculeum auxilium contrà imploratores
bus adfert.*

*Saltantes Vitu præsenti numine sedat,
Et reddit menti precibus donisq[ue], vocatus.*

Ilia procurat tormentaq[ue] ventris Erasmus.

*Vt dorsi spinam & scapulas Laurentius
ihe.*

*Blasius anginam miris quas consecrat mna-
dis*

*Arcet ab armeniis, gregibus, nuribusq[ue]
virusq[ue].*

*At captivorum Leonhardus vincularum-
pit.*

*Carceris & portas referat, crassaque caten-
nas.*

*Frangit & ade suâ ferri vim possidet am-
plam.*

*Quartanam reliquasq[ue], febres Petronella
repellit.*

*Diraq[ue] Joannes proprio à cultore venena:
Quod Benedicto etiam tribuunt: satis ut sit
ubiq[ue].*

*Auxiliu in Divis. Quid enim tu reris
omissum?*

*Vtq[ue], improvisum, sic formidabile lethum
Avertit Marci fato violentier ipso.*

*Divitias laetumque suis cultoribus Aita-
na*

*Largitur victimum, rerumq[ue] est promta re-
petrix*

*Amisserum: id quod fausto quoq[ue] numine
fertur*

*Cultus largiri Vincentius, haud scio quia-
nam.*

*Contra ignominiam turpem Susanna uo-
catur.*

*Pellit ab obsessis Romanus demonas e-
mnes.*

*Contractos sanas Wolfgangus Episcopus
artus.*

Wendlinus custodit oves, oviumq[ue] magis-

*E domibus mures absigit, gliresquenici.
Uos,*

*Gertrudis quedam: penitusq[ue] extinguit
eosdem*

*Huldrichus præsul patriæ conspergint glu-
be.*

*Gregorius curat pueros, clementiaq[ue] tra-
dit*

*Prima, deinde etiam studiorum instillat
amorem.*

Nicoleos nautas miseros tutatur in alto.

*Et qui trajiciunt vasis tumida aqua
ponte.*

*Christophorus grandi depictus corpore vul-
go*

*Curat idem: tantumq[ue] aspectus nobis aro-
ces*

*Visus terroresq[ue] arcit, somnumque
tum*

*Certa que per vitam cultori gaudie in-
fert.*

Ne noceant ignes surgantq[ue], incendiaria.

*Dat virtus Agarthe perro orta extingui-
re fertur*

*Florianus, ferro rotua munitus & urba
Gnaviter infundens. Urbana vina se-
cundas,*

Et multo replet spumantia dolia moxi.

Jodocia fruges tristis & rubigine seruat.

*Et bruchos tollit Magnus. Thacra tagi-
orgi*

*Sunt equites, magnaq[ue] colunt tua fasta
pompā*

*Reges atque duces, generosorumque can-
va.*

*Curat equos faber Eulogius, thaurit & or-
nates*

*Fabros, seu ferrum tractens, seu pulchrum
aurum.*

Omnia pictorum servat collegia Lucu.

*Cosmas cum socio medicos defendit & or-
nat.*

*Omnes quis numeret divos, divasq[ue] Papa-
tui?*

*Ad quos quisq[ue] fugit cantu, prece, manu-
culis,*

*Quos vocat auxilio presentia numinata-
nam.*

*Scilicet ignavum credunt, validusve faren-
tem,*

*Curantemq[ue] aliud nil, quam pigra ecclia
Christum.*

*Gerardus Borsdragus Episcopus
Argolicensis.*

ejus in eam mingeret: tamen maneret aqua benedicta. Tu tamen allegas antiquum Testamentum (Aggei secundo;) quod fuit figura novi Testamenti, sed nunc cessavit: ideo nunc revelata veritate, per authoritatem Ecclesie, aqua benedicta non potest pollui, etiam si omnes diaboli in eam merderent: quia Ecclesia non potest errare. Imp. Carolo 5. Pp. Julio 3.

1553. Horrenda portenta.

In Saxonia, in quodam saltu locoq; quo postridie (9. Julii) funestum comissum fuit praelatum, aliquot diebus ante magni strepitus, tremitus, turbæ, clamores, ploratus, curvitationes, miseri boatus auditu fuerunt. Sæpè quis vociferabatur, Ah, ah, vz, vz, vz. Pridie autem illius diei impetuoso ventorum turbo duo tabernacula ducis Mauritii dissipavit & humiliavit: unum, in quo habitu fuerat convivium: alterum in quo culina fuit: reliquis autem tentoriis nihil accidit adversi.

Item aliquot septimanis ante saeculum prælium, iepentimero in Misnia ingentes copiæ canorum confuxerunt, inq; se mutuo truculentissime irruentes, diris se consecere mortibus ita, ut neq; clamoribus, neque verberibus potuerint divelli & separari.

Die Dominica proxima secutæ morti Ducis Mauritii, in Thuringia in cœlo processus quidam Gigas integer ex omnibus artibus & membris, conspectus fuit, ab eo ex omnibus corporis partibus copiosus demanavit sanguinis amnis, deinde flammæ & candentes favillæ ab illo prolabebantur: tandem in fructa concidit, & resolutus intenuerunt auras. Job. Fin. lib. 1: Imper. & Pp. V. 5.

1553. Georgius Fabricius Chemnicensis.

Res Boemicas, Jacobæ, ad Sleidanum nostrum mittit: quas illi reddet Rihelius. Adjunxi & de proximo prælio in diecessi Hildesheimensi narratiunculam, è castris scriptam, in aula emendatam.

Ante prælium tractus ille tertiemotu concussum est: & in campo nocte præcedēti, tremitus pugnantium, & equorum strepitus, terribili cum vento auditu. Proxime Lipsiam, quâ Chemnicum itur, sanguine pluit. In oppido ipso mira rabies erat canum, aliquot mensibus: qui se lacerabant invicem ita, ut pugnando & mutuis mortibus conciderent. Credo, nunquam acrius in Germania pugnatum esse.

Princeps noster in sinistro latere supra cingulum i&us: tertio post die, cum intensa læsa essent, ut nec utnam reddere, nec alia opera naturæ facere posset, vitam mortalem finivit: in ardente invocatione

& Ecclesiæ pulsos, summum jam in nostrum Principem conculit beneficium.

Comitia hæc Lipsiæ post triduum. Arbitri constituti sunt inter Augustum (fratris Mauricii successorem) & Joannem Fridericum senem (Electorum dec. s. & suas possessiones repetentem)] Rex Daniæ, ficer Augusti, Electores Brandenburgensis & Palatinus, Dux Clivensis, Bavarus, Virtembergensis, Landgravis Hassia. Utinam pia pax restituatur, & fugiantur impiorum societas, & foedera. Heu, quò redacta Germania est? Vale. Misnia, 17. Calend. Septemb. Anno Domini 1553.

Idem fratri Blasio Fabricio. Wolff von Wetter ist mit in der Schlacht gewesen / und hat sich umb meinen Herrn das ist unter den rechten Hanen finden lassen: ist ihm Gott lob nichts widerfahren. Das tröstlich ist mir gewesen/das unser Herr seeliglich gestorben: auch von Herrn Johann Abino, der im Churfürsten Krieg zu Memitz von ihm zoge in Ungnadenneben Gott gewißlich erhalten. Hat bekannter wollet gern sterben: und diesen P. 647: Spruch: Oves meæ vocem meam audiunt: und Scilicet Deus dilexit mundum, & cæt. zu Trost herzlich angenommen: und begehrte ihm offi dieselbigen vorzusagen. Ist bis an sein Ende/bey guter Berufung gewesen und zu Freyburg mit gewöhnlichen Gebräng begraben) neben seinem Vater und Sohn (Henricum & Albertum) seliger Gedächtniß. Ist auch sein Bruder König altem Brauch nach/ dieweil er keinen Leibserben verlassen/ bey dem Grab bestattet worden.

Datum 17. Augusti, zwischen sieben und achtzen auf den Abend/um welche Zeit ein groß Erdbeben das mir die Bücher und Schreibzeug auf dem Tisch umgefallen/ gewesen / vor zwey Jahren weinet hie ein Kind in Mutterleib. Vor ein Jahr schwizet ein Weib in ihrer Krankheit drey Tag blutigen Schweiß / ist nicht vergebens gewesen/Gott woll uns gnädig sein/um seines Sohns Jesu Christi willen. Vale. A. 1553.

Idem scripsit monachum quendam paflorem Misnenensem, anno 1505. odio & contemptu sex⁹ fœminei, quotiescumq; fœmeliam aliquam sacris undis esset ablutorus, dicere solitum fuisse, statim à baptismo in profuentem conjiciendam: getäufft und eträufft: sed ipsum de ponte Albis, cum forte prospiceret, justo Dei iudicio delapsum submersum fuisse.

Idem scripsit & ad Philipp. Melanth. elegiā de infante, qui quinto ante partum die ploravit in utero materno: de quo etiam Fincelius.

trocino, Albertum, Marchionem Brandenburgum, in Germaniam certis in locis igne ferroq; siveientem, persequitur, cum eodem in diœcœsi Hildesheimensi fortiter congressus, fuso fugatoq; ejus exercitu, capisque hostium signis 68. demum in ipsa clade, bellici tormenti iœtu, quem in late re dextro acceperat, tertia post eam die fortiter occubuit. In eadem pugna Carolus & Philippus, duces Brunsvicenses, Henrici filii, & Fridericus dux Luneburgensis intererunt:

Portenta tantæ calamitatis fuere multæ. Canum rabies, quæ ad mortem usq; certarunt, fremitus in aere, sanguineæ in herbis & arboribus guttæ, hominum & equorum in illo campo, in quo conflictus fuit, nocte in tempesta auditi clamores, ejulatus item nocturni in oppidis. In arce Perlini de statu Mauritii nullâ vi adhucbita, delapsum est caput. Ipse quoq; viro cuidam optimo in flagrante domo per quietem visus fuit. Hæc scribit Georgius Fabricius Chemnicensis in Misniacis:

1553. Hieronymus Marius in Eusobio captivo.

Anno 1542. Paulus tertius in tabellis habebat numerata 45. meretricum milija: ex quarum fornicatione singulis mensib⁹ censum exegit, contribuente qualibet secundum pulchritudinis suæ excellentiam. Hæc Papa in summo honore habentur, hæc Papæ pedes exosculat⁹, hæc Papam familiariſſimè alloquuntur, hæc cum Papa die noctuq; confuetudinem habent: qui verò unico Christo fidunt, ejusq; doctrinam amplectuntur, à Papa pro hereticis habetur, exulant, proscribuntur, carceribus tranciuntur, compedib⁹ bui⁹q; astringuntur: tritembus, aquis, laqueo, securi, igne q; plectuntur.

Idem, Pontifex Innocentius quartus, in Friderici odium, Lugduni conciliū statim indixit: ubi ille met Innocentius concionabundus Fridericum ipsum citabat. Friderici verò Legatus, tempus opportunum dari, precabatur, quo venire Lugdunum posset. Quod pontifex non modo non de-

p. 648. dit: sed irā ac furore succensus, Fridericū anathemate notabat, Imperiali dignitate privabat, à juramento fidelitatis principes absolvit: eosq; ut alium eligant Imperatorem, hortabatur. Multa contra piissimum Imperatorem falsa produxit: perjurium, sacrilegium, & quorundam clericorum captivitatem, atque id genus alia. De quibus omnibus et si Imperator honestissime apud principes antea se poneasset: Pontifex tamē

adveritus innocentum, ad alios quoque cuncti tyrannos, imperium suum defendit, donec in Apuliā Pontificis laqueos effugere non quivit.

Nam ibi quidam pontifica largitione corruptus, venenum sacro Imperatori exhibuit. Cujus causa cum Imperator graver laborasset, jam convalescere videbatur; sed à Manfredo quodam adolescenti spuriō, qui & à Pontifice forte corruptus erat pecunia vel promissis, ori injecto palvino, suffocatus est. Hæc sunt, quæ de invictissimo Friderico enarrari debent. Nec hac in causa Blondo, Platinz, Scellz, vel Sabellio fides habenda est. Nec mirum quidem. Hi enim tantum ea scripsérunt, que passim à pontifice ac ejus adulatoriis, contra imperatorem vulgabantur per totam Italiam ut contra eum totum terrarum orbem (sieri potuisse) concitaret: at qui rei veritatem agnoscere cupiunt, Petri de Vincis libros sex Epistolarum legant.

Idem: Alexander Papa cum Gemella, jazetis Turcarum regis fratrem aliquod dicit Romæ captivum tenuisset, & quotannis quadraginta millia aureorum nummum (sicut & Innocentius 8. ejus predecessor per multos annos acceperat) à Bajazetæ alimenterum fratri nomine accepisset, tandem oratoribus ad Bajazetem missis, obsecrat eum, ut Gallorum regem, qui regnum Neapolitanum invadere moliebatur, omnino reprimere: veritus, ne Gallus, Neapolitano regno ac Roma occupata, tandem de Græciam ac alia ipsius Bajazetis regnante invadat.

His artibus Alexander tyrannidem futuri cogitavit, ideò Bajazetis imperii nationem habere simulat: oratoribusq; hac ex causa ad illum missis inquit, Bajazetem rebus Græciæ opportunè consulturum, si quotannis aliquot millia aureorum nummum sibi persolveret, ut una cum Aragonis, quibus cum fecerit, Gallorum imperium terra mariq; sustinere posset, ac arcere. Sic enim fore, ut Neapolitanum regnum ac Roma Othomanici imperii munimenta essent.

At quæ inter CHRISTI vicarium, ac M̄ humetarum regem conventio est habita? Bajazetes Pontificem pecunia cupidum cognoscens, multa arte illi suauit, ut Gemelli fratrem, tanquam alienæ religionis hominem, veneno tollendum curaret (hunc, n. Bajazetes de imperio solicitus, ob ingentes ejus virtutes, si qua foris custodia evaderet, maximè formidabat) id si præstaret Pontifex, ducenta millia aureorum nummum Christi, in seculum regnum inter-

Quis hæc non miretur? Quis Alexandri factum non detestetur? CHRISTVS, dum ueste exueretur, homini vitam largitus est: Alexander vero, cū eandem acciperet, homicida factus est. At quis eius finis? Dum parato convivio opulentos aliquot Senatores eodem veneni genere, quo Gemen occiderat, interfici mandasset, contigit, ut incaute ab his, qui pocula porrigeabant, murata lagena, Alexander & ipse venenum hauserit, sicq; una cum senatoribus periret.

Idem. Clemens 6. homo mulierum, honoris ac potentiae cupidissimus, diabolico furore percitus, literas scriptas foribus templorum affixit, quibus imperatori gravissimarum pœnarum supplicium comminabatur, suis nisi cupiditatib; infra triduum satisfaceret, & ab occupatione jurium Imperii abstineret. Mira istius inclemens Clementis crudelitas. Imperator Francofurtum venit: & paratus omnia sibi injun. & pro virili facere, per oratores petiit, ut illi veniam daret, illumq; in sui gratiam recipere. At pontifex oratoribus dicebat, se nunquam Ludovico veniam daturum, nisi prius omnes errores ac hæreses confiteretur, & Imperium deponeret, & se atque filios suos, & bona omnia in manus ac voluntatem ipsius reponeret: polliceretur q; se nihil horum rursus suscepturnum, nisi ex ipsius pontificis gratia. Et horum omnium formulam quandam scripto oratoribus tradidit: eamque ut Ludovico offerrent, mandavit.

Vbi hic pastoris forma? Ubi patris aspergus? Ubi sanctitatis specimen? Bonus imperator, ne qua forte orientur bella auctædes, si non se subjiceret, formulam pontificis accipit, eaq; inspecta, Christiano sanguini consuluit. Huc enim plurimum effundendum conspiciebat, si in sententia persistisset: ideoq; illam non tantum sigillò corroborabat: sed & juramento, se omnia servaturum esse, pollicebatur. Quid dum pontifex audisset, admodum miratus est. Sed num Ludovicum in gratiam suam recepit? num illi aliquod benevoli animi signum offendit?

Audit, quomodo res se habuerit. Ludovicus formulam illam principibus, electoribus, ac oratoribus civitatum Imperii demonstravit. Principes Articulos quosdam, p. 649. quoniam in perniciem ac destructionem Imperii à Pontifice concepti fuerant, detestati sunt: Imperatori firmum auxilium & assistentiam polliceti sunt, si iuræ Imperii defensare velint. Per oratores Clemensem rogaverunt, ut ab eis articulis, in læsionem sacræ Imperii excoxitari.

en ac hiorn extermine una meditabatur. In cæna Domini crudelissime cum exercrabatur, Joannis Pontificis processus omnes durissimos innovabat, hereticum ac schismaticum declarabat, principes electores admonebat, ut alium eligerent Imperatorem. Archiepiscopum Maguntinensem dignitate ac eligendi autoritate privavit eo, cum Imperatoris innocentiam cognosceret, sacram eius majestatem violare solebat. Ceteri vero electores ingenti pecuniaria largitione corrupti à Joanne Bohemorum rege, Carolum ipsum filium in regem Romanorum decernebant: quem Clemens inclemens paulo post in publico consistorio approbavit.

At quis horrida bella enarrare posset, quæ ex Clementis hujus beatissimi in imperium admissis sceleris orta sunt? Viginti millibus Gallorum per Eduardum Angliam prostratis, & Joanne Caroli patre cum multis millibus occiso. Ludovicus autem, dum pontificis processus adhuc curaret, imperii administratione relata, ex Clementis infidiis, venenum bibit, ex quo atque corporis collisione mortuus est.

Hinc agnoscant populi, quam omnibus bonis detestandam tyranidem pontifices Romani in Christi ecclesia exerceant. Optimos imperatores in justo anathemate ferunt: eos Imperiali majestate, omnibus bonis, omnibusq; liberis, quæ omnia à Deo ipso acceperunt, expoliant. Electores Imperii auctoritate sua privant, aliosq; qui cunq; illis placuerint, subducunt. Imperatores, invitatis omnibus imperii principibus ac civitatibus, eligunt: seditionum ac bellorum semina serunt: ut Christianus sanguis ferro exauriat, optant ac moluntur. Si ferro id præstare non possint, ut id contingat lethalibus potionibus, procurant. Imperium ipsum deniq; ad eam vixerunt calamitatem, in qua hodie adhuc jacet.

Is enim Carolus, quæ ipsi, invitatis omnibus Imperii ordinibus, imperatorem crearunt, ut filium sibi successorem pararet, Electores adeo magnis pollicitationibus ac largitionibus corrupit, ut publica imperii vestigalia illis oppignoraverit, quæ & hodie retinent: atq; ideo Romanum Imperium se se attollere non potest. Nam tum Electores Carolum jurejurando coegerunt, ne pignora unquam revocare possent. Unde tandem factum est, ut imperio prostrato, Turca ecclesiæ Christi invaserit, earumq; plurimas destruxerit: parumque abest, ne ubiq; per totam Europam fero, ac miserrimo Mahometici dogmatis jugo debachetur.

cum inter principes Christianos discordias ac bella serere & sovere omni studio, pollicitationibus, largitionibus, proditionibus, variisq; dolis contendat, in causa est, cum ut ipse semper aliquot principum amicitiam servans, tyrannidem suam tanquam divinum quoddam numen praeservet; tum ut Christiani principes semper inter se dissidentes, nunquam adversus Turcam convenire posint. *Quis igitur non, cum tales videat esse Pontifices, dicere audeat, contra eos inferorum portas non prævalere?*

Idem. Nempe hi, de quibus sermonem habuimus, tam horrenda scelera committere non erubuerunt: nec qui posthac in felix istud Pontificium regnum occupaturi sunt, meliores futuri expectentur. Atrociora enim designare non erubescunt. Nam quemadmodum Christus temporis processu, sapientia & gratia crescebat apud Deum & homines: sic Antichristus indies deteriora ac majora scelera in Deum & eius ecclesiam molietur. Hac nimis ratione futurum est, ut, sicut Christus ipse ex suis operibus agnitus est filius DEI sic Antichristus ex suis sceleribus diaboli filius comprobetur.

Sed nunc ad narrationis scopum revertor. Nam ex his, quæ à me de pontificibus narrata sunt, omnibus conjectare licet Papam (ut jactat) petram non esse, nec Ecclesia fundamentum, contra quod inferorum portæ non prævaleant, cum hujuscemodi homines videamus repletos nequitii, perjurii, homicidijs, latrocinijs, superbia & ambitione astantes, fornicationibus atque adulteriis conspurcato, foedifragos, fidei, misericordiæ ac justiciæ exutos.

Idem. Benedictus 12. patria Tholosanus, Cisterciensis (Carmelitam Paleonydorus facit) frater Jacobus de Furro antea vocatus, S. Priscæ presbyter Cardinalis, sexto decimo die post Joannis mortem, Avinione papalam sedem ascendit. Hic nihil Ioanne benignior in Ludovicum extitit. Execrations innovabar, illum honore regio spoliabar, ac ducatu Bavariae sententiis privabat. Optimus Ludovicus (videte eius bonitatem & prudentiam) Germaniam petiit, omnes Eleæores, duces, episcopos, comites, humanæ divinæq; sapientiæ doctissimos quoq; convocabat. Et coram omnibus acclamatione publica ac solenni, novas confirmationes antiquis legibus addidit & corroboravit.

Ingenue quoq; demonstravit, quod Electores imperii, & præter hos nemo, regem Romanorum eligere ita, ut cui plura

ra exercere & administrare: quique mox post principum insinuationem, à pontifice inungi debeat, si legitimè sit electus: quod si reculet Pontifex, possit à quocunque catholicò antistite proclamat Imperator & Augustus, ut jam diu fieri solebat, cum maxime inunctiones illæ solennitates tantum quædam sint ad inventitiae, à pontificibus excogitatæ: nomina tantum, & non res concedentes: in signum defensionis ac unionis ecclesiæ & imperii Romani. Non enim sacramentum fidelitatis Imperator Pontifici tribuit, sed fidei defensionis: quandoquidem hoc iurandum nullam in temporalibus majoritatem operatur.

Præterea bonus Imperator ostendit, falsum esse, per vacationem Imperii ius ad Papam devolvit: idq; contra faci imperii libertatem, dignitatem, juras maiestatem. Sed longa & approbata coniunctio, inconculse à majorum ordinazione hactenus observata, vacante imperio, administrandi imperii iura, feuda conferendi & negotia cætera disponendi, Palatio Rheni deberi, non obstante Clementina. Deinde in sui excusationem coram omnib; rationem fidei suæ clarissimè ac sanctissimè protulit, planeq; confessus est, se Christi unum hominem, articulos fidei integrè credere, sicut in Ecclesia Catholica docabantur. Et de omnibus, quæ illi à Ioanne 23. & à Benedicto 12. objiciebantur, se opere purgavit.

Quis non admiretur Ludovici à pontificibus ita vexari pietatem? Quid si quis negotium cum pontifice transfigere voluisset? At quoniام Christianam fidem ac pietatem induerat, Christiani pariter, & cuiusvis humani sanguinis effusionem detestabatur. Hujus optimi Ludovici bonitas tandem & à Benedicto Pontifice cognita est. Nam cum inter Benedictum & Philippum Galliæ regem similitas quædam esset orta, pax inita est statim inter Pontificem & Cæarem: Pontifexq; tanto erga Imperatorem amore devin&us fuit, ut eum adversus oratores regis Galliæ, qui gravissimè semper in ipsum Imperatorem inveniebantur, defenderet, ac eius innocentiam intrepide tutaretur.

Quamobrem factum fuit, ut Pontifex heretici protector ab ipsis oratoriis, ignorioso appellaretur. Quorum verba etiæ Benedictus aliquandiu non patrum pertinuisse (nam illi maxima bella indicabant, si Imperatorem absolveret) tamen illum dominum absolvit. Et in tota Germania publico decreto publicari jussit; processus omnes, quoq; a Ioanne contra Imper-

Ludovicum in omnibus se gesisse, quem admodum strenuum & Christianum Imperatorem decet.

Sciendum tamen, pontificem nihil horum ex animo, sed arte, in Ludovici favorem fuisse. Nam cum videret, regem Galliarum, in cuius ditione ac regno morabatur, simul tate quadam secum agere: veritas est, ne, si Imperatorem hostem haberet, nullum ei supereret auxilium, si Galliarum rex in illum aliquid moliti voluisset. Hac igitur ex causa Benedictus è re sua esse arbitratus est, si Imperatorem sui benevolum redderet, sperans, ita futurum esse, ut nihil contra ipsum tentare auderet. Haec sunt artes quibus pontifices Rom. tyrannidem suam in Dei ecclesia soverunt ac fovent. Haec sunt arma, quibus inferorum portæ adversus pontifices non prevalent.

Idem alibi. Ludovicus Imperator ex Clemētis 6. infidjī venenum bibit: ex quo mortuus est.

Idem. Clemens quintus (inquit) quoniam non alij servire ac ministrare, quem ad nodum Caristos Apostolis suis mandavit, sed, ut illi ab Imperatoribus ministeretur, optaret, decreto statuit, ut designati in Germania Cesares, quamvis Romanorum regis appellationem sortientur à summo tamen Pontifice Imperii jura ac nomen acciperent. A que ut mortuo Imperatore, per omne interregni tempus, Italicarum orbium, quæ Cesari stipendiariæ essent, arbitrium & potestas penes Romanum Pontificem esset.

Idem. Gregorius Nonus crudeliore adhuc animo in Imperatorem deservit. Eum namq; accusare incepit, quoniam Hierosolymitanæ peregrinationis votum, quod sub honorio voverat, perficere ac absolvere nollet: eumq; hac ex causa non modo non auditum, sed neq; nulla ratione convictum, anathemate ferit. Imperatorisque nuncios, honestas ac veras dominis sui excusationes afferentes, nunquam, ut ad suæ beatitudinis pedes accederent, permittere revolut, nec in conspectu concilij audire. Quia unquam majorem tyrannidem vidit à

Pontificis odium nullis artibus unquam mitigari potuit. Sed Joannem Hierosolymitanum regem, accomites Thuscianæ imperatoriis rebelles, multosq; alios principes ad eum lassitudinem excitavit. Dumq; Imperator diem conventus Christianorum principibus quibusdam Ravennæ indixisset, principesq; (ut ei parerent,) illuc properarent, Pontificis justiter eorum intercepiebatur: ac milites cruce signati (huius iussu Imperatoriis collecti fuerant) ad Hic-

venit, mox Acon explicuit, multaq; propter Christi fidem multo cum sudore ac labore apud Soldanum egit.

Interim Papa, ob Imperatoris absentiam capta occasione, Apuliam tyrannidi sua (proditor) subegit: cruce signatos milites transfretare proh buit, eoq; ex Apulia ac Longobardia expulit, multaq; alia portentosa ac indigna fecit, scq; dum bony Imperator Christi oves, ne à lupis dispergerentur, ense defendit. Pontifex, qui eas pascere tenebatur, lacerabat ac devorabat. Imperator Hierosolymam, Nazareth, Joppen à Soldano recuperabat, & cum eo inducias decennales pactus fuit: atq; de his omnibus pontificem per literas certiorem fecit, inde ipsius congratulationem ac Christianorum publicum gaudium [ut parerat] expectans. At pontifex, contemptis & abjectis literis (magna Hierosolymæ cura) eos, qui literas attulerant, ne rei insigni erigisse veritatem narrarent, occidi mandavit, & Imperatorem diem suum obiisse, palam nunciavit.

Quis unquam futurus carnifex Antichristus, si Papa non sit? A quanam ex causa id fecit? ut Apulæ urbes aliquot, quæ Pontifici se subjecere noluerant, hac arte sicciter posset. Atque ne reverteretur Imperator, ipseq; pro sua libidine, totam Apuliam sibi subjeceret, & Idanum per literas rogabat, ne terram suam Cesari redderet: [vide nunc eorum erga Hierosolymam zelum] quemadmodum eum reddere intelligebat. At Imperator, omnibus cum Soldano, quæ cum fieri poterant, peractis, in Italiam revertebatur. E: ex Apulia pulso pontificis exercitu, divino ei favente auxilio, quæ sibi injuste ablata fuerunt, brevi recuperavit. Pontifex iterum Imperatorem anathemate percussit, & una cum Longobardis ac Thuscis contra ipsum conjurationem fecit eo, quod cum Soldano fidelis injisset.

Postremo, procurantibus principibus multis, ut pius Cesar cum superbissimo tyranno pontifice componeretur, absolutiōnem ipse centum in libra auri uncijis emic. Hinc coniugere licet, quam carus rerum suarum mercator sic Pontifex factus: qui tamen fatetur, se nullis nummis Christo datis, claves solvendi ab illo accepisse. Maxime imperator in Germaniam parabat iter, ut quædam Henrici primogeniti sui errata corrigeret A pontifex (ò inauditam perfidiam!) statim Germaniæ principibus per nuncios mandabat, ne quenquam ex Imperatoris domo in regem Romanorum decernant.

trutiz urbes expugnavit: Totam Longobardiam, Viterbium, Perusium, Faventiam, Cremonam, Vicentiam, Pataviumq; quæ cum pontifice conspiraverant, Imperio subdidit. Quæ cum Pontifex vidisset, Fridericus rursus anathemate percutiebatur. Imperator, qui Patavij tunc erat, hoc audiens, & quoniam Romanorum Pontificum avaritia, audacia, ac tyrannis, amplius ferti non poterant, ideo omnibus Christi fidelibus eas patefacere decrevit, ut illos ab errore ac falsa eorum religione revo- carer.

Hac ex causa jussit cuidam in sacris literis eruditissimo, ut coram se liberam haberet concionem de anathemate, ac de Ecclesia Romana: contigitque, ut absoluta concione adeo Rom. Ecclesiæ errores detecti sint, Pontificumq; technæ atq; pessimæ artes ita patefactæ, ut Imperator pontifici illi in hæc verba scripserit.

*Roma diu titubans. longis erroribus atta,
Corinet. & mundi desinet esse caput.*

Interim potior pars Italia Imperatori adhæsit. Et Gregorius in desperationem rerum ac tyrannidis sae in posterum exercendæ addu&us, anno Domini 1241. animam exhalavit, Diaboloque reddidit, cuius & opera & consilia dum viveret, secundus est.

Idem. Quid Alexandri sexti inaudita & obsecna facta enarrem? Is cum dæmonibus fædere inito, sese illis modis omnibus addixit ac donavit, si eorum artibus in Pontificem Romanum crearetur: quod cum dæmones illi polliciti fuissent ac præstassent, Alexander ita vitam suam sancte instituere cœpit, ut nunquam aliquid facere moliretur, nisi prius dæmones in consilium advocasset.

Idem. O beati nostræ tempestatis martyres, qui non à Cæsaribus, publicis Ecclesiæ hostibus, sicut aliquandiu antiquitus f. & cum fuit, martyrio donamini; sed ab his; qui ipsi suæ Ecclesiæ pastorum, tutorum, patrumq; nomine gloriantur.

Idem. Ludovicum Bavaram, Imperatorem optimum, Ecclesiaz rebellem, schismaticum & hereticum Joannes 23. Papa declaravit, quod a principibus electus, administrationem imperij suscepisset, vullo sibi praetitio subjectionis juramento. Joannes enim Ludovicum Bavaram acerrimo odio prosecutus est, cum quia a Germaniae principibus in regem Romanorum eleitus, nomen ac titulum Imperatorium (ut Clemens quintus decroruerat) de manu pontificis accipere designabatur: tum quoque,

venioni in Gallia tunc sedem habebat, oratores misit, qui Imperialia insignia pere- rent sibi (*more majorum*) benigne ac amico animo conferri. Pontifex non modo id facere techsabat, sed & oratores summa cum ignominia repulit. Imperator emque ipsum peremptorie citabat, ut Avenionem veniret, ac statutis ecclesie se subjiceret. Imperator Pontificiam in Ecclesia tyran- nidem agnoscens, seq; à Deo Imperatori- am maiestatem habuisse, sciens eandem pariter sanctam ac inviolatam servare debeat.

Ideo nec Pontificibus se tanquam ser- p. 6.
vum subjicere volebat. Ideo Avenionem
petere denegabat. Pacis tamen cum esset
avidus, rursus per nuncios obsecrabat, ut
Imperialia signa ei benigne conferrentur.
Pontifex in sua persistabat sententia: Vice-
comites, quibus Imperator Mediolanido-
minium permittebat, in Ludovici oīm
excommunicabat. Imperator cum Phara-
niscor induratum conspiceret, Romam,
multis secum adscitis Italorum principiis
peruenit, ac honorifice ab universo popu-
lo est susceptus: imperialiaque insignia
pro more sibi concedi petiit. Romanorum
proceres ac totus populus, oratores ad Ios-
annem in Galliam mittebant, cumq; ob-
secrabant supplices, ut urbem suam inviso-
re vellet, ac regi Romanorum imperialia
insignia conferre. Quod si ipse hoc facere
renueret, se antiquam populi Romani
gem ac jura servaturos, asserebat.

Ioannes, oratoribus auditis, summa cum
ignominia, terroribus ac minis eos à se-
pulit. Quæ videns populus Romanus de-
crevit, optimo Ludovico concedere quod
petebat: & ita à senatorib⁹ Stephano & Ni-
colao, jussu totius cleri ac populi, cum con-
juge una coronatus fuit, omnib⁹ nobilib⁹
(qui altabant) acclamantib⁹, Ludovicum
Augustum Romanorum Imperatorem.

Quid quo^zso ha^{et}enus Ludovicus egit,
quod optimum ac magnanimum Impera-
torem non deceret? Attamen Joannes hoc
audiens, cum læsæ majestatis reum ac hære-
ticum incusabat, durissimos processus
contra illum publicabat, imperiali digni-
tate dejiciebat, regno privabat, excommu-
nicatione crudelissima, tanquam ecclesiæ
Rom. rebellem arq; hæresiarcham, con-
demnabat. Sed quidam erant his dieb. tam
theologi quam juristæ, qui docebant, Chri-
stum & Apostolos nihil habuisse proprii;
& Imperatorem non esse in temporalibus
Papæ subje^ctum. Ex horum numero fue-

Ludovicum in omnibus se gesisse, quem admodum strenuum & Christianum Imperatorem decet.

Sciendum tamen, pontificem nihil horum ex animo, sed arte, in Ludovici favorem fuisse. Nam cum videret, regem Galliarum, in cuius ditione ac regno morabatur, simul tate quadam secum agere: veritas est, ne, si Imperatorem hostem haberet, nullum ei supereret auxilium, si Galliarum rex in illum aliquid moliti voluisset. Hac igitur ex causa Benedictus è re sua esse arbitratus est, si Imperatorem sui benevolum redderet, sperans, ita futurum esse, ut nihil contra ipsum tenare auderet. Haec sunt artes quibus pontifices Rom. tyrannidem suam in Dei ecclesia soverunt ac fovent. Haec sunt arma, quibus inferorum portæ adversus pontifices non prevalent.

Idem alibi. Ludovicus Imperator ex Clemētis 6. infideli venenum bibit: ex quo mortuus est.

Idem. Clemens quintus (inquit) quoniam non alij servire ac ministrare, quem ad nodum Caristos Apostolis suis mandavit, sed, ut illi ab Imperatoribus ministeretur, optaret, decreto statuit, ut designati in Germania Cesares, quamvis Romanorum regis appellationem sortientur à summo tamen Pontifice Imperii jura ac nomen acciperent. A que ut mortuo Imperatore, per omne interregni tempus, Italicarum urbium, quæ Cesari stipendiariæ essent, arbitrium & potestas penes Romanum Pontificem esset.

Idem. Gregorius Nonus crudeliore adhuc animo in Imperatorem deservit. Eum namque accusare incepit, quoniam Hierosolymitanæ peregrinationis votum, quod sub honore voverat, perficere ac absolvere nollet: eumque hac ex causa non modo non auditum, sed neque illaratione convictum, anathemate ferit. Imperatorisque nuncios, honestas ac veras dominis sui excusationes afferentes, nunquam, ut ad suæ beatitudinis pedes accederent, permittere revoluit, nec in conspectu concilij audire. Quia unquam majorem tyrannidem vidit à

Pontificis odium nullis artibus unquam mitigari potuit. Sed Joannem Hierosolymitanum regem, accomites Thuscianæ imperatoris rebelles, multosque alios principes ad eum lassitudinem excitavit. Dumque imperator diem conventus Christianorum principibus quibusdam Ravennæ indixisset, principesque (ut ei parerent) illuc properarent, Pontificis justiter eorum intercepiebatur: ac milites cruce signati (huius iussu imperatoriis collecti fuerant) ad Hic-

venit, mox Acon explicuit, multaque propter Christi fidem multo cum sudore ac labore apud Soldanum egit.

Interim Papa, ob Imperatoris absentiam capta occasione, Apuliam tyrannidi sua (proditor) subegit: cruce signatos milites transfretare prohibuit, eoique ex Apulia ac Longobardia expulit, multaque alia portentosa ac indigna fecit. Scilicet dum bonum Imperator Christi oves, ne à lupis dispergerentur, ense defendit. Pontifex, qui eas pascere tenebatur, lacerabat ac devorabat. Imperator Hierosolymam, Nazareth, Joppen à Soldano recuperabat, & cum eo inducias decennales pactus fuit: atque de his omnibus pontificem per literas certiore fecit, inde ipsius congratulationem ac Christianorum publicum gaudium [ut parerat] expectans. At pontifex, contemptis & abjectis literis (magna Hierosolymæ cura) eos, qui literas attulerant, ne rei insignis veritatem narrarent, occidi mandavit, & Imperatorem diem suum obiisse, palam nunciavit.

Quis unquam futurus carnifex Antichristus, si Papa non sit? At quanam ex causa id fecit? ut Apuliam urbes aliquot, quæ Pontifici se subjecere noluerant, hac arte sanguinem posset. Atque ne reverteretur Imperator, ipseque pro sua libidine totam Apuliam sibi subjeceret, sed Idanum per literas rogabat, ne terram suam Cesari redderet: [vide nunc eorum erga Hierosolymam zelum] quemadmodum eum reddere intelligebat. At Imperator, omnibus cum Soldano, quæ cum fieri poterant, peractis, in Italiam revertebatur. Et ex Apulia pulso pontificis exercitu, divino ei favente auxilio, quæ sibi injuste ablata fuerunt, brevi recuperavit. Pontifex iterum Imperatorem anathemate percussit, & una cum Longobardis ac Thuscis contra ipsum conjurationem fecit eo, quod cum Soldano fidelis injisset.

Postremo, procurantibus principibus multis, ut pius Cesar cum superbissimo tyranno pontifice componeretur, absolutiōnem ipse centum in libra auri uncijis emic. Hinc conjiceret licet, quam carus rerum suarum mercator sic Pontifex factus: qui tamen fatetur, se nullis nummis Christo datis, claves solvendi ab illo accepisse. Maxime imperator in Germaniam parabat iter, ut quædam Henrici primogeniti sui errata corrigeret. A pontifice (ò inauditam perfidiam!) statim Germanie principibus per nuncios mandabat, ne quenquam ex Imperatoris domo in regem Romanorum decernant.

cunq; alio libuisset ordine repetebat.

Hæc ego vix auderem literis prodere, mendatijs suspicionem reverens, nisi & res adhuc recens esset (nondum enim annus est) & Nicolaum Lippomanum, Petri Alexandri filium, Joannem Malipetrum, Nicolai filium, patritios Venetos optimos & nobilissimos adolescentes, aliosq; præterea innumerabiles eius rei testes haberem, à quibus, si mentirer, vanitatem meam coargui nollem. Artem vero illam se Corsicus accepisse dicebat ab homine Gallo, quo puer demestico præceptore usus esset. Imperatore & Papa ut supra.

*Andreas Hondorpius in speculo
Historiali.*

Homo quidam devotus quotidie in honorem Beatae Mariæ, recitabat Ave Maria, &c. Is ipse homo quodam tempore in desperationem incidit, ut sibi ipsi linguam & labia deroderet. & sine dubio plura sibi membra demordisset, si ei concilium fuisset. Illi ipsi virgo Maria comparuit, & suæ as mamillas exeruit, & lac in infirmi os stimulit, ex quo ei labia & lingua succraverunt de integro, & ipse præstinæ sanitati & intellecui restitutus fuit. *Invocatio Ma-riæ* hinc probatur.

Idem Guido Bonatus insignis fuit Astronomus: & Astrologiam peritus & certus Magister, ut fugere ipsum nullius rei potuerit notitia, quod ex hoc liquere potest exemplo. Aliquando enim cùdam Comiti de monte Ferrato, eodem Guidonis nomine Gaudentis, prædicebat, quod, si ex oppidulo Forolivio hostes insidiose incesseret aut invaderet, potitus esset victoria, eodemq; subacturus: sed tamen & ipsum saucium fore vulnere accepto ex uno femore. Et in hujus rei certitudinem scipsum cum comite proditionum in aciem, & primam cum aliis conserturum hosti destram: secum sumtum etiam quædam, quibus ad sanandum vulnus [quod habebat nondum] uti vellet. Et factum hoc non male cecidit. Cum enim dimicaretur, vicit Comes & potitus est victoria: saucius tamen ex superiori illa parte, sicut prædictus Astronomus. *Catipofulgofius* libro 8. cap. II.

Idem. In codice admodum vetus verum hunc legi:

Versus amor mundi caput est, & bestia terra. Roma scilicet bestia illa est, quæ omnes exigit & perdit terras.

Idem. Sub Leone 10. anno 1517 Francis-
eus Picus in Concilio Lateranensi, gravi-

Idem. Bernburgi ante annos aliquot bonarum literatum fuit studiosus, qui ex abbatis cuiusdam promotione, Canonicatum in cathedrali Ecclesia Magdeburgensi deputus est. Hic cum otium & tranquillitas propter annuos suos reditus sibi polliceretur, & Babylonicæ meretricis signaculo gauderet, subito in extremas deducus est angustias. Nam cum aliquando equo vectus Magdeburgo egressus esset: ijs diabolici spætri dementatus est præstigiis, ut se corpore & anima à Sathanâ jam jam abreptum iri, putaret, quod & factum esset, adeoq; ut (quod ipsem confessus est) in angustijs illis defecisset, & in desperatione misere perijisset, nisi, ex Christi Salvatoris dicto consolatione arrepta, scipsum confortasset: *Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret, ut quisquis in eum credat, non pereat, sed habeat vitam æternam.* Quo dicto tanquam laco scuto tum temporis Sathanam à se abegit, sed reliquo foctore pessimo, qualis adustum est vestium.

Mæstus itaque & animo turbidus dominum revertitur, ubi cum mens affideret, fratrem lateri affixum habens, spectrum illud animo eius obversatur, & in tantum detinuo redigit angustias, ut flebilibus gemitibus testaretur, se Sathanæ & corpore & anima esse proprium. In qua desperatione festino cursu in pectus proximum le precipitat. Sed ex Divina gratia, unctionis in aquis pensilem apprehendens, se sustentavit, illensusq; inde extractus est. Ab eo tempore consolando hominem hunc turbidum, gravibusq; temptationibus oppressum admodum occupati fuerunt Ecclesiarum ciui loci ministri, animarum curam sibi demandatam habentes.

Sæpe enim numero accidit, ut, concioni sacræ cum interesset, tanti subito eum optimerent terrores, ut amentis instar in sacrum se proripiens, ex Concionatoribus aliquem accerseret, supplexq; ab eo, consolatione ex verbo Dei desumpta erigi se posset. Tanto ipsi Canonicatus iste constituit. Quoniam autem & lapsum & peccatum suum agnovit, & vere ob peccatum dolens, gratiam & consolationem anxie disquisivit: Misericors Deus, qui non vult mortem peccatoris, sed ut convertatur & vivat, gratia ex verbo suo eum participem reddidit, & ex mera sua Misericordia, in agris, in pteo, & aliis quibusvis temptationibus mirabiliter conservavit, omnibus periculis eripuit, ut malitiam jam plebeius esse civis, dummodo salvam habeat conscientiam, quam

mores Pontificiorum inhiant delitiis, & in fronte signati charactere bestie, fornicationis mercedem ad se pertrahunt, nec vel solo gemitu animarum & vitz jaeturam deplorant.

Idem. Thomas Blauerus, Regis Scotorum Confiliarius summus, autor persecutio- nis adversus Doctores Evangelicos suscep- te, cum horam mortis jam ingruere inteligeret, se damnatum & perditum esse, assidue clamavit. Cumq; Monachis lecto assisterent, eumq; consolari vellent: Apa- gite, inquit, cum vestris ineptiis. Nonquam enim adduci potui, ut crederem, Deum es- se vel Sathanam, infernum vel cœlum, & in pari precio tam vestram quam Evangelicorum doctrinam habui. Solam spectavi in meis consiliis pecuniam. Et ejus rei gratia Episcoporum causam egi, Regiq; author fui, ut vestros adversarios ejiceret. Idcirco nihil proderunt mihi vestrae vel Missæ vel Vigilæ. Sum enim damnatus, & Sathanas jam constrictum me tenet, ut in abyssum inferorum me abripiat, & in æternum illic secundum mea mera ita me affligat. In has desperatione miserè extinctus est.

Idem. Ferunt, in montanis Bohemia nō raro apparere Monachum, quem nominant Rubezal: & per sepe in thermis conspicuū iter per montana & sylvas facturis sese ad- jungere, eosq; bono animo esse jubere. Se enim ignaros itineris recto tramite per sylvam deducunt, quos simul ac in ne- more in avia deduxerit, ut, quod se vertant, prorsus nesciant, eum protinus in arborem subtilire, tantumq; cachinnum tollere, ut vastum inde nemus resonet. Monachus iste vel Rubezal est Sathanas ipse, qui, assumta monachi specie, indicat monachos Pontificium satellites, verè suos esse ministros, & larvas, quibus indui gaudeat, nec scel' ul- lum vel flagitium tantum esse, quod non per impios monachos, effetasq; veneficas, ut Sathanas organa, ex Dei permisso, perpe- trari queat, quod & notum illud distichon ostendit:

Non audet stygiius Pluto tentare, quod audens Effrenis monachus plenaq; fraudis annis.

p. 655. Articuli contra Cardinalem Mo-
ronum de Lutheranismo accusatum;
& in Carcerem conjectum.

Articulos infra scriptos partim hereti- cos, & partim scandalosos respectivè, vel de heresi suspectos, dat, facit, & exhibet procurator Fisci & Camere Apostolicæ, nomine officii sanctæ inquisitionis, tam conjunctim quam divisi, contra & adver- sus Illustrissimum & Reverendissimum do- minum Joannem Cardinalem Moronum,

locis, ubi erit opus tertium repetitione, & novum examen, ac desuper literas remisso- riales, juxta formam & stylum officii dictæ inquisitionis, ac in dictis literis remissori- alibus interrogatoria ab ipso Illustrissimo & reverendiss. includi, & ad partes mitti, ad superfluam tamen probationem non se astringit, de quo protestatur expresse.

Imprimis procurator, qui supra dicta repetit, & pro repetitis habete vult & in- tendit omnia & singula dicta, acta, gesta, facta, & sitata, confessiones, ex quib. quidē sic repetitis dicit constare, & quatenus noti constat, probare vult & intendit, qualiter dictus Illustriss. ac Reverendiss. Cardinalis immemor salutis suæ, & beneficiorum re- ceptorum à sancta Romana Ecclesiâ, à fide Catholica, quam ipsa docet, tenet & prædi- cat, in pluribus dictis & factis deviavit palam & publicè, & sic facit, & est verum.

2. Item tenuit & credidit, & se tenere & credere asseruit, articulum Justificationis esse retractandum, tam ante quam post de- terminationem Concilii Tridentini.

3. Item, quodcūdam prelato dixit: Co-
cilium Tridentinum, quoad articulum Ju-
stificationis esse retractandum, & tetra&a-
ri debere.

4. Item de & super eo, quodcum esset in
Concilio Tridentino, scripsit Vicario suo
Mutinensi, quod ficeret intimare populis
quod deberent tantummodo confidere in
sanguine Christi.

5. Item de & super eo, quod tenuit & tra-
didit, seu se tenere & credere ostendit, Sa-
cerdotem non absolvere posnitentem, cujus
audit peccata in confessione sacramentali,
sed tantum declarare absolutum.

6. Item de & super eo, quod scripsit lite-
ras ex Tridento prædicto Vicario, quod
deberet vocare ad se presbyteros omnes
audientia confessionis expositos, & ex par-
te sua Illustriss. ac Reverendiss. domino
diceret illis, quod adverterent punctum
absolutionis, quia Christus erat, qui absol-
vebat, de quibus literis validè lētati sunt
Lutherani Mutinenses.

7. Item quod tenuit & credidit, seu se te-
nere & credere ostendit, Pontifici non esse
parendum uti vicario Christi, sed tantum-
modo tanquam Principi temporali, & ipse
asseverando dixit, quod ipse non arbitra-
batur, se esse Episcopum Mutineensem, &
parebat Paulus Papæ, ut principi temporali.

8. Item quod tenuit & credidit, & se tene-
re & credere demonstravit, opera nostra,
quantumcunq; in gratiâ Dei facta, non
esse meritoria: quin imo quod ipse, pro-
pter quantumvis bonum opus (uti in ce-
lebrando Missam) mereri se infernum, af-
firmavit.

verum etiam à dicta civitate licentiauit.

10. Item quod tenuit & credidit, seu se tenere & credere demonstravit, sanctos non esse invocandos.

11. Item quod quendam predicatorem redarguit eō, quod prædicarat de meritis & invocatione Sanctorum, mandans illi quod deberet prædicare Christum & ejus Evangelium, & non tot merita, neque tot sanctos.

12. Item de & super eo, quod reprehendit quosdam fratres religiosos de eo, quod ita pleno ore cantarent illa verba: *Eia ergo advocata nostra*, in Antiphonā Salve regina posita.

13. Item de & super eo, quod cum colloquio haberet, cum quodam religioso docto de adoratione S. Crucis, nonnulla heretica dicit circa hujusmodi adoracionem.

14. Item de & super eo, quod admonitus, non nullos scandalum suscepisse eo, quod minus reverenter se habuisset in visitando reliquias cuiusdam sancti, ipse redarguit ipsos religiosos, dicendo, quod admirabatur de illis pro tantā reverentiā, quā praestabant ergo hujusmodi reliquias:

15. Item quod super illis verbis, Non levabit gens contra gentem gladium: annotavit hujusmodi verba, scilicet contra Christianos non esse bellandum, ex quibus habitus est suspectus de hujusmodi errore.

p. 656. 16. Item quod cuidam Concionatori, quem noverat Lutheranum, dixit: quod deberet prædicare de Iustificatione, invocatione sanctorum, prædestinatione, & aliis hujusmodi articulis, ad mentem Lutheri, excepto articulo sanctissimae Eucharistie.

17. Item de & super eo, quod libros & scripta hereticorum tenuit, legit, aliisque legendos, seu legenda exhibuit.

18. Item quod libellum intitulatum, *Beneficium Christi*, distribuendum curavit: & Bibliopolie heretico, seu de heresi suspecto mandavit, ut hujusmodi libellos venderet, quam pluribus posset, & iis, qui non haberent, dono traderet, quia ipse pecuniā illorum solveret.

19. Item, quod ipse hereticos, seu de heresi suspectos in domo suā tenuit, & quam plures alios domesticos habuit, & præcipue quosdam prælatos: & pecuniam, inter hereticos seu de heresi suspectos pauperes distribuendam, pluries ei elargitus.

20. Item Hæreticis seu de heresi suspectis favit, & præcipue Bononiæ, quib⁹ pollicitus est, quod, si mitteretur ex urbe aliqua provisio contra eos, quod caperentur, &c. illos præmoneret, &c. afferendo, ipsos hereticos non esse perfugium.

stulavit eo, quod aliquis ipsos fuerit persecutus. Imperat. Carolo s. Papa Julio 3.

Psalterium Mariae.

Notum est Psalterium Mariæ anno Domini 1554. Venetiis impressum, in quo omnes Psalmi Davidici, non sine horrenda blasphemia, Mariæ adaptantur sic, ut pro nomine Jēhovz, Elohim, Domini, Christi, nomen Mariæ ubiq; sit substitutum.

Signa.

Friberti Misniæ in medio die visa est imago Domini nostri Jesu Christi, sedens super iridem, insigniter suis coloribus nativis depictam, ut Fincelius in suis post renatum Evangelium miraculis memorat prodidit. Fincel. ut sup.

Jacobus Ratz de Cland. Matrim.

Parochus quidam dicebat: Hac somina coram Lutheranis est uxor mea, cui clavis promisi matrimonium: sed coram aliis dominis meis est mea ancilla, mea concubina, & mea meretrix. Imper. Car. s. Papa Julio 3.

Contradictio Boloverus.

Hoc anno, & sequentibus, varijs prodigia, monstra & portenta cælo terræ; visa sunt multis in locis, quæ Boloverus hic edito libro enumerat, & suam interpretationem addit. Ut sup.

Ludovicus Masurius.

Extant hujus libri, & inter alia Babyloniae & Babylonicae Tyrannidis eventus. Usp.

Conciliatio Papæ & Lutheri.

In colloquio Wormatiensi anno 1557. hos quidam composuit versus, innuersi, impossibile esse, Pontificem Romanum & Lutherum conciliari.

Ja wenn der Teuffel morgen stirbt
Und ein Wolf zum Schaf und Lamb wird:
So würd der Pabst und Luther eins/
Der bender gschicht gewißlich keins.
Noch wil man viel davon trachten,
Das ist Geld/ Mühe und Zeit verlieren.
Gleiche Christus Worte mit Ehren bestohnt
So muß der Pabst zu drümmern gohn/
Kein Mittel ist zu finden hie.
Was thun wir denn mit unser Mühe?

Jacobus Ruff.

Scripsit de quibusdam ostentis, & significatione eorumdem. Imperatore Carolo s. Papa Julio 3.

Horrendum.

Duodecimo Julii Nebræ in Thuringia hoc stupendum factum accidit, quod Fincelius nobis describit. Conjunx tutoris cu-

enitu atq; contentione, cum fœtus dimis.
dio corpore exi sset alvo maternā, ingens
fragor seu sonitus terribilis, qualis est bō.
bardæ, auditus est in alvo parturientis, &
flamme ignis maximi cum infante erupe.
runt, eiq; is in natibus bullas amplas inus.
fit. Obstetrici Catharinae Hegenwaldis ge.
nas adussit, flammæque in toto vaporario
dissipata fuerunt, sulphureo odore implé.
tes totam domum. Ut sup;

Andradius.

Pro stabilitate traditionum hic sic in.
quit: si libros sacros ex traditione Eccle.
sia recipimus, cur non eodem modo etiam
omnes reliquias traditiones reciperemus?
Et Lyranus Deut. 17. citat glossam hebraï.
cam, ubi ait, omni modo recipiendum esse,
quicquid hoc modo proponatur, etiam si
dextrum dixerit esse sinistrum. Imp. & Pa.
pau t. sup.

Laurentius Agricola.

Laurentius Agricola contra Mendicanos
& universum monachorum gregem ita
cecinit:

*Qui volet immundus in mundo cognoscere
mundum,
Exploret rasos vestales atque cuculos.
Eius tres immensis ambigunt clamoribus ho.
ras:
Quod superest, ventri tempus id omne datur.
Quaris tu, quid agant? stertunt potantq; ca.
nuntq;:
Ventrus in his munus vertitur omne tribus.
Imp. Carolo 5. Papa 230. Paulo 4.*

Ioannes Fetus Franciscanus.

Fuit hic Metropolitanus Moguntinæ Ecclæ
Concionator. Alicubi, illud ingenuè
fateor, ait, si successores Petri e modo po.
testate sua fuissent usi, quo Petrus, nemo
Christianus eam potestate impugnasset:
quia autem pleriq; hac potestate abusi sunt
quemadmodum nemo est, qui nesciat: hæc
causa est & seminarium hujus tumultus: ne
que spes est, hunc tumultum cœsiatur, nisi
tollatur causa. Imp. Car. 5. Papa Paulo 4.

Ejusdem in Sermone 5. Evangelii Domini.
nicalis, quod Dominicæ 11. post Pentecos.
ten, ex Evangelistâ Luc. cap. 18. Ecclesia
prælegitur, hæc verba sequentia pag. 281. a.
teperiuntur:

*Quis porro etiam non videt insatiabile
avariciam E. ecclesiasticorum, Sacerdotum,
Monachorum, & Episcoporum? Eos in.
tellige: qui aut Ecclesiastica munia quæ.
runt & ad se trahunt, nec tamen ob aliam
causam, quam ob temporalem utilitatem
& lucrum: aut vero, quia ea, quorum dispé.
nentes: ad misericordia confituntur, sa.*

dispensant: immò vendunt, quod gratis dare
decebant: quæ sua sunt, querunt ex iis, quæ
ipsorum non sunt: quin etiam in spirituali.
bus & celestibus rebus nihil aliud, quam
temporalia & terrena aucupantur.

Imò apud tales omnia venalia sunt, non P. 658.
solum Oves & Boves, id est, parva & magna
officia & præbendæ, ut vocant: sed etiam
Columbæ, hoc est, dona Spiritus sancti &
bona spiritualia, quæ gratis dispensare de.
bebant, quemadmodum etiam gratis acce.
perunt. Adeoq; inter tales inveniuntur, qui
spiritualibus penitus omissis, ad trapezas
& mensas suas tantum sedent, avaritiae suæ
studentes, & temporalibus duntaxat occu.
pati sunt: ad hæc omnia, mensas suas ita
fixe posuerunt, mundanaque potentia ita
firmârunt, ut eos expellere nemo facilè
possit: quamquam nihil tam forte est, quod
Deus non queat evertere.

In summâ, quicquid olim Prophetæ de
Iudeis ob avaritiam eorum cōquesti sunt:
id etiam in nobis invenitur: ut cum Scriptura
dicit 3. Reg. 13. Quieunque implebat
manum suam, id est, quisquis plena manu
veniebat, hebat Sacerdos excelsorum. Et
quod Malachias ait cap. 1. Quis est ex vo.
bis, qui laudet justa, & incendat altare me.
um gratuito? Hi illi sunt, qui ex Domo
Dei domum Negotiationis faciunt.

Paulo post hæc idem Ferus ait: Omnes
ejusmodi negotiatori, prædones & latro.
nes faciunt, se è domo Dei ejici, & non ma.
teriali templo solùm, sed & spirituali cor.
pore Christi, & communione sanctorum.

Hucusq; ipsa verba Feri, Concionatoriis
Moguntini. Huic etiam vide super cap. 16.
Matth. ubi interpretatur illa verba: Tibi
dabo claves, &c. sed longè alio effigie, quâ
facit hodierna Roma: ut & Occam doceat
in dialogis.

Idem. Nihil tibi coram Deo profuerit,
qnod in loco sancto habitas, nisi ipse quo.
ques sancti sis. Immò condemnatio tua hoc
gravior erit & certior, si in loco sancto fla.
gitiosè vivas, quemadmodum in Isaia id
prædictum est. Nec proderit tibi, quod re.
bus te sanctis occupas, si non ita facis, ut
oportet.

Idem. Principiò vero, & mihi quædam
cum in sacerdotibus tum etiam laicis di.
splicere, & non approbari omnia, testor:
quin & abusus nonnullos irrepsisse, qui re.
& ius jam dudum vel emendati vel ablati
ellent. Video, culrum honoresq;, quos huic
Sacramento nō sine fastu exhibemus, nihil
ferè quam externum ritum quendam ac pō.
pam esse: & hoc sibi quisq;, placet magis,
quasi satis abunde hoc Sacramentum vene.
rat, quo superiore ac procaciore fastu

rescam gravia scandala Deum in ecclesia
permittere, quod tot nominibus hoc Sa-
cramento abutimur: nempe justo Dei ju-
dicio, mensa nostra nobis sit deserta, & in
retributionem & scandalum: completur.
que in nobis, quod olim in Samuele scriptum
est: Repleti prius pro panibus se locave-
runt, & famelici saturati sunt: esurientes
implevit bonis, & divites dimisit inanes.
Non enim, dum verus Sacramenti hujus
usus observatus est, Diabolo errorum ma-
chinis illud impugnare permisum fuit.

Idem Dom. i. post Pasch. Serm. 4. Illi
(Christo) hoc transcribendum est, non
nostris meritis.

Et Dom. Cantate. Serm. 3. per solam fi-
dem, nullo merito nostro nos salvare, dicit.

Dom. Misericordia Serm. 1. Fides aufer-
retibi peccata tua, & liberabit te à morte
& inferno.

Dom. Misericordia Serm. 4. de hodiernis pasto-
ribus, eos esse veros lupos, & alia durissima
sed verissima in illos dicit: ut ibi.

Dom. Vocem Jucund. Serm. 6. Non me-
ritorum nostrorum gratiam nos diligit.

Dom. 13. post Pentecost. Serm. 1. Ne jacet
bona opera: ne dicas, gloriabimur, hac &
hac opera bona fieri: sed simpliciter im-
ploca misericordiam Dei:

1555. Marcus Fritschius in Meteoris:

Budæ Pannoniæ urbe, duo aleatores ita
convenerant, ut alter in Dei nomine, alter
in nomine diaboli luderet. Qui Deum ne-
quitia faciebat, pecunias omnes,
ipsas quoque vestes amisit: intemperita nocte
desperabundus domum rediens, per co-
mitem iter fecit. Ibi Salvatoris crucifixi
imaginem conspicatus, ira & furore plenus,
saxum arreptum violenter fronti illisit.
Miraculose igitur saxum in vulnera hasit,
& copiosus sanguis profluxit.

Cœmitorio vicinus habitabat lanarius se-
nex, podagricus, is per quietem vocem in-
certam audit, surgeret, & cultro proximum
quemvis sibi obviam factum confoderet.

p. 659. Quem vocem cum tertio & multis cum mi-
nis instantem, audivisset, parere debeat.
Itaque cum prius ne movere quidem sese le-
& eo posset impigrare surgens, lanario cultro
arrepto, in cœmiterium descendens, alca-
torem infelicem furibundum sibi obviam
factum cultro confixit. Hoc patrato faci-
nore, Judicis ædes accedens, aditum & col-
loquium postulat. Iudex non credere, sed
phantasma Dæmonis arbitrari. Tandem ad-
missus, somnium & cædem indicat.

Cum jam illuxisset, ad cœmiterium con-
veniunt cadaver circumstant. Interim Dr.

pa ut imp.

Idem. Crebra prodigia superstitionis atque scrupulosius etiam, quam Christiano convenit, anno 1104, notata atque observata, terruere mentes hominum. Cœlum ardenter frequenter visum. Sol atque Luna crebro præter solitum defecere. Complures stellæ de cœlo in terram cadere visa. Faces ardentes, jacula ignita, ignis volans, sapientia aera ferri conspecta sunt. Nova altra visa. Papilionum castra, ignei vermiculi atque ignoti per cœlum volarunt, qui solis lumen in nubium morem abstulerunt. Fulmine, grandine, ventis, turbine, templæ, ædes, casæ, homines, pecora, agri affliti, legumina, poma, fruges attritæ. Ignes cœlestes multi, fariam orci. Ignæ acies, turma equorum, peditum cohortes, civitates, enses, gladii, arma cruenta in cœlo visa, invicem combati-
xere.

Sanguinis rivos extitisse ferunt. Solisque
flammas, cum panis clibanus esset impensis,
ut coqueretur, cum fortè panem quidam
frangeret, manantis guttas sanguinis invenit: & Spiræ sanguinem ex panibus fluxisse, Abbas attestatur. Signum immortale in
bito vestimentis hominum adhaerit. Femina biennio uterum ferens, mare loquen-
tem enixa est. Monstroso partus edit, pa-
cudes, homines bicipites nati. Domestica
aves, pavones, gallinae, anseres, ex vicis pu-
gis, urbibus, ædibus in sylvas migrarunt,
ibi habitantes efferrati sunt. Lupum iriginta
homines esita sunt, in annales relatum est.

Hæc omnia prodigia tempore Hemis
quarti Imperatoris Augusti evenerunt. Pe-
riique omnes boni, aperti, justi, ingenui,
simplices, tunc imperium Antichristi ap-
pisse, memoria literarum prodidere. Ob-
bis terrarum tum à cardine bellorum pro-
cellis jaclatus est. Genus humanum undi-
que turbine armorum involutum est. Ori-
entales atque Occidentales inter se armis
concurrent. Mortales cuncti mutuis se
vulneribus afflixerunt.

Idem. Duodecimo Aprilis die anno 1547
Sol per tres dies, ut globus igneus, post me-
ridiem in cœlo comparuit a deo, quod stel-
le etiam conspicerentur: post hosce dies
grave prælium inter Imperatorem Carolu-
m, & Electorem Joannem ducem Saxoniz in
Misniâ extitit, intra Mylbergum & Wit-
tebergam, ubi multum sanguinis effusum
est, ipse vero Joannes Fridericus Elector
venit in captivitatem Cæsariz.

Idem. Dum Comitia Imperialis Angu-
stæ Vindelicorum à serenissimâ Romano-
rum Regiâ Majestate Ferdinando cele-

teribus vero alteros: per omnia alioquin
in membris quidem singulis vero vitulo
persimilis, qui insuper, quam primum in lucē
editus est, animum acutum exhaluit.

Contigit hic prodigiosus partus die vi-
cesimo primo Maii mensis: quo quidem
die (ut satis equidem luculentē scribit Jo-
sephus de bello Judaico, libro septimo, ca-
pite duodecimo) visio quādam mirabilis
apparuit Hierosolyma, antequām urbs
olim sanctissima, cum universa terra Israē-
litica, ob scelera populi sui, crudelem in
modum excinderetur; fidem humanam ex-
cedens, quam fabulam fortassis esset quis
habiturus, nisi gravissimus author oculares
potius telles, quam auritos in locupletissi-
mum testimonium adduceret. Ante Solis
enim occasum vii sunt per inane ferri cur-
rus & armatae acies, tranantes nubila civi-
tati circumfusa.

Hanc visionem cū reliquis ostentis,
qua tunc temporis per totum integrum
annum Hierosolymitanis Deus cœlitus de-
claravit, clades dignæ prælagii securæ
sunt, donec patriæ excidio, suaq; pernicie
Hierosolymitanorum iniquitatis confecta
est. Jam dudum autem prædixerat Judais
ipse Salvator noster, Dominus Iesus Chris-
tus, hanc calamitatem exorituram, nempe
quod lapis non maneret super lapide, sed
potius omnia interirent: eo, quod tempus
visitationis suæ non agnivissent: quod qui-
dem lucuissimum in terra Israelitica ex-
cidium factum legimus anno post Christū
incarnatum 72, quando Titus Romanorum
Imperator expugnatam Hierosolymam
devastavit, & multa millia Judæorum mi-
seritatem interfecit; plurimos etiam captivos
abduxit, qui gladium, pestem, & famem,
gravissimas humani generis pœnas, com-
primis singulari Dei providentia evaserat.

Idem: Anno 1530. die Octob 8 ingens, &
nulla antea memoriam hominum tanta vīla
exundatio facta est Romæ, eaq; circa 24.
horas perduravit, atq; hac ipsa exundatio-
ne in Floræ campo ad longissime hastæ al-
titudinem flante, multa ædificia, muri, do-
mus, bona dñiq; corrumpabantur. Chart.

Idem. Eodem anno Cometes in Germa-
niā, Italia & Galliā visus est circiter sextum
diem Augusti, & primū aliquot dies ma-
nē ante ortum solis apparuit, inde sequitur
est solem, & sub vespere post occasum So-
lis circiter tres septimanæ visus est, usque
ad tertium diem Septembri. Cursus ejus
fuit per cancerum, leonem, virginem, & li-
bram, ubi desit videri, neque apparuit amplius postea. Non multò post in Octob. ex-
orum apud Helvetios bellum ab Sardini-

via in synodo Provinciali habito.

Mos inoleuis credunt ferendæ crucis
Episcopis: ut ne sibi, sed Christo eum ho-
norem haberet, putarent: utq; meminissent
cujus essent vicarii.

Et paulò post ait: Dignitatem sacerdo-
tum qui tueri? num longa latellū agmi-
na, equitum turmæ auro fulgentes? num
tympana? num pretiosæ vestes? num pon-
tificiales mensæ? num genetis claritas? num
constitutions de non recipiendis ple-
bejis ad primarias ecclesiæ? num intole-
rabilis ille fastus, qui ad sacrificium Christi
(proh pudor!) irrepsit? num profula lat-
titio? num gratiæ principum? num spes
beneficii? An verò pecunia inustæ quæsi-
ta? an terror, cancer, verbera, regus, ac o-
mnis supplicii metus? Nihil horum sane.
Alioquin multò amplior esset nostri tem-
poris dignitas sacerdotum; quam olim.
Longe enim hæc in nobis exuberat, quæ
in illis nulla fuerunt: potius labefactant,
non benevolentiam conciliant;

Prisci sacerdotes pii, sancti, puti, Dei &
proximi amantes, & in omnes beneficij
erant: non indocti aut dissoluti juvenes
atque pueri, aut pueris non minus incep-
tenses: à profanis negotiis ad sacerdotium
aspirabant: non precibus, precio, vi atque
potentiâ irrumpebant; non malis artibus,
non propinquorum studio intrudebantur;
sed viri graves, docti, & vita integri e sa-
cerdotium collegio, approbante populo,
rite cooptabantur, & è latebris, & ex mo-
nasteriis ac cœnobis, quemcum scholæ erat
pietatis & religionis, inviti ad sacerdotium
protrahabantur. Cernebant illi, onus
esse sacerdotium. Non ad ocium, commo-
dum, aut fastum id amiebant: sed obtrus-
sum proper DEUM volentem atq; juben-
tem, metuque pœnæ talenti abiconsi, non
obstinatè recusabant.

Itaque populus eos non foras aut latro-
nes, neq; servituros suis cupiditatibus: sed
pastores, & ad gloriam Dei ac populi salu-
tem actiones suas relatuos, existimabat:
docebant, monebant, lectitabant, preca-
bantur: somnus, cibus, potus ad necessita-
tem sumebatur: à mulierum confortio &
consuetudine omnino se submovebant: in
conspectum principum non veniebant, nisi
ut à perniciofis ad salutares conatus eos
adhortarentur, aut pro oppressis interce-
derent: inde adhibiti sunt sacerdotes con-
siliis & judiciis principum, ne quid contra
Christianam professionem decerneretur:
& ut foris innocenter, sic domi inculpatè
vivebant: non scurris, palponibus, leno-
nibus, voluptatum architectis, helnonibus,
scandalibus adulteriis militibus aut bar-

reliqui, seipsoſ pro captiviſ ſervituti manciparunt. Hinc non ita, ut noſtro tempo- re, ſacerdotia venabantur profani: ſed o- mnes omnia ipliſ aggerebant, ut ab ipliſ inter pauperes diſtribuerentur. Si c ſucces- ſive ſacerdotibus poſſeſſiones regionesq; attribui cooperunt, ut eſſet perpetuo, non unde voluntatiſ diſfluente, aut ſcorta & paraſitos alerent, aut vero propinquos diſtarent: ſed unde miniſtri ecclieſ alerentur, templa & alia conſervarentur, captivi redimerentur, juventus educaretur, ſcholaſ conſtituerentur. Deniq; omnia ad ſalutem hominum referebant, laudis humanae ne- gligenteſ, & commođorum ſuorum pro- fuſus oblii, majori cum fiduciā & libertate orationis principes peccanteſ & monar- chas, nedum privatos, aperte arguebant, & excommunicabant, omnia vilia atq; nihil praे Christo duenteſ,

Hinc terrori erant tyranniſ & carnifici- buſ ſuis. At ne tunc quidem deerant ſacer- dotes, qui dedecori eſſent toti ordini: ſed mihiſ multi, atq; nunc. Non illi gloria- ban- tur in malitia ſuā, neq; in p̄z copitata faci- nora pervicaciter ſe p̄cipitabant: ſed humana fragilitate labebantur, Deo per- mittente, ut condole noſſent iis, qui in- ſicitia & errore peccabant. Agebantur cre- bri conuentus, ſive synodi: ubi perquisita diligenter vitia ſacerdotum, iuſta animad- verſione coercebantur: mores in deterius labenteſ corrigebantur: erroreſ in fide, & hæreſeſ naſcenteſ etiam dum conſutabam- tur, & radicitus extirpabantur, ritus atque ceremoニア ſacroruſ instituebantur: inter diſidenteſ ac litiganteſ pax & concordia componebatur.

Quid igitur mirum, ſi nunc tam contem- tum ac propemodum abominale vulgo eſt ſacerdotium, quando omnia haec, que priſcoſ illoſ veſeradnoſ & admirabileſ ſa- ciebant, in nobis deſiderantur? Nemo effig- cium ſuum facit, & ne nōrunt quidem ple- rique. Omnes, cultu divino, & hominum nobis commendatoruſ ſalute neglecta, bonis pauperum, & patrimonio Christi fla- gitioſe & indigne abutimur, & in vicarioſ mu- nera noſtra rejicimus: atq; utinam in iūſtamen deleſum aliquem probitatis at- que doctrina habere-mus: utinamq; ii non aliоſ porrò pro ſe vicarioſ ſubjicerent. Et quod pejuſ eſt, eō ventuſ eſt, ut noſ ſacer- dotes eſſe, haberiq; diciq; pudeat. In omne ſcelerum & flagitioum genoſ, pudore omni- metuq; profligato, projeſti ſumus: & pec- cata noſtra quemadmodum Sodoma pra- dicamus.

tuum per Malachi: propter quod & ego dedi voſ contemtibileſ & humileſ omnib; populis. Mittam in voſ egeſtatem, & male- dicam benedictionib; veſtris. Et per Oze- am, Gloriam, inquit, veſtram in gnomini- am commutabo. Magis certe mirandum eſt, religionem Christianam non procula- ri vulgo & explodi: cum tantum abſint ſacerdoṭes, primores etiam, ut poſſint ru- des erudire, aut erranteſ in viam reducere: ut vix noverint nonnulli, quare dicantur Christiani, quamq; vim habeat, & in quo poſita Christiana ſit religio.

Quocircam mirandum non eſt, tam infir- mo ac debili capite, ægrotare & labare membra. cetera. ſacerdoṭes que Iua ſunt quærunt, non que Jesu Christi: paſtores ſe- metiſpoſ pafcent, non gregem Dic: non ſanant, non colligunt, non reducunt, ſana- da, colliganda, reducenda: puden- dicendum eſt tamen: longè à profaniſ homi- nib; hoc ſeculo ſacerdoṭes ſacrifū littera- rū ſtudio & cognitione ſuperatut. Fortune libamus, cum fruſus & emolumenata ſacer- doṭii, nō ſacerdotium iplum conſecta- mur: credat quisq; quod vult, dummodo com- moda noſtra nobis ſalva ſint: ſi non verbiſ, reiſa certe palam loquimur. Itaq; ſacer- doṭiorum nomine antiquato, beneficia vulgo appellamus: quaſi que non, ut ali- quo munere fugamur, ſed ut bene ſit nobis, dentur.

E. Unde impiz & horrende illæ voceſ na- taſ ſunt, cum patronoruſ, in beneficii loco ſacerdotia clientibuſ data exprobrantiſ: tuum clientum, mercedis nomine eare, & antiuſ vel efflagitantium: nocte dieque decimas censuſ, fruſusq; beneficioum vel in abaco vel in digitis computamuſ: di- vi- naſ ſcripturaſ vero procul à cubiculis, me- ſis, & omni conveſtatione telegavimus, & ceteri. Imp. Carolo ſ. Pp. Marcellio 2.

Idem lib. 7. de geſt. Polonor. Romani et iam pontifices aliquoſ, ſed non, niſi medi- ante pecuniā (que omnia in curia Roma- na poſteſt) à ſuo voto abſolviffe leguntur. Oratoribuſ Polonicis Caſimiruſ Cluniacē- ſis diaconuſ, qui regio ſanguine apud Po- lonos ortuſ, & regno ejecitus, monachum agebat, cum ad avitum revocaretur re- gnūm, responderet: Alieni jam ſe juris fa- cium eſſe, datam ſemel Deo atq; iis, quoruſ ſe poſteſtati ultrò ſubjeciſſet, fidem fallere non poſſe. Mæſti hoc reſponſo legati, ac do- ſpe propemodum dejecti, omnia tamen tentanda eſſe, existimant. Abbatem mona- ſterii adeunt, eadem orant, muñeribus ejuſ

accedo 9. vel (ut am volunt) a Clemente 2. impetrant, ut Casimirus monachus & diaconus, professionis & Sacramenti testimoniis solitus, ad regnum majorum suorum redeat, uxorem ducat, & liberos procreet. Pro hoc autem Polonis est injunctum primum, ut de singulis capitibus, exceptis nobilibus, sive equitiibus, & qui sacris indicii sunt, quotannis obolus unus in lucernam, perpetuo in æde D. Petri Romæ arsuram pendatur: qui etiamnum S. Petri numerus dicitur. Deinde injunctum est, ut omnes Poloni rotunda in morem monachorum, tonsura capillorum utantur, nec infra auriculas ritu barbarico quisquam omnino comam promittat. Item, ut festis solemnibus, dum sacra paraguntur, singuli equites fasciam lineam candidam in modum stolæ, qua in sacris utuntur sacerdotes atq; diaconi, à collo suspensam ferant.

Suscipiunt non gravatim præcepta, leges & conditiones Pontificis, legati, & Poloni omniem adhæc servanda obstringunt. Nota autem hic, quid hoc facto Pontifex quæsierit: videlicet imperium mundi, deinde pecunias.

Idem lib. 10. Paulus Cracoviensis episcopus venationi sic deditus erat: ut venatorum, quod feram imprudens à cassibus repulerat, venabulo transfererit.

Idem lib. 13. Anno Christi 1582. Zavissa episcopus Cracoviensis, in praedio suo Dobrovoda, seu repentino morbo, seu de scala lapsus, cum aceruum forte ad constuprandonam rusticam puellam ascenderet, extensus est. Cujus funus cum pompa militari à Dobeslao patre, & Creslao fratre, castello Sendomiriensi elatum esset, sepulti sunt in basilica Cracoviensi, ubi sepultus est, exauditos esse, strepitus & hinnitus eorum discursantim, dæmonumque voces vociferantium: Proficiscatur Meretricia.

Idem in sermonibus Synodicis. Neque enim unquam deerant in Ecclesia superbi & arrogantes homines, quamvis sancti in speciem nonnunquam, qui rem publicam Christianam perturbarent, & sancti Spiritus nomine in suis somniis & impiis nugis impudenter abuterentur.

Idem lib. 26. Georgius Podiebradius rex Bohemorum anno 1466. judicio Romæ instaurato, hereticos & perfidos damnatus, omni regio, ducali & marchionali honore, non in prælens modo, sed etiam in futurum tempus una cum liberis suis à pontifice privabatur: & subditis eius indulgebatur, ut ei parere necesse non haberent. Aliis autem Matthiam Vngarorum regem, aliis Uladislauum Casimiri Polonorum regis filium in regem habere cupientibus, Georgi-

In Marchia non procul a Regio monte monströsus equus natus est, undique sacrata cuta, ea ligis dependentibus, & thoro race scissis inducitur. Hunc describit Iobus Fincelius de miraculis post renatum Evansum. V. 3.

Martinus Chemnicius in Examine 1551

Concilii Tridentini.

Durandus diserte hoc fatetur hisce verbis: De indulgentiis paucadici possunt per certitudinem, quia nec Scriptura expresse de eis loquitur, sancti etiam Patres, Ambrosius, Hilarius, Hieronymus, Augustinus minime loquuntur de indulgentiis. Antonius etiam hoc fatetur illis verbis: De indulgentiis nihil expresse habemus ex sacra Scriptura: nec etiam ex dictis antiquorum Doctorum, sed modernorum. Addunt quidam, quod vulgo dicatur, Gregorium circa annum Domini 600, in Romanis stationibus dedisse septennes indulgentias. Sed audi, quid magister Angelaris ad VVesselum scribat, circa annum Domini 1470. Verum est, inquit, de indulgentiis nihil expresse ex sacra scriptura haberi, nihil de his veteres scripsisse Doctores, quamquam Gregorius dicatur (quod tamen nonquam legi) septennes Romanis in stationibus indulgentias collocasse.

Audis? ipso Pontificis fateri; illud, quod dicatur de Gregorii indulgentiis, nusquam legi. Nam nec ex Gregorii scriptis, nec ex ulla historiis ostendi hoc potest: sed fabulæ vel, sicut Terentius loquitur, λόγοι sunt. Et post patrum etiam tempora, si ordine recenseantur Scriptores Ecclesiastici, in nullo deprehenduntur vestigia vel doctrinæ, vel praxeos de indulgentiis, nec apud posteriores quidem, qui annū Domini 1200. scripsierunt, ut sunt: Rupertus Tuitiensis, Anshelmus, Bernhardus: immo nec apud Magistrum Sententiarum, nec in Decreto Gratiani quicquam haberi de Pontificiis indulgentiis. Hæc manifestissima sunt.

Et Roffensis hoc non dissimulat. Inquit enim: Multos fortasse movet, indulgentiis istis non usq; adeo fidere, quod earum ulcus in Ecclesia videatur fuisse recentior, & admodum sero repertus apud Christianos. Et postea respondet: in primitiva Ecclesia non tam necessariam fuisse sive purgatorii, sive indulgentiarum fidem, atq; nunc sit. Item inquit: Quam diu nulla fuerat de purgatorio cura, nemo quæsivit indulgentias: nam ex illo penderet omnis indulgentiarum existimatio. Si tollas purgatorium, quorum indulgentiis opus eris? Cum quoq; purgatorium tam sero cognitum ac recentrum Ecclesiæ fuerit universa-

tri cruciatus aliquandiu trepidatam fuerat. Hac Roffensis, Imp. Carolo 5. Pp. Marcelllo 2.

Idem. Populus in Bohemia, cognitis indulgentiarum imposturis, nundinaciones istas amplius ferre non voluit: sed quæstores indulgentias publicaturos in carcerem conjectit, sicut Conradus VVimpina in ii. articulo contra Hieronymum Pragensem indicat, ubi & hanc recitat historiam: Quod Pragæ anno 1411, cum post octavas Pentecostes quæstor quidam indulgentiarum literas invulgare vellet; & jam pro concione venias suas impudenter & buccinaret: populus armatus concurrerit, & Quæstorem istum captum currui impo-suerit, adjunctis ipsi in curru publicis quibusdam meretricibus, ex quarum mammis Papales indulgentiarum Bullas suspende-rit; atq; ita quæstorem indulgentiarum cum Bullis Pontificis, de meretricum collo pendentibus, per totam urbem Pragensem vicatim circumduixerit, & ostentui ha-buerit, ac tandem Bullas istas indulgentias, rum publice & solenniter crepitantibus flammis concremarit.

Idem. Ex sexta Iconolatrica Synodo ob-servandum, quod aliquoties ipsi, qui inter-fuerunt, fatentur: Sacracenos (quorum Religio, ut nunc Turcarum, sine simula-chris fuit) alienores à Christianorum Religione factos, propter cultum & adorati-onem imaginum. Et actione 4. fatentur, Iudeos abterritos, ne fidem Christi amplecterentur, quia videbant, Christianos, contra legem Exod. 20. imagines adorare & colere. Quod enim Synodus prætendit, regem Dei tantum prohibere, ne vel falso-um Deorum, vel eorum, quæ nihil sunt, simulachra adorentur: manifeste contra texrum legis pugnat, quæ diserte dicit, ne vel similitudines eorum, quæ sunt, sive in terra, sive sub terra, adorentur & colan-tur.

Idem. Adscribam ex Bernhardini Ro-sario imquæntissimam fabulam de plena-ria indulgentia in Ecclesia sanctæ Mariz de Angelis apud Assisium. Cum, inquit, Franciscus apud illum locum in cella sua oraret, apparuit ei angelus dicens, ut iret ad Ecclesiam, quoniam CHRISTVS & be-ata virgo cum Angelis expectarent eum:

p. 663. Christus autem dixit: Franciscus, postula quid circa salutem animarum, quia datus es in lucem gentium. Franciscus dixit: Sup-plico, ut dignetis facere hanc gratiam ge-neri humano, concedere scilicet omnibus & singulis venientibus ad locum istum, & in Ecclesiam illam introeuntibus, veni-

adjuvare dignetur. Christus vero respon-dit, dicens: satis grande est, quod petisti, sed majoribus dignus es, frater Franciscus. Admitto igitur supplicationem tuam: sed volo, ut vadas ad meum vicarium, cui dedi potestatem ligandi & solvendi in coelo & in terra, & petas ab eo ex parte mea dictam indulgentiam.

Franciscus mane se contulit ad Papam Honорium, & pergit; ut (ad honorem B. virginis Mariz) dignaretur in ipsa Eccle-sia Portiunculæ, ponere indulgentiam plenariam sine oblationibus. Papa respon-dit: se non posse hoc facere, quia oportie-at, ut qui vult indulgentiam, eam, mera-tur ponendo manus adjutrices. Interro-gavit autem Pontifex Franciscum, quot an-nos vellet ibi ponere indulgentia? Qui respondebat, se non velle annos, sed annas, ut quicunq; dictam Ecclesiam intrare con-triti & confessi, plenam consequen-tur remissionem omnium peccatorum ho-rum à culpa & à peccata, quæ peccata com-misissent à die Baptismi usq; ad diem & horam introitus in Ecclesiam: addens, quod non ex se hoc peteret, sed ex parte Christi, qui eum misericordia. Tunc Papa annu-uit, & quod postulaverat, concessit:

Egrediente autem Francisco, Papæ di-xit: Ubi habes bullam? At ille respondit: Nullum de hac re volo instrumentum sed sit beata virgo charta, Notariis autem five plumbator Christus, Angeli testes, sigilli stigmata Francisci. Postmodum ad petit-onem Cardinalium Papa, indulgentiam illam ad unam diem naturalem singulis annis in perpetuum extendi declaravit, prima scilicet die Agusti, à primis re-speris usq; ad vesperas secundæ diei. Hec & plura Bernhardinus. Atque ita impletum fuit Pauli illud: propterea, quod non res-ceperunt dilectionem in veritatis, misit illis Deus efficaciam illusionis, ut crederent mendacio.

Idem. Pro concione despumabant quæ-stores isti tales exhortationes: En coeum undiq; apertum jam est, si nunc non intreras, quando unquam intrabis? O insensatos & crassi cordis homines, bestiis prope similes, qui non percipitis tantam effusionem gratiarum! En tot potestis redimere ani-mas! O duri, duri, & negligentes: duo-decim denariis Patrem extrahere potes & tam ingratus parenti in tantis penitentias non succurris? Ego sane in extremo judicio excusatus sum: vos videritis. Dico tibi, si unam solam tunicam haberetis, hanc quoq; exuendam & distrahendam, judico, ut tan-tas gratias obtineres, &c.

ruiturum, & terram hiaturam, formidaret. Addebat amplificationes: Si quis literas indulgentiarum redimeret, cuius animam securam esse desalutem fuisse. Et animas in purgatorio existens, pro quibus indulgentiae redimantur, statim, ubi conjectus in cistam nummus tinnierit, ex purgatorio in celum evolare. Item: tantas esse illas gratias, ut nullum sit adeo magnum peccatum, etiam si per impossibile quis matrem Dei violasset, quin per indulgentias solvi posset. & hominem per istas indulgentias libertum fieri ab omni pena & culpa. Esse enim istis gratias donum illud Dei inestimabile, quo homo reconcilietur Deo, & omnes poenæ purgatorii delectantur.

Nec necessariam esse contritionem his, qui vel animas vel confessionalia redimunt. Verba enim instructionis hac fuerunt: Prima gratia principalis indulgentiarum est plenaria remissio omnium peccatorum per quam peccator perfectam remissionem & Dei gratiam denuo consequitur: per quam etiam remissionem peccatorum sibi poenæ (in purgatorio propter offenditam dignitatem maiestatis suæ) plenissime remittuntur & omnino delentur. Item: Pontifices habere potestatem in purgatorium, ad liberandas per viam indulgentiarum animas: & tam certam esse fiduciam salutis per literas veniarum, affirmabant, ut suam animam pro illis impignorarent. Crucem, quam cum insignibus Papæ in Ecclesia erigebant, & que efficacem esse, ac ipsammet Christi crucem, docebant.

Addebat fabulas: In certo quodam loco quinq; animarum millia per venias istas redemptas, inter quam solum tres fuissent damnatae ideo, quod detrahebant indulgentias.

Finis & conclusio concionum fuit: Impone, impone, impone. Utq; non verbis tantum, sed exemplo & facto homines excitarent, primi ad cistam in omnium conspectu procedebant, splendido gestu, & sonoro tinnitu aliquid in cistam conjicientes arridebant imponentibus, omnientibus, indignabatur. Permittebant etiam, pauperibus indulgentias istas gratis dari, sed ita, ut primum undecunq; pecunias corradere tentarent a bonis fautoribus. Et uxores docebant, etiam invitis maritis, quomodo unq; corraderet pecuniam ad redimendas indulgentias. Hzc ex scriptis istorum temporum collecta, ipsis verbis, quibus annotata fuerunt, adscripta.

Idem. Adscribam autem formam talis indulgentiaz. Raimundus ad Alemaniam p. 664. Orator, Nunciis & Commissariis Apostolicis. Notum facimus, quatenus Pontifex N. cunctis utriusq; sexus Christi fidelibus, pro tuitione fidei contra Turcas, juxta

clausas & facultates, quas obtinerent, nolassent ECCLESIAS urbis temporis jubæ, lai: & præterea concescit, ut possint eligere confessorem idoneum secularem vel regularem, qui eos, vita comite, ab omnibus excessibus & delictis (præterquam scandalisticæ reservatis) toties, quoties opus fuerit, absolvere possit. Et insuper toties, quoties ad tales statim deveinerint, ut verisimiliter de eorum morte dubitetur, etiamsi tunc eos ab hac luce decedere non contingat, atque in vero mortis articulo plenariam omnium suorum peccatorum remissionem eiis impetrari, de sua plenitudine potestatis, facultatem concessit.

Indulxit præterea, & ipsius, & parentes, & benefactores eorum defunctos, qui cum charitate decesserunt, in omnibus spiritu, aliis bonis, que sunt & fieri poterunt in tota universalis Christi Ecclesia militante, & omnibus membris eiusdem, in perpetuum participes fieri.

Aliæ formæ habent: Ut possit absolve-re ab aliis etiam casibus, specialiter vel generaliter Romano Pontifici & sedi Apostolicæ quovis modo reservatis, & propter quæ ipsa sedes merito esset consulenda. Item à peccatis contritis, confessis, & oblitis. Item in articulo mortis plenariam omnium peccatorum, etiam exceptorum, remissionem impendere possit. Quod si tunc non obierit, illam, quoties in tali statu constitutus fuerit, recitare possit vel idem vel alius confessor.

Forma solutionis in Raimundi Bullis hæc est: Dominus noster Jesus Christus per meritum suæ passionis te absolvat. Ego auctoritate ipsius, & Apostolica auctoritate, mihi in hac parte commissa, & tibi concessa, te absolvo primo ab omni sententia excommunicationis majoris vel minoris, quam incurristi: deinde ab omnibus peccatis tuis contritis, confessis, & oblitis, conferendo tibi plenariam omnium peccatorum tuorum remissionem, remittendo tibi poenas purgatorii, in nomine &c.

Aliæ formæ habent: Ego auctoritate Christi, & Beatorum Petri ac Pauli & domini nostri Papæ, mihi in hac parte commissa, & tibi concessa, absolvo te plenarie ab omnibus peccatis tuis contritis, confessis & oblitis, & casibus etiam sedi Apostolicæ reservatis, in quantum claves sanctæ matris Ecclesiaz se extendunt, tibi concessum & mihi commissum est: remittoq; tibi omnes poenas in purgatorio debitam, clando tibi portas inferni & ianuas aperio Paradisi: bona opera per te facta & fienda tibi sint in augmentum tuæ salutis & gratiaz divinæ.

Vel remitto per plenariam indulgentiam

decedenti tibi ab hoc tecum cravat, in portis pœnarum, & aperta janua delitium Paradisi. Et si hac vice non morieris, salva fit tibi nihilominus ista gratia, quando alias facias in articulo mortis, in nomine, &c.

Idem. Fuit & hoc non postremum artificium, quod confessionalia (sicut vocans) magnō vendiderunt. Efficaciaz enim erroris non sufficere visum fuit indulgentias vendere illo tempore, & in illis locis, ubi & quando publice prostabant, ad remissiones non modo præteriorum peccatorum sed ad futuros etiam casus, pro peccatis adhuc committendis, vendebantur & emebantur indulgentiaz. Pro numerata enim pecunia vendebant Bullas, ut quando quis in posterum crimen aliquod commisisset, haberet potestatem eligendi sibi confessorem, qui vigore Bullæ haberet sibi potestatem hac in parte commissam, ut vel in certis, vel in quibuscumque casibus posset conscientem absolvere, & plenariam indulgentiam ipsi confidere, vel semel in vita, vel bis in anno, vel toties quoties volebat, prout carius quis Bullas licitatus fuerat: & hæc diplomata vocabane confessionalia.

Idem. Verba ipsa Chrysostomi adscribam: via solutionis seu remissionis peccatorum, nec laboribus indiget, nec pecuniarum expensa: seu ulla aliqua alia re: sed simpliciter tantum bono proposito. Non opus est peregrinationem suscipere, nec ultra montana aut externa loca petere, aut pericula adire & sustinere, &c.

Eandem sententiam habet Augustinus in Sermone de Martyribus: Non dixit Deus, vade in Orientem, & quære Justitiam: naviga usq; ad Occidentem, ut accipias indulgentiam. Dimitte inimico tuo, & dimittetur tibi: indulge, indulgetur tibi. Non opus habes inquirere peccatorum tuorum indulgentiam: si vis, intus in cellario cordis tui poteris invenire.

Bernardus eūiam Sermone primo de Adventu: Nonte oportet (o homo) maria transfretare, non penetrare nubes, non transalpinare necesse est. Non grandis tibi ostenditur via usq; ad temet ipsum. Occurre Deo tuo: prope enim est, verbum in ore tuo, & in corde tuo.

Chrysostomus Homilia 38. in Matth. Templo Dei spelunaam facit latronum, qui lucra terrena seculatur: cultus religionis eo modo non tam cultus est Dei, quam iniquæ negotiationis occasio. Nam quotidie Jesus ingreditur templum, & ejicit omnes

ciceret, verum facultatem certis limitationibus aliis venderet. Legatos enim suos per varias misit provincias, assignatis ipsis certis legationis terminis, cum plenitude potestatis concedende plenarias indulgentias nomine Pontificis, ad instar jubilæi. Vendidit etiam certis Ecclesiis, Monasteriis, Capitulis, Collegiis, Conventibus, Hospitalibus, Confraternitatibus, & Universitatibus privilegia, facultates, concessiones, & indulta concedendi indulgentias plenarias certis limitationibus

Sed ecce iterum novam imposturam, ne enim ideo, quod ubiq; plenaria indulgentiaz prostant, jubilæi nundinationes Romæ frigescerent: Pontifices imminentibus jubilæis venditas prius facultates, & concessiones suspendetunt usq; post jubilatum, vel ad beneplacitum. Expiis etiæ posteriores Pontifices privilegia indulgentiarum à predecessoribus vendita, revocarunt & irrita fecerunt, ut de novo & carius redimerentur. Extant hæc in Extravagantibus Pauli Secundi, & Sixti Quarti, & in gravaminibus Germaniz.

Idem. Cum Clemens VI. in bullis indulgentiarum à culpa & à pena indulgentias publicaret, & cruce signatis ad ipsorum vota tres vel quatuor animis ex purgatorio, quas vellent, elargiretur, ac ipsis angelis in coelo præcipiet, ut peregrinacionem animas, si in intinere evolarent, statim in Paradisum transferrent: inventus est quidam Joannes Angelus, qui publice docuit hanc propositionem: Animas in purgatorio existentes esse de jurisdictione Papæ, & Papam, si vellet, posse totum purgatorium evacuare. Parisenses vero Angeli istius propositionem damnarunt, & populo publice prædicandam prohibuerunt, sicut Franciscus Maironis scribit: Ipsi vero Clementis emeritatem publice reprehenderunt, & corrigi petiverunt, sicut Vesselus scribit.

Antonius etiam scribit, in Bullis quibusdam Clementis VI. multa narratio levia & orbitantia sat, quas Bullas virilissime esse ficticias. Sed VVesselus affirmat, se illas vidisse plumbatas, & reservari Viennez, Limoviis, Pictavii, in thelauro Privilegiorum. Idem scribit, Ludovicum Regem Franciæ per Legatum suum apud Sextum III. de abusibus & excessibus indulgentiarum graviter egisse. Et Sextum quidem medio juramento corporaliter, manibus praecordia tenentem, in verbo Pontifices se purgasse, quod illa non sciret. Addit autem VVesselus: Sed quid valuit purga-

Scriptis Caspatus Stiblinus de moribus
factarum Virginum librum elegantem, &
alii quoque Imp. Car. s. Pp. Marcell. 2.

Idem. Olim, inquit, in monasteriis virtutu exercitia honeste disciplina industria
vigebat: hodie impura morum lues, vitia,
lux, omnia profanat. Et quæ contubernia
quondam eruditione & virtute claros viros
in orbem dabant, hodie, præter Penelopes
sponsos, nebulones, Alcinoosque, nemini
nem educant.

Erupides in Phanas: Et ibi Casparius Stiblinus.

Quisquis futurua prædictit, stultus est: si
enim tristia enunciaverit, invitus est iis,
quibus futura prædictit: tunc si ex misericordia
consultantibus facta respondet, Deo
rum religionem violat.

Idem in Iphigenia. Vates, poetae, sa-
crifici, genu hominum est ambitiosum &
irritabile.

Mensio Popius Curothalassius.

Hic refert in libro 5. Cyclopediam: di-
xisse quendam monachum: maius esse pec-
catum, si sacerdos ducat uxorem, quam si
cum brutis animantibus libidinem exerce-
at. Imper. & Pp. V. S.

Richardus Samson Cicestrensis Episcopus.

Non Episcopum illum Romanum, in-
quit, intelligo: qui suo jure non habet,
quod agat extra suam provinciam.

p. 666. Et infra, Pontifex, ait, se Petri successo-
rem esse, & ab hac successione auditoria-
tem accepisse: si adesset D. Petrus, nega-
ret plane, & in hunc mendacem haud du-
bie exclamaret: ô Impostorem! ô virum
ambitiosum! superbum! arrogantem!
Docuit magister meus humilitatem. Nihil
minus arrogavit sibi Petrus, quam ejus-
modi primatum, quem exercevit nunquam:
& ideo non exercevit, quia nunquam acce-
pit. Imp. Carolo s. Pp. Marcell. 2.

1556. Carolus s. Imp. Et Rex Gallie.

Hic communi confilio ad Venetos miti-
tunt, ut, remotis pacis, in Turcam arma
simili capiant. Quod quidem Gallus palam
fecit, sed clam hortatus Venetos fuerat, ne
à pacis cum Turca cederent. Annales.
Imp. Pp. V. S.

Accipit paulo (Carolus V. Imp.) ante
mortem diploma Pontificium de potesta-
te utrisq; speciei in sacra cena laicis exhiben-
dæ, quod pius IIII. ad A. chiepisco-
pum Salisburgensem miserat. De hoc ve-
hementer laceratus est, & gratias DEO egit,
quod id tandem impetrasset, quod multis
votis & supplicibus literis augustiacz re-
quisivit.

pontifice, cum tot precibus rogatus, certis
tamen conditionibus id tandem conces-
sisset, quod Christus diserte & serio singu-
lis suis Christianis mandat.

Xenocarus.

1556.

Cum Carolus quintus Cæsar Aquiligrani,
Wormatæ, Augstantæ, & Ratisbonæ ipse-
met sepius negotia religionis & Turcarum
in Comitiis Germanicis fructu transactisset,
dicere illum solitum, ajebant: DIÆTA
DIÆTAM PARIT, SED PARTVS
MATREM SVFFOCAT.

Ecce cum rursus à Pontificibus Romanis
nunc Romæ, nunc Bononiæ, nunc Floren-
tiæ, nunc Placentiæ, nunc Ferrariæ, nunc
Mantua, nunc Tridenti concilia generalia
indici adverteret, dicebat: concilium con-
flium est Dei. Imp. Carolo s. Pp. 250.
Panlo 4.

Idem Carolus in bello Smalcaldico Wit-
tebergam ingressus, cum in templo arcis se
pulchrum Lutheri conspexit, & Episco-
pus Abtrebaten sis ei astans petivisset, Lu-
theri cadaver effodi, & comburi tanquam
hæretici, respondit Cæsar: Non gero bel-
lum cum mortuis.

Horrenda.

1556.

Aldenburgi M. Sniz oppidi, nono Au-
gusti, magna orta tempestas oppidanos in
maximum vitæ periculum conjecit. Quo
die est & infans natus, ibidemq; baptizatus
(ut Fincelius annotavit) qui aliquoties,
tanquam in lucem prodiret, in alio mater-
na claros omnium stupore ciuitatus edidit.
Imp. Carolo s. Pp. Paulo 4.

Paulus IIII. Papa 230.

1556.

Scriptis hic Paulus 4. ante Papatum ad
Paulum tertium libellum de emendanda
Ecclesia, in quo, Ecclesiam Romanam ita
collapsam esse, affirmat, ut jam non Chri-
sti, sed diaboli Ecclesia sit. Papas enim ad
sua desideria coacevate sibi magistros au-
ribus prouidentes: per Cardinales & Epi-
scopos Christi nomen inter gentes blasphemari:
clavium potestate emungi pecunias:
improbos ordinari: simoniacas nundina-
tiones exerceri: ambitione & avaritia astu-
are prelatos: in monasteriis sordida fieri
flagitia. Romanum repleri impudicissimis
scortis. Sed nec hic nec aliis in Papatu
quicquam emendavit: imo majoribus sce-
leribus & impietatibus eundem opplege-
runt, ut ex illorum rebus gestis constat.
Imp. Carolo.

Ludi Clericosecularium.

1556.

Cuidam cono suo amico retulit quidam
D. Juris, Syndicus civitatis alicujus Im-
perialis, se in Ecclesia primaria celeberrimi